

Ca 7-35

A  
14  
218



2 400 40  
S&N

Ca 4-35



A  
14  
218



*Delegio de la Compañia de Jesus de gran B...*

# BREVILOQUIUM

IN QUARTVM LIBRVM

MAGISTRI SENTENTIARVM:

Per fratrem Franciscum Ouandum Mogollonem de Pa-  
redes, Ordinis fratrum Minorum, Prouinciæ sancti  
Michaëlis quondam Prouincialem  
Ministram.

*B-5344*



MADRID,

Apud Petrum Madrigan.

*Francisco  
de ouando 1587*



# El Rey.

15-234

**P**OR Quanto por parte de vos fray Fráncisco de Ouando, de la orden de san Francisco, nos ha fi- do fecha relacion, diziendo, que auia des escrito vn libro sobre el libro quarto del Maestro de las Sentencias, que se intitulaua Breuiloquium in quartum librum Magistri Sententiarum, que era el de que hazia des demõstracion, allende de otras partes que auia des escrito, y se os auia dado licẽcia para imprimirle: el qual era muy vtil y cõueniente, y auia des puesto en el mucho tra- bajo y ocupacion de largo tiempo, suplicandonos os mãda- semos dar licẽcia para imprimir el dicho libro, y priuilegio por tiẽpo de veinte años, o como la nuestra merced fuere: lo qual visto por los del nuestro Consejo, por quãto en el di- cho libro se hizierõ las diligencias, que la prematica por nos hecha sobre la impresion de los libros dispone: fue acordado que deniamos mandar dar esta nuestra cedula para vos en la dicha rãzon, e nos tuuimoslo por biẽ. Y por la presente vos damos licẽcia y facultad, para que vos, o la persona que vuestro poder huviere, y no otra alguna, podays hazer imprimir y vender el dicho libro, que de suso se haze mencion, en estos nuestros Reynos de Castilla, por tiempo y espacio de diez años primeros siguientes, que corran y se cuenta desde el dia de la data desta nuestra cedula en adelante: so pena que qual- quier persona, o personas, que sin tener para ello vuestro po- der, le imprimiere y vendiere, o hiziere imprimir y vender, pierdã todas las impresiones, moldes y aparejos della, y mas incurran en pena de cinquenta mil marauedis cada vez que lo contrario hizierẽ. La qual dicha pena sea la tercera parte para la nuestra camara y fisco, y la otra tercia parte para el denunciador, y la otra tercia parte para el juez que lo senten- ciare: con tanto que todas las vezes que huviere des de hazer imprimir el dicho libro, durante el dicho tiẽpo de los dichos diez años, lo traygays al nuestro Consejo juntamente con el original, que en el se vio, q̄ va rubricado y firmado al cabo de

112 Miguel

Miguel de Ondarça cañala, nuestro escriuano de Camara, delos que en el nuestro Cōsejo residē, para q̄ se vea si la dicha impresion esta conforme al original, y se os tasse el precio q̄ por cada volumen huieredes de auer, so pena de caer e incurrir en las penas contenidas en la dicha premativa. Y mandamos a los del nuestro Cōsejo, Presidente, y Oydores de las nuestras Audiencias, Alcaldes, Alguaziles de la nuestra casa y corte, y Chancillerias, y a todos los Corregidores, Asistentes, Gobernadores, Alcaldes mayores, y ordinarios, y otros juezes e justicias, qualesquier de todas las ciudades, villas, y lugares de los nuestros Reynos y Señorios, y a cada vno, y qualquier dellos, que guarden y cumplan esta nuestra cedula y merced, que así vos hazemos, y contra ella no vayan ni pasen, ni consientan yr, ni passar en manera alguna: so pena de la nuestra merced, y de diez mil marauedis para la nuestra Camara. Dada en Madrid a dezifiete dias del mes de Julio, de mil y quinientos y ochenta y siete años.


Y O E L R E Y.

Por mandado del Rey nuestro señor.

Iuan Vazquez.

.F. FRAN.

.F. FRANCISCVS  
OVANDVS MOGOLLON  
de Paredes, Didaco Ouando de Paredes  
ordinis militiae sancti Ioannis, atque in  
Melitenfi insula eiusdem ordinis Vice-  
cancellario, germano suo ca-  
rissimo S.



*T*CCB Tempus venit, venit tempus mi fra-  
tre Didace. quando transcriptionem breuilo-  
quii nostri in librum sententiarum quartum  
absolui, fratribus nostris Gomezia & Ioan-  
ni quibus tres libros destinaueram & hunc  
missurus, ni tu de transuerso eum tibi dari postulaisses. Ex-  
tractus amore tui ab eo. quod statueram animo, ad quiesce-  
roganti non immemor illius, qui tametsi bonus dormitasse  
quandoque dicitur vel in eo, quod ratione parum consulta  
Iouem introduxerit tradetem Iunonis arbitrio euentendum  
Ilium. Quid enim tam integra & abundans permissio iratae  
foeminae inconstantis natura ingenij habitura fuit laudis?  
Non deerunt qui simile carpant in me librum Scholasticae do-  
ctrinae militi quamuis religioso deputante. Quae conuentio  
harum concertationum cum militiae vestrae balteo? Longe  
distant a vestris nostra praelia, diuersos habent apparatus, op-  
positos congressus, contrarias victorias. Dico tamen quod  
Iupiter ille dixisse fertur.

καὶ τοῖς ἑσσι σοὶ δῶκα ἐκὼν ἀένοντι γέ θυμῳ.

Idest. Etenim ego tibi tradidi libens inuito sane animo.

Homer  
libr. 4.  
Iliad.

## Epistola

Ni paſſim apud philoſophos, qui de moribus tradunt inueniretur exemplis comprobatum, qui eiusdem rei à ſe geſta ſimul inuiſus & liberis homo ſit, paradoxon longa diſcuſſione dignum videner iactaſſe. Cum vero ſit peruium omnibus fieri liberenter plurima quæ ſuo arbitratu dimitteret quinis, niſi ex aduerſo contigiffent anguſtia ut gratiori animo, quæ volebat, aggrederetur, à declaranda ſententia liberamur. Tunc mihi tua petitio fuit exigens idem amoris teſtimonium, quod alijs iam fratribus exhibueram, pari officio erga te monſtrari. Non tu minus frater quàm illi, neque certè mihi ex tam multis fratribus unquam alius alio dilectior fuit. In hanc patris noſtri hereditatem, ſi non in aliam ſucceſſi, quem nemo tam Lynceus aſpiciens, valuit diſcernere ad unum, quam ad alium, filium affectum magis, dempto, quod ipſe dicere ſolebat, non poſſe à parente uno plures filios educari, niſi minore ætate abundantiori amore complecteretur, quem in deinde natum magis tranſferret. Inmiſcebatur pia petitionis ratio quæ me herentem diu tenuit, doloſam credo perſtringet diuinus. Eam turationem non palam, ſed quaſi per umbram delinjabas, rumor late ſpanſus ubentim exprimebat. Commutare te non religionis veſtræ conditionem, ſed in eam quodam milites veſtri aiebāt, quippe qui è ſeculari milite in clericum profeſſionis eiusdem tranſire ſutagebās. Res quidem in ſe laudabilis è minori virtutum exercitio ad maius conſcendere, tamen ea eſt, quæ ex varijs hominum iudicijs in varijs reprehentionibus illidat. Non omnes tranſite currum eodem, aliorum diuertuntur, ſecum que trahere curam que poſſunt. In eam calamitatem tempora noſtra reciderunt, ut opera omnibſima facerent potius videntes, quam ferat: quid de his cogitamus facturos, quæ in alterutram partem flexu modico incuruari poſſe ſperabunt? Religio veſtra ſummè alioquin laudanda, quæ tam-

niur

## Nuncupatoria.

nium militarium gerit primatum, eam ſeruat conditionis legem, ut prouentus, munera, & honores in premium antiquioribus qui diuitius laborauerunt in ea diſpartiant. Hinc optimam conuentionem veſtram quid miram ſi rixaniarum ſator deformat aliquando ſemine alieno, qui auſus fuit in Chriſti Domini ſemenem putulenta gratia tam ordinate ſupermiſcere, ut niſi ad neſſem dimitterentur graue in eodem euulſione ſui ſatis uulibus forent allatura? Non tanta industria, & labore id faciet inter vos expoſitos de propinquiori ad ſpinas diuitiarum, & uiticarum honorum, qui per ſuas partes ad cuiusque merita diuiduntur. Apoſtolos aggreſſus fuit honoris appetitione, & indignatione quod duo ceteris præferri uoluiffent. Quam timore notuo intentum quid ſiſtrum addat humanum redolens, quod alios indignatione percellat. Graue conſilium inconstantie noſtræ gentium doctor protulit cum dixit. Unusquisque in qua uocatione uocatus eſt in ea permaneat. De facili ducimur in laſtitudinem proijcientes quæ manibus tenemus, ut aſſequamur quæ non habemus, unde prouenit carere uiriſque. Vir bonus & prudens non frangitur moleſtia neque labore ſui ſtatus conditioni ſubiunctis, ubique ſciens tam corporis angores, quam animi ſubeundos. Qui uitam hanc putat anguſtijs carituram, neque quid ſit uiuere cognofcit, neque ſe hominem & exulem ab illa prima felicitate. Paradifiaca recordatur. Unum eſt, in quo neruos omnes ætatis & industrie contendamus, ut in coeleſtem patriam ſpiritus diuitijs onuſti remigremus. Huic non obſiſtet unus aut alter uiuendi ſtatus ſi mens, cura, & cogitatio noſtra in eo ſit tota, non hâc, aut illâc diffluat in caduca. Non inficior ſtatus & gradus eſſe in Eccleſia tendentes in perfectionem, ex quibus facilius aſcenditur in patriam illam ſublimem. At uero uno

Matth. 13

Matth. 20.

1. Cor. 7.

illorum p̄lecto, qui affectui nostro & humeris iudicatus fuit melior, durum est persuasus, quin eius immutatio leuitari, aut fastidio sit ascribenda. Diui Bernardi propositum mihi semper fuit laudatissimū, quasi ex hac Pauli doctrina cadens. Nolebat sanctus ille pater alterius religionis professos admittere in suam, quos nulla perfectione a se defraudari aiebat, cum in qualibet esse perfecti valerent. Dignam talis viro sententiam, cui vnam ab omnibus monasteriorū p̄fectis crederetur, ne postea proprio suorū incommodo extransouentium inconstantia malum experirentur. Qui spiritum suum impertit Deus manentibus in religione quam quis deserit, ut perfectionis gradum consequantur & teneant, quare si permanserit etiam ei nō dabit? cum dixerit. Vos cum sitis mali nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis pater vester cœlestis de cœlo dabit spiritum bonum petentibus se? Culpa nostra, nostra culpa est quod tanto bono spiritus caremus. Absque argento, & auro emitur, non opus habemus per feros fluctus maris iter facere ligno fragili commissi, pretia datur facili, utique humilium precum. Non diffidamus promissioni, qui si à prima vocatione deficiamus quasi ex Deo non fuerit, nō habemus qua ratione monstratur secunda ab ipso proficisci. Quem speramus proposito nostro commutato afflaturum, vnde quod abijciet à permanentibus in prioria auxilium suum formidabimus? Addidit magnus ille apostolus eiusdem formæ sententiam inquiring. Rogamus vos fratres, ut abundetis magis & operam detis, ut quieti sitis, & ut vestrum negotium agatis. Maximè conducit quieti perstare in primo animi sancto proposito concinente Ecclesiastico. Sta in testamento tuo, & in illo colloquere, & in opere mandatorum tuorum veterasce. Confide in Deo, & mane in loco tuo. Spiritualium diuitiarum abundantia

Luc. 11.

Sap. 14.

1. Thef. 4

Eccl. 11.

dantia cum in spiritu & veritate comparetur non eget marium translatione, aut transportatione in terram Chanaan ad vrbes negotiarum replentium mundanas argenti, auro, ferro, stanno, plumbo, alijsque mercimonijs. Opera pietatis ad Deum & proximos vbique suam opportunitatem habent. Conqueri non possumus adimi nobis facultatem ad illa, que in alio gradu, vel statu inueniretur paratior. Quamuis negotia status nostri dimissis alienis, quorum cupiditas fallit quoadque maioris incrementi fucō. Expertus sum p̄p̄stera etiam piorum hominum desideria. Lassatus quidam matrimonio annexis curis laudat instituta monachorum, in eis colloquitur, de ipsis cogitat, se fingit in monasterio exercitia religionis exequentem. Fatigatus ad naufragium monachus cella solitudine, choricanti, manuum labore, conuertit se, ut conuentum exeat quotidie, ad negotia que sue professionis non sunt pretextens compositionem inimicitiarum, executiones testamentorum capellanias instituentium, magnatum erga monasteria captandos affectus, dumque vterque taxatum in comœdijs Cleonem, quod alibi manus, alibi teneret mentem imitatur, sine fructu aliena tractant proprijs de relictis. Quid memorem alios fucata etiam pietate, aut alio animo ambientes vel intra propria institutum professionis maiorem gradum, vel extra illud procurantes altiore? Illi domi obliiti Dei vindicis fratres circumueniunt in negotio tractantes fallaciter quomodo iudicati alijs digniores euehantur, potius in immundiciam curarum, & sollicitudinum, quam in sanctitatem vitæ ad quam vocati fuere. Hi foris Aegypto Thren. 5. dantes manum & Assyrijs, ut inueniant ab homine ducatum & à Rege cathedram honoris, verbis vrantur & obsequijs animæ non proficientibus, quò potestatem assumant, sicut in Machabeorū libris faciebat Iafon ille Oniæ frater. 4.

Ioan. 4.  
Ezech. 17  
& 27.

1. Theff.

4.

Thren. 5.

Eccl. 7.  
& 20.2. Mach.  
4.

Summum sacerdotium ambiens. Qui sapiunt, & Verus Spiritus cum Deo adhaesione perpetua fieri optant, neque ampliores molestias curant addere praeter quas ipse status secum habet, & quas habet equo animo ferunt, vel in humilibus demissis, vel in sublimibus constituti. Ut in his consuetudo professionis cuiusque notari versat. Ea pacto ambitionis baratrum quasi rapacissima Charibaeas evitant, neque incauti falluntur. Scylla humana est pia specie. Securi per utraque monstra & pericula mediis navigant. His te mi fratrem velim admonitum persuasumque, ut tua sorte contentus Deo & religioni siue in toga, siue in armis inservias, ne tibi accidat quod narrant fabulae de Atlante, qui a caelo in hospitem suscepto in mare postea fuerit princeps datus mercedem hospitij recepturus. Non pro solo dixerim quod sis perpetuo semotus a nobis in vestrae insulae conuentu clivicus permansurus, accedere posset, onus aliquod praefecturae damnosius intentans praecipitium sui exitus incertitudine. Non te clam est bis me ante novem annos episcopum ad Indos electum, agente summo praeside senatus Indiarum consanguineo nostro, D. Ioanne Quando paulo antequam moreretur, electionibus non consensisse, corporis laborem, aut perpetuum exilium a iucunda cum fratribus nostris in unum habitatione minime pro Christo fugientem, sed formidine obligationis ad

Pfal. 132.

Matt. 15.

tium, & monachos, coedia monastica vite affectos, curans fabine illarum. Ecclesiarum, nolui ad annos triginta quibus iude unice in religione suam manna venieram igne. Lucæ. 9. invidia ea captari, quod retro aspexissim, qui annorum quindecim maioribus, aut equalibus mundi promissis in paterna domo ut primogenitus contineri nequirit. Sed imititatis fuit angusto animo retractum, non confidenter agredi Christi opus hominum iudicio & dictarijs postpositis, aut forsan Spiritus aequo animosioris elatione quadam, & sui astutiatione rationis sumetas pertransennatis, certe primolime temperantis, unimi suo cognatione. Detum iudicem temperatis credo fuerit, qui dixit. Quid pradesiderimur summa mundum, Matt. 16. lucrari, & animae donimentum patris. Ecce tunc, Quis volens narrum edificare non prius computat, si habet ad perficiendum, Luce. 14. durum illudatum quia, coepit edificare, & non parum consummare. Autiturus committere bellum, & praecogitat, si possit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus, venit. Hoc tibi faciendum non ab alijs, sed Dominus suadet. Pulchra a Spiritu sancto edocta illarumque ab ancilla interfectrix ditionum in preteritatis, & ams uicelat. Virum cum timore tuo, Tobia. 3. non ex libidine suscipi, & aut ego indigna sui illis, aut illi mihi non servat, & qui forsitan vira alij conserva. stime. Reverende, sunt of fecit & dignitates nobis impaxos, aut nos illis, quia forsitan a Deo vna uiliana conseruatur. Septuaginta cum fratres, & q; forares nati ex eis de parentibus Cosma. Quando Mogullone, & Beatrice Paredes dela Rocha fuimus, ab omnium conditore Deo tam pulchre arbitror dispositi, quam filios suos ordinavit aliter. Aditathias, quando Simonem prudentem corde praefecit in consilijs, Iudam sortem viribus in bel. 1. Macab. 3. lis. Scis frater meo verum dicere, licet alicui fiat incredibile, ut fuit regi Sargaceno illi, Aphricano de Velaz dela Gomera.



## Epistola

riendi ut maiorum sepulcris recondentur. Ad munus nostrum venio, quod neque plurimum. Verbis ornabo, neque aliorum similia studia emula detractioe ledam, ut me venditem. Vnusquisque præstat quod potest. Quæ in aliorum commodum tota sunt, ut scripta, conciones, atque prælatura ipsorum quorum intersunt laudes & iudicium exigunt, non eorum qui fecerunt. Strenuè fateor quod verum est, libri & sermones cū nemini de suo sint odiosi, nisi forte invidenti, liberius loquuntur, certius iudicium subeuntes laudis cum probantur, & reprehensionis cum displicent. Prælatio alia graditur via non sic à laude pendens, aut vituperio, cum præuè affectos subditos habeat à semetipsa vnde affligat. Idcirco in ea non tam est certum iudicium, quin si laudes habeat ex omnibus, pertimescenda sit illa Christi Domini sententia.

- Lucæ. 6.** *Væ cum benedixerint vobis omnes homines, secundum hæc faciebant pseudo prophetis patres eorum. Facilius quippè boni cedunt multitudini laudantes quæ ipsa, quàm bonorum animus sequantur mali. Quando est murmur diuersus, ut de Christo Domino, quibusdam dicentibus bonus est, alijs non, sed seducit turbas, redit prælatio ad trutinæ examē, fit disquisitio sicut de illis episcopis Asiæ, inueniuntur digni commendatione in his, vituperantur in illis, & laus est vnicuique non ab hominibus tantum, quantū à Deo respiciente semper si laus bonorum super excedat, quò illa remuneret, mala vero sedes cõflet,*
- Ioan. 7.** *Domino, quibusdam dicentibus bonus est, alijs non, sed seducit turbas, redit prælatio ad trutinæ examē, fit disquisitio sicut de illis episcopis Asiæ, inueniuntur digni commendatione in his, vituperantur in illis, & laus est vnicuique non ab hominibus tantum, quantū à Deo respiciente semper si laus bonorum super excedat, quò illa remuneret, mala vero sedes cõflet,*
- Apocal.** *atque colet, quò remaneat emundatū argentum & aurum, purgatiq; filij Leui. De ratione quæ me ad scribendum primò, deinde ad edendū impulit, satis dixisse arbitror per epistolam ad fratres in editione aliorum trium. Quod ad hunc attinet quartum iam illis oratione soluta seu versibus dixi æqualem esse tribus, addere nunc possum, quò excedit, neq; tanquam falsum corrigo quò manus sit, & pumilio, propterea sicut co-*

*dens*

## Nuncupatoria.

dem studio fuit euigilatus. & stylo, eodem breuiloquij gaudet cognomine. Si cui visus fuerit prolixior, multa rogo sic iudicans aduertat. In tribus à multis nostra fuit breuitas accusata, quam in me accusationem facere parui teneor, qui à principio breuitatem concupiui, quare illa non tam me, quam alia permonere. Plurima siue de hoc, siue de alijs consultò refeceram quando mihi soli commentabar, eorum aliqua iudicauì postea consuenda quasi trivialia scholasticis, ne illis nostrorum lector careret: si ea libro cuique reddenda forent, opus esset tres denuò prælo mandare, constitui potius in locis huius quibus quadrabant inserere signato vbi corresponderent alijs, de qua concordia si habeatur index ut quiuis manu signet, vel iudicans tres denuò imprimendos marginibus fixerit aut intexuerit operi, fient illi tres aliquanto aut etiores, neque hic suam staturam pumilionis excedet, immunitis etiam ego ab anxietate addendi, sed apposita manu summa, alijs animæ occupationibus iam ad annos quinquaginta quinque natus, vtilius intendam. Deinde rogo considerent quot, quantisque materijs abundet quartus, quarum omnium si tantum pars aliqua tractetur prolixitatem opus desiderat. Ego, quod sequutus sum inuenis theologiam scholasticam fratribus prælegens, in his chartis conseruare studui, nempe cuiusque materiæ discipulos notitiam habere, siue ex litera Scoti, quem tunc ex lanabam, siue ex alijs additis annotationibus. Turpè magistro existimari à cuius disciplina plurium materialium auditores ignari penitus recederent. Non omnia sunt audiēdo ex voce magistri: plurima sunt discipuli per semetipsos comparaturi, at verò quòd propter vnius aut alterius prolixitatem materia plurium nominis & locos, vbi continetur absoluto audiēdi triennio, aut quadriennio ignorēt, à studij re-  
Et a ratione credo absolat. Curavi propterea ex ijs quæ scholis

commu-

communi sunt, omnia vel ferè, attingere, abieci per multa  
ex ijs que ad conscientia casus doctores in summis collegere  
de dominio, restitutione, cambijs, & similibus, ne ad immen-  
sum scriptura nostra cresceret, quorum si vel nudas propo-  
sitiones constituerem fieret Iliade prolixior, legentis ani-  
mum sua breuitate relinquens in obscuro velut inspectorem  
cuiusdam Colossæe magnitudinis, ficta vero, cui tamen  
ex papyro tegumentum foret ad caligam Maximimi. Bre-  
uitati studens obscuritatem fugere optavi: rationibus ut  
lumine illustraturus prolixiloquio me opposui, quò elogium  
illius Tydei, cuius memineram in versibus, quadraret  
his nostris.

Srrenua in exiguo regnabat corpore virtus.  
An fuerim assequutus indicabunt alij, non dubium quin  
scisci in contraria. Sic se res habent, neque omnibus placent,  
neque displicent cuncta. Ego satis habebō si cura nostra pro-  
betur à doctis, licet non pro peritioribus, at pro mediocri-  
bus, qui elongati ab Academijs habere. Volent, quibus scho-  
lastica studia refricantes cadere non sinant: simpliciores ha-  
beant vnde inuentur. Sunt etiam plurimi iurium periti, qui  
relictis iuribus ad viuendum sibi, aut etiam episcopi attriti  
canonum studio, pro sui muneris functione theologizare af-  
fectant: ijs labor noster non fiet minus utilis, quàm nobis  
theologis canonum & civilis iuris compendia. Scriptis ac-  
cidit quod Vestium cultui, quem vsus iam recipit, iam ad-  
missum deinde respuit, nouum abolet, antiquatum innouat:  
quod pulcrè versu descripsit ille.

Horatius  
in Arte  
poetica.

Vt syluæ folijs pronos mutantur in annos.  
Primæ cadunt, ita verborum vetus interit ætas,  
Et iuuenum ritu florent modo nata, vigentq;.  
Debemus morti nos: nostraque facta peribunt.

Ne

Ne dum sermonum stet honos, & gratia virax.  
Multa renascentur quæ iam cecidère, cadentq;.  
Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet vsus.  
Quo non sunt applausu recepti multi iuniores tæporis nostri,  
sive scripturam interpretantes, sive scholasticè differentes,  
quorū memoriã videmus ac si non fuissent? Idem de nobis,  
de alijsque post nos futurum est. Qui nostra breuitatis an per-  
spicua & frugifera sit amabit experimentū, ex eo capiet, quòd  
omnes hereses tam à patre Alfonso, quàm à Feuardentio tot  
libris congestas pro scholasticis, ad nostram factis mediocri-  
tatem, summauimus. Tertiadecima distinctio huius quarti,  
quæ ad causas vnde oriuntur hereses, & propositionū dam-  
nabilium qualitates, & hereticorū punitionem attinent, suffi-  
cienter pro theologis, dilucidè, summatimq; complexa est.  
Decima octaua, & decima nona quæ ad clauas, potestatemq;  
Ecclesiæ faciunt nò credo minus fructuose, quàm breui disse-  
runt. Hæ omnes materiæ, cū dignæ sint prælongis tractatibus,  
à nostra infantia in Laconismū redactæ neq; festinū lectō-  
rè detinebūt, neq; inuolutæ obscuritate animo ambiguo hæ-  
rentem relinquent. Deniq; is fuit noster affectus in omnibus  
Olitores vtilis & proficuos imitari, quibus neq; areolæ fiunt,  
ac terra subigitur, & cõponitur, nisi pro seminib; fructuosus  
neq; arbores cõplantantur steriles, quæ ipsis ad cõmodum rei  
domestica nò conferant. Nullam arbitror distinctionè incul-  
tam atq; desertã reliqui. Vtilitatem nostram cognosci facient  
omnes quatuor libri ad calcem perlecti, quos non diebus plu-  
rimis perleget qui volet. Ceterū locos aliquot Scripturæ sa-  
cræ inueniet lectõr expositos forsã prælongius, quàm scola-  
stica soleant exercitameta. Eius rei occasio partim fuerit ani-  
mi nostri oblectatio, partim quòd multi non aridas amant di-  
sputationum pungentes aristas, præcipuè qui affectus ad præ-  
dicationem



dicationem extendunt, illoꝝ teneris manibus addenda  
 fuere: quasi rose molliores, atque odoriferae, quibus pun-  
 ctiones non persentiscerent. Accessit antiquum studium  
 nostrum, quando iuueniliter exultans, vel interpretabar  
 scripturam, vel alios tractatus ipsiusmet scripturae floscu-  
 lis resperebam, & quasi gemmulis intexebam. Quoniam  
 illa iam omnia quae scripseram abiecti, nemo si qua viderit,  
 aut legerit ex eis volo habeat pro meis. Fieri non potuit quin  
 ex plurimis alicui amico fecerim copiam videndi aliquod,  
 necdum reuisum & expositum, alienus quidem ab affectu  
 euulgandi. Quae memini me composuisse aut mixtum expo-  
 nere, quod vtiliter occuparer, haec fuere. Patriarcharum  
 benedictiones, cum tanti fieri viderem a sanctis illis anti-  
 quis benedictionem paternam, & mihi semper usque ho-  
 die sit insigniter in votis illius euentus, qua me viuens pater  
 imperiuit. Aliquos ite psalmos ex Dauidicis explanavi. De  
 cithara etiam ipsius David tractatum sum aggressus a mun-  
 di creatione, creaturarum ordine, atque gubernatione in  
 Deum ascensurus, ut essent illae quasi chordae in cithara ex-  
 tense, quae figuram literae Graecae Δ. triangularis habens, Dei  
 trini a quo continentur meminisse facerent, quod tamen pro-  
 perabam non perueni, psalmarum omnium compendiosa in-  
 terpretatione mysteria nostrae fidei eruturus. Super librum  
 Iosue, super librum Ruth expositionem aggressus fui: ex pro-  
 phetis super Osee, Iochem, Abdiam, in quo Abdia fui prophe-  
 tonitus. Mihi namque visus fuit ad tempora nostra prophe-  
 tasse quando dixit, Transmigratio, quae in Bosphoro est passi-  
 debit ciuitates Austri, ubi pro Bosphoro Hebraicae linguae  
 studiosi legunt, Cephara, id est Hispania, quam videmus ho-  
 die in Euangelica praedicatione possidere & continere pla-  
 gam illam vere Australem sub Antartico polo. De qua vi-

detur

detur loquutus Dominus per Esaiam conuocans in Ecclesiam Esai. 43  
 a quatuor mundi partibus. Ab Oriente adducam semen  
 tuum, & ab Occidente congregabo te. Dicam Aquiloni da,  
 & Austro noli prohibere. Affer filios meos de longinquo,  
 & filias meas ab extremis terrae. Nullam partem quasi dif-  
 ficilem & rebellem increpabat nisi Australem quasi occul-  
 tantem in longinquis & extremis filios Ecclesiae, & Eccle-  
 sias ipsas minores Romanae tanquam matri & magistrae affe-  
 suras. In epithalamio etiam Salomon dicens, In rebellionem  
 surrecturum Aquilonem, simul Austrum his vocabat. Surge  
 Aquilo, veni Auster perfla hortum meum: Eisdem ferme  
 annis rebellauerunt Ecclesiae partes Aquilonares, in quibus  
 eam Australes cognouere. Hieronymus ite legebat Assyrio-  
 rum lingua pro Cephara, Saphara, id est terminum, Hispania  
 terminus fuit terrae habitabilis, ut in prouerbio, Nil Ul-  
 tra Gades. Fretum etiam Atlanticum, seu Gaditanum Bospho-  
 ros imitatur Cymmerium & Thracium, quod non abs re Hispania  
 compellata fuerit Bosphori nomine. Ex hac interpretatione,  
 quae rationalis & germana videbatur, veluti per scripturam  
 concordiam veni ad opinandum regem illum Austri, de cuius  
 praelys Daniel cum impudenti rege meminuit, non alium fu-  
 turum quam qui partibus illis sub Australi polo imperaret, Ec-  
 clesiae Catholicae verus propugnator. Quorsum enim regem alium  
 interpretemur, si Christianus non fuerit. Biennio posteaquam  
 haec fueram meditatus, ecce catholicissimus Hispaniarum rex  
 vere Australis promocatus multis auxilijs & fortibus nimis  
 in trieribus cum Romanis praelyum nauale adoritur, ea tamen con-  
 foederatio stetit parum, ego superattonitus, ne desipere, ser-  
 mones meos clausi, quia & Danieli fuerat dictum, plurimi per-  
 transibunt & multiplex erit scientia, videlicet expositio, & in-  
 terpretatio illius visionis, quam ille ad genuinum interpreta-

Cant. 4

Dani. 11

## Epistola

bitur cui suo tempore Deus manifestabit secundum illud.  
 Amos. 3. *Non faciet Dominus Deus Verbum, nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos prophetas. Interim ad interpretandam Hieremia prophetiam & threnos me conuerti, ubi sicut ipse Iosiam ego Philippum Hispaniarum regem considerabam, cui diceremus. Tu Spiritus oris nostri, in umbra tua uiuemus in gentibus. Plures alios tractatus per exercitia Rhetorices furador sum, quasi congestissem in volumina aquarentur opinor. multa scriptorū libris, at. Verò scrupulosum & formidandum est iudicia subire tot legentium. Malui mea perirent manu edacibus flammis traditi, quam in alienas irridendi uerirent. Dominus noster Iesus Christus qui seculum est per ignem iudicaturus, si qua nostra illo consumpto digna premio fuere nobis reddet, cui opera quaecunque bona fidelium uiuunt semper. Idos quatuor super sententias libros ablegata a nobis eorum cura & sollicitudine quasi ad brephotrophia educandos exponimus, aut si per se uolent, uiuant quod ualebunt. Facta ipsorum editione, descholasticis exercitijs quæ mihi remanent identidem mittam ad flammam, deinde uiam eandem ibunt quæ ad conciones pertinentia conflui, etate siquidem ingrauescente factus debilior, ipsarum exercitio paulatim fio ineptus. Quod uitæ ad sepulcrum superest lectioni & obsecrationibus impendendam, ad tam longum iter com meatum preparando. Tu mihi frater Didace multum & in æternum apud Deum vale. Decima octaua die Octobris, anni*

Hospitalia puero  
 rum educandorū.

1586. Ex conuentu sancti Fran-

cisci in patria nostra.

(?)

F. R. A-

FRATER FRANCISCVS  
 Ouandus Mogollon de Paredes, fratri Gomezio dela Rocha, Guardiano cōuentus sancti Francisci de Placentia: & fratri Ioanni Ouando germanis suis carissimis. S.



BSoluto quadriennio meo in prouincialis officio, consummataq; triū librōrū editione, mox ad transcribendū, & reuiscendū quartū me accinxi. Maiorem partē confecerā, ut quoad possem citius ederem, tā ueltri memoriā in eo habiturus, quā feceram in prioribus: Ecce uerò fratris nostri Didaci pia, ita dicā, inuidia me sollicitauit, equalē uestre memoriā sui arbitrari. Nullo errore cecutiens pro Esau in hoc libro, qui tres uestros equat, Iacob suscepi, dicturis forsan aliquibus iniquā partitionem, si vnus tantū recipiat, quātum neq; duo recepistis. Ego neq; diuisionē iudico in equalem, neq; me leuitate usum arbitror, quasi primi consilij factū contemptorē. Potestis quilibet pro uestro habere, non sic in diuersa caritas distrahit postponēs propria, & sine inflatione, atq; ambitione quæ aliorū sunt quærēs. Pauca supellex, diuitiæ itē paruæ multis fratribus domi apud parentes sufficiūt, quibus quilibet diues appareat, illos parētibus defunctis distributæ ostentant egentes. Interesse censui memoriā Didaci libro quarto super ad uestra neq; extincta, neq; lesa, si qua ex eoutilitas carpeatur à legentibus, consequar ego id gloriæ pluriū fratrum tā æquè amator, q̄ in alterū non magis effundar. Quando itaq; urget in vnū caritas quod distrahit inuidia, parem possessionē, æquales fructus, similem oblectationē cuiq; sine dispartitione tribuens, nō fuit prætereūda fratris quæ rogabatur memoria, in qua experimentū capiemus: quā sic bonum & iucundū esse fratres in vnū. Pars quædā sineretur intacta, ni uos, quibus totus fuerat antè promissus in medio essetis propter quos exiret, illā extra fratrem uestrum habebitis. Ea est in distinctione tricesima octaua de uotis nostræ regulæ, cōputanda inter meas antiquas lucubrations. Iuuenis in conuentu de Segura, qui post illū de Bejar secundus erat ex quinque, in quibus Guardianus fui, regulā explanare cepi; vix primū liment transieram, cum inimica secreti

Gene. 27

Epistola.

garrula fama resperfit expositionem à me conflatā, prouocabā ab hospitibus transeuntibus per conuentus Brēnæ, & Emeritæ Vectonū, vbi vltimo fui Guardianus, quō mei laboris eis facerā copīā, resistebā, vt quī neq; complestem, neq; limassem. Nunc iam nō in abdito quoscunq; facio participes vestri causa. Egi- sem imprudēter: si quæ circa nostrę professionis cōditionē qua- liacunq; lucubrauerā igne cōsumpsissem. Studiū in illis, quæ in rem animæ tā sanctē iurauimus, cæteris anteponendū conseruā dumq; fuit. Alia scientiarū studia integrū habemus dimittere, aut etiā non sitire immodicē, quod sanctus Benedictus, alijque Deo non inuisi fecere. Testamentū, quod morte ad mundū fir- mauius, neq; reuocare possumus, neq; obliuisci eius debemus cuius executores ipsi met sumus. Quotidiē cū Diuinis mādatīs in corde ad meditandū, in manu ad operādū, ante oculos ad vi- dendū & intelligendum esse debet. Sic in vltimo iudicij magni die in tribunal Christi securi euocabimur alijs scientijs sine hac nil adiuturis. Nunquā fuit animus totā regulam, quod egerunt plurimi, explanare, nisi ea selectiora ad quę tenemur speciatim; neq; exacte omnia, verū quę cuiuslibet sufficiunt ad cunctorū in- telligentiā consequendā. Quæ omnibus religionib⁹ sunt cōmu- nia inueniuntur in alijs, ego ea suppressens non audist: Iliadibus prolixior. Inter ea numeretur ingressus in monasteria Mona- charū, qui per cōciliū Tridentinū interdictus iā omnibus, eque illos & nos obligat explosa ridicula interpretatione ad ingredi, pro accedere. Vix aliqua inueniētur posita de meo, corrafa fue- runt ex tā multis expositoribus quos in decursu citatos reperie- tis. Ultra multos Pōtiffices incubuerūt expositioni: primi, quod sciā, quatuor illi magistri Alexander Alensis, Ioannes de Ru- pella, Robertus de Bastia, Ricardus, nonnulli autumant fuisse illum Mediauillanū, quorū opinio si vera est, in senēctu- tē maximā peruēnit, cum eorū expositio sancti Bonauenturę ingressum in ordinem præcesserit, quod in ea tricesima octaua distinctione conclusionē trigesima videbitis, citat verò ipse Ri- cardus super sententias Lugdunense conciliū in quo Bonauētu- ra præses obiit defuncto in itinere ad illud diuo Thoma. Primas  
**Lib. 1. d. 11. q. 3.** omnium ferre, videtur sanctus & dominus Bonauentura, qui primò regulā totam exposuit, deinde speciales quęstiones addi- dit, quō statū nostram à mordentibus vindicaret, iam tertio ad idem

Epistola.

idem apologeticū ordinauit. Alias scripsit epistolas siue ad mi- nistros, siue ad alios pro regulæ nostræ obseruantia. Hoc vobis donum mitto cōmendatissimū, non ac si ex eo doctiores futuri sitis, verū vt haurientes limpidā ex fonticulo aquā excitemini ad famem alios expositores legēdi & habendi. Plurium librorū alia pertractantiū onerāmur sarcina, turpē est si libri de votis quæ labia nobis distinxerūt à bibliothecis nostris exulent. Hoc ego vobis alijsq; spiritualib⁹ fratrib⁹ proptervos exhibeo, vt in- ter alios & hunc habentes regulæ suæ fiant studiosi, neque pos- sint causare non inueniri iam codices in librariorū officinis tra- ctantes de his. Cæterum dum scripta mea seligo in arduos fasci- culos misericordia sermonum quos habui ē suggesto materna lingua, scriptos vel in ea sola, vel permixta Latinæ cepit animā titillare. Sum pendens an flammis ereptos afferuabo nutriēdos lacte cibisq; Latijs, quousq; alio spiritu versus in poenitudinem. Althææ denuō conijciā exurendos. In hac vita quādiu sumus ad absumendos decipiēdosq; dies alicui studio expedit animū adiungere, qui si non stimuletur famæ cupiditate, vel alia oble- tationis aut lucri mercedē remissus otij torpore Syluescit. Ego in senectutis ætatem inertiore delatus, quā quæ stimulis agi- tetur gloriæ, aut spe fortunæ aspiraturę subleuetur, ferā grauissi- mē pedagogum agere, meos etiā pueros instituere Latino ser- mone, & vestigia eorum subsequens abire quocunq; eis placue- rit. Appetitus puerorum est circūdūci ad visendum multa, mi- hi neq; firmum corpus ad tam longa itinera, neq; suppetens in- genij census absq; mutuis pluribus ad tot expensas. Quid cum eos vel tēdiū Latij: vel Athenarum ceperit desiderium? Mos gerendus erit, quō vtrobiq; se fuisse cōmonstrēt omnibus, nam ad Chalkēos Hēbreos vē adducendi via mihi aded ignota, vt quouis indicatore desperem illūc peruenire, nisi eos imitatus, qui garrunt ex ecclesię Penatis de his multoties quę audierūt penitas ignorantes quę loquuntur, & pressus altius cum eis fiā ludibrio. Comendo vos carissimi communi Do- mino, quem & vos pro me orate.

AUTORIS

AUTORIS CARMEN LOQVENTIS  
nomine huius libri quarti.



*VI* Novus in vestras venio liber incolaterras,  
Promissus quondam patris ab ore fui.  
Miseratis fratres quarto sine veste retento,  
Qua celsas possem dignus adire domos.

*V*estiuit postquam, & non paupertate notandum  
Vidit, secretum noluit esse domi.

*I*, dixit, fratresque gerant si prospera cerne:  
Dum non inuenies irrequietus eris.

*I*d quoque: gaudere & bene rem gerere omnibus illis  
Dicere, qui occurrent, tu memor esse stude.

*S*i quarent quid agam, dices tuta otia gestit,  
Scribendi studio vim superante senis.

*F*ratribus ex multis nobis tantum est super vnus,  
Inscius ille quidem verba Latina loqui.

*P*sittacus discit lo-  
qui adhuc  
pull<sup>o</sup> post  
duos an-  
nos indu-  
rato ro-  
stro fit in-  
docilis &  
obliuio-  
sus.

*S*i discet, nec tardus erit, quod Psittacus aiunt  
Est anni gemini vocibus indocilis.

*I*mpiger exiliet vestigia nostra sequutus,  
Ne se, quæ alios, vtere flamma queat.

*V*os rogo lectores annos ita fila sororum  
Complures donent, quam parit Hybla fauos:

*S*i nostis fratresque meos, & pascua leta  
Dicite, quæ teneant: quod precor exiguum est.

*N*on ita sum cultus, quod sit mihi causa timendi  
Cisternam, aut puteum multicolor tunica.

*C*onfiteor nimium, quo sum nutritus, amorem,  
Sed neque sic illis inuidiosus ero.

*M*ulta fero mecum quæ sunt communia nobis,  
Vt nostrum solus viuere nemo queat.

*Q*ui excutis hospitio me, nota habitacula fratrum  
Iam pridem, vel qui dicis; vterque Vale.

Gene. 38.

BREVI-

Fol. r.

BREVILOQVIVM  
LIBRI QVARTI  
Sententiarum.

DISTINCTIO PRIMA.

*De Sacramentis in generali: quid sit Sa-  
cramentū? quare institutū? quæ diffe-  
rentia Sacramentorū veteris & nouæ  
legis, & de Circumcisione.*



*S*acramentum à Magistro sic definitur, seu describitur; Est sacrae rei signum. Secundò sic: Est inuisibilis gratiæ visibilis forma, ex August. lib. 10. de ciuita. Dei. cap. 5. habentur de Consecr. d. 2. cap. Sacramentum. Addit Magister, quod ita est signum gratiæ, ut ipsius imaginem gerat & causa existat, vnde dicunt Scholastici, quod Sacramentum est signum efficax gratiæ. Explicat Magister, quid sit signum ex August. lib. 1. de doctrina Christiana. De his descriptionibus vide Alex. 4. p. q. 1. m. 1. & q. 8. m. 1. & m. 2. art. 3. de quibus dicit Tho. Vvaldensis lib. de Sacramentis. c. 20. vtranq; descriptionem esse Patrum antiquorum sanctis Sacramētis specialiter consecratam. Hugo quem refert Bona. q. literali, dicit, quod non est definitio, neq; intendebat Magister ponere definitionem, sed nominis interpretationem, seu verbi notificationem. Illud enim est certum, quod cuiusquæ entis, siue non entis, quod potest concipi, & significari potest esse aliqua

Proposi-  
tio. 1.

A aliqua

aliqua ratio nominis. Sacramentum etiam constat ex pluribus putà ex verbo & aliqua re sensibili, hæc faciunt vnum in genere signi, dixit enim Aristo. 5. Metaph. c. 6. siue comm. 7. Plurima vnum dicuntur, eò quòd aliquid vnum, aut dicunt, aut patiuntur, aut habent, aut ad aliquid vnũ sunt; vt vnum corpus multa mēbra; vna domus multæ substantiæ, vt ligna & lapides. Potest ergo Sacramentum definiiri eo modo, quo homo albus, de quo, quia non facit vnum per se, non potest dari definitio per se, sed per accidēs. Ponitur signum, siue inuisibilis forma loco generis, cætera loco differentiæ. Ex eo quod ponitur signum, dicunt quatuor Doctores nostri Alex. citatus. Bona. hac. d. num. 25. & 26. Scot. q. 2. litera. D. Ricar. art. 1. q. 3. ad. 4. quòd est triplex signum: Præteriti, quod vocatur rememoratium, sic omnia sacramenta significant passionem Christi præteritam: Præsentis, quod vocatur demonstratium, sic sunt signa gratiæ, quæ significant infundẽ recipienti, quantum est ex parte Dei, & Sacramentorum: Futuri, vocatur pronosticum, sic significant gloriam futuram. Horum præcipuum, quia est gratia, sunt signa demonstratiua gratiæ, quæ est illa sacra, & inuisibilis gratia posita in descriptionibus. Per dicta excluduntur multa argumēta, vt de agno Paschali Exod. 12. De serpente à neo num. 21. De petra. 1. Corinth. 10. quæ nõ significabāt gratiam infundi, neq; erant Sacramenta; neq; verba Christi ad Magdalenam Lucæ. 7. Remittuntur tibi peccata tua, quæ nõ erant signum institutum ad sanctificandum, sed manifesta verba quibus explicabat Christus effectum suæ potestatis sanctificando, & remittēdo peccata. Propter hoc Magister posuit, quòd gratiæ imaginẽ gerat, & causa existat, vnde & Scot. hac. d. q. 3. in initio dixit, signum practicum quod signat signatũ esse, vel fieri, & quòd sit certũ & efficax: nam si significaret gratiam, neq; efficeret, esset speculatiuum. Ceremoniæ veteris legis, vt sanguis hircorum, & taurorum, & cinis vitulæ, non erant Sacramēta, sed signa speculatiua gratiæ, atq; pronostica: Agnus Paschalis fuit signum pronosticũ passionis Christi, educationis ab Aegypto signum rememoratium.

Hoc modo sumendo signum, Sacramentum dicitur à faciando

crando actiue, vt ornamentum ab ornando actiue, quia est signum ad significandum, & faciendum rem sacram, id est, gratiam. Passio Christi, licet causa sit nostræ sanctificationis, non autem est signũ, neq; Sacramētum. Tho. 3. p. q. 60. art. 1. ad. 1. dicit, quòd sanctitas à qua denominatur Sacramentum non significatur per modum causæ efficientis, sed magis formalis, vel finalis. Vide & art. 2. ad. 2. Intelligūt Thom. aliqui sui, vt Soto lib. 4. d. q. & art. primis, quod velit rationem Sacramenti consistere in eo, quod sit signum & non causa; quia si de ratione eius foret, quod sit causa non diceretur vniuocè de Sacramentis veteris, & nouæ legis, sed æquiuocè, quia illa veteris legis non causabant gratiam. Caieta. ibi art. 2. Thom. dicentem, quòd est signum rei sacre in quantum sanctificans, explicat: Sanctificans in actu exercito, hoc est, quòd actualiter exercet sanctificationẽ, quia ad hoc adhibetur, vt signum quò per illius significatum sanctificetur homo. Vnde videtur facere eum eiusdem sententiæ cum alijs. Idcirco videtur Thom. tantũ explicuisse modum, quo exercet actu sanctitatem significando & demonstrando illam actu informare animam, nam posuit ly magis: cõparatiuum non negat quin aliud adsit, videlicet per modũ causæ efficientis, sed de Tho. intellectu sui laborent. Cũ dicitur in descriptione, visibilis forma capitur visibile pro sensibili sensu exteriori, quia visus secundum Aristo. 1. Metaph. c. 1. Est sensus, qui maxime nos cognoscere quidquam facit, multasq; differētiās manifestat. Sumitur in scriptura Genes. 3. Vidit mulier lignũ, prout pertinet visui sensus exterioris: Aliquando prout sensui cõmuni interiori, cuius officium est apprehensione vna cognoscere, & iudicare de actibus omnium exteriorum sensuum Exod. 20. Cunctus populus videbat voces, & sonitum buccinæ. Psal. 33. Gustate & videte quoniam suavis est Dominus, sic attribuitur cuiusq; sensui exteriori: Tertio, vt pertinet ad intellectum Genes. 1. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valdè bona: A Theologis cognitio Diuinæ essentiæ vocatur visio. August. in epist. 2. ad Volusianum dicit, quòd inter quinque sensus visus est excellentior. Cũ addit Magister ex epist. 23. Augustini ad Bonifacium, quòd eius rei similitudinem gerit

cuius signum est, explicandoq; ait, ita signum est gratiæ, vt ipsius imaginem gerat, & causa existat, dicitur à Scholasticis: Sacramenta id efficiunt quod significat, vt Baptismus significat ablutionem animæ, quia aqua abluit, & ipsam efficit, sic effectus aliorum respondet signo, sub quo illa gratia significatur infra. d. 2. p. 4.

Alio modo deriuatur Sacramentum à sacris secretis, vt in decretis. 1. q. 1. Multifaculare: ob id Sacramenta dicuntur, quia sub tegumēto corporalium rerū Diuina virtus secretius salutē eorundē Sacramētorum operatur, vnde à secretis virtutibus, vel sacris Sacramenta dicuntur. Hæc ibi Greg. cuius est ille tex. inde Tobia. 12. Sacramentum Regis abscondere bonum est. Sap. 2. Nescierunt Sacramenta Dei. Ephes. 1. Vt notum faceret vobis Sacramentum volūtatis suæ. Apoc. 17. Dicam tibi Sacramentum mulieris, id est, sacrum secretum. Hoc etiam vocatur mysterium, dicente ibidem Grego. Mysterium ob hoc dicitur, quod secretam & reconditam habeat dispensationem. Iudith. 2. Nabuchodonosor habuit cum ducibus mysterium consilij sui. Prouerb. 20. Ei qui reuelat mysteria & ambulat fraudulenter, & dilatat labia sua ne commiscearis: alia multa loca similia sunt in scriptura. Iuramentum etiam dicitur Sacramentū. 22. q. 4. cap. Qui Sacramēto, & sequentib. & q. 5. c. Paruuli: Semel peieratus nec testis sit post hoc, neq; ad Sacramentū accedat, id est, ad iuramentum. Hæc duæ acceptiones sunt ex analogia ad rem sacram, sicut medicina & diæta ex comparatione ad animal, neq; de illis dicitur Sacramentū æquiuocè quasi habeat plura significata principalia, sed à consilio, habet enim vnum principale, alia ex relatione ad principale. Voco principale, quo vtuntur Catholici, vt stet pro septem, quidquid sit de paritate Latinitatis. Secretum & iuramētum, habent habitudinem ad sanctitatem & rem sacram, qualis est fidelitas seruāda in secreto ei qui illud commisit, in iuramento illi cui iuratur, & per quem iuratur. Per hæc manent explicatæ definitiones Magistri, atq; altera Hugonis dicentis. Sacramentum est corporale, vel materiale elementum foris sensibile propositum, ex similitudine repræsentans, & ex institutione significans, &

ex sanctificatione continens aliquam inuisibilē, & spiritualem gratiam: item alia Scoti, sacramentum est signum sensibile gratiam Dei, vel gratuitum effectum ex institutione diuina efficaciter significans ad salutem hominis viatoris ordinatum. Disiunxit, vel gratuitum effectum propter Eucharistiam, vbi res sacramenti non est gratia accidentalis inherens, sed subsistens, id est, ipsemet Christus.

Sacramenta non fuere simpliciter necessaria, quia sic solus Deus est necessarius; neq; fuere necessaria necessitate finis, putā gratiæ & gloriæ, quæ sine illis haberi possent. Deus enim ad extra nihil agit necessario. Hinc dicunt Theologi & habetur in litera Magistri. Deus non alligauit potentiam suam sacramentis. Potest sine illis, quæ cum illis, vide Scot. hac. d. q. 3. *Propos. 2.*

Post lapsum Adæ congruentissimū fuit, atque vtilissimū institui sacramenta. Assignat Magister in litera triplicem causam, de qua potes videre Alexan. 4. p. quæst. 1. memb. 2. artic. 3. glossam in capit. institutio, de consecr. dist. 2. Prima est, hominis superbi Deo humiliatio ad creaturam, in qua relucet Diuina iustitia. Secunda, eruditio per visibilia ad inuisibilem virtutem gratiæ quæ intus est, in qua reluit sapientia Diuina adinueniens remedia ex creaturis, quæ sunt occasio ruinæ, vt homo illarum amore ex cæcatus earum exercitatione erudiatur & illuminetur. Tertia, exercitatio, quia cum non possit homo esse ociosus habet in sacramentis vtilem exercitationem, in qua reluit bonitas & misericordia reuocando à nōxijs & occupando in honestis. Nam secundum Hieronymi consilium, quod refert Magister, semper aliquid boni operis facito, vt te occupatum diabolus inueniat. In hanc sunt sacramenta, & quæ ad illa pertinent. Christus nanque Dominus reliquit ecclesiæ quas cæremonias, & ritus institueret post sacramenta instituta. Hoc præfuit in typo quando misit pro asina. Matthæ. 21. Vbi non habetur quod mandauerit illam ornari vestibibus apostolicis, ipsi apostoli ornauerunt, neque illorum ornatum Christus reiecit, ita est de ecclesiasticis ordinationibus. Vide in decretis dist. 11. Canonem: Ecclesiasticarum, quod est Augusti-

ni. Exemplo id monstratur. In ordine ad eucharistiam construuntur templa, monasteria, capellanæ, id est, beneficia non curata, offeruntur pallæ, aliaque ornamenta quæ solî hæretici despiciunt, vt Thaboritæ, sic dicti quia destruêtes ecclesias & monasteria elegerunt sibi locum munitum cui nomen Thabor indiderunt, fuit error Vviclephi, & est Anabaptistarum hodie, cum tamen dixerit Christus Matthæ. 5. Si offers munus tuum ante altare. Esaias. 19. In illa die erit altare Domini in medio terræ Aegypti. De templo & altari Prouerb. 9. Sapientia ædificauit sibi domû, idest ecclesiam, & proposuit mensam, idest altare. Vide lib. 3. d. 9. p. 11. Vide August. lib. 20. contra Faustum cap. 4. & 21. Ratione pœnitentiæ & eucharistiæ libenter ieiunamus in quadragesima & cõcionibus assistimus. Oblectamur prædictis exercitijs, fastidia temporum leuamus, intendimusq; sensuales sensualibus ordinatis in Deû aliâsin pessima casuri.

*Propos. 4.* Ex prædictis congruentijs patet in statu innocentia non fuisse necessaria sacramenta, quia cessaret congruitas instituendi. Fuiisset enim homo subditus Deo, neque creaturis humiliandus, neque ignorantiam incurrisset, cum sint medicinae sanus non eguisset medico Matth. 9. neque opus foret ipsum occupari contra diabolum qui super eum potestatem non haberet. Quod Magister dicit, homo Deum videbat sine medio, vide in Breuiloq. 2. distinct. 23. p. 11. Conclusionem tenet Alex. 4. p. q. 1. m. 2. ar. 3. dum ait, illi parti magis adhæreo quod sacramenta statum naturæ lapsæ respiciunt. Vide, & memb. 3. art. 3. Licet enim omni tempore etiam naturæ institutæ esset necessaria fides, & opera illam protestantia, quia accedentem ad Deum oportet credere Hebræ. 11. & fides sine operibus mortua est Iacobi. 2. tamen illa opera non forent sacramenta causantia gratiam ex opere operato, tenet hanc & Scotus. q. 3. art. 3. Ricar. art. 2. q. 1.

*Propos. 5.* Congruum fuit in vnaqua; lege institui sua peculiaria sacramenta. Ita Scotus. q. 3. art. 4. Probatur. Sacramenta sunt signa protestantia fidem interiorem, sed fides processu temporis creuit in notitia & numero credendorum: igitur in lege posteriori debuit institui signum, quod euidentius signifi-

caret

caret signatum, sicut in naturalibus semper proceditur via generationis ab imperfecto ad perfectum, sic Deus dando legem semper dedit posteriorem perfectiorem, lex perfectior requirit adiutoria perfectiora. Confir. Translato sacerdotio legis translatio fit Hebr. 7. Sed vnaqua;que lex proprium habuit sacerdotium distinctum à sacerdotio alterius legis, & sacerdotes offerunt Deo sacrificia & dona pro peccatis, ergo debuit esse aliud, & aliud sacrificium, & per consequens aliud, & aliud sacramentum. Secundò, dixit Augustinus lib. 19. contra Faustum cap. 11. In nullum nomen religionis, siue verû, siue falsum coagulari homines possunt nisi aliquorû signaculorû, velut sacramentorum visibilium consortio colliguntur. Ob hoc dicit Scotus citatus in art. 1. Qui sciunt se esse eiusdem sectæ iuuant se mutuò ad eius obseruantiam, & qui sciunt se dissimilis vitant se, tanquam mutuo se impediētes: igitur hoc signum vnitiuum & distinctiuum congruit quòd in vnaqua; lege sit aliud & aliud, quâuis significet eandem gratiam. Eadem quippe res aliter annuntiatu faciēda, aliter facta (videlicet per verba futuri, & præteriti) vt Augustinus ait.

Sacramenta instituta sunt à solo Deo. Puræ creaturæ, *Propos. 6.* imò neque toti ecclesiæ fuit data potestas ea condendi. Probatur, quia ad probandam talem potestatem datam debet exhiberi scriptura, quæ nullibi extat. Secundò, Si aliquis alius à Deo potuisset illa instituere, potuisset simul instituere sacerdotium, & ex consequenti aliam legem per probationem præcedentis, foretque alia lex præter naturalem, scriptam, & Euangelicam. Moyses dedit legem Ioan. 1. & 7. tanquam minister, non tanquam merus legislator. Vide Alexand. 4. p. quæst. 1. memb. 3. artic. 4. Thom. 3. p. quæst. 6. 4. artic. 2. & infra distinct. 7. p. 1. quòd sunt instituta à Christo.

Si de possibili talis autoritas possit cõmunicari creaturæ, *Propos. 7.* dico, quòd instituat tanquã principalis causa, non, quia esset facere creaturam Deum, quod si hoc est de necessitate præcissa absolutè negandum est. Possit quidem Deus conferre creaturæ, quòd instituat materiam & formam, imò dare

A 4

omnem



omnem auctoritatem quam dedit Christo homini, si hoc sufficiat potest concedi, quod sit cōferibilis creaturæ talis potestas. Per hanc distinctionem fortè possunt concordari Doctores varia sentiri apparentes. Potestas Christi infra. d. 5. Est in prædicta Scotus. q. 3. ar. 2. dicēs, quod sicut si in homine essent duo actus realiter: vnus quo institueret osculum, vt signum reconciliationis: alius quo determinaret voluntatem suam ad causandam reconciliationē posito signo: ita in Deo est alius actus rationis ad instituendum signum practicum gratiæ: alius quo determinat se ad cooperandum illi signo, qui duo actus dici possunt vna institutio sacramenti. Si ambo sunt de ratione sacramenti, à solo Deo possunt institui: si secundus non est de eius ratione, quia accidit signo vtrum signatum concomitetur, aut non, saltem veritas, id est, conformitas in significando ad rem significatam requirit, vt instituat à solo Deo, siue quod Deus determinet se regulariter cooperari illi signo. Hæc Scotus. Quod ipse non negabit posse communicari creaturæ quod fuit comunicatū Christo, patet ex Breuiloq. 3. d. 19. p. 7.

*Propo. 8.*

Sacramenta in duobus consistunt: in verbis & rebus: verbis vt inuocatione Trinitatis, rebus, vt oleo, aqua. Magister in litera. Alex. 1. p. q. 1. m. 4. Circa hanc aduertendum ex vtu Doctorum approbato per concil. Floren. attribui sacramentis materiam & formam ex similitudine naturalium rerum. Illud quod est materialius, & potentialius & præcedit, vocatur materia: quod est spiritualius & principalius, & actualius dicitur forma. Verba vt dicit Aug. 2. de doctrina Christiana cap. 1. & 15. de Trinit. inter homines obtinuerunt principatū in significando, vnde ait concil. Florent. Hæc omnia sacramenta tribus perficiuntur, rebus tanquā materia, verbis tanquā forma, & persona ministri conferentis sacramentum cum intentione faciendi quod facit Ecclesia. Ratio cōclusionis sumitur ex voluntate instituentis. Ex similitudine quam res habet à sua creatione benè sumimus congruentias, quare Baptismus conferatur in aqua, confirmatio in oleo, & balsamo, & sic de alijs. Cæterum determinare, quæ res & verba significant gratiā non pendet ex humano beneplacito, quæ-

admodum

admodum in significatione rerum spiritualium per scripturas pertinuit ad Spiritum sanctum. Qui proprias, aut poëtarum similitudines interpretantur, vel prædicant tanquam simulacra spiritualia iniuriantur scripturæ. Vt si per Hercule Christum, & eius labores atq; môstra domita adaptet Christi victoriæ, non enim fuit positus in figuram Christi, sicut David, Salomon, & Jonas: perinde si talem montem dicas Paradisum significare, talem ciuitatem mundum. Fuit hic modus aliquando pijs olim prædicatoribus, sed indoctis in vsu. Alter abusus fuit ipsam scripturam in aliam detorquere significationem quam sint quatuor illi scripturæ sacræ sensus: verbi gratia, infirmus ille Ioan. 5. apud probaticam piscinam dicebatur signare latronem bonū cum Christo in cruce afferebantq; apocripha de historia latronis. Benè ex similitudine, dissimilitudine, alijsque locis ex quibus rethores & dialectici argumenta conficiunt docetur à prædicatoribus populus absque scripturæ iniuria. Vt ex Hercule infractus animus ad laborem virtutis, illius vt acquireret corruptibilem coronam nos incorruptam. 1. Corinth. 9. Si dicas Christi sepulcrum in quo nemo fuit positus significare Mariam intactam, & à peccato immunem iuxta nullum scripturæ sensum interpretaberis, quia nō fuit sepulcrum à Spiritu sancto positum in figuram Mariæ cuius conceptus & partus præterierant. A similitudine, à pari, vel à minori, si dixeris decuisse vt in vtero intactæ Virginis, & à dæmone neque per instans in originali peccato subactæ conciperetur, qui ponendus in sepulcro erat nouo à nullo cadauere foedato, aut foedando nō perperam argumētaberis. Præstat germanè exponere scripturam in suis quatuor sensibus, quā extra illos exposita audientium lacrymas & clamorem ciere.

Differentia sacramentorum veteris & nouæ legis assignatur à Magistro post Augustinum super titulum psalm. 73. quod sacramenta veteris legis promittebant tantum & significabant, hæc nostra dant salutem. Quam differentiam conciliū Florentinū amplectitur inquiring. Nouæ legis septem sunt sacramenta, quæ multum à sacramentis differunt antiquæ legis, illa enim non causabant gratiam, sed eam fo-

*Propo. 9.*



lum per passionem Christi dandam figurabant, hæc verò nostra & continent gratiam, & ipsam dignè suscipientibus conferunt. Idem definiuit concil. Trident. sess. 7. per multos canones docens omnia septem sacramenta à Christo instituta: continere gratiam quam significant: illam conferre ex opere operato: differre à sacramentis veteris legis: non esse omnia septem inter se paria, sed esse aliud alio dignius: non esse superflua, sed necessaria ad salutem, asserentes contraria tanquam hæreticos anathematizat. Quidam hæretici; vt Catharistæ omnia sacramenta negauerunt: Alij non omnia admiserunt: Calvinus Baptismum confundeat cum poenitentia dicens non esse aliud sacramentum ab ea cum tamen in lege veteri fuerit differentia inter circumcisionem; quæ illis erat vice baptismi, & inter poenitentiam, vt patuit in poenitentia regis Dauid & Ninivitarum: Armenij pro quorum vnione, atque Græcorum cum Ecclesia Latina fuit congregatum concil. Florent. negabant in sacramentis conferri gratiam. Eundem errorem docuit Lutherus inquiring, hæretica est sed vsitata sententia, sacramenta nouæ legis dare gratiam illis, qui non ponunt obicem. Contra hos errores omnes vide citatum concil. Trident.

*Prop. 10.* De modo quo sacramenta causant gratiam variæ sunt doctorum sententiæ, atque cum causa contineat effectum, eodem modo dicentur continere, quo eiusdem gratiæ sunt causæ.

*Opin. 1.* Quidam, vt Durandus hac dist. quæst. 4. & Gabriel hac dist. quæst. 1. art. 2. concl. 7. tenent, quòd sunt causa sine qua non & per accidens, ita quod recipiens sacramentum recipit gratiam ex Diuina institutione, & non à sacramento, sed à Deo per sacramenta. Hanc dicit Durandus esse antiquam opinionem & sine calumnia, quam & probat per simile, & auctoritatem. Simile est de denario plumbeo facta tali ordinatione, quòd qui illum recipit recipiat eleemosynam regis, ille denarius non est causa eleemosynæ regis, sed rex, denarius autem est signum & causa sine qua non. Auctoritas est Bernardi in sermone de coena Domini. Sicut canonicus inuestitur per librum, Abbas per baculum, Episcopus

copus per annulum & baculum simul, sic diuersæ gratiæ diuersis sunt traditæ sacramentis: vbi fit comparatio secundum habitudinem omnem quam habent sacramenta ad gratiam, & non solum quantum ad significationem: Attamen neque liber, neq; baculus, neq; annulus dant inuestituram, sed sunt causa sine qua non datur ab inuestiente. Hanc eandem tenet Bassolis hac dist. quæst. 1.

Si contra hanc dicas, quòd si sacramentum est causa per accidens esset ab arte relinquenda iuxta Porphyrium cap. de specie, neq; debuisset in eius definitione poni, sicut à Magistro & ab alijs communiter ponitur. *Argum.*

Respondet Durandus, quod accidens per accidens, putà quod est separabile & nihil penitus facit ad operationem rei, neque ad eius notificationem est ab arte relinquendum: vt albu respectu ædificatoris: Accidens proprium, vel ex rei natura, vt risibile, vel ex ordinatione, vt denarius supradictus multu facit ad notificationem rei, & est ponendum in descriptione. Dicit secundò, quòd nullus sanctus præter Magistrum posuit in definitione sacramenti quòd esset causa, & quòd nullus potest melius exponere Magistrum, quam ipsemet, qui se exponit dicens. Homo non querit salutem in sacramentis quasi ab illis, sed per illa à Deo, neque admittit Durandus interpretationem, quòd ly, ab, denotet principale agens, & ly per, instrumentale, quia talis causa instrumentalis accipienda est de causa sine qua non secundum Augustini descriptionem dicentis, quòd sacramentum est in quo sub tegumento rerum sensibilium Diuina virtus salutem nostram secretius operatur, igitur operando Diuina virtus in sacramentis, & sacramenta existendo instrumenta, erunt causa sine qua non, quia non sunt instrumenta intrinseca, sicut membra corporis sunt respectu operationum animæ, & calor naturalis intrinsecum instrumentum respectu digestionis: Et sic nihil faciet contra Durandum exponere ly per, in descriptione Magistri, quòd denotet instrumentum. Hæc opinio quamuis in sensu sit sana, non debemus ea vti neq; suo modo dicendi postquã videmus duo concil. Florent. & Trident. definisse quòd continent gratiam & causant. *Solutio.*  
Causa

Causa tamen sine qua non & per accidens non videtur concedendum quod contineat effectum, & causet illum. Exempli gratia. Cognitio est causa sine qua non dilectionis; quia nihil volitum quin præcognitum, sed neque continet, neque causat amorem, quia multa cognoscimus quæ odimus: apertura fenestæ non continet lumen, neque formaliter, neque virtualiter. Annotaverò secundum Ocham in. 4. quæst. 1. quod causa sine qua non plus dicitur quam causa per accidens, quia causa per accidens non posita sequitur effectus.

*Opinio. 2.* Alius dicendi modus est quod sacramenta non attingunt gratiam: tamen dicuntur causa gratiæ, quia disponunt subiectum producendo & causando aliam formam, quæ est dispositio ad gratiam, illa in sacramentis imprimendis characterem est character, in alijs quidam ornatus. Hanc tenuit Alexander 4. p. quæst. 8. memb. 3. art. 3. videatur. & q. 19. memb. 2. Sequitur Thomas in scripto super. 4. illam tuerentur aliqui Thomistæ. Scotus hac distinct. quæst. 4. eam sufficienter impugnat, nam ponere talem ornatum videtur fictitium, eadem facilitate reiiciendum qua probatur, poniturque pluralitas sine necessitate. Item character est forma spiritualis, sicut gratia, sed si non attingunt gratiam, quia est forma spiritualis à solo Deo producibilis, ea ratione neque attingent characterem, neque causabunt.

*Opinio. 3.* Tertius modus est Henrici Gadauensis quod lib. 4. q. vlt. refertur in litera Scoti. q. 4. quod sacramenta nouæ legis dicuntur causa gratiæ, non quia causent eam alio modo, quam sacramenta veteris legis, sed quia sunt contentiuia illius quod est causa gratiæ, aut realiter vt sacramentum Eucharistiæ, in quo continetur realiter humanitas Christi coniuncta Diuinitati, ideo dicitur maximè contentiuum gratiæ & effectiuum: aut virtualiter sicut sacramentum baptismi in virtute sanguinis Christi dicente Paulo Rom. 6. quotquot baptizati sumus in sanguine eius baptizati sumus. Dat exemplum de Diuinitate coniuncta humanitati, quæ operabatur mirabilia, hinc dicuntur sacramenta nouæ legis vasa gratiæ. Contra hæc arguit Scotus. Deus non est aliter secundum essentiam, præsentiam, & potentiam in sacramento quam in alio corpore,  
nisi

nisi ad aliquem effectum causandum, sed ad talem effectum est ex determinatione suæ voluntatis, non quia sacramentum illam determinet: determinatio manifestata Ecclesiæ dicitur pactio, vel promissio, igitur hæc opinio coincidit cum prima, quod sacramenta non habent aliquam virtutem supernaturalem sed Deus ex pacto assistit, & ipsa sunt causa sine qua non.

Quartus modus est Caietani. 3. p. q. 62. artic. 1. quod sacramenta actione sua reali, & instrumentali attingunt gratiam. Nititur probare quod Thomas est huius opinionis, neque persistit in secundo modo supra posito, quia in præfacta. q. 62. petit de effectu principali sacramentorum qui est gratia: in. q. 63. de effectu secundo, qui est character igitur in. q. 62. non comprehendebat characterem sub nomine gratiæ, sed sumebat gratiam pro habituali de qua loquuntur Sancti dicentes, sacramenta esse causam gratiæ. Reuera Thomas ita videtur sentire ibi, vt Caietanus interpretatur. Fundamentum huius sunt autoritas Augustini homil. 80. super Ioan. refertur à Gratiano. 1. q. 1. cap. Detrahe: vnde ista virtus aquæ tanta, vt corpus tangat & cor abluat nisi faciente verbo? non quia dicitur, sed quia creditur. Ratione sic. Ista causalis est vera, quia homo baptizatur est filius Dei & habet gratiam. Dicit ista opinio, quod instrumentum artis est proprie actiuum, neque sibi assimilat effectum in quantum instrumentum, sed arti cuius est: verbi gratia securis habet ex forma suæ acutiei quod scindat, quæ formet lectum habet ex arte. Sic Baptismus abluat corpus per formam aquæ, sed quia est instrumentum Dei facit hominem Deo gratum, ipsi Deo assimilando animas, Petri. 2. c. 1. Maxima & pretiosa nobis promissa donauit, vt efficiamini Diuinæ consortes naturæ. Ad Titum. 3. Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, vbi Iper. dicit causam instrumentalem, per instrumentum enim quis operatur. Ad hanc intelligendam ponit Domin. Soto. in. 4. d. 1. q. 3. ar. 1. quæ fingat nulla esse qualitas gratiæ, quæ animæ infundatur, sicut concil. Viennense reliquit sub opinione, nihilominus sacramenta dicerentur & essent causa gratiæ, quia sic loquebantur Sancti & concil. Florent. Si igitur aliquo tempore fuisset talis amicitia

citia inter Deum & hominem sine qualitate, & postea Deus statuisset infundere talem qualitatē non esset difficile intelligere quo modo sacramenta essent causa gratiæ illius, & amicitia, & consecutiue dictæ qualitatē. Si prematur hic intellectus, quoniam dempta illa qualitate sacramentum multominus attingit actum Diuinæ voluntatis, quam illam qualitatē, nisi Diuina voluntas seipsam liberè determinasset ex pacto: vel est recurrendum ad causam sine qua non; vel ad actionem sacramenti in dictam qualitatē ad modum causæ naturalis, vel alius quærendi dicendi modus. Ad hunc modum facit, quod eo pacto sacramenta, quæ sunt instrumenta Dei separata sanctificant & purificant, quo humanitas Christi, quæ erat instrumentum coniunctum Diuinitati sanctificabat & purificabat: sed humanitas sanctificabat attingendo gratiam, vt causa instrumentalis physica: ergo, idem faciunt sacramenta. Maior probatur, nam Hebræ. 10. dicimur sanctificati per oblationem corporis Iesu Christi. 1. Ioan. 1. Sanguis Iesu Christi emundat nos ab omni peccato. Apoc. 1. Lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. c. 12. Vicerunt eum, id est, Draconē & Sathanam, propter sanguinem agni. Hebræ. vi. vt sanctificaret per suum sanguinem populum extra portam passus est: ita dicimus de sacramentis: per illa sanctificamur, emūdant nos, in eis lauamur à peccatis. Vide citatum Paulum ad Titum. 3. Minor probatur. Matth. 9. de sanato paralytico. Fili remittuntur tibi peccata tua: et infra, vt autem sciatis quod filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata ait paralytico, Surge tolle lectum tuum, quasi miraculo sanitatis confirmans prædictam iustificandi potestatem, subdit Euangelista. Videntes turbæ timuerunt, & glorificauerunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus, hoc est, potestatem faciendi miracula propria virtute, & potestatem iustificandi. Facit ad hunc modum, quod ad idem genus causæ pertinent agens, & instrumentum quo agit, nam instrumentum non agit per virtutem suæ formæ, sed per motum quo mouetur ab agente principali, à quo agente educitur de potentia ad actum, moueri enim est educi de potentia ad actum, per quem motum est in instru-

ment.

mento virtus quædam intentionalis, seu instrumentalis; sed Deus quamuis sit agens liberum agens imperio suæ voluntatis, tamen quia concurrit cum omni causa ad omnem effectum, & verè producit, habet rationem causæ naturalis: igitur, & sacramenta quæ sunt instrumenta quibus operatur ad sanctificandum, iuxta id Ephes. 5. Mundans Ecclesiam lauacro aquæ in verbo vitæ, agent vt physica instrumenta, non tamen per aliquam virtutem naturalem, vel gratuitam permanētem, & datam illis. Spectabant ad hunc modum infra dicenda. dist. 5. p. 4. Salmanticenses Theologi à paucis retrò annis dicuntur ita tenere. Gabriel hac dist. quæst. 1. notab. 3. videtur sentire, quod sacramenta concurrunt ad gratiam, vt causæ naturales, sed cum idem ibidem cum Petro Aliacensi dicat, quod vnā rem causare aliam nihil aliud est, nisi ad præsentiam vnus aliam rem produci, vel esse, videtur apertè concedere nullam causam secundam aliquid verè causare, sed Deum ad præsentiam causæ: Sic ad præsentiam ignis Deus calefacit, ad præsentiam solis illuminat, quod ab omni philosophia iudicatur alienum. Eodem modo non refugit concedere, quod si Deus ad prolationem alicuius verbi prolati ab homine statuisset dare pluuiam, sicuti statuit dare gratiam in sacramentis, aut transsubstantiare panem in Eucharistia, tale verbum prolatum ita propriè esset causa pluuiæ; sicut calor est causa caloris; facit hanc differentiam. Illæ sunt verè, & propriè causæ ex natura sua ad quarum præsentiam Deus in prima rerum creatione & conditione determinauit se producturum effectus, & non sine illis: quando se determinauit pro tempore post creationem illæ non sunt propriè & ex natura sua causæ, sed dicuntur causæ sine quibus non, talia sunt sacramenta: Ideo tenet quod supra in primo modo.

Quintus modus est Doctoris subtilis hac. d. q. 4. litera. D. *Opin. 5.* quod sacramenta neq; attingunt gratiam, neq; aliam dispositionem ad gratiam, sed ipsum met sacramentum, siue susceptio sacramenti est tota dispositio & immediata ad gratiā, & talis dispositio est causa instrumentalis actiua respectu gratiæ.

gratiae. Hoc probatur aliquibus exemplis. Merita conceduntur absolute causa instrumentalis respectu praemii, per quam acquiritur praemium, & tamen meritum non causat praemium in se tanquam formam in materia; neque causat illud in merito per contactum realem physicum & naturalem, igitur à simili sacramenta sunt causae actiuae instrumentales sine contactu reali & physico ad gratiam. Secundò: Motus ponitur aliquo modo causa respectu termini, ut verè proprie dicamus, terminus acquiritur per motum, & tamen motus non habet actionem qua causet terminum; neque dispositionem intermediam, ipsemet est dispositio proxima ad terminum quem acquirit qui mouetur. Tertio, Calor naturalis est instrumentum quo anima generat carnem, autore Aristotele 2. de anima. text. 50. siue cap. 4. ad finem, non tamen in instanti generationis attingit formam carnis animatae tanquam terminum, neque attingit materiam substantialem carnis tanquam passum; quia secundum multos de quorum numero est doctor subtilis hac dist. q. 1. litera. N. forma substantialis non potest generari ab accidente, igitur est calor ille animalis attingens ultimam dispositionem ad substantiam: à simili sacramentum ipsum, vel susceptio sacramenti, quia est ultima, & tota, & immediata dispositio ad gratiam est ponenda in ratione instrumenti actiui. Potest dari aliud exemplum: Organizatio corporis est dispositio ultima necessitas ad animam intellectuam, quae à solo Deo creatur. Hoc exemplum quo utitur Scotus hac dist. q. 1. litera. Mm. ad exponendum Magistrum credo ex consultò non adduxit ad sacramenta, quia talis organizatio est dispositio in ratione receptiui, seu causae materialis, & non efficientis. Dixit idem Scotus citata. q. 4. litera. D. quòd dispositio necessitas ad formam habet rationem causae actiuae, quando talis dispositio non est ratio receptiui. Unde iuxta Scoti doctrinam duplex erit dispositio necessitans ad formam; vna qua disponitur subiectum, & per quam, vel in qua recipitur forma, talis pertinet ad causam materiale: alia est dispositio necessitans in ratione instrumenti ex quo, vel per quod agens operatur: sic Aristot. citatus. 2. de anima ponit duo instrumenta animae ad generationem

nem

nem carnis, alimentum & calorem, & sunt in ratione causae efficientis. Vide eundem Scotum lib. 3. dist. 16. q. 2. litera. F. quòd nulla dispositio inducta ab agente naturali necessitat simpliciter ad animam rationalem.

Potest pro doctori subtili argui apparetur. Baptismus in ficto consequitur suum effectum recedente fictione, & tunc sacramentum non est, igitur non agunt ut causae physicae, quae attingunt effectum per vim sibi inditam agendo quando sunt. Quod dicendum est de baptismo in hoc casu, est etiam dicendum de eo quando est, atque de alijs sacramentis, nam lex non distinguit, neq; declarat modum, quo causant gratiam esse varium. Si dicas, Agit virtute aliqua relicta sicut agunt agentia physica, videtur coincidere cum secunda opinione reprobata de caractere & ornatu. Confirmatur ex Aristotele. 7. Phy. tex. 8. & 9. siue cap. 1. ad fin. & c. 2. in principio. Quod mouet, tangere necesse est. Quod mouet simul cum eo est quod mouetur, sed baptismus in casu argumenti iam transijt, neque est simul cum gratia, quam causauit recedente fictione. Item, ablutio baptismi est circa corpus, gratia circa animam, igitur, nulla est actio physica. Hoc non potest retorqueri in Scotum, quia licet tota dispositio ad gratiam, quae est sacramentum ipsum sit circa corpus, & forma quae est gratia sit circa animam, sufficit quòd ambae sint in eodem supposito, maxime quando dispositio, non est dispositio ex parte rei naturalis & agentis naturalis, sed est instrumentum agentis liberi.

Secundò. Gratia creatur, igitur sacramenta non attingunt ipsam vi aliqua reali & physica, aliàs creatura creabit. *Argu. 2.*

Antecedens conceditur à sancto Bonauentura in hoc. 4. dist. 17. num. 34. & Scoto. hac dist. quaest. 1. litera. Mm. & lib. 2. dist. 37. litera. A. & habes supra in Breuiloq. 3. d. 31. p. 1. atq; à Doctoribus communiter. Soli discipuli diui Thomae negant gratiam creari, cum sit accidens, accidentia non creantur, sed concreantur, ut idem Tho. 1. 2. q. 110. art. 2. ad. 3. dixit, accidentia neq; fieri neq; corrumpi, sed comproduci secundum quòd per illa subiectum sit in actu, hoc est actuatur ab ipso accidente, similiter dicuntur corrumpi, cum desinit ab

B illis

*Argu. 2.* Item, causæ morales non sunt instrumenta illius qui mouetur ad principalem effectū, sed instrumenta illius qui mouet efficientem, vt preces beati Petri non sunt instrumenta Dei, sed ipsius Petri ad Deum inclinandum, sacramenta sunt instrumenta ipsius Dei mota ab eo ad dandam gratiam, & non mouentia ipsum Deum.

*Solutio.* Ad hoc dici posset, quòd cum sint duo modi causandi naturaliter & liberè, causa moralis cōtinetur sub modo agendi, producendi, seu causandi liberè: Si moralis capiatur strictè, prout mores dicunt virtutes, beneficia, obsequia exhibita quibus demeremur alterum, sacramenta non sunt reducenda ad causas morales respectu Dei, qui est causa efficiens iustificationis & gratiæ: Respectu Christi Domini, qui est causa meritoria, vt dicit concil. Trident. sunt causæ morales. Si autem largiori modo sumatur causa moralis pro causa liberè mouente, & liberè causante sine contactu physico effectum, cum distinguatur contra causam naturalem, possent sacramenta reduci ad causas morales etiam respectu Dei. Concilium Tridentinum vocauit baptismum causam instrumentalem non explicando cuius, & constat esse instrumentum efficientis Dei & merentis Christi, cuius merita cum sint acceptata à Deo & applicata in sacramentis, seu per sacramenta, debent necessario habere suum effectum, quantum est ex parte sua semper, & non moraliter, neque vt in plurimum. Quòd causæ morales sint efficientes colliges ex Aristo. 5. Metaphy, cap. 2. vbi consiliator ponitur in genere causæ efficientis.

Aduertendum, quòd Caietanus citatus in. 4. modo & alij post eum imponunt Scoto, quòd licet in verbis differat, in re ponat sacramenta esse causas sine quibus non gratiæ, à quibus longè absum, atque dissentio. Nam licet Scotus in locis supra citatis, & lib. 3. dist. 23. argum. 3. ante oppositum & in hoc. 4. d. hac quæst. 1. in solutione. 3. argumenti principalis fateatur habitus supernaturales infusos à solo Deo creari, & ab ipso annihilari, id est, in nihilum destrui, quia annihilare non est agere positiuè, sed non agere, hoc est non conseruare, ab hominibus verò corrumpi tales habitus solum demer-

demeritorie demerendo videlicet, quòd illos Deus conseruet, fateaturque idem Scotus hac. d. q. 1. à litera. Dd. & deinceps, creaturam neque principaliter, neque instrumentaliter posse agere ad creationem atque citata. q. 4. dicat, quòd gratia est à solo Deo posito sacramento tanquam vltima & immediata dispositione, non idcirco interpretandus est in re sensisse sacramenta esse causas sine quibus nō. Hoc partim constat ex dictis modò exponendo suam de hac. q. sententiam, partim ex eo quòd tam citatus Caietanus quam Dominicus de Soto, vt in argumento secundo dicebamus pro Scoto, non timent dicere, quòd sacramenta non sunt im mediata causæ gratiæ, sed mediata. Quod est valde notandum in hac difficultate: Omnes Catholici conueniunt esse de fide sacramenta efficere & causare gratiam, tamen quòd illam causent mediata, vel im mediata non reputant contra fidem, vt apparet in secundo modo Alexandri Alenfis ponentis characterem & ornatum præuium, quem modum sanctus Bona. hac dist. quæst. 4. dicit fuisse magnorum magistrorum. Si quia non causant im mediata gratiam sunt causæ sine quibus non, in eandem recident & Caiet. & Dominicus. De diuo Bona uentura quid senserit in hac difficillima quæstione per me nolo decidere. Ipse quidem fatetur opinionem Alexandri teneri à magnis magistris, nihilominus ponit alium modum quem dicit teneri à magistris non minoribus, quàm prioribus, à quo modo visum fuit mihi aliquando hausisse Scotum suam opinionem neruosius fundando, alijs videbitur & fortè non incongruè, quòd ille secundus sit prima opinio Durandi reprobata supra. Ricardus hac dist. art. 4. quæst. 2. refert duas opiniones supra citatas, primam videlicet atque secundam, vtriusque soluendo rationes dicit tamen videri sibi primam probabiliorem. Quidquid ergo sit de illis, quæstio est difficillima, in qua ad quamcunque partem opinando declinetur multa fieri possunt argumenta contra illam. Deus nanque qui reuelauit Ecclesiæ sacramenta legis nouæ continere gratiam, atque causare, occultum hucusque reliquit modum, quo illam causent, vt sit ingenijs occupatio utilis inquirendi rationes ad opinandū, hominesque proprio studio non plenè

fidentes cum Paulo exclament. O altitudo diuitiarū sapientiae & scientiae Dei, quā incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Rom. 11. Quartus & quintus modus sunt celebriores & sustentabiliores.

### De Circuncisione.

Prop. 11.

**C**ircuncisio fuit præcepta à Deo Abraham multo ante legem Moyfis, pro masculis descendētib; ab eodem Abraham, qui erant in eius domo manfuri, quibus & promittebatur terra Chanaam. Probat Genes. 17. Dabo tibi & femini tuo post te terram peregrinationis tue, omnem terram Chanaam in possessionem æternam, & tu custodies pactum meum, & semen tuum post te in generationibus suis. Hoc est pactum quod obseruabitis inter me & vos, & semen tuum post te. Circuncidetur ex vobis omne masculinum. Manichæus ex illo fundamento hæretico, quod vetus testamentum esset à malo Deo damnabat circūcisionem tanquam à malo Deo inuentam in cruciatum paruulorum. Eam verò, vt à bono Deo præceptam passus fuit Christus Dominus. Lucæ. 2. & Ioannes Baptista cap. 1. De ipsa tanquam bona prædicauit Act. 7. beatus Stephanus, & Paulus. Rom. 3. Vnus est Deus qui iustificat circūcisionem ex fide & præputium per fidem.

Corol.

Ex hac conclusione habetur, quod posterī descendentes ab Hismaele, & Esau non tenebantur ad circūcisionem; quia non manserunt in domo Abraham, sed cōstituerunt diuersos populos. Inde Iob etiam si ab Esau descenderit secundam vnā opinionem positam in Breuiloq. 3. d. 25. p. 15. fuit gentilis ex præputio.

Argum.

Contra hanc videtur, quod ipse Hismael, atque Esau non tenerentur circūcidi, quos tamē patres eorum circūciderunt.

Solutio.

Ad hoc de Hismaele respondet sanctus Bonauentura in quæst. literalī, num. 38. quod illud fecit Abraham ex superabundanti iustitia, quia circūcidi non tenebatur, idem videbatur

debatur innuere Alexand. 4. p. quæst. 7. memb. 3. art. 2. in solutione vnus argumenti citata glossa Genes. 17. postea memb. 4. art. 1. apertè dicit, quod Hismael, & Esau, quia erant in domo Abraham tenebatur circūcidi. Dicitur Bona. probatur ex ipsa litera genes, ante circūcisionem ipsius Abraham, & Hismaelis promiserat Dominus natiuitatem Isaac, cui pactum suum constitueret in foedus sempiternum, & femini eius post eum. Igitur Hismael excludebatur à familia domus Abraham, à terra Chanaam, à pacto ipsius circūcisionis. De Esau non dubito quin fuerit obligatus Isaac ipsum circūcidi, quia licet dictum fuerit Rebecce à Domino Genes. 25. Duæ gentes sunt in vtero tuo, & duo populi ex ventre tuo diuidentur, tamen Isaac ante benedictiones ignorauit cui benedictio deberetur Genes. 27. nam si intellexisset verba dicta Rebecce, maior seruiet minori, de terra promissionis occupanda à Jacob, atque de Messia descensuro ab ipso, non habuisset in animo benedicere Esau, neque expauisset de furata benedictione, idè fuit obligatus ambos filios circūcidi, quod si aliquem non erat circūcisurus erat Jacob tanquam natu minorem, sed aut non accepit ab vxore Domini responsum, quia cælauit à marito, aut si accepit, non intellexit. Rebecca fortè intellexit, vt responso freta auderet supponere Iacobum pro Esau nihil timens de paterna maledictione quam constat tenuisse filium Iacob.

Item Abraham fuit obligatus circūcidi omnes seruos vernaculos & emptitios, Genes. 17. Omne masculinum in generationibus vestris tam vernaculus, quā emptitius circūcidetur, & qui non fuerit de styipe vestra: igitur multo magis Hismaelem. Argu. 2.

Ad hoc idem Alex. citatus & Bona. dicunt, quod non fuit obligatus, sed ex superabundanti iustitia & ratione honestatis & congruitatis. Honestè enim fuit, ait Alex. quod familia conformaretur Dño iuxta illud Eccl. 10. Secundū iudicem populi, sic & ministri eius. Facit illud Exo. 12. de esu agni Paschalis. Omnis alienigena non comedet ex eo. Omnis autem seruus emptitius circūcidetur & sic comedet. Aduena & mercenarius

rius nō comedet ex eo. Si quis peregrinorū in vestrā voluerit transire coloniam & facere Phasē, circumcidetur prius omne masculinum, & tunc ritē celebrabit. Si in potestate habebat peregrinus recipere circumcisionem, eandem facultatem habituri fuerunt serui. Aliās si cogentur inuiti fieret eis iniuria quemadmodum fieret hodie cogendo ad baptismum, cum tenerentur ad totam legem Moyſis dicente Paulo Galat. 5. Testificor omni homini circumcidenti se; quoniam debitor est vniuersæ legis faciendæ. Lex Euangelica & baptismus obligant vniuersum orbem, quæ non obligabat circumcisio & lex Mosaica, ad baptismum non coguntur inuiti: ergo, neque serui qui non erant ex genere Hebræorum cogi debuerunt.

*Repub.*

Si dicas, quod illud Exod. Et sic comedet, duplicem habet intellectum, vnum de seruo, qui circumcisus comederet, alium de domino, quod tunc comederet Phasē postquam circumcidisset seruos: ergo, tenebatur.

*Solutio.*

Respondeo, quod dominus tenebatur facere totum quod erat in se, vt serui qui erant de familia conformaretur familiæ, ne familia dissonaret à ritu domini, non verò debebat eos cogere. Alij maiorem obligationem imponunt dominis, nobis fat sit obligasse illos ad quod tenentur domini Christiani cum seruis infidelibus; Abrahā circumcidens seruos fecit ex eorum voluntate inducta præcibus & suasu. Eodem modo postea multi ex deuotione ad ritum Hebræorum conuertebantur, sicut Exod. 12. Visis mirabilibus vulgus promiscuum innumerabile (vtiq; ex Aegyptijs) ascendit cum eis. Dan. 10. Princeps regni Persarum resistebat Gabrieli ne liberarentur Hebræi à Perfide propter vtilitatem Persarum, qui conuertebantur ad ritum Hebræorum.

*Prop. 12.*

Multis de causis instituta fuit circumcisio: vide in litera Magistri, & in glossa ordin. Genes. 17. & Rom. 4. in illa verba. Signum accepit circumcisionis, in Alex. citata. q. 7. memb. 2. art. 1. & m. 6. art. 3. De ipsa Damascenus lib. 4. c. 26. Signum erat circumcisio discriminans Israel à gentibus, quibus cum diuersabatur, & figura erat baptismi. De figura baptismi Paulus Coloss. 2. Circumcisi estis circumcisioe non manu

manu facta in expoliatione corporis, sed in circumcisioe Iesu Christi consepulti ei in baptismo. Fiebat in membro generationis, vt doceretur castitas seruanda, & q̄ per tale membrum transfunditur originale contra quod erat. Fiebat effusione sanguinis, vbi significabatur passio Christi, cuius sanguine mundus erat redimendus; qui principalius fuit Redemptor originalis: vide in 3. d. 20. p. 3.

Ritus circumcisionis erat, quod fieret octauo die cum lapideo cultro: quodq; in ea nomen infanti imponeretur. Cultro lapideus dicitur communiter non fuisse necessarius, neq; illo Iudæi circumcidunt, sed acutissimis nouaculis, & habent à parentibus, ita Alexand. citata. q. 7. m. 6. art. 4. Bona. hac d. nu. 60. De tali cultro nil aliud habetur nisi quod Exod. 4. tulit Sephora acutissimam petram, & circumcidit præputium filij sui. Iosue. 5. præcepit Dominus. Fac tibi cultros lapideos, & circumcide filios Israel: quod fuit in figuram purgationis fiendæ per Christum in promissa coeli patria, quando reddet sibi ecclesiam non habentē maculam, neq; rugam. Ephe. 5. qui. 1. Corinth. 10. vocatur petra spiritualis. De alijs duobus Genes. 17. infans octo dierum circumcidetur in vobis: Masculus cuius præputij caro circumcisa non fuerit delebitur de populo suo. Exponitur, vel de coetu sanctorum: vel ne nominaretur inter Israelitas, sed haberetur quasi Gentilis. Inde super id. Prouerb. 4. Vnigenitus eram coram matre mea: dicit glossa, quod alius filius Bethsabeenatus ante Salomonem, quia obiit ante octauum diem non circumcisus non nominatur. Aut potest dici, quod se nominauit vnigenitum, quia erat natus de legitimo matrimonio. Nā Simmaa, & Sobab, & Nathan. 1. Paralip. 3. vocantur filij Dauid, tamen erant adoptiui nati ex Bethsabeè, & Vria: Hoc non euacuat, quod in circumcisioe nominaretur. Luc. 1. Ioanni Baptistæ in circumcisioe impositum fuit nomen. Hunc morem imponendū nomen seruamus in baptismo. Circumcisuri domum parentum veniebant, vt patet in Ioanne, manentibus Zacharia cum vxore domi. Non legimus huius sacramenti determinatos ministros, quamuis ratio suffragaretur, quod haberetur ratio de parentibus, & natis filijs, sicut modo de baptizatis,



dabat illam ex opere operantium posset dici per Bonauen-  
quod Deus tunc acceptaret pro vere morituris.

**Prop. 14.** Christus Dominus non fuit obligatus ad circumcisionem. Patet ex litera Leuitici. 12. Mulier si suscepto semine peperit masculum immunda erit septem diebus, & die octauo circumcidetur infantulus, ipsa vero triginta tribus diebus manebit in sanguine purificationis suae: igitur neq; Christus sine virili semine conceptus tenebatur circumcidi, neq; Virgo mater purificari: ita docet Bernardus sermo. 3. de purificatione: utrunq; tamen factum est multis de causis. Vide in Alexan. citata. q. 7. m. 10. Thom. 3. p. q. 37. Qui non venerat solue-  
**Nomen**  
**Iesus.** re legem sed adimplere Matth. 5. voluit in se, & in matre legem obseruari similis fratribus Hebraeis per omnia Heb. 2. & hoc argumento cum alijs probare suae carnis veritatem contra haereticos. Ibi fuit nominatus Iesus. 1. Saluator; quod quia ex naturae suae proprietate habet, quam nomina debent exprimeret: ut ait Plato in Cratylo, & 4. metaphy. text. 28. ratio quam significat nomen est definitio, dixit glossa interli. Matt. 1. vocabis nomen eius Iesum. Non impones quod ab aere non impositum est. Effectus saluandi, ex manifestatio nominis fuit ex tempore. Vid. Alex. 3. p. q. 16. m. 4. & lib. 3. d. 18. p. 3.

**Prop. 15.** Circuncisio ante datam legem Moyfi conferebat gratiam ex opere operato. Vocatur ex opere operato, quae confertur ex in sacramento, videlicet eo ipso, quod sacramentum recipitur. Vocatur enim a theologis sacramentum opus operatum, licet sermo videatur barbarus. Vocatur ex opere operantis quando datur per modum meriti, quia operans illam suo opere meretur. Sacramenta ex Christi meritis sunt opus quasi operatum secum habens gratiam debitam Christi meritis. Haec conclusio est de mente Alexandri. 4. p. q. 7. m. 5. & m. 7. art. 4. Bonauenturae. hac. d. q. vltim. Scoti hac. d. q. 6. Ricard. hac. d. ar. 6. q. 3. Innixi his quatuor columnis tenent eandem alij recentiores. Per eam excluduntur plures modi dicendi, quos retulit Alex. citatus. Bonauentur. atq; Thomas. Vnus fuit Magistri dicentis, quod in circumcisione remittebatur originale, sed gratia non dabatur. In quo non tenetur Magister, quia non est dare medium de lege inter filium

lium regni, & gehennae, sed deletio originali talis damnaretur sine peccato, aut sine gratia saluaretur, quorum quodlibet est plusquam falsum. Sic arguit Augustinus lib. x. de Baptismo paruulorum, cap. 28. ex Matth. 23. qui mecum non est aduersum me est. Constitue quemlibet paruulum. Si iam cum Christo est, ut quid baptizatur? Si ideo baptizatur, ut cum Christo sit, profecto non baptizatus non est cum Christo; A simili argues de circumciso. Aut est cum Deo, & habet gratiam: aut non habet, & est contra Deum.

Alij modi sunt iam explorati a Scholis de pto hoc nostro, & *Vide infra d. 15. p. 2. ad finem.* contrarij, quem tuetur Thom. 3. p. quaest. 70. art. 4. declinauit in eum de Scotistis Ioannes Bassolis Scoti ipsius auditor hac. d. q. 4. Negat hic modus quod conferebatur gratia in circumcisione ex opere operato, sed ex opere operantium ex virtute fidei passionis Christi, cuius signum erat circumcisio, quia homo qui accipiebat circumcisioem profitebatur se suscipere fidem, adultus pro se; pro paruulo alter. Conclusio nostra probatur Genes. 17. Masculus cuius praepitij caro circumcisa non fuerit delebitur anima illa de populo suo. E similibus verbis in Euangelio: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto non potest introire in regnum Dei. Ioan. 3. colligimus baptismi necessitatem, & Eucharistiae. ibi. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis: & etiam colligimus quod gratiam conferunt ex opere operato ergo a simili est colligendum ex illo genes. Neq; obstat si dicas, quod de baptismo sit alibi expressum. Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit. Marc. vlt. & de Eucharistia: qui manducat meam carnem habet vitam aeternam, sed in circumcisione non exprimitur quod saluabitur, sed delebitur de populo suo, cum sit de fide, quod per circumcisionem remittebatur originale, illud delebitur de populo suo debet valere tantum, sicut damnabitur; sed circumciscus non damnabatur, ut habetur in cap. Maiores de baptismo, & eius effectu, igitur in praefata auctoritate implicite salus promittebatur circumciscis, sicut in Euangelio explicitè baptizatis, eundemque vigorem utraq; verba expriment. Sunt & aliae auctoritates quas refert Magister in lite-



in litera. Vna est Bedæ dicentis. Idem salutaris curationis auxilium circumcisio in lege contra originalis peccati vulnus agebat, quod baptismus agere reuelata gratiæ tempore consuevit, excepto, quod regni cœlestis ianuâ nondam intrare poterant. Idem habetur in citato cap. Maiores, quod originalis culpa remittebatur per circumcisionis mysteriû, & dânationis periculû vitabatur, non tamen perueniebatur ad regnû cœlorum. Vbi facta cõparatione, & conuenientia circumcisionis, & baptismi solum ponitur differentia in introitu regni cœlorum: igitur sicut baptismus tollebat originale, & ex vi sua, conferebat gratiam, ita circumcisio. Refert aliam Gregorij. Quod apud nos: vide infra. prop. 17. & aliã Augustini dicentis. Ex quo instituta est circumcisio in populo Dei, quæ erat tunc signaculum iustitiæ fidei, ad purgationem valebat magnis, & paruulis originalis veterisque peccati, sicut baptismus ex illo valere cepit ad inuolutionem hominis ex quo institutus est. Vbi nota quod Gratianus de conse. dist. 4. cap. Ex quo referens eandem, vbi Magister ponit purgationem, ipse ad sanctificationem purgationis: sed originale Augustini editionis Frobenianæ habet ad significationem purgationis. Vide in. 7. tomo. lib. 2. De nuptijs, & concupif. cap. 11. vbi habetur præfata autoritas, propter quod opinio contraria nihil habebit contra se per hoc Augustini, quia licet Thomas referat literam Augustini, vt Gratianus, tamen Alexand. citato. membr. 7. artic. 1. referens veram literam Augustini ponit significationem faciens argumentum contra se. Pro nobis est glossa ordin. Rom. 4. Ibi signum accepit, dicens, circumcisio conferebat hoc suo tempore; quod baptismus nostro. Rationibus probatur. Si non conferebat gratiam ex opere operato, neque ex bono motu, & merito paruulorum, quem habere non poterant, igitur ex bono motu, & merito parentum atque fide, sed peto an id merebantur ex congruo vel condigno: non de condigno, quia nullus potest alteri mereri primam gratiam ex condigno dempto Christo: ita docet Alex. 3. p. q. 69. m. 5. art. 2. §. 4. Quia cû meritum de condigno innitatur iustitiæ faciens quod necessario gratia detur necessitate immutabilitatis, non coactionis,

iam

ia illa gratia non esset gratia, quia ex iustitia debita, sicut gratia quæ datur propter Christû licet nobis sit gratia, ipsi Christo est debita, sola gratia ipsi collata sine meritis fuit mera gratia & summa, vt lib. 3. d. 18. p. 1. Vide ad hoc, & Tho. 1. 2. q. 114. art. 6. In quod potest adduci id Ioann. 1. De plenitudine eius omnes accepimus, & gratiam pro gratia: id est gratiam nostram primam, pro gratia sua qua nostram meruit. Quod parentes non mererentur de congruo, patet, quia meritum de congruo non semper habet suum effectum, vt patet ex eodẽ Alex. ibi, quia licet sit dignitas in merente, non tamẽ est, lex de acceptado, tunc enim esset meritû de condigno, vt habes lib. 2. d. 27. p. 3. Parentes, aut alij nõ semper crededi sunt fuisse in gratia: itẽm, cum nemo sit certus sine reuelatione de sua gratia, non erant certû etiam de effectu remedij: itẽm Sadducæi erant hæretici circa angelos, & resurrectionem Luc. 22. & Pharisei, vt lib. 3. d. 30. p. 2. & d. 40. p. 30. Igitur sine fide erant infusa, & inutiles ad meritû iuxta id Sap. 4. Fructus impiorû inutiles, & acerbi, & ad nihilum apti, quorum tamen circumcisio filijs salutem operabatur.

Si dicas suffecisse actû fidei. Tã durû videtur iustificari ex actû alienæ fidei adquisitæ, quàm ex condigno per aliena merita, & quàm ex proprio actû fidei infusæ, quo fauerentur pro sola fide Lutherani. Igitur circumcisio ex vi sua conferebat gratiam. Secundo potuit Deus dare circumcisioni ex meritis Christi præuisis, quod baptismus propter exhibita, sed pactum de delendo originali, & danda gratia factum fuit per illa verba delebitur de populo suo cum circumcisione, & nõ cum fide & merito: igitur ipsa est quæ vi sua delebat peccatû & dabat gratiam. Confir. Ista causalis est vera, quia talis infans circumcisus fuit gratus Deo, & hæres regni igitur cum circumcisione fuit pactum, vt esset causa iustificationis ex vi sua. Tertio probatur. Circumcisio delebat adultis cum originali etiam actualia (quàmuis non deleberet totam poenam illis debitam, sicut tollit baptismus propter satisfactionem Christi iam exhibitam) ratio est, quia gratia non compatitur aliquod mortale, neque Deus dat dimidiatam veniam culpæ, quem iuuat perfectè sanat, ita docet Alex.

Vide ad f  
nẽ .d. opi  
nio. Bon.  
& Ricar.

Alex. 4. p. q. 7. m. 7. art. 3. §. 2. & Tho. citata. q. 70. art. 4. ad. 5. Sed adultus accedens attritus putans se contritum consequetur gratiam in circuncisione, quia fecit totum quod in se erat ergo circuncisio illam dabat ex vi sua. Probatum consequentia, quia ut attrito conferatur prima gratia plus requiritur, quam quod applicet fidem suam informem per signum quod de se non dat gratiam. Confir. Pactum Dei cum circuncisione semper suum habebat effectum nisi poneretur obex, ut patet in attrito, igitur ex vi sua habuit virtutem sanctificandi. Confir. 2. illi attrito circuncisio non fuit solum signum iustitiæ fidei, cum per fidem informem iustitiam non habuisset, neq; assequi illam potuisset sine circuncisione, igitur ei circuncisio operata est, ex vi sua iustitiam sanctificationis. De modo quo causabat gratiam philosophandum est sicuti supra de nouæ legis sacramentis. Annotandum etiam, quod tenentes circuncisionem, conferre gratiam ex vi sua eam in hac parte non distinguunt à sacramentis nouæ legis, ideo nõ debent dici, quod voluerint affirmare illam fuisse tantum signum, maximè Scotus quem verbis, & re probauimus negare sacramenta nouæ legis esse causam sine qua non; idem de Alexandro qui citata. q. 7. m. 7. Diuersos fecit articulos. Vtrum circuncisio habuit tantum efficaciam significandi, aut etiam purgandi? item alium. Vtrum ex vi sua conferret gratiam? Explicuimus etiam de nostris sacramentis, quod doctores non reputabant inconueniens, quod gratiam conferret mediate. Si characterem imprimeret sicut baptismus? Alex. citat. m. 7. artic. 1. dicit, quod non, eum sequutus est diuus Thom. 3. p. q. 72. art. 5. ad. 3. Contrarium tenet Scotus, vide infra. d. 6.

*Argu. 2.* Sed arguitur. Roman. 4. Abraham signum accepit circuncisionis signaculum iustitiæ fidei ergo tantum erat signum gratiæ iustificantis, quæ per fidem conferebatur. Sicut Heb. 11. Laudat patres veteris testamenti iustificatos per fidem: & nõ per aliquod sacramentum etiam circuncisionis.

*Argu. 3.* Item ex glossa Roman. 4. ibidem. Mutata est circuncisio per baptismum, quia sacramentum baptismi perfectius, & magis commune, & magis gratiæ plenum, remittit enim peccata,

peccata, auget virtutes, gratiam cõferens operandi, & est cõmune vtriq; sexui, quod non circuncisio.

Item si circuncisio conferret gratiã ex opere operato, haberet eundem effectum etiã si daretur à gentili & pagano sine fide passionis Christi solum intendente facere quod faciebant Hebræi, quod videtur inconueniens.

Ad argumen. dicunt Alex. & Scotus quod Abrahæ circuncisio non contulit gratiam ex opere operato, nõ ex parte circuncisionis, verum ex parte circuncisi, qui iam gratiam habebat. Determinabatur enim circuncisio ad talem gradum gratiæ, quem Abrahã attigerat vel transcenderat: Baptismus cuiusq; iustificato conferatur auget gratiã. Dedit Abrahæ gratiam siue auxit ex opere operantis: Eandem solutionem dat Bona. in. q. literali nu. 62. Quod Abrahæ nihil intus contulit, non quia esset in se inefficax, sed quia Abraham nõ indigebat. Per hanc tam Bonauentura, quã doctor subtilis saluant Magistrum quando dixit cap. 10. Quod solũ peccata ibi dimittebantur, sed nec gratia ad bene operandum adiutrix, nec virtutum possessio ibi præstatur, quia subdit statim, ut in baptismo, protinus addit, quia quãmtũcumq; per fidem & caritatem antè habitam aliquis iustus ad baptismũ accedit vberiore ibi recipit gratiã, non ita in circuncisione: igitur nõ fuit intentio Magistri, quod nullo modo daretur gratia, sed quod parua dabatur, & ad talem terminũ, quem si habebat circuncisus nihil ei conferebat.

Si dicas, ergo circuncisio non erat sacramentum, quia nõ erat certum signum habens semper collationem gratiæ concomitatem.

Respondet Scotus, quod satis est, quod haberet ex se certitudinaliter effectum gratiæ, & significaret eam tunc inficari si non sit obex, vel iam tunc inesse.

Ad glossam, dicendum, quod magis est pro nobis, quia dicendo, Baptismus est magis gratiæ plenus satis insinuat circuncisionẽ gratiæ plenã cum duo comparata conueniãt in re de qua cõparantur. Illud vltimũ verbũ, quod non circuncisio non refertur ad totã autoritatẽ, sed dũtaxat ad vltimũ. Baptismus est cõmunis vtriq; sexui, quod nõ circuncisio.

C Ad

*Argu. 4.*

*Ad. 2.*

*Replio.*

*Solutio.*

*Ad. 3.*

*Ad. 4.*

Ad aliud concedo, q̄ à quocunq; conferretur circūcisio infantibus Hebræis, pro quibus instituta est, haberet effectū. De Gētilibus, si pater gētilis vellet facere cū filio suo gētili quod faciebant Hebræi absq; hoc quod pater iam transisset in coloniā Hebræorū, credo quōd non haberet effectum. Scio aliquē tutorē contrariæ opinionis negasse talē paruulū saluari. Mihi hoc placet: Nā. v. g. esset aliquis seruus Gentilis apud Hebræū qui octauo die infantē patre absente & matre mortua ex partu circūcideret nullā fidem habens; duntaxat vt seruus fidelis volens placere domino absenti obseruando ritum familiæ, si infans duodecimo die moreretur non video quare non saluaretur. Hinc fiet apparens ratio quod esset sacramentū gratiam conferens ex opere operato. Nā contrariā opinio debet concedere vnū de duobus vel quod talis infans dānabitur: vel quod saluaretur in fide Synagogæ non applicata circūcisioni explicitē, & in particulari: vide infra. p. 17. de fide parentum.

*Prop. 16.*

Circūcisio post datā legem Moyfi eandem grātiā conferrebat ex opere operato sicut prius. Probatur Rom. 11. sine poenitentia sunt dona Dei, ergo non abstulit Deus à sacramēto circūcisionis virtutem conferendi gratiam, quam ei dederat in lege naturæ.

*Argum.*

Contra hanc arg. Ex Paulo. Galat. 2. Si ex lege iustitia, ergo Christus gratis mortuus est, quæ verba allegans concil. Araucanum canon. 21. sic ait. Iam hīc erat lex & non iustificabat, iam hīc erat & natura & non iustificabat, ideo Christus non gratis mortuus est, vt & lex per illum impleretur, qui dixit nō veni soluere legem sed adimplere. Item Rom. 3. Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo. Heb. 10. Vmbra habens lex futurorum bonorū non ipsam imaginem rerum nunquā potest accedentes perfectos facere: & infra. Nec placita sunt quæ secundum legem offeruntur, quæ nunquā possunt auferre peccata, sed circūcisio erat opus legis, ergo non iustificabat.

*Argu. 2.*

Secundo arg. ex concilio Florentino citato supr. p. 9. & ex Tridentino. Ponunt enim differentiam inter sacramenta nouæ legis, & veteris, quia sacramenta nouæ legis dant gratiam,

tiam, veteris autem solum dandam figurabant, sed circūcisio erat sacramentū veteris legis.

Tertio arg. ex vera litera Augustini citata ad probationem supra præcedentis propositionis, quod circūcisio valebat ad significationem purgationis: igitur non ad sanctificationem.

*Argu. 3.*

Ad autoritates Pauli respondetur, quod lex, & opera legis non causabāt gratiam à se sed à meritis Christi præuisis, quia iustitia non erat debita legi sed Christo, & ideo non est gratis mortuus. sicut non gratis laborat mercenarius cui est ex parte anticipata solutio. Nam apud Paulum idem est iustificari ex operibus quod iustificari ex debito: vnde concil. Tridentin. Sess. 6. cap. 1. de iustificatione sic expressit. A potestate diaboli, ac mortis non modo gentes per vim naturæ, sed ne Iudæi quidem per ipsam etiā literam legis Moyfi liberari aut surgerē possent. Hæc interpretatio non potest quadrare concilijs in secundo argumento allatis, quia si sic liceret interpretari concilia respectu sacramentorum veteris legis, liceret etiā dicere, quod sacramenta nouæ legis nō causant gratiam exponendo à se, se à meritis Christi.

*Ad. 1.*

Ad secundū est vna solutio deducta ex doctore subtili, q̄ dicatur sacramenta veteris legis non conferre grātiā quia circūcisio quæ erat sacramentū illius legis dabat paruā gratiam respectu baptismi. Hæc solutio potest confirmari ex Paul. 2. Corinth. 3. vt in breuiloq. 3. d. 29. p. 10. Nam quod paruū est respectu alterius magni reputatur pro nihilo, sicut. 2. physic. text. 56. Quod parū, tanquā nihil distare videtur. Hinc & Eccles. c. 1. respectu æternorū, omnia alia dixit esse vanitatē.

*Ad. 2.*

Est & alia solutio deducta ex eodē Scoto, q̄ non contulit circūcisio gratiā, vt dispositionē immediatā ad gloriam, quia non aperuit ianuam. Si ita valeret exponere concilia, possemus dicere, q̄ baptismus ante passionem Christi non contulit gratiā, & q̄ beata Virgo & alij sancti ante mortem Christi gratiā non habuerunt, & exponere: ad intrandū in gloriam.

*Solut. 2.*

Est tertia solutio & magis ad propositum deducta ex Alexandro citata. q. 7. m. 7. ar. 2. ad. 1. vbi exponit autoritatē Pauli quæ est in primo argumento, ex operibus legis nō iustifica-

*Solut. 3.*

bitur omnis caro coram illo, quod videlicet opera legis dicuntur ea, quæ cum lege instituta sunt & terminata: A simili sacramenta veteris legis de quibus loquuntur concilia sunt illa quæ præcisè ad eandem legem pertinebant in ea instituta & terminata. Circuncisio non fuit præcisè veteris legis vnde Ioann. 7. dixit Christus. Moyses dedit vobis circuncisionem, non quia ex Moyse est, sed ex patribus: fuit igitur circuncisio ante legem.

*Ad. 3.*

Ad tertium, dicendum, quod valebat ad significationem purgationis, & tamen cum significatione, valebat ad efficiendam talem purgationem, Augustinus enim qui vnum concessit non negavit alterum; maxime, quia ipsam assimilauit baptismo. Baptismus autem ex quo institutus est valet ad significationem ablutionis, & ipsam efficit; cum sacramenta nostra id efficiant quod significant.

*Prop. 17.*

De remedio paruulorum & adultorum in lege naturæ, & foeminarum in lege Moyfis dicit. Gregorius lib. 4. Moral. cap. 2. refertur à Magistro in litera. cap. 7. Quod apud nos valet aqua baptismi, hoc egit apud veteres vel pro paruulis sola fides, vel pro maioribus virtus sacrificij, vel pro his, qui ex Abrahæ stirpe prodierunt mysterium circuncisionis. Ratio est, quia post lapsum non reliquit Deus cultores suos paruulos & adultos sine remedio. Circa Gregorij autoritatem variè sentiunt Doctores. Alexand. 4. quæst. 5. membr. 1. dicit, quod non est intelligendus Gregorius de sola fide habitu, neque de solo motu interiori, sed de fide cum aliqua deuotione exteriori offerentium. Hunc modum sequitur Scotus hac. d. quæst. 7. exponens Gregorium, quod tantum valeat ibi sola fides, sicut fides solitaria sine sacrificio, addit quod talis protestatio exterior cum signo sensibili potuit esse inuocando Deum super paruulum, vel ipsum Deo offerendo: Pro adultis erat necessaria fides cum sacrificio. Cum eis est Durandus hac. dist. quæst. 8. Qui hanc Scoti interpretationem complexus addidit ultra eam, negare Gregorium, quia fuerit huius opinionis, quod sola fides sufficeret. Alexand. membr. 2. ad primum ait quod nõ obtulit vnusquisq; in remedium originalis iuxta sensum suum,

suum, neque licuit, sed fiebant huiusmodi oblationes secundum eorum instructionem, qui viuebant iuxta familiare consilium Domini: sicut minores fideles non habentes notitiam articulorum distinctè, adherent maioribus qui illam habent; sic in huiusmodi oblationibus filij Adam obtulerunt secundum quod pater illos docuit: vt Abel & Cain, Genes. 4. Filij Noe ad exemplum Noe, ibi cap. 8. Filij Abrahæ ad exemplum Abrahæ, ibi. 15. Abrahæ vero, vt iam diximus supra, pro mansuris in eius domo data fuit specialiter in remedium originalis circuncisio. Ex hac Alexandri sententia non habetur expressè quæ fuerit illa oblatio, seu sacrificium pro originali: vnde videri posset quod indifferenter hæc, vel illa satis esset, modo ex doctrina maiorum notum esset minoribus, quod talis oblatio, vel sacrificium erat acceptabile Deo. Scotus reputat probabile, quod fuit institutum aliquod sacramentum contra originale in lege naturæ, & potuit Deus reuelasse alicui patrum licet cui, & quando scriptura non dicat, quæ ab Adam vsq; ad Abraham satis succinctè per transit. Nã ex quo habetur in scriptura placuisse Deo sacrificia, & oblationes, vt Genes. 14. Oblationem Melchisedech, & aliorum quos modo retulimus potuit aliquod illorum esse sacramentum, quia non est contra rationem sacrificij, & oblationis, quod possit esse etiam sacramentum. Itaq; secundum Scotum fuit aliquod sacramentum conferens gratiam ex opere operato. Hanc opinionem iuuabunt rationes positæ supra ad circuncisionem, quia debuerunt esse certi de remedio paruulorum, quod esse nõ poterat sine Diuina reuelatione: quod si sola fides parentum aut aliorum, vel fides cum signo exteriori voluntario iustificaret paruulos, posset modo pariter iustificare apud eos qui baptismum inuincibiliter ignorat, sicut enim adulti possunt iustificari, ita paruuli si offerantur Deo: sed iste casus est moralis, vt pater adultus respiciat solo lumine naturali, & iustificetur, cui iustificato sit, vel nascatur filius & offeratur Deo à iustificato patre, vel post iustificationem lapso in peccatum, & habente fidem informem, ergo ille paruulus iustificatur sola fide informi, vel fide informi cum signo exteriori voluntario relato in Deum, quod non videtur concedendum;

neq; recurrendum ad miraculum, quod paruulus baptizaretur ab angelo, aut quod pater habens informem fidem illuminabitur de baptismo cū pro sua salute propria nō sit necessarium, ipsum conuersum protinus illuminari, neq; etiā dicendum, quod talis puer non morietur cū sine baptismo multū filij Christianorū mori possint ex defectu aquæ licet patres iustificati super ipsos Deum validissime inuocent.

*Argum.* Si dicas contra hoc, quod si esset sacramentū faceret ex attrito contritum, & quod debuit esse generale pro omnibus, & scribi, vt notum fieret, & sic fuisset sacramentū legis scriptæ, & non naturalis; extaretq; de illo aliqua memoria, vel apud ethnicorum historias, vel apud Iudæos pro foemellis: cum è contrario Iudæi quæ sitiridentes respondeant nullum esse apud eos talem ritum, sed quod foemellas offerunt Deo sub nullo signo certo.

*Solutio.* Qui teneret cū Scoto posset concedere, quod faciebat ex attrito contritum; & quod fuit generale ab ore Adam ad ora filiorū sine scripto descendens: qui illius obliti sunt, fidei & aliorū necessariorum obliti sunt, & sicut pro se ipsis Dei veri cultū reliquerunt ita præfatū remediū pro paruulis. Neq; fuit necessariū omnia inueniri in sacra scriptura, & poni quæ erant de lege naturæ, sed tantū illa quæ opus erant ad legem Moyfis, & ad Euangeliū: id circo de circuncisione extat memoria, non sic de remedio foeminarū. De Iudæis nil mirū, quod non habeāt de illo memoriā, cum hodie neq; ipsam legis literā intelligant iuxta illud Matth. 21. Auferetur à vobis regnum Dei, id est sacra scriptura, vt exponit glossa interli. Chriost. etiā hom. 9. super Matth. 2. In illis verbis Nazareus vocabitur, quod dictū est per Prophetas: dicit. Multa ex Prophetis perierūt propter desidiā Iudæorū. Vide in primo breuioloq. d. 41. p. 9. Loquēdo de pœnitentia Salomonis. Ioan. 7. exprobrabat Christus Iudæis. Nōne Moyfes dedit vobis legē & nemo ex vobis facit legē? Fortē etiam Iudæi post datā legē obliti sunt remedij legis naturalis: quia Leuitici. 12. post dies purgationis tam viri, quàm foemine mater iuebatur offerre agnum aut duos pullos columbarū siue par turturū, quæ oblatio quàmuis non esset sacramentū potuit successis-

se ex

se ex præcepto Domini loco remedij naturalis. Si hoc ita fuit, non curabantur pueri ante octauum diem hoc remedio foeminarum: vel hac oblatione ducti sunt in obliuionem remedij naturalis, vt dictum est. Oblatio quam sine signo Iudæi exhibent pro foeminis, quàmuis sit laudabilis non tamen erit originalis peccati expulsiva. Alexander citatus membr. 3. distinguit remedia originalis. Remedia legis naturæ signa tantum fuere, quorum effectus solum in significando; quare non fuere propriè sacramenta efficiendo ex opere operato, quod vidimus Scotum concessisse. Effectus circuncisionis, ait Alexander, non solum fuit in significando, sed in efficiendo, efficiebat enim quod figurabat, sacramēta nouæ legis sunt vasa gratiæ. Inde fit omnia sacramēta cuiuscumq; legis esse sacramēta fidei, quia cum fide suscipienda, & ad sanctificationem fidelium preparata, non tamen sunt æqualis efficaciz. Si petas; cuius fidei sunt sacramēta? Respondet idem Alexan. membr. 1. quod saluatoris Rom. 3. Iustitia Dei per fidem Iesu Christi, licet non esset, tam distincta, vt modo est. Si petas pro paruulis cuius debuit illa fides esse? Respondet idem, quod fides offerentis sufficebat, siue esset ille de propinquis parentibus, siue de remotis, vel etiam si nō crederet & offerret in fide Ecclesiæ, sicut modo fit in baptismo. Tenētes illud signū exteri⁹ nō esse determinatū dicēt fuisse necessariā fidē in offerēte. Alius est intellectus ad autoritatē Gregorij, quod sola fidei professio relata in paruulū sine signo exteriori solo actu cordis sufficebat. Hūc sequuntur Bona. hac. d. nu. 66. Et Ricardus ea. d. art. 5. q. 3. diuisi in hoc, q̄ Ricard. ibi. q. 2. dicit, quod fides parentū etiam informis sufficebat paruulo nō ratione subiecti ex quo est informitas in fide, sed ratione obiecti crediti quod est causa salutis, & ex obiecto nō est informitas in fide. Sanctus Bona uētura dicit, q̄ nō ipsum creditū erat remediū, sed ipsa professio fidei etiā si fides esset informis, quia cōcurrebat fides; vt meritū congrui, quæ licet Deo nō placeat cū est informis ex cōdigno, valet tñ vt de cōgruo & magis pro paruulo fides aliena, quā pro adulto fides propria informis, quia maior dispositio requiritur in adulto pro se qui ex maiori culpa cōmisit

C 4 actuale,

Vide supra  
pra. p. 15

actuale, quàm pro paruulo, qui ex aliena contraxit originale. Ratio quare requiritur Professio fidei, siue actus, est, quia meritum etiam de congruo consistit in actu, & non in solo habitu, fides vero est dictum, quod concurrebat, vt meritum congrui. In hoc secundo intellectu Gregorij est & Thom. 3. p. q. 70. art. 4. ad. 2.

*Dubium.* Si circa hoc dubites. An si esset puer in vtero matris posset saluari per actum fidei? vel si in mundo nullus tunc fuisset fidelis in gratia & caritate nisi solus pater qui haberet fidem informem an talis puer fide patris iustificaretur? Rationes dubitandi sunt, quia si ratione obiecti crediti fiebat iustitia non erat necessaria aliqua fides: sin autem, vt vult Bonauentura actus fidei etiam interior satis erat, ille poterat extendi ad existentes in vtero. Solutionem quære infra. d. 4. p. 4. ad finem, & p. 6.

## DISTINCTIO II.

*De sacramentis nouæ legis in speciali quot sunt? unde habent suam virtutem? De baptismo Joannis: & ex consequenti agitur de aqua benedicta.*

*Propos. 1.*



**S**EPTEM Sunt sacramenta nouæ legis: Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Vnctio extrema, Ordo, Matrimonium, videatur concil. Florent. citatum. d. 1. p. 9. & concil. Trident. Sess. 7. Canone. 1. Sufficiencia eorum sumitur primò ex parte boni virtutum quas adiuuant: putà trium theologalium, & quatuor cardinaliũ. Baptismus ex parte fidei; Vnctio extrema ex parte spei; Eucharistia charitatis; Ordo prudentiæ, Confirmatio fortitudinis; Pœnitentia iustitiæ, Matrimonium temperantiæ. Secundò respectu triplicis culpæ, & quadruplicis

plicis pœnæ contra quas sunt. Contra originale baptismus, contra mortalem pœnitentia, contra venialem vnctio extrema, contra pœnã ignorantia ordo, contra pœnam malitiæ voluntatis Eucharistia, contra pœnam infirmitatis confirmatio, contra pœnam concupiscentiæ matrimonium. Sumitur etiam sufficiencia ex comparatione Ecclesiæ ad castrorum aciem ordinatam. Quoniam in acie, quidam intrât, alij exeunt, alij faucij curantur. Item ex comparatione ad corpus naturale, secundum quod homo nascitur, nutritur, & roboratur. Item ad corpus mysticum, quod est Respublica, & cõmunitas, quæ regitur & per hominum ordinariam natiuitatem conseruatur. De hac vide. Alex. 4. q. 8. m. 7. Bona. Scotum, & Ricardum hac. d. Tho. 3. p. q. 65.

Omnia septem sacramenta habent suam virtutem & efficienciam à Christi morte & passione. Mag. in litera. Alex. 4. p. q. 8. m. 3. artic. 5. §. 7. & q. 14. Bona. q. literali. Scotus hac. d. Ricar. d. 1. ar. 4. q. 3. Tho. 3. p. q. 62. ar. 5. Prob. Sunt causa gratiæ vt. d. præcedenti. p. 9. Sed gratia & veritas per Iesum Christum facta Ioan. 1. nobis est principaliter ab eius morte & passione, quia vt lib. 3. d. 18. p. 6. licet Christus ab instanti suæ conceptionis meruerit quidquid postea meruit, nõ satisfecit omnino nisi per vitæ discursum, præcipuè in passione; quæ fuit materia potissima circa quam Christus per caritatem & obedientiam placuit & satisfecit Patri. Caritas Christi & conatus voluntatis, & obiectum in omni actione sua fuerunt æquales, tamen materia inæqualis fuit. In hanc propositionem facient illi, qui tenentes meritum Christi fuisse infinitum, vt euadant arg. quòd posito vno opere cætera superfuissent, respondent, quòd Christus non obtulit quemcunque actum meritorium vt totale ac plenarium meritum, & totalem satisfactionem, sed obtulit totam congeriem operum suorum, & sic plus meruit in passione in qua fuit completa nostra redemptio. Facit in hanc quod dictum est in lib. 2. d. 18. de formatione Euæ. p. 3. Quod etiam est glossæ ordin. super. 5. caput epistolæ. Rom. in illo verbo. Qui est forma futuri. Facit & Augustinus lib. 15. de ciuita. Dei. cap. 26. dicens, quòd ostium in latere arcæ Noe est vulnus lateris Christi ex

quo sacramenta inanarunt. Sed circa hoc bene annotauit Scotus hac. d. q. r. ad vltimū, q. sacramenta non fluxerunt ab illo vulnere tanquam à causa meritoria, quia fuit inflictum post mortem Christi dicente Euangelista Ioan. 19. Ad Iesum cum venissent, vt viderunt eum iam mortuum nō fregerunt eius crura, sed vnus militum lancea latus eius aperuit. Quidam Petrus Ioannis volens sustinere, quod Christus viuis receperat illud vulnus dixit, quod Euangelista illud posuit per recapitulationem, non eo ordine quo gestum fuerat, in Clementina. de summa Trinita. & fide Catho. definit. cōcil. Vienēse quod Euāgelista rectum ordinem tenuit & Christo mortuo vulnus fuerit inflictum. Cum igitur mortuus esset, homo non erat neque mereri poterat, existens iam extra statum viā; etiam diuinitati coniuncta corpori repugnabat mereri. Dicuntur autem fluxisse ex latere propter quandam similitudinem expressiorem eorum, quæ ibi fluxerunt, ad sensibilia quæ sunt in quibusdam sacramentis. Sanguis enim specialius assimilatur speciei sub qua est sanguis & Eucharistia: Aqua assimilatur materiæ baptismi. Hæc duo sunt principalia sacramenta, vt dicitur extra de celebra. Missar. cap. In quadam, vbi & docetur, quod fluxit verus sanguis, & vera aqua non flegma, quod quidam dixerunt quos nō nominat. Relinquit autem ibi sub dubio Innocentius tertius cuius est ille textus, si aqua illa fuit naturalis, siue miraculosa, siue de nouo creata, siue de componentibus resoluta cum possit compositum in componentia, & elementatum in elementa resolui.

*Argum.* Sed contra. Resurrectioni Christi attribuitur nostra iustificatio dicente Paulo. Rom. 4. Traditus est propter delicta nostra, resurrexit propter iustificationem nostram, & tamen resurrectio non fuit meritoria, igitur illi vulnere lanceæ potest attribui virtus sacramentorum, quia vnus non fuerit meritorium. Item ex Leone Papa quem refert Alex. dicente, q. Christus formā baptizandi noluit dare nisi post resurrectionem insinuans regenerationis sacramentum ex sua resurrectione gratiam accipere, igitur pari ratione alia sacramenta habent virtutem à Christi resurrectione.

Causa

Causa in actu, & effectus in actu simul sunt & non sunt dicente Aristotele. 2. Physic. text. cōm. 37. siue cap. 3. Causæ facti & singulares, & ea quorum sunt causæ simul sunt, & non sunt, & 5. Metaphysic. cap. 2. Quod enim cum adfit, alicuius causa est, idem, cum adfit causam contrarij nonnunquam dicimus. Ambæ autem & præsentia, & priuatio tanquam mouentes causæ sunt, sed passio Christi præterijt, & iam non est: ergo non est causæ virtutis sacramentorum.

¶ Tertiò sequeretur ex conclusione, quod sacramenta ante Christi passionem minoris virtutis fuerint, consequens est falsum, quia sic Apostoli baptizati ante passionem, & recipientes Eucharistiam minorem gratiam recepissent, & minorem poenarum remissionem quam qui postea recipiunt sacramenta, quod videtur inconueniens.

¶ Ad primum dico, quod in nullo alio sacramento præter baptismum sic repræsentatur mors, & resurrectio Christi, & mors nostræ à vitijs, & resurrectio per iustificationem. In actu immersionis repræsentatur mors & passio: in elevatione resurrectio. De ipso dixit Paulus Coloss. 2. quod sumus consepulti Christo in baptismo; in quo & resurreximus per fidem operationis Dei. Attribuitur ergo nostra iustificatio morti & passioni tanquam signo & causæ iustificationis, resurrectioni tanquam signo & non causæ. Ipsa verò resurrectio bene est causa eorum quæ sequuntur post iustificationem, vt est immortalitas impassibilitas, incorruptio, & ita dicimus, quod resurrectio Christi est causa nostræ resurrectionis. Hanc solutionem vide in Alexandro locis citatis. Et Breuiloquio. 3. d. 22. p. 6. & propter expressiorem similitudinem, & significationem concessum est sacramenta à Christi latere fluxisse.

Ad secundum concedendum, q. in re iam mors præterijt, sed manet in diuina acceptatione. Sic nos multa bona conferimus propter obsequium præteritum, sed manes præfens in memoria nostra: Si est futurum tale obsequium multa etiam cōcedimus, quia est præfens in opinione nra. Manet etiā passio in fide ecclesie, quæ ad passionē refert sacramēta fidei sue. Tenendo,

*Argum. 2.**Argum. 3.**Ad. 1.**Vide inf. d. 43. p. 8.**Ad. 2.*



*Ad. 3.*

Tenendo, quòd ab instanti incarnationis Christus meruit quidquid meruit, quia ibi obtulit actu interiori passionem suam pro nobis, & nos ab utero Virginis redemit, dici potest, quòd sacramenta respectu gratiæ quam conferunt à sua institutione semper eandem contulerunt, neque vnquam maiorem, vel minorem. Tenendo, quòd ex tota vita Christi fit facta & integrata vna oblatio ad nostram redemptionem, posset dici, quòd sacramenta viuente Christo minorem efficaciam habuerunt quam post mortem eius & minorem gratiam contulerunt. De satisfactione concedi posset quantum ad absolutionem à poena virtute sacramentorum, minoris virtutis fuisse ante passionem exhibitam, quam postea soluto precio: sicut. d. i. p. 15. dictum fuit de circuncisione, quòd non debebat omnem poenam.

*Replíc.*

Sed contra: igitur potuit esse quòd aliquis baptizatus ante passionem & statim mortuus nihilominus transiret ad purgatorium. Potest dici, quòd nullus ante passionem fuit baptizatus cui ex virtute quam tunc habebat baptismus ex alijs Christi operibus exhibitis, & passione acceptata non deleretur omnis poena debita: vel estò quòd concedatur possibile aliquem fuisse tunc obligatum tot poenis, quas omnes non relaxaret baptismus non video, quòd possit de errore conuinci. Ecclesia & Doctores docentes omnem poenam relaxari loquuntur, vt modo iam passione exhibitam in re.

*Propo. 3.*

Ista virtus & efficacia sacramentorum non est aliqua qualitas corporalis, aut spiritalis gratuita vel naturalis data vt illis inhæreat. Hanc tenet Scotus. d. i. huius. 4. q. 5. litera. H. Probat, quia si talis virtus ponatur non pertineret ad aliquod genus entis, quia maximè deberet pertinere ad qualitatem, sed non pertinet ad aliquam speciem qualitatis: quia neque esset habitus neque dispositio: neque naturalis potentia vel impotentia: neque passio vel passibilis qualitas: neque forma vel figura. Secundò, idem accidens absolutum reale non potest esse in diuersis subiectis, sed in multis sacramentis concurrunt diuersa sensibilia, igitur non potest in illis esse aliqua vna virtus, cum vnus sacramenti vna sit virtus. Tertiò, quia talis virtus toties generaretur & corrumpetur, quo-

quoties sacramentum administraretur, quòd videtur inconueniens, & superfluum.

Si dicas, quòd sancti videntur ponere virtutem. Respondetur, quòd virtus vno modo dicitur vltimum de potentia vt deducitur ex Arist. i. de celo & mundo. Text. comm. 116. siue cap. 11. vbi dicitur, quòd potètia definitur ad finem atq; excessum in quem potest. Sacramenta igitur vltimum quòd habent de potentia est sanctificare, ideo dicuntur habere virtutem. Alex. 4. p. q. 8. m. 3. art. 5. §. 4. dicit, quòd actio sacramenti, vt est sacramentum, non est per sensibilem qualitatem, & sic negat virtutem corporalem in sacramentis, sed est, dicit per virtutem formæ intelligibilis, quæ est benedictio, quæ agit disponendo vt tali facta intentione, vel inunctione circa corpus fiat à virtute spiritali sanctificatione. Et ibidem. §. 6. dicit, quòd illa virtus est in ipsis materialibus non in elemèto solùm, neque in verbo solùm, sed in ambobus simul cù actu exercito, scilicet, immersione, vel inunctione, quia hæc simul concurrunt verba, elemètum, & operatio. Ex solutione primi in hoc. 6. §. & ex dictis constat, quòd ponit virtutem spiritalis in sacramentis corporalibus ex actione Dei quæ est supra naturam. De mente dicit Thomæ. 3. p. q. 62. art. 4. ponentis virtutem in sacramentis non conuenit inter suos. Quidam dicunt, quòd illa virtus est qualitas corporalis impressa ipsis & ideo est corporalis, quia est in subiecto corporali, puta in re sensibili ex qua constat sacramentum. Alij dicunt, quòd est spiritalis quia causat effectum spiritalis. Alij vt Caietanus ibi, quòd nomine virtutis non intellexit Thomas nisi motum, quo instrumentum mouetur à principali agente ad suum effectum. Eadem difficultas potest moueri circa intellectum Ricardi. d. i. art. 4. q. 3. ponentis in sacramentis virtutem instrumenti dum agens eò vtitur, neque explicantis quæ sit illa virtus.

Gratia sacramentalis, hoc est, quæ datur per sacramenta licet sit eadem realiter & essentialiter, seu specificè cum gratia gratum faciente tamen differt ratione, quia habet particulares effectus, ad quos Deus auxilio speciali cõcurrit. Hæc est doctrina Alex. 4. p. q. 8. m. 4. ar. 2. §. 1. Quæ sequuntur  
Bona.

*Argum.  
Solutio.**Prop. 4.*



*Argum.* Si contra dicas, quod Christus iam venerat: igitur vel falsa fuit forma, vel debuit baptizare in nomine eius qui venit. *Solutio.* Responderetur, quod licet iam venisset in carne, nondum tamen erat manifestatus. Postquam cepit per miracula plenius manifestari, Ioannes morti propinquus misit e carcere discipulos ad Christum erudiendos de suo baptismo, & quod Ioannis baptismus finem accipiebat, non amplius Christo venturo. Hæc est ratio dicit Bona, propter quam baptizabat nomine venturi & non Christi, quia Christus manet in æternum & semper est Christus, non tamē semper est venturus, ideo baptismus Ioannis qui erat cessaturus dabatur nomine venturi, baptismus Christi qui erat duraturus nomine Trinitatis, aut Christi.

Scotus hac. d. q. 2. dubius manet si Ioannes baptizavit in nomine venturi, aut sine aliqua forma. Durandus hac. d. q. 3. tenet, quod sine aliqua forma baptizabat. Fitque bona apparentia, quia est verosimile eadem forma Christū baptizatum quā alios, sed etiam verosimile, quod non baptizavit Christum in nomine venturi, ergo neque alios. *Confirm.* quia si non baptizasset Christum eadem forma qua alios, Christus non fuisset baptizatus Ioannis baptismo, quod est contra textum Euangelij. *Confirm.* secundo, quia sine forma potuit baptismus Ioannis esse figura baptismi Christi, sicut oblatio Melchisedech figuravit Eucharistiam quantum ad materiam sine forma: maximè cum efficacia sacramentorū formæ attribuatur, sicut in naturalibus forma dat esse rei atque actionem seu operationem, sed baptismus Ioannis non habebat efficaciam ex se ad sanctificandum, nam si milis erat in insufficientia sacramentis veteris legis, igitur & in non habendo formam.

Ad fundamentum alterius opinionis ex actibus apostolicis cap. 19. respondet, quod non loquitur de forma, sed de doctrina, ita quod baptizatos sicut docebat poenitentiam, docebat quod in Christum venturum crederent. Circuncisio quæ erat sacramentum in quo dabatur gratia siue ex opere operato, siue ex fide venturi Messie, formam non habuit igitur neque Ioannis baptismus quamvis in eo fides venturi præ-

dica-

dicaretur. Gabriel hac. d. q. 2. ar. 1. notab. 1. vtranque opinionem reputat probabilem. Damascen. lib. 4. c. 10. numerans plura baptismata ait. Quintum est Domini baptismum quo & ipse baptizatus est. Vnde videtur, quod in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti Christus fuerit baptizatus. Hoc non fuisset in Ioannis baptismo baptizari. Echius Homilia. 7. de sacramentis dicit Christū baptizatum in nomine venturi, quia licet venisset quantum ad personam, adhuc erat venturus ad opus redemptionis. Alij alia verba comminiscuntur, quibus fuerit Christus baptizatus quæ neque fundantur in Scriptura, neque à Doctoribus temporum Apostolorum vicinis exhausta sunt, ideo ea facilitate reiiciuntur qua probantur.

Christus baptizatus à Ioanne quacumque forma, etiam si in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti baptizatus fuisset, neque gratiam suscipit neque filius Dei adoptivus est factus. Hæc est de fide contra Theodorū Mopsuestenum damnatum in quinto concilio Constantinopolitano. can. 12. dicebat enim, alium esse Deum verbum, & alium Christum passionibus animæ, & concupiscentijs carnis molestatum, & à malis separantem se, tanquam purum hominem baptizari in nomine Dei Patris & Filij & Spiritus sancti, & per baptismum gratiam sancti Spiritus accipere, & adoptionem promereri. Quæ eius sententia cum alijs plurimis ut impijs & blasphemis adversus Dominum nostrum Iesum Christum anathematizatur. Conclusio verò nostra & catholica speciatim declaratur & probatur. Primò, Christum Dominum non fuisse baptizatum suo baptismo in nomine Trinitatis docet à Scoto in hoc. 4. d. 6. q. 9. littera. F. quia neque in Euangelio talis doctrina continetur, neque quando à Ioanne baptizatus est baptismum suum ipse Dominus instituerat, qui post baptismum à Ioanne receptum & quadraginta dies ieiunatos cepit manifestari & prædicare Euangelium. Esto etiam, quod proprio baptismo fuisset baptizatus, adhuc neque gratiam recepisset. Nam neque quando instituit Eucharistiam & eam recepit, ut infra. d. 13. p. 3. gratia ei collata est: qui gratiam summam, seu infinitam à sua cœceptione habuit, ut in lib. 3. d. 13. p. 2. Atque de plenitudine eius omnes accepimus. Ioan. 1. à quo gratia manat in sacramenta. Patet in-

D

super

De ad-  
ptione.

super ex verbis Concilij Theodorū amplexatum fuisse erro-  
rem Nestorij de duabus personis in Christo, contra quē vide  
in. 3. dist. 5. p. 2.  
Sed de adoptione prolixius est nobis agendū est in lib. 3.  
d. 10. de hac re differuerim paulò strictius. Nondum enim id  
temporis, quo in Breuiloq. sententiarū libros reducebam in  
notitiam venerat editio Francofordiensis concilij contra Eli-  
pandum congregati. Quapropter in decima illa distinctione  
tertij planè recitavi sententias Scholasticorum & errorē Eli-  
pandi. Nunc diligentius attendenda est vis illius Concilij, &  
huius propositionis, Christus homo est filius Dei adoptiuus,  
qualitas an sit simpliciter damnabilis, vel scholasticè sensum  
habere possit catholicum & sanum. In primis præfatū Con-  
cilium congregatum fuit tempore Adriani Papæ huius no-  
minis primi, & Caroli magni Imperatoris, post hæresin Ne-  
storianam quandoquidē Ambrosius illius hæresis meminit,  
vt lib. 3. d. 4. p. 4. retulim⁹, & Theodosius iunior sub quo fuit  
Nestorius præcessit Carolū. Deinde in annalib⁹ Hispaniæ  
continetur post ipsam à Sarracenis occupatam, quæ deusta-  
ti post Ambrosij tempora facta est, Carolum militasse sub  
Galafro Sarraceno rege Toletano, & filiam eius Gallianam  
ob cuius amorē venerat in scio parente nō inuitam rapuisse,  
& factam Christianam duxisse vxorem. Tūm etiam ex ipso  
Concilio patet idem, nam ad Elipandū & cæteros Hispaniæ  
præsules sic ait. Nonne olim eadem hæresis vestra in Nesto-  
rio ab vniuersali sancta Ecclesia refutata est etiam & dānata?  
Diximus lib. 1. d. 11. p. 1. & lib. 2. d. 2. p. 1. q. definitiones Eccle-  
siæ atq; Conciliorum contra errores fieri consueuere. Vnde  
contra sola verba nō est credendum fuisse congregatum vn-  
quam Concilium, nisi quando ex ipsis verbis malè prolatis,  
& peius intellectis errores fuerint exorti. Quod præfatum  
Concilium verba Elipandi & cæterorum non nuda accepe-  
rit, sed Nestorij hæresin profitētia intellexerit, ex citatis mo-  
do ipsius Concilij verbis liquet. Quibus & protinus subiun-  
xit. Quapropter fortè, illum (id est Nestorium) anathematiz-  
zare nolistis dum alios, Bonosum, scilicet, & Arrim Sabel-  
lium, Manichæumque, qui praua de Dei filio senserunt in  
epi-

epistola vestra anathematizastis. Ad huius Concilij pleniorē  
notitiā facit eius memoria in aliquibus autoribus, licet ipsum  
Concilium à compileribus Conciliorum non fuisset inter-  
tum ante Laurentium Surium in noua editione in tomo ter-  
tio. Illius meminit Antoninus Archiepiscopus Florentinus  
in. 2. parte historiali. tit. 14. cap. 1. §. 6. Alfonso noster contra  
hæreses verbo. Imago. Id in Alfonso notandum, quod cita-  
to Platina in vita Adriani faciente memoriam de hoc Con-  
cilio, & de Feliciana hæresi sub Adriano extincta, dubitat  
ipse Alfonso quæ fuit hæresis illius Felicis, dicitque se non  
repugnaturum dicentibus, quod fuerit de tollenda imagi-  
num adoratione. At verò tam ex citato Antonino, quam  
ex ipso Concilio constat fuisse Nestorianam. Refert idem  
Surius post secundam Synodum Nicenam, & epistolam  
Tharasilij patriarchæ in eodem tertio tomo, quod anno Do-  
mini. 1549. prodijt in publicum liber sub nomine Caroli  
Magni compositus aduersus imagines. Qui liber continet  
epistolam Adriani ad ipsum Carolum, ex qua potest con-  
stare librum præfatum ab eodem Carolo transmissum Pa-  
pæ, quia vt mihi subolet, qui illum composuere Carolo nun-  
cupauerunt aut miserunt nam fuisse à Carolo compositum  
nullo modo est verosimile. Si Felix ille cum Elipando, &  
cæteris fuere libri autores aut transmissores nescio, fuisse ta-  
men in illo Concilio agitatam controuersiam de sanctis ima-  
ginibus certum est, licet vsq; hodie nō inueniatur scripta. De  
adoptione tamē Christi librū Carolo miserunt Elipadus &  
socij, ab eo per epistolā postulantes, q. præfatum suum librū  
legi faceret in Cōcilio, cui & per se ipsum assisteret. Fuit hæc  
occafio congregandi illius Francoford. Concilij. Congregari  
enim antiquitus Cōcilia ab imperatoribus sententia fuit ali-  
quorū etiam catholicorū forsan probè intelligentiū malè ta-  
men loquentium. Fundabatur in. c. Sācta. d. 15. & d. 16. c. Ha-  
beo librum, & c. Sexta, & d. 63. c. Adrianus el. 2. Hæretici no-  
stri temporis ita etiam loquuntur vt diminuant autoritatem  
Romani Pōtificis, & exaltent laicā potestatem tribuendo illi  
cognitionem spiritualium. Vide. d. 17. per totam, & d. 96. c.  
Benè quidē, & c. 2. q. 5. c. Mandastis, q. autoritas congregandi  
D 2 concilia

*Hæresis  
Feliciana  
Ita dicit  
Echius in  
Enchiri-  
titu. 16.  
fuisse de  
magini-  
bus.*

*Vide inf.  
dis. 19. p.  
25. 2. co-  
rol. qua-  
re assi-  
stunt Re-  
ges Con-  
cilio.*

concilia est penes sedem apostolicam, & Romanum Pontificem, & quòd nullas habeant vires nisi Papa per se vel per legatos interfuerit. Citati textus non dicunt concilia congregata per imperatores potestatiuè, sed ipsis mediantibus, interpellato Romano pontifice ab eisdem imperatoribus, & suo tempore congregata. Cap. Adrianus dicit, quòd Carolus cum Adriano Papa constituit Synodum. Hoc sensu loquuti credendi sunt Catholici, & non in sensu quo nunc hæretici. Concilio Francoford. affiterunt plus minus trecenti episcopi ex Germania, Gallia, & Italia: interfuere & legati ipsi Adriani. Vnde patres qui affuerunt Synodū plenariam ipsam vocauerunt, neq; reuera potest rejici quasi provincialis, aut sine capite. Continet illud Concilium hæc quatuor, epistolam Adriani Papæ ad episcopos Galliciar, & Hispaniarum de errore Elipandi, librum quendam Sacrosyllabum autore Paulino Aquilegiensi, & Petro Mediolanensi Archiepiscopo interessentibus Concilio, quem librum placuit Concilio mitti ad prouincias Galliciar, & Hispaniarum specialiter ad Elipandum Toletanū Archiepiscopū, in quo totius negotij materia continetur. Cōtinet tertio librū orthodoxæ fidei omnium Episcoporum ibi assistentium, in quo respondent obiectionibus Elipadi & cæterorū. Quarto epistolā ipsius Caroli ad Elipandum & socios, atq; post eā, fidei confessionē seu Symbolum contra errores & explicitè contra illum Elipandi, ac sociorū.

*Mens cō-  
ciliij.*

Quod præfatum Concilium non nuda verba sed mentem damnet quæ erat suscitare Nestorianam hæresin iam ex verbis ipsius Concilij deduximus. Exant ad idem & alia sequentia sic. De hæresi Nestorij sanctus Cyrillus Eulogio presbytero scribit dicens. Nestorius in suis expositionibus simulat se dicere vnum filium, & vnum Dominum, sed refert filiationem ad solum Verbum. Paulò post. Dicendo enim, quia propterea Deus Verbum Christus nominatur, quia habet copulationem ad Christum: quomodò non apertū est, duos dicere Christos, si Christus ad Christū habet coniunctionē tanquam alter ad alterū? Videtur enim, Nestorium dicere copulationē, quod vos (scilicet Elipadus & alij) dicitis adoptionē. quid est adoptio nisi caritatis copulatio, qua pater adoptione sibi

sibi copulat filium, quem proprium non habet? Et certissimum est, sicut præfati sumus, alium esse proprium filium, alium adoptiuum. Nonne tunc duo filij erūt Deo Patri vnus proprius, & alter adoptiuus? Quid est aliud dicere eandem Virginem adoptiuum, vel seruum genuisse, nisi negare Deū illam genuisse? Si Deus generatus est, nequaquam adoptiuus, sed filius, quia alia persona est proprii filij, alia adoptiui, vel serui. Hæc Concilium. Et infra. Sicut enim Arrius filium separauit à patre dicendo: Erat quando non erat Dei filius: ita per adoptionē vos separatis hominē Christū à Deo Filio. Accedit, quòd Antoninus citatus, in hunc modum intellexit hanc hæresin Felicianam, ait enim loco vbi supra. Sub isto Adriano Felicianam hæresis condemnatur, & in præsentia Adriani Papæ ab ipso Felice autore abdicatur. Hæc hæresis asserbat filium Dei in Diuina natura verum Deum esse: in natura verò humana nuncupatiuum. Item, in Diuina natura eum esse filium Dei, in humana verò adoptiuum: vnam personam Dei, & hominis diuidēs in duas personas, scilicet veri Dei, & adoptiui. Hæc Antoninus. Concilium Foroiuulente congregatum sub eodem Carolo, cui præfedit idem Paulinus Aquilegiensis autor libri Sacrosyllabi, antequam legeretur Symbolum Nicenum quod ipse Paulinus præfigendū esse dixit, posteaquam aduersus eos, qui de personarum discretionem dubitabant dixerat, subdit. Contradicimus per omnia Patripassianis, qui Diuinitatem passibilem ausi sunt elinguare. Similiter & illis non concedimus, qui in duos videntur filios vnum Christum Dei filium diuidere, dum illum naturalem, & adoptiuum affirmare moliuntur, dum vnus idemque sit Dei hominisque filius. Videtur ex hac confessione Catholica contradicente Felici & Elipando, quòd hoc Concilium fuerit post Francofordiense, aut saltem parum ante, quando iam illorum error in Italia personabat: Videtur etiam, quòd patres illius Concilij provincialis intellexerint præfatum hæresin esse eandem quæ fuerat Nestorij.

Contra hanc declarationem Concilij arguitur ex ipsa Elipandi confessione, quæ à Concilio ipso refertur, sic dicente. Confitemur & credimus Deū Dei filium ante omnia tempora

pora sine initio ex Patre genitum; coæternū & consubstantialem, non adoptione, sed genere. Confitemur & credimus eum factum ex muliere, factum sub lege, non genere esse filium Dei sed adoptione, nō natura sed gratia: Subdit Concilium. Ex sermonibus sancti Augustini hæc testimonia translata sunt, sed hæretica prauitate additum inuenimus: Non genere esse filium Dei, sed adoptione. Igitur Concilium non quia duos filios ponebat ipsum damnabat, sed quia vnum & eundem ratione humanitatis adoptiuum esse dicebat. Item refert idem Concilium eos in epistola sua sic dixisse. Ex Patre vnigenitum sine adoptione; primogenitum verò in fine temporis, verum hominē assumendo de Virgine carnis adoptione, vnigenitum in natura, primogenitum in adoptione & gratia. Refertur etiam non à Concilio, sed à quibusdā curiosis esse in scrinio Ecclesiæ Toleranæ liber quidam manu scriptus cuius autor fuit Etherius episcopus Oxomensis, vbi continetur dixisse Elipandum. Qui non fatetur Christum Diuinitate filium Dei naturalem, humanitate autem adoptiuum, anathema sit.

*Argu. 2.*

Facit contra præfatam declarationem, q̄ cum Adrianus in sua epistola afferret autoritates Scripturæ contra Elipandum, quòd sit filius Dei naturalis, & nō adoptiuus, vt est illa Ioan. 17. Pater manifestauit nomē tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo. Et. 20. Ascendo ad Patrem meū & Patrem vestrum distinctè dicens meum, & vestrum, dixit, nomen paternum tunc manifestauit hominibus, cum se patris filium verum & nō putatiuum, proprium innotuit, & non adoptiuum: sibi verò ipse Pontifex objicit. Quòd si secundum eorum callidam tergiuersationem cuncta quæ protulimus ad Diuinitatem tantum modo filij Dei referenda opinantur, dicant mihi vbi vnquam communi affectu dixerit nobiscum. Pater noster. Non ait noster, quasi nobiscum adoptatus per gratiam: Igitur summus Pontifex non solum secundum Diuinitatem, sed etiam secundum humanitatem interpretatur scripturas vt sit filius Dei proprius & naturalis, & sic neque secundum humanitatem est filius adoptiuus; & contrarium huius damnabatur in Elipando, & non q̄ poneret

neret duos filios nisi ex consequenti. Consequenter enim ad adoptionē se iuebatur, quòd futuræ essent in Christo duæ personæ.

Respondetur ad hæc & primo ad confessionē Elipandi, quòd ibi non posuerunt duntaxat esse adoptiuum, sed hanc asserunt propositionem Christus homo nō est filius Dei genere, sed adoptiuus: Illa negatio manifestè facit propositionem hæreticam, est enim Christus homo etiam secundum humanitatem sicut Deus, ita filius Dei proprius & naturalis. Ad idē fermè tendūt epistolæ verba, q̄ est vnigenitus ex patre sine adoptione quæ propositio sana est, & catholica: Ea quæ subditur, quòd est primogenitus in fine temporis verū hominē assumendo carnis adoptione, potest dupliciter punctuari, ita vt verum hominē assumendo sit intra parathesin, vel non: Si non est intra parathesin facit manifestè sensum Nestorianum, videlicet, quòd filius Dei assumpsit personam hominis, qui homo, assumptus erat in filiū Dei sola adoptione. Quod si legitur in parathesi, quam lectionē Concilium ibi sequitur quasi ab eisdem Elipando & socijs intentam, fecerunt distinctionem inter vnigenitum & primogenitum, q̄ scilicet esset à patre vnigenitus, à Virgine matre primogenitus in adoptione & gratia. Quam assertionem Concilium damnat ex eo, q̄ tam ex patre in Diuina natura sit vnigenitus, & primogenitus, quam ex matre in humana est primogenitus & vnigenitus quia non habuit alios fratres, subodoraturque Concilium ibi errorem Eluidij, contra quem citatis autoritatibus subdit. Hæc testimonia ideo posuimus vt cognoscatis Deum & Dominum nostrum Iesum Christum in vtrâque natura esse & vnigenitum & primogenitum, non adoptiuum, sed magnum Deum, neque ex eò ei fratres nominari, sicut Eluidius blasphematur, quòd primogenitus est. Igitur Conciliū nō nudè verba illorū intellexit, neq; accepit sed plena sensibus hæreticis quādo Christum adoptiuum dicebāt. Per hæc patet ad epistolam Adriani, quòd secundum humanitatem cum sit filius proprius & naturalis, hanc propositionem, atque doctrinam Elipandus & socij negabant errantes.

*Ad. 1.*

Ad eius confessionem quam refert Etherius dicendum; quod cum iam ex confessione missa ad Concilium, & epistola constet eos plura asseruisse hæretica, in talia asserta referenda est illa confessio in quæ solum dicitur, humanitate esse adoptiuum. Et fortè (quia librū illum Etherij neq; vidi, neq; legi) ipse Etherius confessionem Elipandi non extensam, sed per compendium posuit: si verba esset cuncta positurus, ea quæ Concilium retulit etiam apponeret.

*Qualitas  
ipsius pro  
positionis*

Nunc de ipsius propositionis qualitate videlicet, Christus homo est filius Dei adoptiuus inquirendum est. Dico mihi videri, ipsam sapere hæresin. Nam prima significatione sensum facit hæreticum cum Nestorio, vel Theodoro Mopsuesteno. In hæreticorum scriptis inuenta secum ferret saporem, vt infra. d. 13. in qualificatione propositionum est videre. At in libris Catholicorum consentium vnā in Christo personam, vnū verum & proprium filium Dei & filium Virginis, non gratiam in baptismo recepisse, vt per eam filius fieret adoptiuus, propositio sensum habebit sanū. Quocirca Doctor quidam recens super Tertiam partem D. Tho. q. 24. ar. 1. in quadam tertia propositione quam super hac materia appendit, dixit. Non est contra fidem asserere quod Christus, secundum quod homo, est filius adoptiuus, dum tamen concedatur, quod ratione suppositi est filius Dei naturalis. Ego propter Mopsuestenum Theodorū addidi necessarium etiam fateri, quod non recepit gratiam in baptismo Ioannis per quam fieret filius adoptiuus.

*Bartholo  
maus Me  
sain.*

Quod si Elipandus & Socij fideliter testimonia Eugenij, Ildefonsi & Iuliani Toletanæ sedis antistitum citauerunt, in hoc sano sensu recipienda erant, nō ad corruptum sensum quem ipsi prætendebant. Dicebant enim sic. Prædecessores nostri Eugenius, Ildefonsus, Iulianus Toletanæ sedis antistites in suis dogmatibus ita dixerunt in Missa cœnæ Domini: Qui per adoptiuum hominis passionem dum suo non indulsit corpori: Item in Missa de ascensione Domini: Hodie Saluator noster post adoptionē carnis sedem repetiuit Deitatis. Quis enim dicat sanctum Alphonsum seu Ildefonsum, & sanctum Iulianum, eos siquidem vt sanctos colit & veneratur

ratur Hispania cū Nestorio, aut Theodoro Mopsuesteno sensisse? verum cum concilium aperte ostendat Elipandum & socios alia sanctorum testimonia falsò allegasse, sic potuit esse in hoc testimonio. Id verò mirum quod concilium præfatos sanctos antistites his verbis carpat. Vt manifestum sit quales habeatis parentes, & vt notum sit omnibus, vnde vos traditi sitis in manus infidelium, quia hominem Christum verum Dei patris filium negastis, vobis defensor esse noluit, sed tradidit in manus inimicorum suorum. Verum est tamen quod non ita ob oculos habebat Concilium ipsorum venerabilem antistitum sanctitatem, & Missale quod allegabatur, sicut habebat corruptam mentem Elipandi quam in assertionem illa redargui & damnari oportuit. Cæterum Doctores scholastici, quibus præfata propositio non est visa tam aspera quin iuxta scholæ rigorem defendi posset, eā ex gratia collata animè Christi defendunt.

Est quippe ab omnibus confessum Christum habuisse gratiam gratum facientem: vt in lib. 3. d. 13. dictum est, sed per gratiam gratum facientem constituuntur filij adoptiuus in ea filiatione, ergo & Christus. Confirmatur, quia prius natura habuit naturam humanam, quàm gratiam, quæ est ius succedendi in hæreditate, & prius natura humana natura fuit vnita verbo quàm gratificata, ergo in illo priori est intelligere ipsum, vt non habentem vnde succederet in hæreditatem. Confirmatur secundo, ipse vt homo habet gratiam, & gloriā & non ex naturalibus ergo ex adoptione, quia inconueniens videtur, quod eas habeat, neque ex naturalibus, neque ex adoptione.

Secundò arguitur ad idem. Si Pater, aut Spiritus sanctus assumpsissent humanitatem; nullum apparet inconueniens neq; contra fidem, neque contra concilia, quod essent filij adoptiuus per gratiam gratum facientem ergo neq; est inconueniens dicere idem de filio, dum non negetur esse proprius, & naturalis. Antecedens probatur, quia nullus ipsorum est filius naturalis in Diuinis, & omnes rationes fundatæ in adoptione, quod debet esse illius, qui non est filius proprius; in persona Patris & Spiritus sancti cessarent. Cōsequentiā probatur,

batur, quia easdē denominationes debet haberet filius ab essendo hominem, & Deo acceptum per gratiā quas haberet Pater, aut Spiritus sanctus, nā à supposito Diuino nullus ipso rum haberet inquātum est Diuinū, quōd esset filius, neq; naturalis, neq; adoptiuus, igitur sicut ipsi haberent ab essendo hominē, siue ab humanitate gratificata, quōd essent adoptiui, sic potest habere & filius quāuis naturalis. Confir. quia ipse filius conceditur fuisse mortalis & immortalis: æqualis patri, & minor patre, vt in symbolo Athanasij: imō minoratus ab angelis Heb. 2. & Psalm. 8. In sexta synodo vniuersali, quæ est Constantinopolitana tertia, actione. 11. admittitur liber Sophronij archiepiscopi Hierosolymitani in quo locutiones hæ admittuntur. Christus est homo visibilis & inuisibilis: creatus & increatus: corporeus & incorporeus; contrectabilis & incontrectabilis: circumscriptus & incircumscriptus: terrenus & cœlestis, ergo à simili potest concedi, Christus homo est filius naturali, & adoptiuus. Ad id quōd est homo creatus, facit illud Pauli Ephes. 4. Induite nouum hominem (idest Christum) qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis quam auctoritatem de Christo exponit Ioannes Papa secundus in epistola ad Valerium. Et reuera consonat expositio cum alijs Pauli verbis. Rom. 13. Induimini Dominum Iesum Christum. Galat. 3. Quicumque in Christo Iesu baptizati estis, Christum induistis: Vbi poteris annotare eandem auctoritatem ad illud, quōd anima Christi fuerit creata in gratia, quia in iustitia & sanctitate veritatis.

Lib. 3. d.  
53. p. 1.

Scio qui defendēt Magistrum, Alexandrum, Bonauenturam; & alios negantes eum omnino adoptiuum ad hæc responsuros, esse latum discrimen: quia quando natura est ratio propter quam prædicatum conueniat supposito, ipsa natura est immediatum subiectum inhesionis illius rei quæ per prædicatum importatur, quāuis sit suppositum immediatū subiectum denominationis; vbi vero conuenit ratione suppositi, ipsum suppositū est immediatum subiectū inhesionis & prædicationis: quæ autem neque ratione suppositi, neq; ratione naturæ conueniunt, non sunt causa adhesionis, neq; possunt prædicari. Manifestemus exemplo. Creatio passiu

passiuā tam est naturæ, quā suppositi, idcirco cum natura sit creata & creabilis, est immediatum subiectum, cuius creatione vocetur suppositum creatum. Persona, siue suppositum est principium actionum, quia actiones sunt suppositorum; ipsarum ergo suppositum est immediatum subiectum denominationis, & inhesionis prædicati ad subiectum. In proposito ratio adoptionis nullo modo est in Diuino supposito, neq; natura humana est immediatum subiectū cui adoptio inhaereat, idcirco neq; Christus homo est filius Dei adoptiuus, neq; Pater, aut Spiritus sanctus ex eadem ratione si fierent homines forēt filij adoptiui. In hoc puncto est totius quæstionis status: Si adoptio conueniat naturæ sicut supposito. Quidam referunt Doctorem subtilem quasi affirmauerit quōd conueniat. Ego vt dicam quæ sentio de mente eius, nō credo id vnquā concessisse, cum manifestē negauerit humanitatem esse filiam. Atq; vt eius mens clarius constet de filiatione adoptiua, oportet videre quid senserit de filiatione naturali, dixit enim ipse lib. 3. d. 10. litera. A. quōd dicendo, filiationem fundari in natura simili naturæ generantis naturaliter, filiatio adoptiua fundabitur in natura, quæ est similis creanti vt imago eius similitudine naturali, & etiam similitudine gratiæ: igitur de filiatione adoptiua philosophabimur sicut de filiatione naturali. Ad naturale Scotus lib. 4. d. 13. q. 1. paulo ante literam. B. facit arg. ex. 5. Metaph. tex. com. 20. seu cap. 15. Cui argumento respōdet litera. V. et similiter. quodlib. 12. litera. C. Dixit enim Arist. Actiua & passiuā dicuntur ad aliquid secundum actiuam & passiuam potentiam, & potētiarum actiones. Vult igitur Arist. relationes secundi modi fundari super actionē & passionē, sicut relationes primi modi fundantur super rem de genere quātitatis, principaliter super numerum; relationes tertij modi super mensurā & mensurabile. Respondet Scotus interpretans Arist. quōd nō velit dicere, quōd relationes secundi modi fundentur super actionē & passionē, quia relatio non manet fundamento non manente, sed manet pater nō manente actione generationis: imo quando alioquin generat non est pater, sed quando proles formata est, sicut illa proles incipit esse filius, ita qui genuit incipit

Punctus  
quæstio-  
nis.

Scotus nō  
dixit na-  
turæ con-  
uenire a-  
doptioni  
subiecti.

incipit esse pater. Fundamentum igitur relationum secundi modi est potentia actiua & passiua, vt paternitatis fundamentum est potentia actiua generandi, filiationis fundamentum est potentia passiua. Debet vero Aristot. intelligi quod relationes secundi modi fundantur super actionem, & passionem tanquam super mediam dispositionem inter fundamentum proprium, & ipsam relationem. Hinc habes quomodo intelligat Scotus quando dicit paternitatē fundari super genuisse, & hanc paternitatem super hoc genuisse, videlicet tanquam super dispositiones præuias ad relationes: vide in breuioloq. lib. 3. d. 8. p. 4. Alij volunt actiones & passionem esse fundamenta harum relationum secundi generis. Est aliud sciendum, quod fundamentum proprium vel ratio fundandi relationem, seu fundamentum proximum, quod idem est, non denominatur à relatione, quod à relatione denominatur est suppositum, aut subiectum, quod potest appellari, & ab aliquibus appellatur fundamentum remotum, & hæc denominatio non potest esse nisi mediante proximo fundamento. Hanc esse mentem Doctores subtilis patet clarè in reportatis lib. 3. dist. 8. Vbi respondet huic argumento: filiatio est suppositi & non naturæ, quia natura non potest dici filia. Dico quod ex hoc non sequitur, quod filiatio inest supposito sine fundamento, quia etsi nulla relatio posset denominare fundamentum suum, sed tantum suppositum, adhuc non inest supposito, nisi mediante fundamento. Ante hoc dixerat: Si intelligitur, quod filiatio sit suppositi non mediante natura & fundamento, falsa est propositio: quia sic filius Dei non esset filius Dei, quia filiatio non est suppositi Diuini, nisi mediante natura Diuina. A simili ergo de mente Scoti iuxta prædicta philosophandum est de filiatione adoptiua, & paternitate. Nam illis querendum est fundamentum, seu ratio illas fundandi, & subiectum seu suppositum siue fundamentum remotum, quod ab ipsis denominatur. De paternitate adoptiua non oportet immorari cum ratio illam fundandi sit Diuina essentia, & Dei ad creaturam non sit relatio realis. Scio ab aliquibus agitari, an Deo conueniat propriè filios adoptare, vel per translationem & metaphoram? Res importata per

*Questio si  
adoptare  
est proprium  
Dei?*

adoptio-

adoptionem actiuam, videlicet collatio gratiæ quæ est communicatio iuris ad hæreditatem gloriæ, iam diximus lib. 3. d. 10. p. 3. sicut hic dicimus, quod pertinet ad totam Trinitatem propriè: bene quidem patri appropriatur vt agenti, filio vt exemplari iuxta id Pauli Rom. 8. Quos præsciuit hos prædestinavit conformes fieri imaginis filij sui. Ephes. 1. Benedictus pater Domini nostri Iesu Christi, qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum. Spiritui sancto appropriatur tanquam ipsam exequenti in caritate, quæ sibi appropriatur per quæ nos facit similes Deo. Rom. 8. Accepistis Spiritum adoptionis filiorum Dei, id est Spiritum adoptantem. Nomen & vocabulum adoptionis actiue si propter hoc est proprium Dei, per prius debet conuenire Deo, & deinde creaturis, vt habes lib. 1. d. 22. p. 3. Videtur, quod non sit proprium Dei, quia in eo non ponit nisi relationem rationis ex tempore ad creaturam. Contrà verò facit, quod esse creatorè est proprium Dei, & non ponit nisi relationem rationis ex tempore ad creaturam, ergo videtur quod sit proprium Dei quamuis impositum à creaturis, & à Iuristis translatum ad Theologos. In contrarium est alia apparentia: filiatio adoptiua licet verè sit filiatio adoptiua & filius adoptiuus verè filius adoptiuus, tamen non propriè est filius, sicut homo pictus verè & propriè est homo pictus, at non propriè, neq; verè est homo, sed per similitudinem metaphoram, seu translationem, ita à simili, Deus licet sit pater habentium gratiam non est propriè pater, licet sit propriè pater adoptiuus, sed per similitudinem ex patre naturali ad adoptiuum. Idcirco alio modo dicitur pater Christi, alio modo noster: vt lib. 1. d. 26. p. 5. igitur quamuis Dei sit proprium dare gratiam & ius ad æternam hæreditatem, tamen esse patrem adoptiuum conuenit ei ex translatione. Quidquid in hac parte teneatur videtur posse defendi. Hoc vltimum quod non conueniat propriè tenet Durandus. lib. 3. d. 10. q. 2. Aliam defendent alij putantes verba scripturæ in hac parte posse intelligi propriè, ideò non esse ad translationem referenda. Sed ad fundamentum proximum & remotum filiationis adoptiue redeamus. Secundum prædicta est conforme doctrinæ Scoti quod proximum

*Vide A-  
lexā. 3. p.  
q. 10. m.  
6. ar. 2. et  
4.*



num sit potentia passiva recipiendi gratiā, quæ potentia est ipsa met natura intellectualis vel rationalis dicente Augustino lib. 1. de predestinatione sanctorum cap. 4. siue. 5. posse habere fidem, sicut posse habere caritatem naturæ est hominū; habere autem fidem quemadmodum habere caritatem gratiæ est fidelium. Quod potentia passiva sit eadem realiter cum essentia seu natura cuius est, potest clarè deduci ex doctore subtili. Nam lib. 2. d. 16. litera. I. Tenet quod potentiæ animæ sunt idem realiter cū essentia animæ, & deducit pro inconuenienti, quia ex opposito, anima non esset beata nisi per accidens; potentiæ receptiue beatitudinis essent beatæ per se. Igitur si potētia receptiua gratiæ foret distincta realiter à natura gratificabili, ipsa potētia per se gratificaretur, & natura non nisi per accidens. Idem Scotus lib. 3. d. 17. & refertur in breuiloquio. 3. ea. d. p. 1. Inclinatio lapidis ad centrum non est aliquid absolutum distinctum à lapide, neque alius quicumque appetitus naturalis distinguitur à re cuius est, sed est ipsa met natura illius rei. Erit propterea secundum Scotū fundamentum proximum adoptionis passiuæ natura ipsa gratificabilis (quam posse gratificari sine supposito constat, quia animæ iustorum sunt gratæ atque beatæ, neque sunt supposita) subiectum vero passiuæ adoptionis est suppositum, idcirco natura sicut non dicitur filia naturalis, ita neque filia adoptiua. Debet Scotus intelligi quando dixit, quod fundatur filiatio adoptiua in natura, scilicet tanquam in fundamento proximo. Conuenietque filiatio adoptiua fundamentaliter naturæ; subiectiue supposito. Per dicta patet mens Scoti circa adoptionem passiuam, hoc est filiationem adoptiuā. Qui doctor subtilissimus, & cautissimus ad adoptionem Christi sic aperuit fundamenta, quod neutram partem asseueranter affirmavit, sed quasi visus est dicere. Non audeo concedere, quod Christus sit filius Dei adoptiuus, neque tamen inuenire possum rationem quare ut damnabilis reprobetur; ideo in sola extraneitate ad hæreditatem moratus est, atque conclusit dicens. Responsum quære. Nā in eius via è sola vnionis hypostaticæ ratione non fuit Christus homo gratus, & gratificatus cum potuisset fieri vnio sine gratia.

Ratio,

Ratio, quā ibi ponit ad negandū eum adoptiuū, quia habebat de congruo per vnionē, quod sibi daretur gratia, & sic concomitabatur aliquid generationē naturalē ut dispositio de congruo conferens in hæreditatem, & habebat vnde non esset extraneus, non multū cogit, quoniā ad adoptionē potius adiuuat congruitas, nam consanguineus bene adoptatur non obstante congruitate. In reportatis lib. 3. d. 10. clarius ostendit Scotus probabilitatē propositionis quod Christus est adoptiuus.

Sed probatur, quod Scotus non fundamentaliter sed subiectiue debeat intelligi concessisse, quod humanitati conueniat adoptio, & quod ipsa sit adoptata. In via Scoti generantis ad genitum est duplex relatio, & in humanis vtraque est realis, videlicet ad primum terminum seu adæquatam qui dicitur productus siue genitus, qui est compositum, vel suppositum, quia. 7. Metaph. text. 27. siue cap. 7. dicit Aristot. quod generatio, neque est materiæ, neque formæ quæ inest in sensibili materia, sed est totius quod factum, hoc est compositum: Alia est relatio realis ad formam, ut ad terminū formalem generationis, quia forma est natura, & generatio naturalis est via in naturam, id est in formam. 2. Phys. text. 14. Idcirco suppositum seu compositum dicitur natum primo & principaliter: natura dicitur nata siue genita, hæc ut terminus generationis, illud ut subiectum, non inhesionis, quia tale subiectum inhesionis est materia quæ subiectiue generatur & corrumpitur, sed subiectum denominationis cui propriè conuenit à generatione genitum, à natiuitate natum & nascens denominari. Hæc doctrina Scoti quaratur lib. 1. dist. 5. quæst. 1. ante literam. H. Vbi ponit differentiam harum relationum in Diuinis, quia patris generantis seu producentis ad productum est duplex relatio vna realis ad primum, seu adæquatam terminum, puta ad filium: Alia ad terminum formalem id est naturam & essentiam Diuinam, hæc non est realis sed originis, & quasi rationis concomitans illam realem. Ad propositum, adoptantis ad adoptatum, & è conuerso est duplex relatio realis vna qua suppositum dicitur adoptatum, alia, qua natura refertur ad adoptantem, à qua ipsa etiam denomi-

Argum.



denominetur: illa non apparet, quæ sit, vel quam denominationem aliam det nisi quod dicatur adoptata, igitur adoptio naturæ ita conuenit, sicut supposito.

*Salutio.*

Respondetur, quod hoc argumentum non minus debet solui ab alijs tribus doctoribus nostris, quã à Scoto, videlicet ab Alexandro, Bonauent. & Ricardo; imò etiam à Thoma & sequacibus. Dico ergo quod iustificari, & gratificari pertinet supposito & naturæ, vt dictum est, neq; arbitrò hoc aliquis inficiabitur: Sed si naturam habere gratiam est esse adoptatam, non video quare non possit & debeat dici adoptata: Si vltra habere gratiam requiritur filiatio & paternitas, cum filiatio non sit naturæ, ipsi non conuenit esse adoptatam, referretur tamen ad facientem eam gratam, vt ad producentem eam gratificatam.

*Epilogus.*

Ex prædictis patet quid sentiam de mente concilij Francofordiensis, quid item de mente Scoti, quid etiam de ipsa propositione in se. Nam propositionem reputo sapere hæresim: Concilium, quod propter illum saporem ipsam damnauit, & non verba nuda vt iacent: Scotum, quod verè intellexerit ipsam habere posse catholicum sensum, idè ipsam neq; apertè reiecit, neq; ad id vrgentem & conuincentem rationem vidit, cauit autem in verbis conuenire cum hæreticis: neque in via Scoti, naturæ conuenit adoptio, idè neque ei conuenit esse filiam: fundamentaliter bene potest in via Scoti concedi quod nature conueniat adoptio passiuam nõ tamen propter hoc potest ipsa denominari filia adoptiuam. Refertur ipsa ad Deum facientem illam gratam, quæ relatio cum sit secundi modi & fundetur super potentiam passiuam denominat si: suppositum, vt filium, naturam vel non denominat, vt modo in sol. arg. contra Scotum, vel si quis tenuerit oppositum debet necessariò fateri, quod sufficit ad id sola infusio gratiæ. Gratiã posse inhærere soli naturæ sine respectu ad suppositum docent animæ iustorum separata à corporibus, quæ etiã per se creari potuerunt. In opinione quod non habeant appetitum ad corpus, vt infra. d. 43. p. 7. in sol. arg. bene patet, quod sint iustificata, & habent gratiam sine dependentia ad suppositum.

Baptizati

Baptizati baptismo Ioannis tenebantur postea baptizari Christi baptismo. Hæc est cõmunis contra Magistrum dicentem cap. vltimo, q̄ baptizati baptismo Ioannis qui sp̄ in eo non posuerunt & Patrem & Filium & Spiritum sanctum credebant non fuerunt baptizati baptismo Christi, sed impositione manuum ab Apostolis facta Spiritum sanctum receperunt. Sed in hac sua sententia Magister nõ tenetur. Alex. 4. p. q. 9. m. 7. vult saluare Magistrum sine præiudicio tamen opinando & nihil asserendo. Sed pro cõmuni contra Magistrum est auctoritas Act. 19. vbi Ephesij baptizati baptismo Ioannis sunt baptizati ex doctrina Pauli baptismo Christi. Si dicas q̄ illi non credebant Spiritum sanctum, quia neq; si Spiritus sanctus esset audierat. Cõtra, quia defectus fidei nõ facit rebaptizandos vero Christi baptismo baptizatos, si suscipere voluerunt quod Ecclesia faciebat, sed tales sunt postea erudiendi: igitur à simili ratio propter quã illi fuerunt baptizandi non fuit defectus fidei, sed quia ille baptismus nõ fuerat sacramentum Augustinus lib. de vnico baptismo cõtra Petilianum Donatistam cap. 7. refert nonnullos opinari, q̄ Ephesij mentiri sint dicentes se baptismum Ioannis recepisse. Facit in hanc ipse Augustinus super Ioannem, refertur à Gratiano de conse. d. 4. c. Aliud, dicens. Si quos baptizauit Iudas non sunt iterum baptizati: & quos baptizauit Ioannes sunt iterum baptizati. Quos enim baptizauit Ioannes baptizauit Ioannes: quos baptizauit Iudas Christus baptizauit. Potest afferri ad hæc generalis obligatio ad baptismum de qua. d. sequenti. Et q̄ Ioannes ipse baptizatus fuerit baptismo Christi ab eodem Christo domino iuxta quod idem Ioannes dixerat Matth. 3. Ego à te debeo baptizari. Cui Dominus respondit. Sine modo: igitur postea fuit à Christo baptizatus, & ita dicit Chrysost. hom. 4. super Matt. in opere imperfecto legi in quibusdam libris apocryphis. At vero cum baptismus Christi viuente Ioanne nõ fuerit sub præcepto: nulla videtur necessitas q̄ Christus ipsum baptizauerit, nisi Spiritus sancti gratiam infundendo.

Aequare baptismum Ioannis baptismo Christi est hæresis Zuinglij vt illi Echius imponit hom. 7. de sacramentis in fine, dixit enim q̄ Ioannis baptismus remittebat originale. Calui-

E nus

*Prop. 10.*

nus & Brentius & Hugnotici dicunt q̄ Ioannes baptizauit baptismo Christi. Donatistæ vt deduci potest ex Augustino in eadem fuere sententia vide ipsum lib. 2. contra Petilianum. Donatistam cap. 33. & 34. habetur in. 7. tomo operum Augustini editionis Frobenianæ. Dicebat enim Petilianus non alium fuisse baptismum Ioannis, alium Christi, sed vnum tribus gradibus consecratum. Dedit aquã Ioannes sine nomine Trinitatis. Dedit Spiritum sanctum Christus: sibilando in facies Apostolorum Ioan. 20. Ipse ignis Paracletus crepitantibus flâmis in Apostolos superuenit, illum Augustinus redarguit. Item vide eundem Augustinum, lib. de vnico baptismo contra eundem Petilianũ cap. 7. habetur in eodem tomo: 7. Nam ad probandum q̄ baptizati ab hæreticis essent rebaptizandi arguebãt Donatistæ quod baptizatos à Ioanne Ephesios qui Spiritum sanctum nesciebant Act. 19. Apostoli iterum baptizassent: Vnde constat vnum baptismum fuisse secundum eos Ioannis & Christi. Sed quod fuerint distincti è supra dictis patet, quia Ioannes baptizauit aqua sola, in cuius baptismo non dabatur Spiritus sanctus, quia non fuit sacramentum. Extat canon concilij Tridentini primus in Sess. 7. de baptismo. Si quis dixerit baptismum Ioannis habuisse eandem vim cum baptismo Christi. Anathema sit.

### De aqua Benedicta.

Prop. 11.

**A**qua sancta, seu benedicta in Ecclesia tẽpore noui testamenti est duplex. Vna benedicitur ab Episcopo cum vino & cinere, vt in cap. Proposui de consecra. Ecclesiæ, vel altaris. Hac aqua consecrantur Ecclesiæ, & pollutæ reconciliantur. Ibidem, & cap. Aqua. eodem titulo. Alia aqua vocatur lustralis, & cum sale benedicitur à sacerdotibus. cap. Aquam. de consecra. dist. 3. Qui textus est Alexandri Papæ. Ex consuetudine benedicitur Dominica die, non tamen esset peccatum alio die benedicere ex necessitate. Non potest benedici à diacono, ex argumento eiusdem cap. Et. d. 25. cap. Perlectis, docet Isidorus quod ad sacerdotem pertinet benedicere dona Dei.

Hæc

Hæc aqua benedicta non est sacramentum. Contrarium huius esset error, quia non sunt nisi septem sacramenta. *Prop. 12.*

Si dicas: Hæc aqua remittit venialia, quæ non possunt remitti sine gratiæ infusione: igitur est signum & causa rei factæ. De remissione venialium infra. d. 16. De aqua benedicta respondet Alex. 4. p. q. 8. m. 1. art. 2. §. 1. Quod ipsa valuit ad dimissionem venialium licet non instituta sit à Domino ad hoc vt ex sua vi fiat; Sanctus Bonauentur. in hoc. 4. d. 21. nu. 12. quod facit ad deletionem venialium non per propriam naturam, sed ex eo quod gratiam gratũ facientem adiuuat & vigorat. Est enim ibi humiliatio, & deuotio vt in plurimum, quæ est actus gratiæ informatus repugnans veniali peccato, quod opponitur feruori gratiæ, & ipsum diminuit. Eandem rationem; quod propter humiliationem delet; ponit glossa in citato cap. Aquam & est prima ratio, posita sup. d. 1. p. 3. propter quã Deus instituit sacramenta. Ricardus hac. d. ar. 1. q. 3. ad primũ argum. & d. 16. ar. 5. q. 1. ad. 2. quod remittit per modum meriti in quãtum excitat motum voluntatis & feruorem caritatis, per quã remittuntur venialia. Tho. 3. p. q. 87. ar. 3. est ad idẽ, dicens q̄ remittit, quia excitat ad motum poenitentia, qui est detestatio peccatorũ vel implicita, vel explicita. Dominicus de Soto in. 4. d. 1. q. 6. ar. 1. tenet q̄ remittit venialia ex opere operato ad modũ sacramenti, non tamẽ confert gratiam, sed disponit ad illam. Ex quibus deducitur quod sine infusione gratiæ remittuntur venialia. *Corol.*

Aliud argum. seu replica posset fieri de aqua non benedicta posita in ostio Ecclesiæ loco aquæ benedictæ, qua se aspergeret ignorans. Secundum hanc sententiã de Soto posset responderi, q̄ tali nõ remittuntur venialia: Stando in alia sententiã quod delentur ex bono motu humilitatis, deuotionis, & implicitæ poenitentia, potest concedi q̄ remittantur per talẽ aquã reputatam benedictã. In hoc virtus aquæ benedictæ nõ minuitur, sed extollitur potius: vel posset negari q̄ remittatur, quia, quando bonus motus non est per se sufficiens ad delenda venialia, requiritur quod aqua concurrens cũ illo sit vere benedicta, ita quod remissio integretur à duobus. Idẽ debet dici de pane benedicto, & similibus. Vide infr. d. 16. p. 82.

E 2 Ita

*Prop. 13.* Ista benedictio aquæ est ex institutione Ecclesiæ, non sine Diuino instinctu & motione Spiritus sancti dirigentis Ecclesiæ. Propterea debet dici esse de iure positiuo Ecclesiastico, & potest dici esse à Deo. Exemplū est supra de baptismo Ioannis. p. 6. Qui dicebatur Ioannes, quia ab ipso institutus, & erat à Deo tanquā ab inspirate, & madante ipsum instituere. Propter quod aliquid doctores tenent quod Ioannes fuit institutor, alij quod Deus. Ad hanc facit supra. d. 1. p. 3. quod cæremonias, & sacramentalia commisit Deus Ecclesiæ instituenda.

*Prop. 14.* Virtus aquæ benedictæ est multiplex. Negare virtutē huius aquæ supra aquam non benedictam fuit heresis Flagellantium qui per mundum discurrebant flagellantes seiplos, & flagella præferentes confessioni; & æquantur martyrio. Echius homil. 5. de sacramentis videtur dicere quod hodie vigeat apud hæreticos nostri temporis contemptus aquæ benedictæ. Illos à primo hæresiarca Luthero lutheranos vocamus, non obstante quod in aliquibus disideant. Altarium benedictiones reprobant, qui reprobant altaria vide in. 3. d. 9. p. 11. Modo probatur conclusio ex verbis quibus aqua benedicitur; videlicet vt in locis vbi resperfa fuerit non resideat spiritus pestilens, non aura corrumpens, discedant insidie dæmonum, sit sumentibus salus animæ & corporis. Quam vtilitatem docet idem Papa Alexand. citato cap. Aquam. Duas in hoc citat auctoritates veteris testamenti: De cinere vitulæ num. 19. de aqua sanata per Helisæum. 4. Reg. Nam ex benedictione sacerdotum legalium Dominus bona conferebat Israeli. Ezechiel. 44. Primitiua ciborum vestrorum dabitis sacerdoti, vt reponat benedictionem domui suæ, vbi Hieronymus. Hoc facimus vt reponat sacerdos benedictionem, & oblationem nostrā in domo sua, siue vt ad imprecationem suam dominus benedicat domibus nostris. Hæc ille. Habet litera septuaginta interpretū. Vt ponat benedictionē vestrā super domos vestras. Item. nu. 5. Aqua per sacerdotū maledicta valebat ad inuestigationem adulterij. Idē dicunt Thomas V valdensis lib. de Sacramentalibus titul. 24. cap. 168. & Echius citatus de illa aqua, quā ad iussu Samue-

lis

lis hauserunt filij Israel 1. Reg. 7. quod per illam probantur idololatræ, quoniam labia illis inter se cohærebant, citantq; Hieronymum referentem ad hoc Hebræorū sententiā. Alij vt Glossa Ordi. aliter dicunt de illa aqua, quod sicut aqua effusa nō redit, sic nec ipsi redirent ad idololatriā: Vel vt dicit Lyranus, sicut aqua effusa nullius est valoris, sic ipsi in cōspectu Dei ostendebant se nihil valere. Facit in vtilitatem benedictionū Paulus. 1. Timoth. 4. Omnis creatura Dei bona est; Sanctificatur per verbū Dei, & orationem. Benedictiones, consecrationes, emundationes altariū in veteri lege cōmendantur. Exodi. 29. Mundabis altare cum immolaueris expiationis hostiam, & vnges illud in sanctificationē. Et. 30. facies vnctionis oleum sanctum vnguentum compositū opere vnguentarij, & vnges ex eo tabernaculū testimonij, & arcā testamenti, mensamq; cum vasis suis, candelabrum & vtenfilia eius, altaria thimiamatis, & holocausti, & vniuersam suppellectile, quæ ad cultum eorū pertinet, sanctificabisq; omnia & erunt Sancta sanctorū. Nu. 7. Vnxit & sanctificauit Moyse tabernaculū cū omnibus vasis suis, altare similiter & omnia vasa eius. Extat post Euangeliū in Ecclesia ritus cōsecrandi, & benedicendi ecclesias, & altaria. In concilio Agathensi, cano. 14. dicitur. Altaria placuit nō solū vnctione chrisimatis, sed etiā sacerdotali benedictione sacrari. In cōcilio Epaunēsi, cano. 26. Altaria nisi lapidea infusione chrisimatis non sacrentur. Hæc duo decreta referuntur à Gratiano. De consecr. d. 1. Altaria. Aduertes qd decretū Epaunēsi concilij refert ex cōcilio Hipponensi. c. 6. quæ ei annectit; Ad celebrandū diuina officia, ordinē quem Metropolitanī tenent, prouinciales obseruare debent: tanquā ex eodem Hipponēsi, & habentur in cano. 27. Epaunensis. Vnde vel eadē decreta sunt edita in diuersis cōcilijs; Vel Epauna ciuitas est Hipponia. Obstat verò quod Augustinus lib. 1. retract. c. 17. fatetur se scripsisse librum, De fide & symbolo, iussu ab episcopis Africæ plenariū concilium agentibus Hipponie regio. Cum ergo Augustinus illi concilio interfuerit, atq; sub imperatoribus Theodosio Seniori, & Iuniori floruerit; Gelasius Primus, sub quo Epaunense concilium, fuerit post Augustinum tempore Anastasij

E 3 impera-

imperatoris non idem esse potuit Epaunense, & Hipponense. Restat igitur quod eadem decreta in ambobus concilijs edita fuerint, vel forsitan lapsus fuerit Gratiani, seu aliorum scriptorū, tolerabilis tamen, pro Epaunensi scribentibus Hipponense. Multa Valdensis supra citatus dicit contra Viclephistas pro Ecclesie benedictionibus ad panem, vinum, & etiam ad arma bellica. Vidi ego in quodam oppido mulierem dæmoniacā, quæ à propria domo ad aliā vicini laici sedētis ad prandiū transiēs, ab eoq; vt comederet inuitata respōdit. Nō comedā, benedixisti enim. Si tāti benedictio laici super cibos mēse fuit, quāti erit sacerdotū benedictio? Est & pro aquæ benedictæ virtute historia tripartita lib. 9. c. 64. de dæmone impediēte idokū Iouis dirui, qui tamen fugatus fuit aqua benedicta.

*Dubium.*

Quam vero vtilitatē habeat aqua benedicta supra corpora, & sepulcra defunctorū video dubitari. Cuius dubij solutio nō legi nullibi, sed ex ipsa benedictione potest dici esse duplex respectu viuorū. Prima ne ex illis sepulcris proueniat nobis spiritus pestilēs, aut aura corrūpens. Nā hoc est valde mirabile, quod cum antiquitus corpora extra ciuitates humarētur, quod potest probari per illud Luc. 7. de adolescente in ciuitate Naïm, ne aer in ciuitatibus corrūperetur, modo apud Christianos tot millib<sup>9</sup> in Ecclesijs, & quod plus est in monasterijs quæ semper habitātur sepultis, nulla sit aura corrūpens. Secūda pro viuīs, ne dæmones in illis sepulcris, aut defunctorum corporibus phantasias & illusiones operentur, quibus nos faciant pauēre. Pro defunctis non video quod aqua illa benedicta & lustralis peccata mortalia, seu venialia remittat, cum solum corpus aut sepulcrum asperione aquæ lustretur, anima secū obligationem deferente. Posset ergo dici quod ex illa asperione excitatur deuotio, & animus orantis ipsamq; infundētis, vnde fit oratio ipsis defunctis vtilior. Cedit etiā in illorū honorē, quod est suis corporibus, atq; sepulcris neq; aura corrūpens nascatur, neq; phantasia diabolicæ fraudis. Quod si dæmones purgatorias pœnas infligunt, vt infra. d. 20. p. 6. atq; aliquæ animæ vbi sunt propria corpora purgantur, fieret forsitan in earum auxilium contra tales pœnas, forte pro illo tunc quod ibi aqua duraret fugientibus dæmonijs.

EQ

Est aliud dubiū de huius aquæ effectu si sit ex opere operato? Tenētes quod remittat venialia ex opere operato, debent idē concedere de alijs effectibus; ita quod licet sacramentalia quantum ad gratiam iustificantē non operentur nisi per modum meriti ipsam augendo, vel ad ipsam disponēdo, tamen ad alios effectus operentur sicut sacramenta ex opere operato. Aliās enim non eis virtus attribuenda erit, sed fidei operantiū. Confir. ex cantu asperforio aquæ inter Pascha & Pentecostē ex Ezech. 47. vbi loquitur ad literā vel de aqua baptismi, vel de doctrina Euangelij & Ecclesia deflecti ad aquā benedictā, quod omnes ad quos peruenit salui facti sunt igitur ex vi sua aqua hæc habet suos effectus, quia sanat omnes. Posset idem concedi de sacrificijs & ritibus antiquæ legis à Deo institutis contra irregularitates, & pœnas contractas, quod excluso effectu gratiæ contra cætera omnia effectū ex opere operato cōsequerentur, nō infusa eis, vel aquæ benedictæ virtute aliqua supernaturali, sed Deo ob Ecclesie merita cū illis ad effectū supernaturales cōcurrente. Quod si quispiā dicat nō habere illos effectus nisi ex opere operantiū exēplificans in gratia circuncisionis, quod semper habebatur per illam etiā si parētes essent in peccato, neq; propterea habebatur ex opere operato iuxta vnā opinionē, nil dicit irrationabile. Videmus insuper ad maiore fidem exorcizantiū dæmones corpora obsidentes fugere, dādo locū tam exorcismis, quā aquæ benedictæ, licet talis exorcista minoris sanctitatis sit, quā aliter exorcismos legens, & aqua benedicta aspergens.

Ex prædictis habetur, non solū contra flagellātes, verum etiā cōtra quosuis hereticos irridētes Ecclesie benedictiones & exorcismos, vt Lollardos, Valdēses, Viclephistas, vnde conuinci possint.

Habetur insuper ex prædictis, quā piē & licite super agros & hortos fiat huius aquæ asperio cum hymnis & orationibus, vt careant omni noxa, & aura corrumpente, saneturq; ipsorum sterilitas, sicut sanata fuit sterilitas aquæ per Helixū admixtione salis. Hæreticorū animos diabolus excæcat ad huius aquæ virtutē, vt eos liberius possideat, & phantasticis illusionib<sup>9</sup> mentē perturbantib<sup>9</sup> irretitos habeat distractosq;

E 4 in terre-

in terrenos affectus, atq; sollicitudines cognoscens se huius aquæ aspersione fugari, & aspersos in corporeâ salutē, & interiorē spiritus, sensuūq; etiâ interiorū adiuuari. Qua propter iustē & sanctē ponitur aqua in Ecclesię ingressu, vt ingrediētes ad orandū ea expientur tam à venialibus, quam ab illusionē atq; distractionē interiorū phantasmātū causatis à diabolo. Vide lib. 2. d. 8. p. 7. quod figurabatur. Nu. 19. in homine immundo qui antequam aqua expiationis purificaretur non ingrediebatur tabernaculum sub mortis pœna, expiatus intrabat.

*Argum.*

Contra hanc arguitur. Aduersus demones in Ecclesia sunt exorcismi, vt supra lib. 2. d. 8. p. 5. Igitur contra eos non est aqua benedicta & lustralis.

*Solutio.*

Respondetur primò, quòd non inconuenit esse contra demonum infestationem duplicia arma spiritualia in Ecclesia. Secundò, quòd exorcismus est contra impugnationes diaboli quas ab interioribus commouet vt patet per cap. Sicut nolis & cap. Sacerdotes. De consecra. d. 4. Quare tales dicuntur Energumēni, id est, intus laborātes vt explicat Glossa in cap. Exorcista. d. 24. & in cap. Omni die. De cōsec. d. 5. Aqua benedicta est contra eius impugnationes exteriores. Vtriq; vero tam exorcismi, quam aqua benedicta sunt ad reprimēdam & euertendam eius potestatem. Idcirco altaria asperguntur etiā aqua benedicta, & vestes sacræ, tam propter sacramenti peragendi reuerētiam, quam propter arcendā diaboli tyrannidem & potestatem, ne quod ibi negotium altaris ministris faceffere intentet. Propter eandem causam omnes benedictiones peragūtur signo crucis, quod est Christi vexillum, & Christianorum munimen contra dæmonis potestatem; eo armamur in fronte contra eius exteriores impugnationes, atq; sensuum interiorum illusiones, neque tot arma militiæ nostræ spiritualis superflua sunt.

*Prop. 15.*

Aqua non benedicta admixta benedictæ fit etiā benedicta. Ita docetur de oleo consecrato in cap. Quod in dubijs extra. De consecrat. Ecclesię, vel altaris ab Innocentio tertio. Placet magis opinio tenentium; quòd debet esse minor quantitas non benedictæ; quam benedictæ, quæ & paulatim

latim miscendo poterit augeri; quàm opinio dicentium, quòd sufficiat quæcunque aqua benedicta, vt tanquàm dignior trahat ad se non benedictam, vt minus dignam, quia hæc ratio non est sufficiens. Videmus enim in naturalibus vinum esse dignius, & præstantius in actiuitate, quod tamen non conuertit in se aquam in quacunque quantitatē, sed vt conuertat debet apponi aqua talis quantitatē, quòd virtus actiua vini prædominetur. Quare alia est ratio, quam dat Bona. in. 4. dist. 12. num. 29. quòd benedictio in aqua, & consecratio in oleo ponunt accidens & proprietatem quandam sanctificationis, & aqua benedicta tota intingitur, vel attingitur, & secundū totum, quod habet in se commiscetur aquæ superuenienti, & similiter oleum benedictum oleo nõ benedicto. Ex hac ratione, & ex alia physica, quòd ibi non est propriè mixtio, sed appositio nouæ aquæ, & augmentatio prioris, videtur quòd aqua non benedicta debeat esse minoris quantitatē, vt quemadmodum quantitate molis fit augmentatio prioris aquæ, ita quantitas virtualis illius accidentis spiritualis & sanctificationis se superextendat in aquam vel oleum super additum. Confir. quia in tali additione vini ad vinum, aquæ ad aquam, olei ad oleum propriè dicitur id quod est maioris quantitatē augeri per id quod est minoris, quàm è conuerso, igitur illud accidens spirituale dicendum est super extendi in minorem quantitatē, & non in maiorem. Quòd ibi non fit propriè mixtio potest patere ex lib. 1. de generat. cap. 8. & dicitur infra dist. 12. p. 5. Alexād. 4. p. q. 40. m. 2. ar. 3. in argumento. 3. videtur esse huius opinionis dum ait. Aqua benedicta apposita non benedictæ facit totam benedictam in aliqua quantitate. In solutione verò dicit, quòd ibi est completa commixtio. Aliam opinionem, quòd in quacunque quantitate fiat non benedicta benedicta, tenet Angelica, & Rossella verbo, Aqua.

## DISTINCTIO .III.

*De Baptismo quod est primū Sacramentum: quid sit: Quādo institutus, & qua causa: De euacuatione circumcisionis, & ceterorum legalium.*

*Propo. 1.*

**B**aptismus dicitur intinctio, id est, ablutio corporis exterior facta sub forma verborum præscripta. Magister in litera, citato Augustino, quæ habes supra. d. i. p. 10. in. 4. opinione. verbo baptisma cōsecratur. Detrahe verbum, quid est aqua nisi aqua? Accedit verbum ad elementum fit sacramentum. Exposuit Magister intinctionem, id est, ablutionem, quia tingere conuenit multis alijs liquoribus, vt vino, oleo, sanguini, atramento, abluere propriè est aque, diciturq; baptismus à verbo Græco Baptizo, id est, abluo, siue lauo, alij liquores qui tingunt foedant, & maculant. Baptismus vocatur ablutio lustralis, id est, expiatoria, quod est vnum significatum verbi lustris, quinto enim quoque anno tributa soluebantur, & Romana Vrbs sacrificio suis, ouis, atque tauri purgabatur. Est aliud eiusdem verbi significatū circundare, circumire, ambo hæc duo significata possunt quadrare aquæ benedictæ quam præcedenti. d. p. 14. in argumento vocauimus lustralem, vel aspersoriam, quia ad eius asperionem diaconus totam circumcūit Ecclesiam, & etiam expiatoriam, quia expiat à venialibus. Augustinus citatus à Magistro vocat baptizantem tingentem. Paul. Ephes. 5. Christus seipsum tradidit pro Ecclesia, vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ. Possem⁹ ex hoc dicere. Baptismus est lauacrū aquæ mundans animas in verbo vitæ. Ex Damasceno lib. 4. c. 10. definitionem insinuat Alex. 4. p. q. 11. m. 1. Baptismus est initium alterius vitæ, id est primitiæ regenerationis, & signaculum, & tutela, & illuminatio & sanctificatio. De his & alijs bapti-

*Alia baptismi definitio.*

baptismi definitionibus, siue descriptionibus aut notificationibus lege eundem Alex. ea. q. Ex verbis Christi ad Nicodemum Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei, potest sic notificari. Baptismus est regeneratio ex aqua & Spiritu sancto in vitam æternam, seu in regnum Dei. Interpretans Basilius Homil. 2. Nexamerōn. illud Genes. 1. Spiritus Domini ferebatur super aquas de mente Ephrem Syri dicit, quòd ferebatur, sit verbum pro confouebat, vitalemque foecunditatem aquarum naturæ præbebat, ad similitudinem auiculæ incubantis, vimq; vitalem quādam imprimētis in ea, quæ ab ipsa fouentur. Talē prædicabat Ephrē ob. affinitatem Hebraicæ linguæ cum Syra ea voce sensum signari; Super aquas Spiritum Dei ferri, id est, ad foecunditatem vitalem, aquæ naturam ipsum Spiritum sanctum præparasse, & loquitur respectu creationis. Ecclesia in quadam antiqua prosa de Spiritu sancto canebat. Tu super aquas faturus eas numētuum spandisti Spiritus. Tu animabus viuificandis aquas foecundas. Ecce eandem interpretationem ad baptismum aquæ. Est aqua vt mater, & Spirit⁹ sanct⁹ vt pater. De definitione Magistri an sit propria definitio baptismi vide multa in Scoto hac distinct. quæst. 1. & supra distinct. 1. p. i. Subdit Magister, quòd de substantia baptismi sunt verbum & elementum (intelliges, illa actio baptizandi cum verbis) cætera ad solemnitatem pertinent. Hoc est dicere; quòd hæc sint de necessitate sacramenti, alia de necessitate ministri. Dicitur illud de necessitate sacramenti, vt explicat Scotus hac distinct. quæst. 2. artic. 2. quo non existente omnino non est sacramentum: illud de necessitate ministri sine quo minister dispensando sacramentum non potest vitare peccatum.

De necessitate sacramenti est necessario exprimēda persona quæ baptizatur, actus baptizandi, & tres personæ Trinitatis scilicet, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Quòd exprimat personam baptizans dicendo, Ego, est de necessitate ministri Ecclesiæ Latinæ, quia in illa sic institutum est. Græci à tēpore illius Schismatis quod Paulus refert. *Prop. 2.*

1. Corin-

1. Corinth. i. quādo alius dicebat: Ego sum Pauli, ego Cephae tacent personam baptizantis, & dicunt: Baptizetur seruus Christi, non per indicatiuum, sed per imperatiuum seu optatiuum, vbi dicit Scotus modo citatus, quod melius exprimerent nomine proprio, baptizetur. N. quia ante baptismum non est seruus Christi, seruitio speciali Christianitatis, qui ad tale seruitium baptizatur.

*Greci.*

Traetat Scotus, si Ecclesia tolerat hodie hanc Græcorum consuetudinem, & dicit non inueniri esse prohibitam. Vide cap. finale extrā, de baptismo & eius effectu: vbi dicit Innocentius. III. Licet Græcos ad obedientiam sedis Apostolicæ reuertentes fouere ac honorare velimus, mores ac ritus eorum (in quantum cum Domino possumus) sustinendo, in his tamen illis deferre non volumus nec debemus, quæ periculum generant animarum, & Ecclesiasticæ derogant honestati. Tam ex hoc textu, quàm ex alijs quæ in Decretis habentur. d. 12. deduci debet, quod mores & ritus Græcorum non solum redeuntium ad Romanæ Ecclesiæ obedientiam, sed permanentium extrā illam, si non sint contra fidem ab Ecclesia tolerantur, & quos licite seruauerunt ante recessum ab eadem Romana Ecclesia, sine peccato etiam obseruabunt post recessum. Dicit enim beatus Gregorius citata. d. c. Nos consuetudinem quæ contra fidem Catholicam nihil vsurpare dignoscitur, in motam permanere concedimus. Facit ibidem cap. Nouit, quod est eiusdem Gregorij. Et cap. Scit. ea. d. & extra de ferijs cap. Quoniam. Ad hanc nostram conclusionem, & de baptismo Græcorum sic dicit concil. Floren. Non negamus quin per illa verba, baptizetur talis seruus Christi in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, vel baptizatur manibus meis talis in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, verum perficiatur baptisma, quoniam cum principalis causa, ex qua baptismus virtutem habet sit sancta Trinitas; instrumentaliter autem sit minister, qui tradit exterius sacramentum, si exprimitur actus, qui per ipsum exercetur ministrum cum sanctæ Trinitatis inuocatione, perficitur sacramentum.

*Argum.* Contra hanc arg. ex cap. i. de baptismo & eius effectu, vbi dicit

dicit Alexander. III. cuius est ille textus. Si quis puerum ter in aqua immerferit, in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti amen, & nō dixerit: Ego te baptizo in nomine Patris, &c. non est puer baptizatus. Super quod cap. dicit Innocent. III. vt refert Adrian. in. 4. q. 1. ar. 3. §. Secūdo videndū est: quem sequuntur Canonistæ, quod si quis apud nos dicat, Baptizat te Christus in nomine Patris, &c. nō esset baptizatus: secus in prouincia, quæ nostram formam nunquam acceptasset, quia ibi esset probabilis error de forma ratione Ecclesiæ, putā credens sacerdos ratione probabili, quod forma Græcorum esset forma Ecclesiæ Romanæ. Confir. quia in sacris literis magna vis & energia ponitur in pro nomine, Ego. Exod. 3. Ego sum qui sum. In Euangelio Christus Dominus. Ioan. 8. Ego sum lux mundi. Et. 18. quærentibus eum Iudeis Ego sum: dixi vobis quia ego sum: igitur illud pronomen est necessario exprimendum in baptismo.

Ad textum dicitur, quod non ponit vim in pronome, sed in actu baptizandi, qui est necessario exprimendus, vt dixit conclusio. Ad Innocentium respondet Adrianus, quod errauit, quia in quacunq; forma apud Græcos verum confertur baptisma, etiam in illa confertur apud Latinos. Neq; est mirum errasse Innocentium, cum in illa interpretatione loqueretur non vt Pontifex, sed vt Doctor.

Ad confirmationē dicitur, quod in illis autoritatibus pronomen Ego licet faceret maiorem expressionem, & animos audientium attentiores ad se, non tamē fuit simpliciter necessarium, quia in Exodo post illa verba habetur, dices filijs Israel. Qui est misit me ad vos. Et Ioan. 18. efficacia illorum verborum ad prosternēdos Christi persecutores non in pronome Ego stetit, sed in dicendo. Ego sum: vnde dicit Euangelista, vt ergo dixit eis, Ego sum, abierunt retrorsum & ceciderunt in terram. Dicit enim Greg. in principio Homiliæ Epiphaniæ. Nimirum terrena altitudo confunditur, cum celsitudo coelestis aperitur. Esse igitur, cum sit nomen Dei dicens pelagus infinitæ substantiæ, & exprimens eius æternitatem, vt in. 1. Breuiloq. d. 20. p. 4. iuste ad ipsius nominationem omnes creaturæ, atq; illi persecutores qui suum esse habent



habēt participatum retrò prostrātur, & cadunt vt verè transmutabiles.

*Argu. 2.* Secundo arg. Si quis in forma sacramēti inducat errorē, vel intendat alium ritum inducere contrarium ritui Ecclesiæ, non verum conficit sacramentum, quia deest intentio faciendi quod Ecclesia facit: sed tales sunt Græci errantes in forma sui baptismi quam credunt esse precisam, adeò quòd rebaptizant baptizatos in forma Latinorum, vt dicit cap. finale de baptismo superius allegatum, ergo in eius forma non confertur verus baptismus.

*Solutio.* Ad maiorem conceditur, quòd si talis variatio mutet vel substantiam verborum necessariorum, vt si diceret Arrianus. Baptizo te in nomine Patris maioris, & Filij minoris, vel varietur & excludatur intentio faciendi quod facit Ecclesia, non confertur baptismus: ita debet intelligi Scotus hac. dist. q. 2. litera. F. Nam de Græcis non potuit ignorare, quòd credant suam formam esse precisam, per citatum cap. & tamen ibi litera. D. fatetur eos verè baptizare. Ad minorem de Græcis patet, quòd quamuis errent, sicut errant credendo panem fermentatum esse precisam materiam eucharistiæ, nò tamen variant intentionem faciendi quod Ecclesia, ideo verè baptizant, & consecrant. Alex. 4. p. q. 13. m. 3. ar. 4. §. 3. dubitat de baptizatis in forma Græcorum an sint baptizandi postea in forma Latinorum, & reputat securiùs, quòd baptizentur, refert verò dicentes, quòd rebaptizantur in forma Romanæ Ecclesiæ. Verù est tamen, q̄ concil. Floren. fuit celebratum, longè post Alex. Alenf. & fortè quia inter Latinos de forma Græcorum erant opiniones variæ, definiuit Concilium formam Græcorum esse legitimam.

*Propo. 3.* Materia baptismi est aqua vera; & naturalis, nec refert sit frigida aut calida. Ita docet concil. Florentinum, & Magister hac. dist. cap. 8. tandem est de fide contra Calvinum negantem aquam esse necessariam, negantemque id Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto intelligi de baptismo, sed quòd Spiritus & aqua pro eodem ponebantur, & nomine aquæ non intelligi, nisi interiorem Spiritus purificationem, & vegetationem. Fuere & alij hæretici vt Seleucus &

*Vide & infr. d. 4. p. 3.*

Her-

Hermias dicentes materiam esse ignem propter illud dictū Ioannis Matth. 3. Ille vos baptizabit in Spiritu sancto, & igne. Qui locus non sic intelligitur, sed per ignem ipsemet Spiritus capitur, vt exponit Eutymius, qui postquā annotauit Matthæum, Marcum, & Ioannem non posuisse nisi in Spiritu sancto, & solum Lucam posuisse in Spiritu sancto & igne ait. Nostris maioribus hic sermo demonstrat Spiritus sancti super Apostolos in igneis linguis descensum. Tunc enim in Spiritu sancto & igne baptizati sunt. Hanc interpretationem sequitur Lyranus. Pro ea facit Christus Act. 1. dicens Apostolis, q̄ expectarent promissionem Patris, quam audistis per os meū, id est, aduentū Spiritus sancti, quia Ioan. quidē baptizauit aqua, vos autē baptizabimini Spiritu sancto; aqua iam erant baptizati. Subdit verò Eutymius. Postea verò idē operatur constitutū à Christo baptisma. Etenim cuiq; baptizato aduolat Spiritus sanctus nò solam ipsum sanctificans, verū etiam inuisibiliter anime eius sordes consumēs, vel potest exponi de futuro iudicio, quia protinus adiunxit Ioā. Christi potestate iudiciariam. Cuius ventilabrū in manu sua permūdabit aream suam, & congregabit triticum in horreū suum, paleas autē comburet igni inextinguibili: vnde sic ait Glossa ordi. Spiritu in præsentī abluit, post si qua macula surripit, igne purgatorio ad purum exuret, quod de leuioribus credendum est peccatis, & interlin. super verbo igne, tribulatione vel purgatorio igne. Facit in hanc illud Pauli .2. Corinth. 3. vniuscuiusque opus quale sit ignis probabit. Hanc interpretationem sequitur Damascen. lib. 4. cap. 10. igne dicitur baptizare Christus, nam in specie ignearum linguarum super Apostolos Spiritus gratiam effudit, aut propter futuri ignis punitorium baptisma.

Modo probatur cōclusio ex verbis Pauli & Christi allatis in .1. p. & ex eo, q̄ figuræ veteris legis de baptismo in aqua fuere, vt trāsitus maris Rubri. 1. Corin. 10. Omnes mare trāsierūt, omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari. Saluatio Noe in mari per arcam. 1. Petri. 3. Quod vos nūc simili formæ saluos facit baptisma. Item prophetiæ. Zachariæ. 14. Erit fons patens domui Dauid. Ezech. 36. Effundā super vos aquam



aquam mundam, & mundabimini. Apostoli in aqua baptizabant Act. 8. & 16. Ratione, quia baptismus est ablutio: ergo est aquæ, quia ignis non abluir, sed comburit.

*Dubium.*

*Solutio.*

Sed dubitas quæ ablutio fit, actiua ipsius baptizantis an passiuua ipsius baptizati? Respondetur, quod baptismi ponitur duplex materia: vna remota quæ est aqua, alia proxima quæ est ipsa ablutio. Ablutio cum sit in genere actionis & passionis, actio & passio sint idem motus & in eodem, vt dicit Aristot. 3. Phys. à tex. 18. seu cap. 6. tamen connotant diuersas relationes, actio in quantum est ab agente, passio in quantum recipitur in baptizato. Dico ergo, quod baptismus magis est ablutio passiuua, quam actiua, nam si plures baptizent eundem non est ibi à pluribus agentibus nisi vnus baptismus: si autem vnus baptizet plures simul vna aquæ aspergione, quod fieri potest dicendo, Ego vos baptizo (Sic enim fortè Ioan. Baptista baptizabat tam multos venientes ad se, atq; etiam in primitiua Ecclesia quando multi conuertebantur, & pauci erant ministri, atq; in regno Granatæ sic dicuntur baptizati Sarraceni, & Indi Occidentales) ibi sunt plures passiuæ abluitiones, & per consequens plura baptismata numero. De hac responsione vide Scotum infra. d. 6. q. 2. litera. D. sed quia ipse ibi dicit, quod dubium est si actio ponatur in passo vel agente, vide eundem Scotum. d. 13. q. 1. à litera. H. vsq; ad literam. M.

*Vide inf.*

*d. 6. p. 7.*

*ad. 2.*

exponentem hunc textum Arist. De mente Scoti videtur, quod actio, prout dicit rem actam, hoc est actum siue formam non productam seu inductam ab agente, sed eductam de potentia passiuæ sit actio quam dicit Aristoteles esse in passo. Nam omnis actio, (vt dicit idem Scotus quodlib. 13. litera Bb.) de genere actionis, vel est productiua termini, vel eductiua, vel inductiua: In citata. d. 13. cum dicat, quod loquitur Aristot. prout actio dicit actum non productum, nec inductum, debet intelligi, vt de potentia passiuæ eductum. In diuinis vbi ponitur actio, putà generatio vel spiratio, terminus producitur, videlicet suppositum genitum, vel spiratum, id est Filius, & Spiritus sanctus. In generatione hominis, siue in resurrectione forma hominis inducitur, non educitur de potentia materia. Quod de tali actu siue forma loquatur Aristot. probat

Scotus,

Scotus, quia ipse Aristot. dixit, quod dato opposito agens moueretur, igitur de forma siue de actu transiente educto per actionem de genere actionis in passo vt in subiecto loquebatur. Facit & 9. Metaph. tex. 16. siue. c. 10. A edificatio in edificio simul & fit, & est cum domo: & contextio in eo quod contextitur. Per hæc intelliges Scot. in lib. 1. d. 3. q. 6. litera. Z. Actio vt est respectus de genere actionis, & distinguitur contra genus passionis est in agente subiectiuè non in passo, & in potentia actiua vt in fundamento proximo à qua actione denominatur agens formaliter, sicut relatione relatum, & similitudine simile: è contrario passio est subiectiuè in passo.

Ex hac primo inferitur, quod in aqua congelata, vel in niue non potest fieri baptismus nisi liquetur, quia non potest per illas fieri ablutio. Patet in super, quod ea debet esse quantitas aquæ, quod possit homo dici ablutus. Similiter potest patere, quod si caput aspergatur aqua vel facies, quia ibi vigent omnes sensus, talis esset verè baptizatus: si aliqua pars minus principalis, vt manus vel pes pueri apparent extra matris vterum tenet Alex. 4. p. q. 17. m. 3. & Scot. d. 4. q. 3. quod debent baptizari, quia ibi est tota anima, licet non omnes sensus, tamen si postea nasceretur esset sub conditione baptizandus: quod si nasceretur mortuus esset sepeliendus in sacro. Vbi & obiter annotabis contra Dominicum de Soto lib. 4. d. 3. ar. 7. quod aspergione capillorum non esset baptismus, quia licet sint de corpore, non tamen sunt corpus quod est tangendum ab aqua secundum Aug. iam citatum supra. p. 1. neque in eis est anima, neq; sensus: Perinde & multo minus si aspergatur vestes, aut aliquis inuolutus corio immergeretur flumine, quia non tangeretur ab aqua, vt ablueretur; suffocatus, neq; extractus ab aqua quia etiam non abluir non est baptizatus, quia non eo animo fuit immixtus & extractus.

*Corol. 1.*

*Contra Sotum.*

Secundo inferitur, quod in aqua transmutata, ita vt varietur aquæ naturalis substantia non potest fieri baptismus, sicut neq; potest fieri in aqua rosacea, aut alijs aquis distillatis. Quando verò talis aqua verè transmutatur in substantia plus pertinet definire ad physicum, quam ad Theologum. v. g. si in lixiuio, vrina, brodio, attramento ex aqua facta & similibus.

*Corol. 2.*

F Cùm

*Propo. 4.* Cùm forma baptismi sit, Ego te baptizo in nomine Patris & Filij, & Spiritus sancti quinque modis potest variari, mutando, addendo, corrupendo, transmutando, interponendo. De qualibet harum mutationum fieri possunt quæstiones, dico tamen duo. Primum, quòd interponendo verbum, quo non intermittitur, aut interrumpitur actus humanus nullum sit præiudicium formæ, vt si in medio formæ dicatur, tacete, & prosequatur, secus si tanta esset verborum interpositio, quòd actus humanus interrumpatur. Secundo dico, quòd vbi tota forma variaretur, sicut eam variabant hæretici Paulianistæ de quibus dicitur. 1. q. 1. cap. Paulianistæ, quòd in nomine Trinitatis nõ baptizabant, vel vbi aliquid repugnans adijceretur, vt, Ego te baptizo in nomine Patris maioris, & Filij minoris ibi non esset sacramentum, & forent illi tales iterum baptizandi, sicut venientes de Cataphrygis & Paulianistis erant baptizandi ex præcepto concilij Niceni, habetur ibi. 1. quæst. 1. cap. Si quis confugerit: Idem est de Marcitis cuiusdam Marci discipulis, qui baptizabant in nomine ignoti patris omnium, & veritate omnium matre, & in eo qui descendit in Iesu. Similiter si apponeretur conditio repugnans, quia conditio nihil ponit in esse, verbi gratia, si ego sum omnipotens te baptizo, &c. Perinde si dicatur in nominibus Patris & Filij & Spiritus sancti non est sacramentum, ita docet Magister in litera cap. 5. Ideò Zuinglius, & sequaces non verè baptizabant, quia vt dicit Echius Homil. 10. de sacramentis in calce, baptizabant in nominibus. Prætendebat Zuinglius in Euangelio Hebraico Matthæi contineri, baptizantes eos in nominib⁹, quod est falsum, tùm quia ipsum Euangelium Matthæi Hebraicum nusquam apparet, neque ipse Zuinglius in lingua illa perit⁹ fuit, tùm quia omnes textus Latini & Græci habent in nomine. Deinde in illo loco nomen significat virtutem & potentiam denotatque vnitatem essentia, sed Patris & Filij & Spiritus sancti, vna est Diuinitas, æqualis gloria, coæterna maiestas, vt est in Symbolo Athanasij. Si fiat corruptio solius pronuntiationis verum est baptisma, habetur de consecr. d. 4. cap. Retulerunt, refertur à Magistro infra, d. 6. c. 3. de clerico qui baptizabat

in nomine Patris, & Filia, & Spiritus sancta, quòd verè baptizauit nisi intenderet inducere errorem contra fidem, vt supra. p. 2. qui esset repugnans formæ, vt quòd Deus haberet filiam. Si pro te dicatur vos, quia persona est nobilis, aut pro ego nos quia ex vsu accommodatione idem significant, verum est sacramentum.

*Propo. 5.* De forme variatione per verba aut terminos æquipollentes longæ sũt in scholis altercationes; quæ multum faciunt ad exercenda & ostentanda ingenia. Vbi eadem esset significatio, & eodem modo, vt per vocem passiuam, baptize- ris, aut quia baptizo est verbũ Græcũ, dicat Latine abluo, nõ est dubium quin verum esset sacramentum, quia non dependet ex vnus linguæ idiomate seu proprietate: vbi non esset idem significatum & eodem modo, sũnt prædictæ quæstiones. Si satis sit dicere in nomine Dei? in nomine Trinitatis? in nomine genitoris, geniti & spirati? in nomine Iesu? in nomine Christi? De hoc vltimo in nomine Iesu Christi sæpè dicitur, quòd Apostoli baptizauerunt Act. 2. & 10. & 8. Communis sententia est quod hoc fuit ex dispensatione Diuinæ; vt Christi nomē quod initio erat odiosum redderetur amabile. Alij è contra sentiunt innixi cap. A quodã Iudæo, quod est Nicolai Papæ respondentis ad consulta Bulgarorum, habetur de consecr. d. 4. & refertur à Magistro in litera cap. 2. & certè magna est vis illius textus, propter quam Magister meus tenebat Apostolos baptizasse in nomine Iesu, & in nomine Christi absque vlla dispensatione, eò quòd ipsi optimè intellexerunt hanc esse sufficientem formam, quia non est aliud nomē in quo oporteat nos saluos fieri Act. 4. & remissionem accipere per nomē eius ibi. 10. & intelligebant sacramenta esse remissiuia peccatorum, & Rom. 6. dixit Paulus. Quicunq; baptizati sumus in Christo, in morte eius baptizati sumus. Neq; admittebat verum fuisse baptismum, quia in Christi nomine implicite intelligeretur tota Trinitas, quia in nomine Trinitatis & in nomine vnus personę tota Trinitas; & autoritas, & potentia triũ intelligitur: vnde iudicabat probabilius, esse verum baptismum in nomine Iesu, & in nomine Christi.

*Solutio.*

Ad illud non est aliud nomen, posset contraria sentiens respondere, quod fuerit additum sub caelo, quia super coelum est nomen Patris & Filij & Spiritus sancti in quo saluemur, quod non est à nobis translatum ad Diuina, ut in Breuiloquio. 1. d. 22. p. 3. in eo est expressum, quod baptismus conferatur. Aliqui imaginantur Apostolos baptizasse in nomine Patris, & Filij eius Iesu Christi & Spiritus sancti: ita vidi Salmanticae in quodam conclusionum exercitio loquentem cum fratre Melchiore Cano Dominicum de Soto asseruisse, qui postea id in. 4. d. 3. art. 6. scripsit, Canonibus de locis cap. 8. ad. 7. idem edidit. Posset hoc confirmari ex. 1. epistola Ioan. cap. 1. dicente. Societas nostra fit cum Patre & Filio eius Iesu Christo. In contrarium est omnium Theologorum consensus qui de forma baptismi sub solo Christi nomine loca illa intellexerunt. Nec deest qui dicat loca illa Actuum Apostolicorum non intelligenda de forma baptismi sub nomine Christi, sed de confessione & professione fidei Iesu, & fidei Christi, quae praequirebatur ad baptismum, sed baptismus in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti tradebatur. In hoc citatur Damascen. lib. 4. c. 10. Quicumque in sancta Trinitate baptizati non fuerint, illos rebaptizari oportet. Nam tamen dicit Apostolus Rom. 6. quod in Christo & in morte eius baptizati sumus, non sic oportet, ait, in nouatione baptismatis fieri, sed quod typus & representatio sit mortis Christi baptisma. In Christo igitur baptizari, significat credentes in eum ablui. Haec Damascen. Quod si Theologorum exercitus non obstaret interpretando de forma sub nomine Christi, non est haec interpretatio parui poderis, & auctoritate Damasceni fulta. Cum stare possit sine extorsione, & praeuaricatione Sacri libri haec interpretatio, quare non potius credantur sub nomine trium personarum baptizasse, maxime cum de dispensatione in contrarium nihil certi in Sacris biblijs legatur?

*Regula.*

Est in his & similibus haec regula apud omnes Theologos, quod ubi de baptismo an verus fuerit sunt opiniones, talis sit iterum baptizandus sub conditione, quae habetur extra. de baptis. & eius effectu cap. de quibus: videlicet si baptizatus es

non

non te baptizo, sed si non est baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Vti hac conditione ubi non est aliquod dubium, re vera non videretur bene factum. Ratio huius regulae est certitudo peccati originalis, & necessitas baptismi, non ergo debet necessaria salus manere in dubio. In alijs moralibus quia salus non ponitur in dubio licet uti opinionibus.

Causa institutionis baptismi est innouatio mentis, seu interior munditia. Mag. in litera. c. 11. causa intelligitur finalis, id est, finis seu effectus baptismi. Damascenus supra citatus p. 1. explicuit plures baptismi effectus: quorum vnus dixit, quod erat illuminatio, est enim per baptismum illuminatio fidei in anima, & ipse est sacramentum fidei per quod ad totam fidem & totius legis custodiam obligamur. Vnde est illud Hebr. 10. Rememoramini pristinos dies, in quibus illuminationi magnam certamen sustinistis. Ad Titum. 3. allusit huic propositioni dicens. Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus sancti. Dixit regenerationis, quia ut ait Ephes. 2. Natura nascimur filij irae ex Adam, per Christi Baptismum renascimur & adoptamur in filios Dei.

Si contra arguas ex hoc ultimo, igitur ante baptismum non fuit adoptio in filios Dei, quia non fuit regeneratio, ergo neque filiatio. Confir. ex Oecumenio super. 8. cap. ad Rom. in illis verbis, non accepistis spiritum seruitutis, sed spiritum adoptionis dicente. Iudaeis more seruatorum in timore viuentibus solo nomine conueniebat adoptio, ut ex eo nomine honorarentur, nobis autem secundum veritatem. Falsitas consequentis probatur. Rom. 9. ubi de Israelitis. Quorum adoptio est filiorum & gloria.

Respōdetur, quod auctoritates Scripturae sonantes Iudaeos filios Dei adoptiuos, ut Exod. 4. Filius meus primogenitus Israel. Psa. 115. Dij estis & filij excelsi omnes. Et de Salomone 2. Reg. 7. Ego ero ei in patre, ipse erit mihi in filium. Esaia. 1. Filios enutriui & exaltaui, sonant veram & realem adoptionem, ideo Esaia. 63. Tu enim pater noster, & Abraham nesciuit nos, & Israel ignorauit nos, legit Alex. Alenf. 3. p. 9. 10. m. 6. ar. 5. pro enim, verè tu pater noster, quae est vna acceptio

F 3

ceptio

ceptio particulæ enim. Ad arg. distinguitur antecedens de regeneratione, quia dicitur metaphoricè ex generatione naturali, talis quamuis clariùs exprimat per baptismũ, propriè per gratiam in eo collatã habetur, quæ gratia cum ante baptismum fuerit multis collata verè fuere filij adoptiui nati ex Deo per gratiam. Sed fuit hæc differentia, quòd sit copiosior gratia in noua lege, & post baptismum quam ante comparando statum ad statum, vt habes in Breuiloq. 2. dist. 26. p. 6. & 7. Fuit enim ille status quasi puerorum, & filiorum, qui tamen vt serui tractabantur minis & terroribus. Ad formam igitur argumenti respondetur à destructione consequentis ad destructionem antecedentis, quòd quia fuit filiatio adoptiua fuit regeneratio, sed quia non ita exprimebatur adoptio, seu potius regeneratio in eis per quæ gratiam consequebantur, vt fuit circumcisio, & similia, sicut exprimitur per baptismum, qui fit in aqua, quæ est fecunda iussa producere reptile & volatile: vide in. 2. Breuiloq. d. 15. p. 1. de qua & Iob. 14. Si fenuerit in terra radix ligni, & emortuus fuerit truncus illius, ad odorem aquæ germinabit, quasi cum primum plantatum est: Ideo caruit nomine regenerationis, quamuis in re & in effectũ idem haberetur nascèdo ex Deo. Sancti Doctores si qui videntur negare patres veteris testamenti filios adoptiuos debèt intelligi ex comparatione, quares minoris virtutis comparatiuè ad maiorem negatur esse talis: vide suprã. dist. 1. p. 16. ad. 2. arg. & nota illam autoritatem Pauli: & Eccles. 1. Vanitas vanitatum, & omnia vanitas, scilicet quæ in mundo sunt comparata ad æterna. Dixit quippè Paulus Titi. 3. Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abundè. Possunt & aliter intelligi, quia effectus adoptionis est consecutio hæreditatis, quæ ante Euangelium non habebatur, & speciatim attribuitur baptismõ Ioann. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto non potest introire in regnum Dei: ex non consecutione effectus negauerunt adoptionem: vide in Breuiloq. 3. dist. 23. p. 6. Alij vt Cyprianus super orationem Dominicam in illo verbo, Pater noster, dum ait; Quæ vox Iudæos perstringit & percutit, qui

Chri-

Christum sibi per Prophetas annuntiatum, & ad se prius missum, non tantum spreuerunt infideliter, sed & crudeliter necauerunt. Qui iam non possunt Patrem Deum vocare, cum Dominus eos confundat: vos de patre diabolo estis. Ioann. 8. & per Esaiam cap. 1. Filios genui & exaltaui ipsi autem spreuerunt me, loquitur de eis vt existentibus sine gratia & in mortali. Diximus in lib. 3. dist. 10. quòd adoptio est per gratiæ collationem adeò quòd prædestinatus in mortali non est filius adoptiuus. Deus enim vt benè dixit Scotus distinct. 10. lib. 3. ad primum non adoptat per nouum velle, sed producendo nouum effectum gratiæ. De solutione huius argumenti vide Alexand. vbi suprã. Et Bonai. in. 3. d. 10. num. 32.

Vbi est consuetudo, quòd baptizatus ter immergatur illa *Prop. 7.*  
consuetudo est seruãda de necessitate ministri, de necessitate sacramenti sufficit vna immersio. Mag. in litera. c. 9. Trinam immersionem præceperunt Apostoli in suis canonibus; habetur de consecr. d. 4. c. Si quis præbyter, hoc propter hæreticos qui nõ baptizabant in nomine Trinitatis, sed in morte Domini, & ideo semel tantum mergebant. Alij hæretici ter immergebãt quasi diuinitatem diuidentes, propter quos concilium Toletanum quartum canon. 5. præcepit in Hispanijs vnam fieri immersionem, refertur de consecrat. dist. 4. cap. Propter verba Concilij. Propter vitandum schismatis scandalum; vel hæretici dogmatis vsũ, simplam teneamus baptismatis immersionem. Ratio huius decisionis datur ibi à Concilio, quia in Hispanijs quidam sacerdotes trinam, alij simplam immersionem faciebant, vnde vnitas fidei scindi videbatur, alij ab alijs baptizatos non esse baptizatos contendentes. Idcirco Concilium refert ad longum responsonem beati Gregorij ad Leandrum, quæ & refertur ab eodem Gratiano ibi cap. De trina, quòd nihil officit sanctæ Ecclesiæ consuetudo diuersa, ter aut semel immergendo: & dicit Gregorius in sua responsonem. Sed si nunc vsque ab hæreticis infans in baptisate tertio mergebatur, faciendum apud vos esse non censeo, ne dum immersiones numerant Diuinitatem diuidant, dumque

F 4

quod

quod faciebāt. Faciunt morem vestrum se fecisse gloriantur. Hæc Gregorius. Vnde apparet diuini Thomam perpetuam interpretatum fuisse hoc decretum. 3. p. q. 66. art. 8. dicendo fuisse editum contra Donatistas rebaptizantes, quia rebaptizatio Donatistarum de qua infra. d. 6. p. 9. nihil faciebat ad propositum. Alex. 4. p. q. 14. m. 4. art. 2. melius explicuit, quod quia hæretici immergendo ter dogmatizabant heresim, in aliqua Ecclesia vnicam fecerunt immersionem. Ad idem alius Bona. hac. d. num. 41. quod loquitur decretum secundum morem illius Ecclesie in qua tantum solebat mergi. Sed hæretici ceperunt immutare, ideo statuerunt ter (legendum est, semel) ne viderentur heresi consentire. Dicitq; idem Bona. ibi num. 42. quod trina illa immersio est facienda cum vnica forma, ad cuiusq; personæ prolationem sua immersio, & sic nulla immersio superfluit, neq; iteratur forma.

*Propo. 8.* Immersio in aqua & prolatio verborum debent esse simul; & dicuntur simul esse, quando vnum non est complete finitum, antequam alterum incipiatur. Non enim requiritur; quod incipiant & finiatur punctualiter. Ita docet Scotus. d. 6. q. 3. & Ricardus hac. d. art. 4. q. 2. Hoc plus placet quam opposita sententia quæ fuit fratris Francisci de Victoria Salmantica, quod satis erat simultas moralis etiam si verbis prolatis illico sequeretur ablutio, quem imitatus fuit Dominicus de Soto in. 4. hac. dist. art. 8. Sed res est grauissima neque propter opiniones dimittenda in dubio. Vnde iuste in quodam oppido vicino ordinis militie diuini Iacobi pueri, à quodam curato post prolata verba immerfi, iussi sunt denouo baptizari.

*De tempore institutionis Baptismi: & de cessatione legalium.*

*Propo. 9.* **Q**UOD Baptismus fuerit institutus, viuentem Christo satis videtur probari ex illo quod discipuli Ioannis dixerunt ipsi, Ioannis. 3. Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti ecce hic

hic baptizat quamquam, vt sequenti cap. dicitur, Iesus non baptizaret sed discipuli eius: sed non baptizabant baptismo Ioannis cuius ipse erat institutor, & minister, vt dictum est. d. 2. igitur baptismo Christi, & per consequens erat iam institutus. De tempore institutionis Magister in litera cap. 6. & 7. tres refert opiniones. Prima dicit fuisse institutum quando Christus dixit Nicodemo Ioann. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua. Contra hanc Scotus hac. d. q. 4. litera. A. quia non est verisimile tam necessarium sacramentum in conclauis & coram persona priuata fuisse institutum, qui non erat futurus prece illius institutionis. Patet quia viuentem Christo timebat, & fidem suam occultabat. Secunda opinio dicit, quod post resurrectionem Matth. vltimo. Docete omnes gentes baptizantes eos. Contra hanc ipse Magister & Scotus afferunt qd discipuli viuentem Christo baptizabant vt modo fuit dictum. Est tertia quam ipse Magister sequitur, quod quando fuit baptizatus à Ioanne, vbi contactu suæ mundissimæ carnis vini regeneratiuam contulit aquis. Afferunt auctoritatem Chrysostomi, quæ & refertur à Gratiano de consecr. d. 4. cap. Nunquam aqua. Hanc sequitur Thomas. 3. p. q. 66. art. 2. Exponunt aliqui sui non quod solo illo facto instituerit, sed quod est credendum ibi explicuisse sui baptismi formam. Contra hanc est Scotus dicens, quod non fuit Christus baptizatus baptismo suo, sed baptismo Ioannis, licet illo facto dedicauerit aquam tanquam idoneam materiam suo baptismo. Contra explanationem seu additionem facit quod ipse Ioannes non erat baptizaturus baptismo Christi tanquam minister legis Evangelicæ, quam Christus incepit prædicare in monte post baptismum & ieiunium. Matth. 5. fuisseq; instituere illum coram eo, quasi coram priuata persona. Scotus deniq; ibi manet certus quod fuit institutus Christo viuentem, dubius tamen de tempore institutionis, quia non legitur in Euangelio. Alex. 4. p. q. 12. m. 3. art. 1. videtur mihi rationabilius explicuisse, qui enumeratis diuersis modis institutionis, vt materiali siue potenciali quando baptizatus fuit à Ioanne, & alijs quosponit, est vltimus, quod officialiter fuit institutus quando Luc. 10. misit discipulos suos ad prædicandum, quia ibi

misit ad baptizandum, vt dicit Magister in litera. Ricardus hac. d. art. 5. quæst. 1. est in idem, videlicet quod instituit baptismum verbo, quando illos misit, & facto quando ipsi discipuli baptizabant. Hoc est valde verisimile quod sicut eos inibi de prædicatione ita de baptismo docuit; atque illum instituit. Sicutque in illa missione vt refert Matth. cap. 10. dixerat in viam gentium ne abieritis, postea Matth. vltimo. & Marci vltimo misit ad prædicandum in vniuersum mundū, sic baptismus qui in prima illa missione fuit ad ciuitates Iudææ, postea explicuit quod vsque ad vltimum terræ extenderetur.

*Prop. 10.*

De fide est quod iam legalia veteris testamenti cessauerunt. Hæc est contra Cherintum & Ebionē docentes in ipso initio Ecclesiæ, quod erat lex vetus simul seruanda cum Euāgelio. Contra quos Paulus Hebr. 7. translato sacerdotio necesse est vt legis translatio fiat; sed cessauit sacerdotium Leuiticum legis veteris ergo & ipsa lex cum eo. Ad Galat. 3. Si circumcidamini Christus nihil vobis prodest. Act. 15. coacto concilio super circumcisione visum fuit Spiritui sancto, & Apostolis & senioribus, hoc est, Ecclesiæ, quod legalia non obseruarentur, licet pro tunc ad bonū pacis permissum fuerit, quod abstinerent ab immolatis simulacrorum (hoc est à comestione eorū quæ idolis erant oblata ne Iudæi suspicaretur Gentiles illa comedentes reuerti ad idololatriam) à suffocato & sanguine, quæ Iudæi ad cibum abhorrebant. Postea manifestata Euangelij doctrina cessauerunt quia Christus dixerat Matth. 15. quod intrat per os non coinquinat hominem, & Paulus. 1. Timoth. 4. Nihil est reiiciendum quod cū gratiarum actione percipitur. De tempore ad quod illud Apostolorum decretum durauit non est certum, tamen est certum quod in concilio Gangrensi habetur decretum, quod refertur à Gratiano. d. 30. Si quis carnem: vbi dicitur. Si quis carnem edentem, præter sanguinem & idolis immolatum & suffocatum, cum religione & fide condemnat, velut spem propter huiusmodi perceptionem non habentem anathema fit. Vbi quanuis concilium damnet condemnantes eos qui carnes comedunt cum fide & religione, tamen facit mentionem

tionem de abstinentia ab immolatis suffocato & sanguine; igitur vsque ad illud concilium quod fuit celebratum circa annum. 324. sub Siluestro Papa durasse videtur. Paulus in suis Epistolis præcipue ad Galatas, & ad Romanos plurimum laborat docendo libertatem Euangelicam ab onere Mosaycæ legis. Scotus hac. d. quæst. 4. litera. M. dicit probabile quod Deus reuelauit Apostolis vel successoribus tempus determinatum, quo legalia non erant seruanda licet in scriptura Sacra non habeatur, quæ vsque ad illud tempus non durat. De tempore in quo legalia cessauerunt Augustinus tria tempora distinxit. In primo non fuerunt mortua, neque mortifera videlicet vsque ad Christi passionem. In secundo fuere mortua non tamen mortifera, vtique à passione vsque ad Euangelij promulgationem, quia licuit Iudæis legem seruare ne putaretur abijci, sicut abijciebatur idololatria, sed quod Synagoga deferretur ad sepulturam cum honore. In tertio à publicatione Euangelij, & à Synagoga cum honore sepulta sunt mortifera. Hunc modum Augustini sequitur Alexand. 4. parte. quæst. 6. membr. 5. articul. 4. & credo quod communis schola Theologorum. Hieronymus quem ipse ibi refert posuit solum duo tempora vnum in quo fuerunt vna vsque ad Christum; aliud post Christi mortem in quo fuerunt mortifera. Hunc sequitur Adrianus quæst. 1. de baptismo, dicens quod Augustinus & Hieronymus se non intellexerunt, quia Hieronymus reputabat Augustinum velle astruere hæresin Ebionis & Nazaræorū: Et quod potius stādum sit Hieronymo quam Augustino propter decretum Gelasij. dist. 15. cap. Sancta Romana Ecclesia. Vbi de vniuersis quos Hieronymus reprehendit zelo Dei & religione fidei dicit Papa illa sentimus quæ beatum Hieronymum sentire cognoscimus. Tum etiam quia Hieronymus in hac materia testatur se potius aliorum expositionē recitasse quam ex se aliquid dixisse.

Contra hanc arguitur ex dicto Christi. Matth. 5. Non veni legem soluere, sed adimplere. Iota vnum aut vnus apex non præteribit à lege donec omnia fiant. Igitur lex

Moylis

*Argum.*

corum specialium, & personarum singularium consuetudines & statuta cum sint facti, & in facto consistant potest probabiliter ignorare. Hinc fit argumentum quod aliquas perturbationes, quas posset causare exequutio nouorum decretorum in varijs regnis atque prouincijs potest Pontifex ignorare, ideo non malè faciunt Reges, Principes, Prælati, atq; alij quibus exequutio incumbit si ex rationabili causa superfedeant quousque plenius informetur Pontifex. Exemplum ad hoc habetur Exod. 32. vbi Moyses vt populo idololatræ parceret tabulas confregit. Nam dicente lege. Qui immolat Dijs occidetur, nisi tabulas confregisset omnes erat occisurus, qui tamen propter earum fractionem nusquã à Deo fuit reprehensus, imo. Psalm. 105 dicitur. Fecerunt vitulum in Oreb & adorauerunt sculptile, & dixit Dominus, vt disperderet eos si non Moyses electus eius steterisset in confractioe in conspectu eius. Quam confractioem non solũ intelligo fuisse plagã qua Deus illos volebat confringere, pro qua & ipse Moyses precatus fuit, sed etiam tabularum confractioem ne rigorem totum legis exqueretur. Vide patrem à Castro homil. 3. super Psalm. Miserere.

*Prop. II.* De cessatione legalium, & baptismo constat opinio Scoti hac distinct. quæst. 4. in his dictis. Primò baptismus fuit sub consilio ab illo tempore, quo prædicabatur Euangelium, putã ab eius institutione vsque ad prædicationem solennem & autenticam Euangelij post Christi ascensionem. Consentit Ricardus hac dist. artic. 5. quæst. 3. est contra Thomam. 1. 2. quæst. 103. artic. 3. ad. 2. vbi dicit quod in Christi morte totaliter cessauerunt legalia, ipso dicente cõsummatum est, quoniam vsque tunc currebant lex & Euangelium: igitur extunc solum Euangelium currebat & obligatio baptismi. In. 3. part. quæst. 66. artic. 2. clarius dicit quod necessitas baptismi indicta fuit post passionem & resurrectionem. Declarat Soto lib. 2. de iustitia & iure quæst. 5. artic. 4. & in. 4. dist. 3. artic. 2. quod tempus passionis Christi ex quo baptismus incepit obligare habet latitudinem trium dierum quibus fuit mortuus Christus. Ratio Scoti

tio Scoti stat in hoc quod nemo tenetur ad legem ante promulgationem autenticam vt habes. in. 3. breuiloquio. dist. 25. p. 6. sed baptismus & euangelium non sunt promulgati aliter ex passione & resurrectione, quã ante quando non obligabant ex præcepto. Aliqua inculcant hinc discipuli diui Thomæ contra doctorem subtilem quæ facile soluet Scotista. In eo quod aiunt dicere Scotum quod lex non obligat post promulgationem, nisi quando in notitiam venerit subditorum, rogo tam quæstionem aduertant, quã verba Scoti. Quæstio est de nomine potius quã de re, an lex tunc incipiat obligare quando promulgatur, vel quando venit in subditorum notitiam? Nam in re omnes conueniunt quod inuincibiliter ignorant non peccant, neque legem formaliter contemnunt, est differentia, si debeant tales dici non teneri, aut quod tenentur & excusantur. Sciendum etiam est vbi debent leges promulgari videlicet humanæ, & est dicendum quod in prouincia pro qua instituuntur, circa quas si sunt imperatorum præsumitur scientia post duos menses à publicatione facta in prouincia, si aliorum inferiorum, est tempus arbitrarium secundum loci & personarum conditionem. Leges & decreta pontificum Romanorum quia totam Ecclesiam ligant, Romæ publicantur affigendo valuis diui Petri, aut in alijs locis consuetis: secundum aliquos præsumitur de eis scientia post duos menses à dicta affixione seu publicatione facta Romæ; Secundum alios non nisi à publicatione facta in prouincia, alias quilibet teneretur habere Romæ procuratorem à quo fieret certior quid affigeretur locis consuetis. De legibus reuocantibus priuilegia non deest qui dicat quod non habent vim quousq; promulgentur non solum in prouincia sed etiam in diocesi: vt dum reuocantur indulgentiæ vel suspenduntur, opus est quod promulgetur reuocatio in Ecclesia diocesis, quæ Metropolis est seu caput. Inde qui vsque ad id temporis fuerit à reuocatis absolatus, eius absolutio erit valida. Volentes probare suã ignorantia circum legẽ audiuntur, qua legitime probata absoluti sunt à poena & culpa quoad forũ exterius, quoad conscientia sine

*Lex quando incipit obligare.*

*Soto. 1. de iustit. & iur. q. 1. art. 4.*



*Scoti mōs  
quādo o-  
bligare in-  
cipit lex.*

sine expectatione temporis obligantur, scientes eam promulgatam. Ad Scoti mentē redeundo hæc sunt eius verba. Nul-  
lus tenetur ad aliquod præceptum Diuinum nisi per aliquē  
idoneum, & autenticum sibi promulgetur, vel fama veridica  
& testimonio bonorum, cui debet quilibet rationabiliter cre-  
dere, & hoc intelligo de lege positua, quæ non est nota inter-  
ius in corde, non ergo per solam istam institutionem præce-  
dentem promulgationem obligatur populus necessario ad  
baptismum. Hæc Scotus. Qui tenuerit legem non obligare  
nisi quando in notitiam venit subditorum ad se verba Scoti  
deflectet, at vero qui tenuerit obligare à promulgatione ni-  
hil inueniet in Scoto sibi contrarium, quia dicit sibi promul-  
getur, sed lex quando in prouincia promulgatur cuilibet de  
prouincia promulgatur, neque verbum promulgationis re-  
spectu vnus sonat: quod subdit vel fama veridica, non con-  
tradicit promulgationi: Primò quia est disiunctio, neq; opus  
est partem vtranq; in veritate esse æqualem, & cum videatur  
esse opiniones quādo lex obligat, in præfata disiunctione pri-  
ma pars de promulgatione, vni opinioni fauet, altera posita  
est ne alij opinioni præiudicetur, nam facta in prouincia pro-  
mulgatione non iam vnicuique singulari promulganda est,  
sed per famam veridicam & testimonium bonorum deuēnit  
in notitiam singularium non assistentium promulgationi.  
Deinde intentio Scoti non erat ex professo decernere qua-  
stionem prædictam, sed duntaxat obligatio baptismi quādo  
inceperat. Vbi & vis verborū suorū attendenda est: nō per  
solam institutionē præcedentem promulgationem obligaba-  
tur populus ad baptismum. In Thomæ fauorem dicunt sui  
discipuli quòd Christus viuens instituit legem, quæ obli-  
garet protinus se mortuo.

*Argum.  
contra  
Thomæ di-  
scipulos.*

Sed contra. In moralibus moraliter loquendum est, sed  
cæteræ leges promulgantur & obligant simul, ergo videtur  
liberè dictum quòd Christus instituerit legem quæ protinus  
se mortuo sine alia promulgatione obligauerit. Confirma-  
tur. Cæteræ leges voce præconia promulgantur vt obligent,  
ergo & lex Evangelica voce debuit promulgari, & non illo fa-  
cto puta morte Christi. Fuit igitur in lege Evangelica iste  
ordo

ordo in opinione Scoti, quòd fuit instituta à Christo viuēte,  
iussa prædicari die Ascensionis dicendo prædicate Euange-  
lium omni creaturæ baptizantes eos Matth. & Marci vltim.  
incepta prædicari in die Pētecostes, quoniam ante illā diem  
non prædicauit nisi Petrus ad electionē Matthiæ. A. & .i. sed  
perseuerabant in oratione, ibi & Luc. vltim. Sic fuit lex Moy-  
sis, primo à Deo instituta & data Moyfi in monte. Exod. 20.  
Hæc dices filiis Israel. Hæc iudicia sunt quæ propones eis. Et  
cap. 24. Narravit plebi omnia verba Domini, qui vnanimis  
dixerunt: omnia quæ loquutus est Dominus faciemus, & eri-  
mus obedientes. Similiter. 34. omnibus congregatis præcep-  
it cūcta quæ audierat à Domino: propter quod Paul. Heb.  
9. lecto omni mādato legis à Moyse vniuerso populo. Est si-  
mile in legibus humanis quoniam tria fiunt, primo condun-  
tur à principe cum peritorum cōsilio. Secundò iubētur pro-  
clamari voce præconia, aut æquivalenti modo promulgan-  
tur. Tertio sequitur ipsarum diuulgatio, in quo est tota legis-  
latoris intentio, vnde quidquid tractetur in consiliando nō-  
dum quidquam cogit subditos vsquequo promulgetur &  
diuulgetur.

Secundum dictum Scoti. Ab institutione baptismi ami-  
fit circuncisio vim obligandi, nō tamen vtilitatem, & decla-  
rat quòd toto tempore quo baptismus fuit sub consilio erat  
utilis circuncisio, & sic dicendum est quòd vsq; ad Penteco-  
sten. Hæc pro vtraq; sui parte est contra Ricardum, quoniam  
hac. d. ar. 5. q. 2. dicit Iudæos fuisse obligatos circūcidi vsq; ad  
passionem, credo est communis hæc sententia Ricardi. Vide  
Alex. 4. p. q. 6. m. 5. ar. 2. 3. & 4. Dicit idem Ricar. q. 3. ad. 2. ex  
Hugone quòd à passione vsq; ad notitiam promulgationis  
baptismi pueri non iustificabantur circuncisione, sed fide pa-  
rentum sicut in lege naturæ. Sanctus Bonau. hac. d. nu. 56. te-  
net quòd legalia quātum ad obseruantiam non cessauerunt  
ante promulgationem, nec etiam quātum ad efficaciam vti-  
liter, quia creditur sicut dicit Bernardus quòd habuerunt ef-  
ficaciam in his qui distabant, & præceptis adhuc restringi nō  
poterant. In his autem qui scire poterant nullam efficaciam  
habebant. Ecce plus dicit quàm Scotus quia dat legalibus  
efficaciam

*Dist. 2.  
Scoti.*



efficacia in inter illos apud quos erat inuincibilis ignorantia Euangelij promulgati. Sententia Bernardi habetur in epistola. 77. ad Hugonem de sancto Victore dicentis. Ex eo tempore tantum cuique cepit antiqua obseruatio non valere, & non baptizatus quisque noui præcepti reus existere, ex quo præceptum ipsum inexcusabiliter ad eius potuit peruenire notitiam. Sanè paruulis & necdum ratione utentibus, tandiu credendum est antiqua valuisse sacramenta, quandiu palàm non interdicta fuisse conspicerent. An vero ultra penes Deum est, non meum definire. Hæc Bernardus quod est contra Ricardum & Hugonem. Probatio Scoti ad suum dictum stat in præcedenti, quoniam ante legis promulgationem neque ipsa obligat, neque aboletur opposita.

*Arg. pro Scoto.* De prima parte huius dicti quòd circumcisio non obligabat postquam fuit baptismus sub consilio multa dicunt oppositæ opinionis fautores, neque Scoti rationem admittunt quòd sicut præceptum baptismi euacuabat circumcisionem, ita eius consilium obligationem circumcisionis, quoniam præceptum de vno actu reuocatur per consilium de opposito, quia tale consilium est licentia de non obseruando præceptum. Potest dari simile in licentia prælati superioris, quæ euacuat præceptum prælati inferioris.

*Solutio.* Huic argumento facile iudicant aduersarij se respondere quòd habet locum quando actus sunt oppositi, vt castitas & matrimonium, quia consilium castitatis euacuat præceptum de matrimonio, circumcisio & baptismus erant compossibiles.

*Replie.* Sed contra, quia ratio finalis est anima legis, adeò quòd vt habetur regula finali de regul. iuris in. 6. certum est quòd is committit in legem, qui legis verba complectens contra legis nititur voluntatem: neque minus aspicienda est ratio legis quàm lex ipsa: quia dicit Hilarius & refertur de verbo. significat. cap. intelligentia, intelligentia dictorum ex causis est adsumenda dicendi: quia non sermoni res, sed rei est sermo subiectus: & Hieronymus super. 1. cap. epistolæ ad Galat. refertur à Gratiano. 1. quæst. 1. cap. Marcion. Nec

putemus

putemus in verbis scripturarum esse Euangelium; sed in sensu, non in superficie, sed in medulla, non in sermone folijs sed in radice rationis: Est & communis doctorum sententia quòd vbi tota ratio legis cessat, cessat vis ipsius legis cap. Cum cessante de appella. Sed habito baptismo cessabat tota ratio circumcisionis, quia erat deletum originale, habebatur gratia, habebatur signum distinctiuum populi Dei, habebatur sacramentum fidei protestatiuum. Igitur ex mente & fine intento à legislatore consilium baptismi opponebatur obligationi circumcisionis. Confir. quia aduentu claritatis & veritatis cessant umbræ, & figuræ. Confir. secundo, quia vt benedicit Scotus neque negant aduersarij, paruulus baptizatus ante passionem sine circumcisione saluaretur, igitur illa non fuit necessaria. Antecedens patet, quia baptismus à sua institutione fuit sacramentum nouæ legis conferens gratiam. Consequentia probatur: quia cum pateat salus sine circumcisione, vis illius præcepti. Genes. 17. Masculus cuius præputij caro & car. cessabat. Dicunt aduersarij quòd puer saluabatur sed pater peccabat. Contra hanc euasione quam pro parte opposita dedit ipse Scotus, arguit. Pater erat certus quod iam filius suus habebat remedium, ergo ad nihil amplius tenebatur, probo Scoti consequentiam & confirmo ex ratione supra posita, quia puer habebat totam rationem circumcisionis in baptismo, quæ tota ratio non habebatur in remedio legis naturæ adhibito ante octauum diem, quia non habebatur pactum Dei cum carne Hebræorum. Confir. secundo, quia pater tenebatur ad remedium paruuli ex præcepto caritatis in quo tota lex pendet & prophetæ, Diliges Deum, & proximum sicut te ipsum: sed illa caritas neque erat necessaria proximo, neque patri respectu Dei cuius totam intentionem adimpleuerat, ergo pater absolutus erat à præcepto. Confir. tertio ex notificatione peccati mortalis & venialis posita lib. 2. d. 42. p. 7. quia defectus circumcisionis hoc casu non erat cum leuisione proximi, neque cum contemptu Dei. Confir. quarto, ex solutione argumenti ad præcedentem propositionem, & ex. c. peruenit ibi citato. Facit & simile de debito iustitiæ origina-

G 2

lis com.

lis commutatō in debitum gratiæ. Vide in breuiloquio. 2. d. 32. prop. 2.

*Argum. contra Scotum.* Contra Scotum arguunt aduersarij argumento, vt putant, vrgentissimo, & ineluctabili. Aut loquitur Scotus de Iudæo ignorante Euangelium, aut sciēte: Ignorans tenebatur circumcidere: concedit hoc Scotus, imò ex ipsa ratione probat quòd vsque ad promulgationem Euangelij, quia non constabat de reuocatione, tenebatur ipsam applicare, & spem in ea ponere. Sciens, tenebatur ad Euangelium necessario: negatur quia sciebat per modum consilij, & ad consilia non est obligatio.

*Dictū. 3. Scoti.* Tertium dictum Scoti est quòd cætera legalia habuerunt vim obligandi vsque ad promulgationem Euangelij. Hoc dictum ex litera Scoti deducitur, quia si lex Euangelica non cepit obligare antè promulgationem igitur necdum lex vetus cessauerat. Alias mansissent saltem filij Israel sine lege quia sine lege Moyfis, & sine Euangelio.

*Argum.* Si retorqueas; ergo neque circumcisio ante illud tempus amisit vim obligandi dicente Paulo. Galath. 5. testificor omni circumcidenti se, quoniam debitor est vniuersæ legis faciendæ. Igitur se mutuò consequebantur circumcisio & legalia, quia circumcisus ad totam legem tenebatur, & legalia circumcisos obligabant & non alios & sic baptizatus Iudæus non tenebatur ad legem; vel si ad eam tenebatur ergo & ad circumcisionem.

*Solutio.* Respondetur quòd licet argumentum videatur ad hominem contra Scotum, non conuincit, vnde concessa prima consequentia conformi doctrinæ Pauli. Est circumcisus ergo tenetur ad totam legem. Alia consequentia negatur. Tenetur ad totam legem ergo est circumcisus, vel tenebatur fuisse circumcisus, quia est fallacia consequentis, puta à positione consequentis ad positionem antecedentis. Fallit namque in præsentī ratione iam dicta, quia cum baptismo per modum consilij suscepto: cessabat tota ratio circumcidendi se; non tamen cessabat tota ratio legis vsquequo tam ipse quam lex Euangelica promulgarentur sub præcepto.

Vel

Vel potest responderi secundò, distinguendo consequens vel tenetur ad circumcisionem realiter & cum effectu, vel ad aliud includens totam rationem illius; atque hoc verum est quia vel circumcisionem vel baptismum tenebatur eo tempore Iudæus habere. Differt hoc tertium dictum à communi opinione in qua communi est Magister, quia communis tenet legalia cessasse in morte Christi: hoc vero assertum dicit quòd in promulgatione Euangelij. Expositio communis opinionis ad aliquas auctoritates sonantes adueniente Christo cessasse, videlicet quòd sint intelligendæ cessasse non in ipso puncto aduentus, iuuabit nos vt pariter dicamus, & extendamus moraliter ad promulgationem sicut ipsi extendunt ad passionem & resurrectionem, & pro latitudine resurrectionis habebimus quadraginta illos dies quibus resurrectio multis argumentis probabatur & Apostoli docebatur de regno Dei Act. 1. atq; etiam alios decem dies vsque ad aduentum Spiritus sancti, nam post prandium dicitur quis aliquid fecisse, licet non faciat immediatè. Scotus aliter respondet quòd cessauerunt in passione & resurrectione, vt in sua causa. Per has patet ad omnia argumenta, translato sacerdotio, legis translatio fit Heb. 7. translato, scilicet per modum præcepti. Non mox à resurrectione completum fuit quidquid opus erat ad Ecclesiæ ad edificium, puta missio visibilis Spiritus sancti ad docendum Apostolos, quia Spiritus nondum erat datus quia Iesus nondum erat glorificatus. Ioan. 7. Nondum enim vsque ad ascensionem introiuit in sancta coelorum loca. Absolutio mulieris à lege viri per eius mortem, quod est simile beati Pauli Roman. 7. positum est iam promulgato Euangelio, neque debet in eodem momento mortis intelligi: & ad similitudinem non est opus omnia quadrare sine aliqua dissimilitudine: Tum etiam quia mors Christi intelligitur cum dicta sua latitudine. In alijs concordat Scotus cum opinione communi, quòd ante Euangelium circumcisio fuit utilis & necessaria: Aliquo tempore licita non necessaria: promulgato Euangelio lethalis, & mortifera. Assignat tempus sufficientis promulgationis vsque ad euerfionem Hierosolymæ, & fortè inter Thomam & Scotum non est controuersia nisi

G 3 in nomi-

in nomine, quia Thomas. 1. 2. quæst. 103. articu. 4. dicit quod post diuulgatum Euangelium sunt lethalia. Diuulgare in plus sonat, quam promulgare. Possent dici quod à die Pentecostes diuulgabatur vsque ad euerfionem ciuitatis.

*Coroll.*

Ex his fit quod hodie seruantes legalia, vt Indi presbyteri Ioannis, qui se circumcidunt, quamuis non faciant animo legali, sed vt imitentur Christum circumcisum, non excusantur. Est expressa sententia Augustini, in epistola ad Hieronymum, quæ in ordine epistolarum Augustini est decima nona, habetur inter epistolas Hieronymi, incipit, iam pridem; dicentis. Proinde nunc quisquis Christianorū, quamuis sit ex Iudæis, similiter ea celebrare voluerit, tanquā sopitos cineres, non erit pius deductor vel baiulus corporis, sed impius sepulturæ violator. Et mox. Mihi de animo meo crede, quod coram Deo loquens, nunquā mihi visum fuisse etiam nunc Christianos ex Iudæis factos sacramenta illa vetera quolibet affectu celebrare, & quouis animo debere ab eis vilo modo coli. Nota quolibet affectu, & quouis animo: Quod si liceret imitari Christum in circumcisione, licebit & in esu, & ceremonijs agni Paschalis, quod exhorrebunt aures audire. Si dicas permittuntur ab Ecclesia in suis ceremonijs ex quo sub Clemente. VII. reducti sunt ad obedientiam Romanæ Ecclesiæ. Non omnis permissio ad euitandum maius malum facit permissum licitum, & Ecclesia iusta de causa non protinus ad tollendas ceremonias illas cum rigore procedit ne resiliant exasperati, qui crebris monitionibus & eruditione doctorum poterunt induci ad desistendum. Hoc est contra aliquos præcipuè contra Caietan. 3. part. quæst. 31. articu. 1. excusantes illos Aethiopus. Contra quos vltra prædicta facit (si verum dicitur) quod ipsi Aethiopus admoniti ab Ecclesia latina nolūt ritum dimittere circumcisionis, imo punirentur inter eos dimittentes, igitur quasi necessariam illam amplectuntur. Durum est ab hac obstinatione excusare ipsos ex sua consuetudine, vel inuincibili ignorantia.

*Argum.*

Si arguatur quod lex vetus vocatur æterna, Baruch. 5. habet

Habesly æternum expositum in breuiloquio. 2. distinct. 19. prop. 9. & infra. dist. 13. prop. 49. Secundò potest dici æterna quia eius obseruatores ducendí erant ad vitam æternam. Tertio respondet Scotus citata. q. 4. ad. 2. principale quod circumcisio vocatur fœdus sempiternum, in se vel in æquiualentibus: vel vt ipse ait magis ad intellectum literæ, fuit sempiternum inter Deum & Abraham atque eius semen, nam aliud fœdus, videlicet baptismus est inter Deum & totum genus humanum. Idem potes respondere ad legem, & cæremonias quando vocantur æternæ, aut sempiternæ. Hæc expositio est etiam Alexand. 4. p. quæst. 6. membr. 5. artic. 1. ad arg. 17. quod lex & præcepta legis erant seruanda in æternum Deut. 29. idest perpetuo tempore seruitutis, quouique veniret qui eos manumitteret. Potest etiam dici æterna quia tempus sue cessationis nõ determinabatur, aut quia significabat aliquid æternum, vt terra promissionis significabat æternam requiè, circumcisio ducebat in cognitionè vitæ æternæ. Vide Bonau. hac. d. nu. 46. Diuus Thom. 1. 2. q. 103. arti. 3. ad. 1. ait, quod lex fuit æterna quoad moralia in se, quoad cæremonialia, & iudicialia quantum ad veritatem per illa figuratam. Aduerte melius dici quod lex vetus cessauerit quoad moralia, quia nõ tenemur ad illa vt præcepta in illa lege, sed vt sunt legis naturæ, & in Euangelio præcepta. Hinc est illud Paul. Ephes. 2. de Christo, legem mandatorum decretis euacuans: vbi ly decretis potest capi dupliciter, decretis scilicet Euangelicis euacuauit legem, vt ad illam non teneamur. Vel vt alij legunt ex Græco, legem mandatorum in decretis sitam. Ab vtraque lectione seu interpretatione credo non abhorret Græca lectio. τον νομον των εντολων εν δογμασι καταργησας. idest, legem mandatorum in dogmatibus euacuans vbi posito sempuncto; post mandatorum, aut dogmatibus variatur lectio. Ex vtraque habetur quod iam ad nihil illius legis teneamur tanquam ex illa lege euacuata à vigore obligandi. Per hoc non contradicitur supradictis in sol. ad arg. contra. 10. p. Vtrunque verum est, quod euacuata fuit lex Moysis à vi obligandi, & commutata est in meliorem. Facit simile ibi positum de commutatione votorum, quia

tunc manet votum, non prius quod euacuatum fuit, sed illud in quod fuit commutatum. Bene possunt ab Ecclesia assumi aliqua decreta illius legis, ut habes in Breuiloq. 3. d. 37. p. 3. in fol. arg. Id tamen cauendum est ne dum plura quam conuenit assumerentur, scandalum esset quasi lex mortua suscitaretur, & Iudaismus reuiuisceret, quantumcunque decreta sint æqua, & olim fuerint à Deo data. Ab ea lege assumpsit Ecclesia thurificationem de qua Exo. 30. Leuitici. 2. & 6. & 24. Incensionem lucernarum in templis de qua Leuit. 24. Exo. 25. & 27. Cantum psalmodiarum, & usum instrumentorum musicorum, quibus ipsi psalmi cantabantur. Vnde præfigitur titulus aliquibus psalmis, pro octaua, quod erat instrumentum musicum octo chordarum in quo cantabantur: sicut in alio psalmo. 91. & 143. dicitur, In psalterio decachordo psallam tibi, id est decem chordarum, ut monochordum est vnius chordæ. Extra de purifica. post partum, non prohibentur mulieres post partum Ecclesiam intrare, neque si ex deuotione voluerint abstinere aliquandiu, improbantur.

*Prop. 12.* De facto diui Petri, quod habetur Galat. 2. ubi Paulus illi in facie restitit an peccauerit? grauis & ambigua quæstio est. Casus fuit talis: Petrus apud Antiochiam comedebat cum Gentilibus cibos lege Moysis prohibitos, aduenientibus Iudæis missis à beato Iacobo episcopo Hierosolymitano segebat se, & abstinebat à cibis timens scandalizare Iudæos. De hac re fuit cõtrouersia inter duos Apostolos Petrum & Paulum, & inter duos Doctores Augustinum & Hieronymum, ut patet in suis epistolis citatis supra in Corol. præcedentis. p. Hieronymus causam agit pro diuo Petro & quod Paulus illum reprehendit pia quadam simulatione, quemadmodum David simulauit se furere coram Achis. 1. Reg. 21. & quemadmodum Christus assumpsit carnem similem peccatrici, nõ assumpto peccato. Ponit exemplum de oratoribus, qui diuerfori partes agunt, & ad tollendam suspensionem de cordibus eorum quos defendunt inter se videntur dissentire & prorumpere in contumelias. Hoc nos inter Iurisperitos passim videmus quando à iudice datur alicui aduocatus, & procurator, qui defendant clientulos in quantum possunt etiam cõtra id quod sen-

sentiunt, neque peccant sic faciendo, neque mentiuntur quia totum faciunt ut veritas iudicij cõstet, & sciant rei se iuridicè fuisse damnatos. Videmus & nostros sacerdotes ut alios nouellos celebrare doceant simulare se celebrare & consecrare, & verè omnia agunt sed non animo celebrandi: ita in præfenti Paulus, quia licitum fuit Petro non comedere apud Iudæos, quod patet quia ipse Paulus post hæc reprehensionem circumcidit Timotheum natum patre Gentili, & matre Iudæa Act. 16. & se purificauit cap. 21. qua igitur fronte reprehenderet in Petro quæ ipse fecit? Citat pro se Hieronymus Apollinarium Laodicenum, & Alexandrum hos duos hæreticos: ex Catholicis Didimum, Eusebium Emisenum, Chrisostomum, & Origenem. Augustinus tenet Petrum peccasse, & quia Hieronymus ab eo postulabat quos pro se Doctores haberet opponit pro se Ambrosium & Cyprianum. Tota ratio Augustini stat in hoc, ne aliquod mendacium admittatur in Scriptura si Paulus non verè Petrum reprehenderit, quia tota scripturarum autoritas peribit, sicut in vno sic dicent aduersarij in omnibus alijs contineri mēdacia. Cum Augustino est communiter omnis schola Theologorum. Bona. hac. d. nu. 60. Scotus. Tho. 1. 2. q. 103. art. 4. ad. 2. Cum Hieronymo videtur sentire Gelasius Papa. I. qui ut habetur inter eius decreta in quodam tomo de vinculo anathematis super acta concilii Calcedonensis ait. Sanctus Petrus primus Apostolorum, sic existimans noui testamenti gratiam prædicandam, ut à legis veteris non recederet institutis, quædam per simulationem legitur inter Iudæos Gentilesque gessisse. Alex. Alenf. 2. p. q. & m. vltimis quamuis pro vtraque opinione ponat fundamenta magis videtur in eo esse, quod Petrus non peccauit. Quod si vtrunque Apostolum possumus saluare, & à calumnijs librare melius erit: sin minus, modo scripturæ veritas cõseruetur, qui alterum illorum saluauerit etiam si faciat cõtra alium quam culpam incurret? Duo faciam ad hoc: primo ostendam aut inquiram locum & tempus huius cõtrouersie; Deinde ponam sex dicta quibus ille passus elucidetur & Petrus à peccato excusetur.

In primis Paulus conuersus fuit ad Christum anno decimo-  
*Duo faci-  
 cienda ad  
 hanc. q.  
 Pro pri-  
 mo.*

nono imperij Tiberij Cæsaris, vno anno post Christi passionem, quia Dominus passus fuit anno decimo octauo sui imperij. Regnavit ille annis viginti quatuor; successit ei Caius Caligula, regnavit annos tres, & decem menses, vel annos quatuor vt alij computat: successit Claudius Caligula, imperavit annis quatuordecim: Claudio successit Nero, imperavit annis tredecim, qui vltimo anno sui imperij Paulum decollavit. Sic fuere anni Pauli in Christianismo triginta sex, plus minus. Horum viginti tres aut viginti quatuor transegit prædicans Ecclesijs Orientis antequam caperetur à Iudæis & carceri manciparetur. Act. 21. vnde appellato Cæsare missus fuit Romam. Cuius captio numeratur à Scoto citata. q. 4. litera. G. circa principium regni Neronis, & quod inceperit Nero regnare anno vicesimo à passione Christi, sed vt patet ex cõputatione modo facta incepit Nero anno à Christo passio vicesimo quarto, plus minus. Anno tertio post suam conuersionem fatetur Paulus ad Galat. 1. se ascendisse Hierosolymam videre Petrum. cap. 2. dicit se iterum ascēdisse vt conferret Euangelium cum Apostolis, hoc fecit ex Diuina reuelatione, non vt ab eis aliquid disceret quod ignoraret, cum vt in cap. 1. affirmat Euangelium non ab hominibus accepit, sed per reuelationem Iesu Christi, ideo vt in. 2. cap. ait, qui videbantur aliquid esse inter Apostolos vt Iacobus & Cephæ & Ioannes nihil ei cõtulerunt ad prædicandū, sed tantum dexteræ societatis dederūt, vt ipsi inter Iudeos, Paul. & Barn. inter gentes prædicarent. Causa igitur conferendi cum eis Euangelium, & quod vna & eadē doctrina ab omnibus prædicaretur fuit, quia cæteri Apostoli predicantes Euangelium Iudæis permittebant circuncisionem, Paulus & Barnabas inter gentes circuncisionem nō permittebant. Vt igitur constaret omnibus tam Apostolis quibus non erat notū ipsum accepisse Euangelium per reuelationem, quam alijs discipulis & omni Ecclesiæ Paulum verum Euāgelium Christi prædicasse, ad conferendam suam doctrinam ascendit. Hic secundus eius reditus in Hierosolymam videtur Chrysostomus sentire super. c. 1. q. fuit post Concil. celebratū Act. 15. in illis verbis. Neq; veni ad antecessores meos Apostolos, & interrogat.

Quo-

Quomodo dicit non ascendit, neque contuli? Primum quia ipse non ascendit, sed missus erat ab alijs. Deinde quoniam non accessit vt aliquid disceret, sed potius vt alijs persuaderet. Nam ipse statim ab initio fuerat eius sententiæ, quam Apostoli postea comprobarunt, videlicet non esse circuncidendos. Mihi cōsideranti contextum auctuū Apostolicorum videtur, salua cuique sua sententiā, quod primus ascensus de quo meminit in cap. 1. epistolæ ad Galatas fuit ille post suam conuersionem de quo fit mentio Act. 9. quando eum Barnabas duxit ad Apostolos. Secundus ascensus in Hierosolymā de quo in cap. 2. fuit ille de quo Act. 11. cum prædicta fame per Agabum Paulus & Barnabas iuere Hierosolymas cum elemosynis ad pauperes, & tunc contulit Euangelium; & datis dextris Paulo, & Barnabæ indixerunt vt pauperum Iudæorum memores essent in suis prædicationibus exhortando Gentiles vt mitterēt fratribus existentibus in Iudæa. Tertio reuersi sunt Hierosolymam ad Concilium pro quaestione circuncisionis. Act. 15.

Nunc in qua Antiochia & sub quo tēpore fuerit præfata Petri reprehensio si ante vel post Concilium inquiramus. Antiochias plures enumerat & describit Ptolemæus vsq; ad quinque: In Syria quæ à parte Septentrionis cingit Palestinam siue Iudæam fuere duæ ciuitates Antiochiæ vna apud Taurum montem, alia apud Orontem fluium. In Asia minori inter ciuitates Lydiæ & Meoniæ ponit alterā ad Meandrum fluium; in Cilicia aliam ad Cragum montē. In Galatia quæ finitima est Cappadociæ ad Solis occasum ponit illā Antiochiā quæ vocabatur Pisidiæ. Cum ex libro Auctuū Apostolicorū habeamus diuū Paulū sapius fuisse in Antiochia so las duas harum debemus intelligere alterā Pisidiæ: Syriæ alteram, sed illam quam Orōtes fluius interfuit. Act. 11. Barnabas è Tharsō adduxit Paulum Antiochiam, vbi fuere discipuli cognominati Christiani, & vide quā rectè id De<sup>o</sup> dispositum fuerit, cū & ab Ethnicis illa ciuitas quæ erat ad eum fluium Orontem vocaretur etiam Theopolis, id est, Dei ciuitas. Qui eam ædificauit Seleucus Antiochi filius patris nomine Antiochiā vocauit, cāpos vicinos vrbi Appollini dedicauit.

Causam

In qua  
Antioch.  
Petrus re  
prehensus.

Causam vide in Iustino lib. 15. ad finem. Secundò Antiochiā cum Barnaba redijt è Hierosolymis A. 12. expleto ministerio eleemosynæ pro quo iuerant, & inde vocati sunt ambo ad Apostolatū cap. 13. in quo itinere accesserunt in aliam Antiochiam Pisidiæ. ibi. cap. 14. ex Derbe reuerfi sunt Lystrā & Iconium & Antiochiam, videlicet Pisidiæ, quod ex literæ contextu patere debet. Nam protinus additur quòd transita Pisidia venerunt in Paphiam & ex Athalia nauigauerunt Antiochiam, vtique per Angustias Ciliciæ ad Antiochiā hanc Syriæ de qua loquimur, & in qua fuerant traditi gratiæ Dei à fratribus in opus Apostolatus, vt ibi dicitur. Ex inde iuerunt tam ipse quàm Barnabas Hierosolymam ad Concilium super circumcisione cap. 15. Finito Concilio reuerfi sunt cum eius decreto Antiochiam. Fuerat igitur iam Paulus in Antiochia Syriæ per quater, & in Antiochia Pisidiæ per bis. cap. 18. dicitur de eodem Paulo quòd descendit Cæsaream, & descendit Antiochiam. Glossa ordi. cui Lyranus subscribit, dicunt illam Cæsaream fuisse Cappadociæ. Glossa interlin. super verbo Antiochiam dicit. Syriæ. Hoc mihi non placet, quoniam subiungitur protinus, factò ibi aliquo tēpore profectus est perambulās ex ordine Galatiam regionem. Igitur illa fuit Antiochia Pisidiæ. Vbi annotandum est iam nō esse cum eo Barnabam, quia post Concilium in ipsa Antiochia Syriæ super comite Ioanne Marco fuerant diuisi. A. 12. Restat modo disquirere in qua harum simul fuerint Petrus & Paulus, atque Barnabas quem dicit Paulus consensisse Petri simulationi, & qua vice ex tot quibus ibi fuit Paulus. In primis non fuit hac vltima vice qua Paulus sine Barnaba fuit. Deinde non videtur potuisse inter hos Apostolos nasci controuersiam ante Concilium A. 15. quādoquidem licet ipsis foret certissimum non ligare circumcisionem & cætera legalia, cæteris non ita erat compertum alioquin ad eos se dandos non ascendissent ad Concilium, ideo si ante Concilium Petrus inter Iudæos à cibis abstinuisset non tā grauitè à Paulo vt reprehensibilis iudicaretur. Videtur idcirco quòd post Concilium Petrus etiā iuerit Antiochiam adhuc manētibus ibidem Paulo & Barnaba Scotus hac. d. q. 4. litera. K. dicit, q̄ fuit

fuit quando iam Petrus ibat Romā. Iustiore causam inde natus fuit Paulus, quòd tam recenter habita Concilij definitione Petrus abstinuisset à cibis Mosayca lege prohibitis. In hanc sententiam facient illi qui dicunt post reprehensum Petrum, circumcisum à Paulo fuisse Timotheū A. 16. Concluditur itaque quòd in quarta vice & vltima qua Paulus fuit in Antiochia Syriæ fuerint ibi Petrus & Barnabas, quoniam in prima, secunda, & tertia simul esse non potuerunt vt potest intuenti patere. Nam eo tempore quo prima vice fuerat Paulus Antiochiæ Petrus fuit missus in carcerem ab Herode A. 12. Quando descendit secunda vice à Hierosolyma, non est vnde coniectemus Petrum fuisse Antiochiæ, quandoquidem inter Doctores & Prophetas ibi recensitos non recensetur. A. 13. In tertia vice venerat Paulus transita Pisidia & Pamphylia terris Gentilium in quo itinere Petrus Iudæorū Apostolus non fuit, imò regredientibus Paulo & Barnaba ad Concilium Petrus in Hierosolymis erat.

Sex capita sunt aspicienda vnde peccatum Petri defluere potuit, quibus circunquaque consideratis ex nullo eorum valet redargui.

Primò, Petrus non peccauit obseruando legalia abstinēdo à cibis vetitis: ita docet Scotus litera. L. quia post illam reprehensionem Paulus circumcidit Timotheum. A. 16. & sibi totonderat caput in Cenchrus portu Corinthiorū cap. 18. ex voto iuxta legem & ritum Nazarorū. nu. 6. Se purificauit, A. 21. per septem dies ante suam captionem, igitur sicut Paulo licuit seruare cætera legalia, ita licuit Petro in abstinentiā à cibis. Pari enim passu currunt, neque magis fuit mortiferum vnum quā aliud. Alioquin Porhyrius increpans Paulum quòd reprehendisset in Petro, quod ipse postea fecit non iustè reprehenderetur à nostris, si fuisset illicitum in Petro & licitum in Paulo idem factum. Fuit purificatio plus minus, anno. 24. à Christo passo, iuxta superius computum.

Illā simulatio Petri, qua abstinuit à cibis non fuit peccatū. Probatur quia non fuit simulatio quæ conuertitur cum mendacio. Nam si quis comederet carnes die vetito apud scientes suam necessitatem, adueniente illam ignorante cessando

*Prosecundo sex di-*

*eta ad li-*

*brandum*

*Petrum.*

*Primū.*

*Secundū.*

quia illa abstinētia nō fiebat licita ē solo loco, sed ex præsentiā ipforum Iudæorum, qui tam ægrè diuellebantur à legis obseruantia. Nam si Hierosolymis non habitarent eo tempore iam Iudæi, sola Hierosolyma non faceret licitam abstinētiā illam. Tūm etiam, quia abstinere non dicit actum positium, sed habere se negatiuè, vbi igitur sine scandalo abstinetur neq; interius credebatur in corde abstinētia de necessitate salutis, licitum erat abstinere: igitur ex hoc solo capite Petrus non erat reprehensibilis. Hoc secundum dictum exemplo corroboro. In regno Castella comeduntur in sabbatis lacticia, oua, sagimen, intestina & capita, pedes ac manus animalium: adueniente alterius regni hospite, si paterfamilias iubeat mensam preparari sine cibis istis, non scandalizat domesticos, qui sciunt cibos illos licitos, neque si cibos illos præparet hospiti vel scienti patriæ vsu, vel informando licere: vtrunque sine peccato faciet, neque domestici, neque hospes cordatus, ad vtranuis partem scandalizabuntur iuste. Eo modo considero Petrum, ex facto suo & ex Concilio iam satisfecisse gentibus & plenè illis omnia exposuisse: item Iudæis in Hierosolymis post baptismum Cornelij fecerat satis & probè illos informauerat. Ex hoc dicto quanto patet, qd non habebat locum in præsentī casu illa sententia Ambrosij ad Augustinum, quam ipse Augustinus refert scribēs Ianuario, & citatur à Gratiano. d. 12. cap. Illa autem. Ad quancūq; Ecclesiam veneris, eius morem serua, si cuiquam non vis esse scandalum, nec quenquam tibi. Quia Petrus iam se conformauerat Ecclesiæ gentium. Tūm etiam, quia in abstinendo nihil agebat positium: sententia Ambrosij intelligenda est de statutis humanis, quæ variantur secundum diuersas Ecclesias, & explicitè vel implicitè cōtinent præcepta obligantia. Nā si in vna Ecclesia, vt erat in illo casu Ambrosij, erat de ieiunio præceptum in Sabbato vt Romæ tenebatur Augustinus & eius mater Monica, quæ de illis consuetudinibus dubitauit Romæ ieiunare: Mediolani non erat talis cōsuetudo, ibi poterant non ieiunare, sed si ieiunare vellent nulli propterea fierent scandalo. A simili Petrus licitè comedebat & licitè abstinēbat, neque Antiocheni præceptum habere de come-

comedendo, sed fuit illis expositum in Concilio quòd poterant cibis illis vt: at. si abstinuissent nō animo legali sed propter hospites Iudæos nihil plus peccarent, quàm peccabunt Christiani duces ac milites suscepto in castris hospite Mahometano mandantes ne olla & carnes porcinis carnibus condiantur.

Quintò, quòd diuus Petrus non peccauit ex eo, quòd gentes cogeret iudaizare, quia in rei veritate non cogebat illas iudaizare. Ad quod perpendendū in illa epistola Pauli illud verbum, Gētes cogis iudaizare, nō esse de veritate scripturæ. Sicut psal. 13. Dixit insipiens in corde suo non est Deus: de veritate scripturæ non est quòd Deus non sit, sed est de eius veritate qd verè id dixerit insipiens: ita de veritate scripturæ est, quòd verè Paulus Petro dixerit, Gētes cogis iudaizare; Ioannes maior qui dixerit, illud erat reprehensibilis non esse sacram Scripturam si dixisset de hoc gentes cogis iudaizare non reprehenderetur à Theologis. Verum ne dum Petrum saluamus Paulum damnemus, exponamus, quo sensu dixerit gentes cogis iudaizare, & cum hoc non sit sacra Scriptura remanet nobis liberior exponendi facultas. Dici potest, primò scholastico more qd illa coactio erat materialis non formalis. Puta actus in se qui subiicitur scandalo & substernitur: non tamen formaliter esset scandalū. Ab hoc intellectu non abhorrent alia verba Pauli. Nam. 2. Corinth. 11. volens gloriari vocat suam gloriationem insipientiam. Vtinam sustineretis modicū quid insipientiæ meæ. Quam gloriationem nō est: tunc formaliter insipientiam sequentia declarāt: Sed & supportate me æmulor enim vos Dei æmulatione. Ecce ipsam gloriationem dicit esse secundum Dei zelum, ne seducerentur à falsis apostolis, qui Paulo detrahebant, & conueniebat sciri Paulum à Christo recepisse bona temporalia vt nobilitatem, qua esset Hebræus, Israelita, semen Abraham, & spiritualia, vt reuelationes. Idcirco hanc gloriationem vocat insipientiam, & non insipientiā; nam eodem cap. subdit, quod loquor non loquor secundum Deū, sed quasi in insipientia, quasi in hac substantia gloriæ. Vbi Glossa interlin. quantum ad verborum speciem: Infra cap. 12. Nam si voluero

Quintū.

H glo-



gloriarum non ero insipiens, veritatem enim dicam, ubi eadem Glossa; pro vestra utilitate. Ecce quomodo vocat insipientiam laudare se, iuxta id Prouerb. 27. Laudet te alienus & non ostium, extraneus & non labia tua, vocat non insipientiam laudare se ex Dei zelo. Secundò posset dici, quòd in communi conuictu cogere ad aliquod factum non est ita efficaciter inducere, quòd si tale factum esset peccatum, ille qui dicitur cogens peccaret. Sæpè in communi conuictu ex zelo vt alterum retrahamus, vel excusemus, aut quòd in facto suo meliori modo se habuisset acribus verbis vtimur. In quòd nescio an possint reduci verba Pauli. 2. Corinth. 2. Factus sum insipiens, vos me coegistis. Nam esto quòd talis Pauli gloriatio foret peccatum saltem veniale, quòd tacerent Corinthij ipsum non laudantes non erat talis cessatio à laude Pauli sufficiens coactio vt peccaret. Tertio hæc verba Pauli leguntur & sunt cum interrogatione: Qui verò interrogat ficut non semper dubitat; neq; semper ita criminatur factum quasi illud in se fuerit illicitum. Hic habet locum exemplum supra positum à Hieronymo de oratoribus. Videmus parentes & prælatos in re non illicita obiurgare filios & subditos quòd eorum factum constet ex responso non fuisse illicitum audientibus rationem.

*Sextum.*

Sextò dico, quòd ubi nostra translatio habet reprehensibilis, textus Græcus habet reprehensus, & sic legunt aliqui curiosi. Iam enim Petrum alij reprehenderant. Sed quia hoc est de veritate scripturæ contra citatum Maiorem, & translationem Latinam vulgatam recipere tenemur, vt Breuiloq. prologi. p. 7. Dico, quòd inter viros perfectos non solum mala sunt reprehensibilia sed sunt reprehensibiles, quando non faciunt meliora. Verbi gratia, in religionibus ubi statuta exprimunt, quòd non ligant ad pœnam spiritualem, neque venialiter peccatur ex statuti violatione, violantes statuta circa silentium, aut circa alia, non confitendo toties in hebdomada, non audiendo Missam quotidie, dicuntur reprehensibiles, & verè reprehenduntur & pœnitentiæ, siue disciplinis subduntur. Idem faciunt prædicatores clamando è suggestibus tanquam reprehensibiles

eos

eos qui non tendunt ad meliora. Petrus Iudæorum Apostolus cauit potius ab eorum scandalo; quam gentium. Paulus vellet ibi potius scandalizari Iudæos, quam gentes quarum erat Apostolus. Quod dicitur, non ad veritatem Euangelij ambulabat, non capitur eo rigore, quo dicimus peccantes non ambulare ad veritatem Euangelij, id est, iuxta præcepta obligantia, sed mitius pro non facere secundum eam Euangelij veritatem qua vmbre legales cessabant. Melius nanque faceret Petrus conformando se veritati, & luci Euangelij, quamuis sine peccato posset oppositum. Tandem Petrus non peccauit mortaliter, neque venialiter, & iuste fuit reprehensus à Paulo.

### DISTINCTIO .III.

*De suscipientibus Baptismum: quorum quidam sacramentum, & rem sacramenti: Alij sacramentū sine re: Alij rem & non sacramentum recipiunt.*



Riplex baptismus distinguitur communiter à Theologis. Primus est aquæ, & vocatur fluminis; secundus flaminis, id est, Spiritus sancti, quando habito voto, id est desiderio baptismi fluminis, ipsum non potest recipi: Tertius est sanguinis quando quis interficitur pro Christo, vt sancta Emerentiana. Hoc baptismo baptizatur paruulus in vtero matris interfectæ pro Christo. Baptismo flaminis fuit baptizatus Valētinianus de quo Ambrosius, vt dicit Magister in litera cap. 4. aiebat. Quem regeneraturus eram amisi, verumtamen gratiam ille quam poposcit non amisit. In his duobus flaminis & sanguinis recipitur res, id est gratia, & non sacramentum. Notari etiam debet, hæc duo non vocari propriè baptismata, neq; esse sa-

*Prop. x.*

H 2

cræ



cramenta, sed dicuntur baptismus quia eius vicem suppleunt. Conueniunt quippe cum baptismo in causando effectū principalem iustificationis, & purificationis, non tamen imprimunt characterem. Baptismus flaminis, qui est baptismus poenitentiae non delet omnem poenam debitam actualibus peccatis. De baptismo sanguinis dixit Christus Lucæ. 12. Baptismo habeo baptizari. Marci. 10. dixit filijs Zebedæi. Baptismo quo ego baptizor baptizabimini. De flamine Act. 1. Vos autem baptizabimini Spiritu sancto. Ratio ut hi duo baptismi iustificent, sumitur ex concurrentibus in baptismo aquæ, videlicet morte Christi cui assimilamur. Rom. 6. Quicumque baptizati sumus in Christo, in morte ipsius baptizati sumus, consepulti cum illo per baptismum in mortem. Per martyrrium est assimilatio ad Christi mortem & passionem à qua omne martyrrium habet suam virtutem & efficaciam sicut baptismus aquæ. Apocalyp. 7. Hi sunt qui venerunt ex magna tribulatione & lauerunt stolās suas & dealbauerunt eas in sanguine agni. Ecce duo: vnum quod à Christi sanguine fluat virtus martyrrij: secundum quod martyrrium sit ablutio, quæ Græcè dicitur baptismus, inde Ecclesia in secreta Fer. 5. post tertiam Dominicam Quadragesimæ. In tuorum domine morte sanctorum sacrificium illud offerimus, de quo martyrrium sumpsit omne principium. Concurrit in baptismo aquæ Spiritus sanctus Matth. 3. & Ioan. 1. Ille baptizat in Spiritu sancto, & cap. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto. In poenitentia, id est, baptismo flaminis operatur Spiritus sanctus mouendo corda peccatorum, & emolliendo Esaia. 4. Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion, & sanguinem Hierusalem lauerit de medio eius in spiritu iudicij (id est discussionis conscientiae) & spiritu ardoris. Hæc baptismata dicit Alexan. 4. p. quæst. 21. memb. 5. quod habent se sicut excedentia, & excessa. Dico breuiter, quod baptismus sanguinis est præstantior, quia in eo viget maxima caritas dando animam pro amicitia Dei. Ioan. 15. In hoc sicut in baptismo aquæ remittitur omnis poena debita originali & actualibus peccatis. Est ad hoc auctoritas August. in litera Magistri. c. 4. Quicumque non

non percepto regenerationis lauacro pro confessione Christi moriuntur tantum eis valet ad dimittenda peccata, quantum si abluerentur sacro fonte baptismi. Afferit Magister ibi aliam auctoritatem Augustini. De vnico baptismo contra Donatistas & habetur. De consecr. d. 4. c. Baptismi vicem. Vbi dicit de latrone cum Christo crucifixo ex Cypriano, quod passio illi baptismi vicem suppleuit, ipse verò Augustinus in eo est, quod fides & confessio quæ est baptismus flaminis suppleuit vicem baptismi pro suis facinoribus passo & non pro Christo. Martyrem namque non facit poena sed causa. Dicit Bona. hac. d. nu. 39. quod martyrrium completur ex duobus, videlicet iusta voluntate & iusta causa. Causa defecit in latrone, voluntas in pueris occisis ab Herode, ideo neutrum fuit completum martyrrium, Dominus tamen illis suppleuit. Idem quod Bona. dixerat Alexan. citata. quæst. 21. m. 4. ar. 4. Iusta causa martyrrij est obseruatio Diuinæ legis, siue quantum ad fidem, siue quantum ad mores. Secundò præstat baptismus fluminis.

Dicere quod per baptismum sanguinis aut flaminis non iustificatur homo, neque consequitur salutem sine baptismo fluminis realiter suscepto est, hæreticum. Vide Alfonso de Castro baptismus hæresi. 10. Magister in litera cap. 5. refert quosdam tenuisse quod sine baptismo aquæ nullus adultus haberet caritatem neque in Christum crederet nisi pro Domino sanguinem fundat. Hi apertè negabant baptismum flaminis. Bernardus Epistola. 77. ad Hugonem de sancto Victore refert quendam id tenere, quod Magister retulit, non tamen ipse, neque Hugo qui super illo asserente consulebat Bernardum nominant quis fuerit. Contra hos latè ibi Bernardus pro baptismo flaminis: vide & Thomam Vvaldensem libro de sacramentis cap. 96. Extat definitio concilij Trident. sess. 6. c. 4. dicens. Iustificatio impij post Euangelium promulgatum sine lauacro regenerationis, aut eius voto fieri non potest. Ecce per votum & desiderium baptismi si excludat necessitas à recipiendo iustificatur impius. Nota verba Concilij post Euang. promulgatum, quia ante promulgationem, imo & post, si habetur ignorantia inuincibi-

lis bene possent iustificari, habes in. 3. Breuiloq. d. 25. p. 16. Post promulgatum requiritur votum, id est, desiderium, explicitum baptismi, alias enim cōtemni videretur, vt in litera cap. 4. dicitur ex Augustino, sine baptismo percepto potest esse conuersio in Deum & salus, non tamen baptismo contempto, quia actualis contemptus baptismi est cum actuali peccato: vide cap. Apostolicam extra de præsbitero non baptizato, vbi docet Innocentius virtutem hanc baptismi flaminis. Quod baptismus sanguinis iustificet probatur esse de fide, quia de fide est quod qui diligit Deum diligitur à Deo. Ioan. 14. Qui diligit me diligitur à Patre meo, & ego diligam eum & manifestabo ei me ipsum: etiam est de fide quod martyres habent maiorem caritatem dando animam suam pro Deo. Ioan. 15. ergo est de fide quod martyrium iustificat. De ratione martyrij non est quod martyr fit in gratia, & actuali poenitentia, quia sic non forent tria baptismata, sed requiritur in adultis actus volendi mori pro Christo & ipsa mors, & quod nulla sit complacentia actualis, vel propositum peccandi: potest addi, quod de mortalibus saltem sit attritus vt ad baptismum infra. p. 9. & quod non sufficiat se habere ad illa neutraliter, iuxta quæ modam intelliges Tho. 3. p. q. 87. ar. 1. ad. 2. dicentem, quod mors pro Christo liberat à mortali & veniali, nisi actualiter voluntatem peccato inuenerit inhærentem, non intelligit de habente se neutraliter, quia non solum adhæret actualiter quæ actum peccati cōtinuat, verum & ille qui de peccato nullam habuit displicentiam, nisi vt infra. d. 16. p. 12. in casu de poenitentia martyris. De dormiente occiso propter Christum perinde philosophare, si ante mortem acceptauit, & si erat attritus. Adrianus quæstiuncula vltima de baptismo, fol. 41. in libris paruis ad. 3. argum. tenet cum Armachano de infantibus occisis ab Herode quod non constat aliquos saluatos, qui non fuerint circumcisi, quamuis piè possit credi, quod Deus contulit illis gratiam & remisit originale, tamen non potest temerè asseri, quia neque certitudinem habet ex Scriptura, neque ex doctrina Ecclesiæ. Ex hac sententia videtur posse sustineri, quod illi qui non erant circumcisi non fuerint iustificati. Quæ tamen sententia non

vide-

videtur sana. Quia si illis ex illa morte nihil accreuisset, non eos vt martyres coleret Ecclesia. Neque minus in Christi odium mortui sunt, quam sint filij Christianorum occisi à Turcis & Sarracenis, sed si illi non sunt iustificati, neque nostri iustificabuntur. Neque est recurrendum ad hoc quod fuit illis acceleratus vsus rationis vt voluntariè paterentur, quia cum hoc de Scriptura non habeat testimonium, ea facilitate rejicitur qua probatur. Dixit etiam Augustinus sermone de Epiphania alloquens hos paruulos. Ille de vestra corona dubitabit in passione pro Christo, qui etiam paruulis baptismum prodesse non extimat Christi. Non habebatis ætatem qua in passurum Christum crederetis, sed habebatis carnem in qua pro Christo passuro passionem sustineretis. In Augustino auctoritatem nequiu inuenire, sed est in Tho. 2. 2. q. 124. artic. 1. Secundum hanc Augustini rationem Armachanus & Adrianus dubitabunt de baptizatis baptismum Christi, quamuis aliud in verbis dicat. Vide ad hoc Thomam modo citatum ar. 1. ad. 1. vbi Caietanus eum interpretatur, quod velit meritum Christi fuisse sic applicatum illis infantibus occisis, quod occisio fuerit martyrium & eius palmam habeant sine aliquo alio priuilegio speciali. Alex. & Bona. citati aliud videntur sentire quod fuerit priuilegium speciale, quandoquidem dicunt, quod Dominus suppleuit, fuerant enim cum eo nati & cœtanei. De aureola martyrij si eam habeant, vel infantes Christiani occisi propter Christum habebunt? duplex opinio refertur ab Alex. in summa collatione. 102. ar. 3. vna tenet quod sic ex merito Christi. In hanc debet esse Caietanus & Thomas intellectus vt eum ibi exponit. Alia est negatiua in quam magis declinat ipse Alexander. Eadem quæstio est de aureola virginitatis tam in sic occisis, quam in omnibus paruulis Christianis. De ipsa ponit Alex. easdem & diuersas opiniones. Mihi id magis arridet quod Alexander de vtrisque sensit: quia aureola requirit opus excellens in merete, talia opera non fuerunt in paruulis ad vtranuis aureolam; sicut neque sunt ad aureolam prædicationis.

Satis est quod quia martyrium habet magis rationem passionis, quam actionis suppleatur ex Christi merito quod

H 4

deest

deest de actione, & paruuli sic occisi si non sunt baptizati, habeant baptismum in sanguine suo: si sunt baptizati, aut illi innocētes erant circuncili addatur eis alia gratia æquiualens primæ gratiæ baptismali, & sic habeant duplicem gratiam ad gloriam.

*Argum.* Possit aliquis arguere & dilatare argumentum. Occisio pro Christo supplet vicem baptismi, sed baptismus iteratus non confert gratiam, ergo infantibus baptizatis occisio non confert nouam gratiam. *Confir.* quia agens naturale si inuenit passum a similitum non introducit formam. Neque est si simile de adultis occisis, & de baptismo flaminis, quia ibi cooperatur voluntas ad meritum.

*Solutio.* Arg. non definit esse apparens, verum obstat Ecclesiæ auctoritas celebratis illos infantes pro martyribus, igitur eis alia gratia accreuit ex morte, & non aureola ad quam requiritur actus voluntatis.

*Argum.* Sed contra. Ecclesia in festo illorum Innocentium vsurpat illud Apocalyp. 14. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt quoinquinati, virgines enim sunt, ergo habent aureolam virginitatis, & à simili aureolam etiam martyrij.

*Solutio.* Respondetur, quod potest esse virginitas sine aureola, vt verbi gratia, in puella Pagana propter bonum virtutis politicæ se continente: similiter & mors pro Christo sine aureola ex defectu voluntatis non cōcurrentis ad illam passionem.

*Propo. 3.* Baptismus aquæ est in præcepto, & de necessitate salutis. Ita definiuit concilium Trident. sess. 7. can. 5. de sacramento baptismi. Si quis dixerit baptismum liberum esse, hoc est non necessarium ad salutem, anathema sit. Eius necessitas probatur. Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto non potest introire in regnum Dei. Hanc auctoritatem negans necessitatem baptismi hæreticus Ioannes Viclephus interpretabatur de aqua quæ de latere Christi fluxit, nõ de aqua hac vsuali naturali, & elementari. Contra eum vide Thomam Vvaldensem de sacramentis cap. 96. & 101. Conc. Trident. sess. 7. can. 2. de baptismo. Si quis dixerit aquam veram, & naturalem non esse de necessitate baptismi, atq; ideo verba illa Domini nostri Iesu Christi. Nisi quis renat<sup>9</sup> fuerit

*Vide & supra. d. 3. p. 3.*

ex

ex aqua & Spiritu sancto, ad metaphoram aliquam detorserit. Anathema sit. In tantum est baptismus necessarius quod si aliquis vt sancta Emerentiana martyr fuscitaretur, teneretur baptizari. Primò ratione præcepti. Secundò vt per signum distinctiuum characteris quod imprimi esset de populo Dei, & de Ecclesia militanti conueniens & cōmunicans cum alijs membris. Vide Alexan. 4. p. q. 17. m. 7. Est baptismus ianua sacramentorum, sine quo alia sacramenta imprimenda characterem non habent suum effectum: vnde extra de presbytero non baptiza. cap. 1. & 3. præcipitur quod baptizaretur & iterum ordinetur. Ex hoc infert Scotus hac, d. q. 6. ad. 1. q. Apostoli fuerunt baptizati, quia in die cenæ ordinati sunt sacerdotes. Ait enim ipse quod ordo sacerdotij præsupponit baptismum saltem de congruo propter citatum cap. Veniens. Ratio propter quam posuit de congruo, & non de lege & necessitate potuit esse duplex. Vna ex eo, quod ibi dicit Innocentius. II. fuisse quorundam sententiã quod ille non baptizatus, erat verè ordinatus, quia per fidem etiã fuerat membrum Christi sine sacramento, habens fundamentũ quod nemo aliud potest ponere videlicet Christũ. 1. Corinth. 3. & sicut Eucharistiæ sacramentum, & matrimonij possunt recipi à non baptizatis, ita & ordines. Atque ibi Innocentius hanc sententiã non dicit hæreticã neque falsã, sed esse assumendum quod tutius erat vt baptizatus iterum ordinaretur, vocauitq; casum ipsum dubitabilem. Ideò Scotus moderatè locutus fuit ponendo saltem de congruo. Potuit esse alia ratio huius moderationis quia loquebatur de Apostolis, quos Christus ex auctoritate excellentiæ quam habet potuit ante baptismum ordinare; & ita baptismus ad ordines non fuit simpliciter necessarius, licet sit quoad alios ordinatores & ordinatoros. Nam quod exciperentur à baptismo nulla fuit ratio dispensandi. Idem debet dici de beata Virgine, quantum in vtero sanctificata. Nisi fortè, vt dicit idem Scotus ibi, de ea fuit ratio dispensandi, quia forte habuit in cōceptio ne filij illam plenitudinem gratiæ, ad quam Deus disposuit illam peruenire. Contra hanc rationem habes in. 3. d. 4. p. 11. Mihi subolet Scotum de Virgine ita loquutum propter eius

*Scotus.*

H 5

honorem

*Virgo &  
Apostoli  
à quo bap-  
tizati.*

honorē & honestatem ne ab aliquo puro homine videretur nuda. Eutymius super Ioan. 3. in illis verbis nisi quis renatus fuerit: ait sic. Scribunt quidā Apostolorum temporibus proximi, quod Christus Petrum, ac Virginem matrem baptizauerit, Petrus vero reliquos omnes Apostolos. Per hanc conclusionem exploditur hæresis flagellantium dicentium baptismum aquæ cessasse & mutatum in baptismum sanguinis, probabant ex inepta allegoria, quod ita significasset aqua mutata in vinum ad nuptias Ioan. 2. in fine mutandū esse baptismum aquæ in sanguinem. Exploditur & hæresis Messalianorū siue Euchitarū sic dicti ab oratione quia Græce ευχη euche: idest, quod oratio Latine, hi negabant baptismi utilitatem, & orationi virtutem omnem tribuebant. Per hanc atq; per alia dicta & dicenda exploditur etiā Suen Kfeldius quidam hæreticus vocans baptismum balneum suillum: & alter Lucas Stembergerus in Moravia dicens baptismum esse institutionem Sathanicam.

*Propo. 4.*

Baptismus paruulis est necessarius ad salutem, & eis collatus gratiam confert. Vide in breuiloquio. 2. d. 30. & 32. p. 1. Concilium Trident. Sess. 7. aliquos canones edidit circa baptismum paruulorum canon. 12. Sic ait: Si quis dixerit neminem esse baptizandum nisi ea ætate; qua Christus baptizatus est, vel in ipso mortis articulo, anathema sit. Canon. 13. Si quis dixerit paruulos, eo quod actum credendi non habent, suscepto baptismo inter fideles computandos non esse, ac propterea cum ad annos discretionis peruenerint esse rebaptizandos; aut præstare omitti eorum baptismum, quā eos non actu proprio credentes baptizari in sola fide Ecclesiæ, anathema sit. Canon. 14. Si quis dixerit huiusmodi paruulos cum adoleuerint interrogandos esse an ratum habere velint, quod patrini eorū nomine polliciti sunt, & ubi se nolle responderint suo esse arbitrio relinquendos, nec alia interim pœna ad Christianam vitam cogendos, nisi vt ab Eucharistia aliorumque sacramentorum perceptione arceantur, donec resipiscant, anathema sit. Fuit antiqua hæresis cuiusdam Petri de Bruis Galli, quem sequutus fuit quidam Henricus monachus & apostata, de quo Bernardus epistola. 240. quæ est

est ad Ildefonsus comitem sancti Aegydiij meminit, dicens non prodesse paruulis baptismum non ex eo, quod carent originali, vt dixit Pelagius, sed quia credere non poterant. Hos hæreticos dictos Petro Brusianos sequuti sunt nostro tempore alij dicti Anabaptista, idest rebaptizatores, qui negant paruulis prodesse baptismum, & eos iam adultos rebaptizant. Erasmus, per citatum canonem. 14. damnatur, qui dixit paruulos iam adultos requirendos si ratum haberent quod eorum nomine factum & promissum fuit, quod si non haberent nulla pœna puniendos nisi priuatione sacramentorum, locum sciens taceo, quia non inuenietur expurgatis eius operibus iussu inquisitionis: contra has sunt prædicti canones, & alius quartus Sessio. 5. Fundamentum ad prædictam hæresin erat ex illo Marci ultimo. Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit, qui non crediderit condemnabitur: Sed paruuli non poterant credere: igitur neque baptizari: Quam autoritatem quidam interpretabantur vt vna pars de adultis, alia de paruulis intelligeretur. Innocentius. III. in cap. Maiores de baptismum, docet quod tota sit intelligenda de adultis, & sic ex illa nihil contra paruulos. Dictum Pauli Hebræ. 11. Sine fide impossibile est placere Deo tam de adultis, quā de paruulis est intelligendū, & tam de actu quā de habitu, vide breuiloquio. 3. distinct. 23. propo. 2. & 9. & distinct. 24. prop. 5. Nam paruuli baptizati habent fidem, qua credunt non per vsum sed per habitum. Vide canonem. Nihil est, de consec. d. 4. qui est Augustini dicentis. Nihil est aliud credere nisi fidem habere: & per hoc torum respondetur credere paruulis, qui fidei nondum habent effectum: respondetur habere fidem propter fidei sacramentum. Facit cōmunis sententia, q̄ paruuli, quia per se non possunt credere baptizantur in fide Ecclesiæ: vt sicut eis ob fuit peccatum alienum, sic profit aliena fides. Quod dicitur de paruulis dicendum venit de amentibus perpetuò qui nunquam habuerunt rationis vsum: Si habuerunt vsum & in eo petierunt baptismum, & postea inciderunt in amentiam perpetuam debent & possunt baptizari, nisi antè mentem

*Vide Ca-  
tharinum  
lib. 5. con-  
tra Caiet.  
de sacra-  
mento ba-  
ptismi.*

mentem mutassent: vide Scotum hac. d. q. 4. litera. B. & H. qui si non probantur illam mutasse, debent iudicari in bono perstitisse. Dicit vero Scotus, quod si sperantur reditari ad mentem; expediet tempus illud expectare, in dormientibus qui petierunt maiori ratione expectanda est vigilia, licet si ex necessitate, aut sine illa baptizarentur valeret baptismus. Vide pro paruulis Bernar. citata epist. 77. ad Hugonem. Si parentes essent hæretici, aut nullus in Ecclesia militante fidelis non desineret paruulus recipere gratiam, quia ut dicit Scotus hac. d. q. 2. ad arg. 2. gratia in sacramento datur propter Christi merita sine vlla alia causa intrinseca in recipiente qua coniugatur Deo antequam recipiat gratiam. Casus, quod videlicet nullus esset fidelis in Ecclesia militante, non est admittendus, quia si Ecclesia esset sine fide esset sine lege Euangelij, si esset sine caritate non viuificaretur à Spiritu sancto. Vide in breuiloq. 3. d. 25. p. 20. Vocatur baptismus sacramentum fidei, quia recipientes constituuntur in numero fidelium (etiam si non infunderetur eis fides) obligati ad fidem & Euangelium. Dicuntur paruuli baptizari in fide Ecclesie, quia baptizans debet habere intentionem faciendi quod facit Ecclesia. Quando communiter dicuntur baptizari in fide parentum est sane intelligendum, quoniam parentes curant filios instituere ad fidem quam ipsi tenent, baptismus ut in plurimum datur filiis Christianorum, dicuntur baptizari aut saluari in fide, quam parentes profitentur. Si tamen darentur filiis paruulis infidelium illis nihilominus valeret.

*Prop. 5.* Paruuli existentes in utero matris non possunt baptizari. Ita docet Alex. 4. p. q. 17. m. 2. & Scotus hac. d. q. 3. Ratio est, quia baptismus est regeneratio, Christo dicente. Ioann. 3. Oportet vos nasci denuo, de baptismo; igitur prius debet nasci ex Adam ex utero matris. Item baptismus est ablutio, talis non potest abluui, ergo neque baptizari. Sed si apparet aliqua pars vide supra. d. 3. p. 3. corol. 1. Tam ex ibi dictis quam hic haberi potest, quod mortui non sunt baptizandi, quia talis non est homo, cum non sit ibi anima, atque à mortuo, quasi nihil perit confessio Eccles. 17. cum igitur sit cadauer quasi nihil peribit etiam ab eo remedium baptismi. Vnde concil.

Cartha-

*Baptismus  
sacra-  
mentum fi-  
dei.  
Baptiza-  
ri in fide  
parentum  
& fide Ec-  
clesie.*

Carthaginense tertium cap. 6. Sic definiuit. Placuit ut corporibus defunctorum Eucharistia non detur. Dicitur enim à Domino. Accipite & edite. Cadauera autem nec accipere possunt nec edere. Cauendum est etiam ne mortuos baptizari posse fratrum infirmitas credat, quibus nec Eucharistia dari licitum est. Hoc videtur definitum contra hereticos Cataphrygas, qui dicuntur baptizasse mortuos. Marcionistæ baptizandi mortuos quendam morem obseruabant, quod mortuo homine, feretro submittebant viuum alium, à quo poscebant si vellet baptizari, respondentem viuum pro mortuo quod sic, illum viuum in demortui locum baptizabant. Vide Theophilactum in id Pauli. 1. Corinth. 15. Quid faciet qui baptizantur pro mortuis? Contra quos satis est quod Christus, baptizantes, dixit, eos Matth. ultimo, & qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. Marci ultimo, non vnum pro alio, sed eundem pro seipso.

*Propo. 6.* Paruulis siue in utero matris, siue extra uterum iam natis non potest subueniri per fidem aut orationes parentum, sicut in lege naturæ. Hæc pro vtraque sui parte est contra Caieta. Is enim. 3. p. q. 68. art. 1. dicit quod in casu necessitatis sufficeret paruulis baptismus in voto parentum præcipue cum aliquo signo exteriori, signando signo crucis inuocato nomine Trinitatis. Et quod ex hoc nihil sequitur contra Diuinam legem sane intellectam. In art. 11. eiusdem. q. dicit sub correctione tamen posse paruulos in utero matris periclitantes saluari offerendo illos sicut modo retulimus. Ut in quolibet statu naturali pateat salus, neque aliquis possit allegare salutem fuisse sibi impossibilem. Non etiam in lege naturæ debuit esse fides pro natis paruulis maioris virtutis, quam apud nos. Pater de Castro baptismus hæresi. 9. vtrunque partem dicit hæreticam. Sed probatur conclusio: quia si remedium legis naturæ adhuc durat habetur aliud remedium contra originale præter baptismum, contra ea quæ dicta sunt de eius necessitate. Si tale remedium non est certum, sed ex quadam pietate & deuotione, non est vnde sciatur paruulis tales saluari, nisi è sola nostra imaginatione.

*Propo. 7.* Effectum baptismi, hoc est gratiam & peccatorum remissionem

tionem

tionem non omnes adulti recipiunt æqualem. Patet, non solum illam recipiunt adulti ex vi sacramenti, sed ex bono motu, & meritis quibus se disponunt. Hoc est non solum recipiunt ex opere operato sed ex opere operantis: sed vnus adultus se disponit plusquam alter, & vnus adultus habet plura actualia, quam alius.

*Prop. 8.*

Effectum baptismi, id est remissionem originalis, & collationem gratiæ omnes paruuli regulariter ex vi sacramenti recipiunt æqualem. Patet quia originale est vnum & æquale in omnibus, vt in breuiloquio. 2. d. 33. p. 5. dixit etiam Damascenus. lib. 4. cap. 10. ad has duas conclusiones. Peccatorum remissio, omnibus æquè per baptismum donata est: Gratiæ vero Spiritus sancti secundum proportionem fidei, & puritatis. Primum dictum pertinet ad originale, quod si dicas quod etiam ad actualia peccata adutorum, tunc est intelligendum non ex parte obiectorum, id est, peccatorum, quæ delet quia vnus adultus plura habet quam alius, sed ex parte gratiæ quæ infunditur, quæ omnibus peccatis æquè opponitur. Baptismum vero delere originale & omnia actualia habes in. 2. d. 32. p. 1. & in litera Magistri hac. d. cap. 1. & cap. 5. Alia pars autoritatis Damasceni pertinet ad adultos. Ad peccatorum remissionem facit visio Ezechielis cap. 47. vbi dicit se traductum per aquam vsque ad talos, quam aquam traductio septuaginta dixit. *ἡ ὕδατος ἀφαιρέσεως*, id est, aquam remissionis, vt exponit Hieronymus, vel separationis vt exponunt alij. Nam baptismus delet à primo peccato, id est originali, quod non committitur culpa propria, & à quo ascendunt ad nos alia omnia peccata, vt habes breuiloq. 3. d. 3. p. 8. vsq; ad omnia actualia, hoc innuebat præfata visio; Primum, traducendo per aquam ad talos, deinde vsque ad genua, tertio vsque ad renes; quartò erant aquæ quæ non poterant transfundari. Baptismus quippe ab originali vsq; ad actualia omnia virtutem suam extendens omnia suffocat, omnia remittit, ab omnibus peccatis baptizatum separat; ab omnibus infidelibus segregat distinguit, separat, facitque esse de populo fideli. Aduertes quod non est dicendum. Baptismus de per

de per se delet originale de per accidens actuale: sed primò & principaliter delet originale & eius poenā; secundario actualia & eorum poenas. Baptismus enim continet redemptionem Christi, sed Christus non est redemptor de per accidens sed primo & principaliter originalis, actualium secundario. Dixi in conclusione regulariter, quia cum gratia mensuretur secundum Dei liberalitatem, diuidentis singulis prout vult. 1. Corinth. 12. & secundum merita Christi illa pro omnibus & pro singulis offerentis iuxta id Ephes. 4. Vnicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi: potest Deus facere priuilegium cui voluerit, vt dicit Alexand. 4. part. quæst. 21. membr. 3. quia non est sua virtus alligata sacramentis. Modus ponitur à Scoto hac. d. q. 7. ex parte Dei, quia sicut prædestinauit electos ad tantam vel tantam gratiam, ita potuit ordinare conferre maiorem gratiam vni quam alteri in sacramento, sed ille gradus vltior non daretur ex vi sacramenti, sed ex Diuina beneuolentia. Ex parte Christi, sicut datur maior gratia in baptismo quam in circumcissione, & in baptismo post passionem maior, quam ante: ita ipse Christus offerendo passionem patri potuit illam offerre specialius pro vno, quam pro alio prædestinato, quia omnes electi ei noti erant. Sic faciunt sacerdotes offerendo specialius suum sacrificium pro vno, quam pro alio. Beatæ Virgini maior sanctitas fuit concessa propter filij passionem præuisam, quam alijs etiam propter exhibitam. Ex parte parentum, aut ministrorum, aut assistentium baptismi & pro paruulis orantium potest etiam conferri maior gratia vni quam alteri. Hoc modo fortè parentes beati Nicolai meruerunt illi maiorem gratiam, vt ab incunabulis duobus diebus in qualibet hebdomada vnica lactatione esset contentus. In quibus pondera verba Scoti, quia loquitur de possibili & non de facto, & explicans modum dicendi Alexandri. Secundò quod non dat pro ratione maioris augmenti prædestinationem sed liberalitatem Diuinæ voluntatis, aut intentionem Christi se offerentis. Posuit exemplum quidem in prædestinatis, ad non prædestinatos præfatum priuilegium non debebat applicari.

fecta poenitentia, talis adultus iustificaretur baptismo fluminis, & non fluminis. Secundo, quia baptismus est sacramentum regenerationis: sed per generationem accipit homo suum esse naturale totale: ergo & per baptismum suum esse spirituale, modo non ponat obicem complacendo sibi in peccato, sed qui atteritur non complacet in peccato neque ponit obicem etiam si sciat se esse attritum. Hæc videtur mens diui Thomæ, 3. p. quæst. 79. articul. 3. ad. 2. Vbi dicit quod quia baptismus est spiritualis generatio, & datur per modum ablutionis non inconuenienter accedit, qui habet conscientiam peccati mortalis: sed ad generationem non præsupponitur quod viuens sit: neque in ablutione quæ præfuerit mundicia, sed quod per ipsam acquiratur. Diuus Thomas ibi non loquebatur de habente conscientiam in affectu peccandi, aliàs includeret fictum, sed de habente conscientiam se esse in reatu & obligatione peccati. Ad quod facit in quæst. 80. articul. 4. ad. 2. ponens differentiam inter Eucharistiam ex parte vna; & baptismum & poenitentiam ex parte alia dicens. Baptismus & poenitentia sunt quasi medicinæ purgatiuæ, quæ dantur ad tollendam febrim peccati; Eucharistia est medicina confortatiua, quæ non debet dari nisi liberatis à peccato. Vbi etiam ad poenitentiam videtur sentire quod sufficiat attritio nota attritio. Modus consequendi hunc effectum potest esse vnus de duobus. Vel quod recedente fictione poenitendo; per baptismum (quia est opus Dei nõ nostrum, ideo non est opus mortuum) delentur omnia illa peccata quæ non fuerunt causa fictionis, & de illis non est necessaria alia poenitentia neque confessio, fictio verò ipsa quia non præcessit sed fuit cum baptismo; atque peccatum illud solum quod fuit causa fictionis delentur per poenitentiam, & de illis debet fieri confessio, & satisfactio. Hic modus placet Scoto. Alius est quod omnia peccata præcedentia baptismum etiam illud quod fuerat causa fictionis delentur virtute baptismi, sola illa mala susceptio & iniuriosa sacramenti delentur per poenitentiam, de illa est necessaria confessio & satisfactio sine explicatione illius peccati quod fuit causa

*Vide inf.*  
d. 19. p.  
30.

causa fictionis. Hic placet Caietano, 3. parte. quæst. 69. articul. 10. ad. 2. & Dominico de Soto in. 4. d. 6. quæst. 1. articul. 8. Per hæc patet quod non habetur dimidiata venia à Deo; sed integra; peccatorum ante baptismum per baptismum: peccati fictionis vel illius quod fuit fictionis causa; atque aliorum post baptismum commissorum habetur remissio per poenitentiam, quia sunt obiectum ipsius poenitentia, non sic sunt obiectum peccata præcedentia, neque originale ad quod solum neque contritio, neque attritio requiritur.

Ex dictis patet falsitas glossæ de consecr. d. 4. cap. Tunc valere, dicentis. Res per baptismum significata tunc incipit habere remissionem peccatorum; & non propter baptismum sed propter cordis contritionem, idest per caritatem vel humilitatem mentis, quam habet dum habet cordis contritionem. Hoc dato iam non esset baptismus qui deleteret culpam, & poenam omnium peccatorum; quia omnem poenam vix aut rarissime delet poenitentia, quæ non solet esse tanta vt ad id sufficiat. Poenitentia post fictionem ad effectum baptismi est sicut apertio fenestæ ad ingressum luminis; tollit quippe obicem, estque causa, sine qua non; effectus baptismi.

Sed contra. Poenitentia delens illud peccatum fictionis reposuit hominem in gratia, igitur per poenitentiam delentur omnia illius hominis peccata, & non per baptismum.

Respondet Scotus litera. E. dupliciter. Primo vt iam est dictum; quod illa fictio & peccatum quod fuit illius causa sunt obiectum poenitentia, cætera baptismum præcedentia, baptismi. Secundo, quod poenitenti de fictione datur gratia per poenitentiam, quia prius naturaliter tollitur fictio; quæ baptismus operetur: Datur nihilominus gratia baptismalis & sic habet gratiam perfectiorem, quæ est sola poenitentia. Habet etiam per baptismum deletionem omnium poenarum. Non vero inficiatur ibi Scotus litera. F. sustineri posse quod recipiat gratiam solam respondentem poenitentia sine gratia baptismali.

Ad autoritatem actuum dicitur quod Diuus Petrus non

*Corol.*

*Argum.*

*Solutio.*

*Solut. ad  
arg. alterius  
opinionis.*



exegit perfectam poenitentiam: sed poenitentiam. Attritio poenitentia est & displicentia. Facit in hac interpretationem concilium Trident. Sessio. 14. cap. 2. ponens differentiam baptismi, atque poenitentiae; ait. Per baptismum Christum induentes, noua prorsus in illo: efficitur creatura plenam & integram peccatorum omnium remissionem consequentes: ad quam tamen nouitatem & integritatem per sacramentum poenitentiae sine magnis nostris fletibus & laboribus peruenire nequaquam possumus, ut merito poenitentia laboriosus quidam baptismus à sanctis patribus dictus fuerit. Ecce magni fletus sunt necessarij in poenitentia & non in baptismo, & ipsa est laboriosus baptismus; igitur baptismus ipse est sine laboriosa poenitentia, & sic sufficit attritio. Ambrosius etiam dicit super id Roman. 11. Sine poenitentia sunt dona Dei. Verum est, quia gratia Dei in baptismo nō quaerit gemitum, aut planctum, aut opus aliquod nisi solam ex corde professionem; neque bene glossabitur intelligendo de gemitu & planctu exteriori cum ipse aperte excludat omne opus, & Act. 8. Philip. pus baptizauit eunuchum non exigendo poenitentiam, sed fidei professionem. Si credis ex toto corde. Item. 9. Ananias à Paulo non exegit nisi. Baptizare inuocato nomine eius. ibi. 22. Nota in loco Pauli quòd exponat Ambrosius dona Dei sine poenitentia nostra, cū sit germanior expositio, quòd ipse Deus non poenitet de donis.

*Coroll.*

Ex praedictis constat excessisse Gabrielem loco citato; dū dixit obuiare intentioni & verbis sanctorum quod non requiratur vera contritio. Caietanus etiam. 3. p. quaest. 86. artic. 2. Super solutione primi videtur perperam loquutus, dicens baptismum afferre secum actum poenitentiae virtutis perfectum, & interuenire in baptismo propositum emendae non futurae sed praesentis: quia vera & perfecta poenitentia est dolor de praeteritis, & propositum de cauendo in futurum: igitur baptismus non affert secum neque ut antecedenter neque ut concomitanter actum perfectum poenitentiae: sed ipse baptismus, aut eius susceptio non inueniens obicem est remissio peccatorum omnium.

Sanctus

Sanctus Bonauent. hac. d. num. 1. videtur aliquibus quòd interpretetur magistrum de poenitentia attritione, sed ex litera contextu patet quòd non Magistrum interpretatur, sed Augustinum: Magister quippe veram cordis contritionem requirebat, quae verè contra attritionem diuiditur.

*S. Bonau.*

Sunt circa hoc duo dubia. Primum si character in ficto aliquid operetur ad consecutionem effectus recedente fictione? Videtur fuisse mens antiquorum quòd sic: vt Alexand. 4. p. quaest. 19. m. 9. Bonauent. hac. d. num. 36. Thomae. in. 4. hac. d. q. 9. quaestiuncula. 3. Alij codices habent. quaest. 3. artic. 2. quaestiuncula. 3. Ab hac sententia videtur aliquibus non recessisse in. 3. p. quaest. 69. artic. 10. Vt autem eum ab hac liberent opinione in partibus, responsionem & euasione comminiscuntur sui. Scotus citata. quaest. 5. litera. C. negat characterem aliquid operari, sed Deum ex eadem pactione qua assisteret sacramento recepto sine fictione, assistere ad eius effectum fictione recedente: hanc difficultas conexa est modo quo sacramenta conferunt gratiam vide supra. d. 1. p. 10. qui tenent quòd quia causat characterem, tenebunt quòd character aliquid operatur: Si dicas, idem facient alia sacramenta characterem imprimenda, consequentur suum effectum recedente fictione, non desunt qui concedant. Quia sunt opus Dei & non nostrum, & tale opus Dei initerabile, vnde non potest haberi eorum effectus per iterationem, sicut potest in non imprimendis characterem. Sequentibus Scotum videbitur & forte sanius quòd hanc sit praerogatiua baptismi ex eo, quòd est regeneratio, & eius obiectum sunt peccata praecedentia ipsum baptismum.

*Dub. I.*

*Vide inf. d. 6. p. 4. ante arg.*

Bene credo quòd character est dispositio ad gratiam sacramentalem, hoc est ad id, quod addit gratia sacramentalis supra gratiam iustificantem, vide supra. distinct. 2. propos. 4. & dispositio non proxima, sed remota, quia prius debet esse gratia vt iustificans, quae vt sacramentalis. Sit exemplum in caractere sacerdotali, qui sacerdotem habentem gratiam magis disponit ad quotidie celebrandum & in celebratione communicandum, quam sit dispositus non sacerdos ad communicandum quotidie: imo ipsemet

*Vide inf. d. 6. p. 14*

facerdos ex caractere est dispositus ad communicandum in celebratione, & non ad communicandum simpliciter.

*Dub. 2.*

Secundum dubium si complacentia peccati venialis impediatur effectum baptismi? Communis doctrina est quod non; ita docet Scotus hac. distinct. quæst. 7. litera. F. Veniale non prohibet infundi gratiam; nec etiam actum meritorium simul habere, actus vero bonus cum quo concurrat veniale est minus intensus, & ideo minus meritorius quam foret sine illo veniali. De hoc ego aliquando dubitavi, propter dictum Pauli Roman. 3. Si veritas Dei in meo mendacio abundavit, quid ego tanquam peccator iudicor? iniquus est Deus qui infert iram? Si propter veniale meremur punitionem, quomodo simul & præmium merebimur? Videtur Scotus intelligendus de eodem actu sub diversis rationibus, quia dum illi actui veniale peccatum intermiscetur actualiter, non est meritorium; sed ante vel postea. v. g. volo dare elemosynam propter Deum & ad hoc marcupium mecum tuli, dum aperio & do intervenit complacentia voluntaria de videntibus dare, pro illo tunc non continuatur bonæ intentionis meritum. Notabisque in Scoti litera quod dicit. Anima pluribus actibus non potest simul æquæ esse intenta. Unde videtur distinxisse actum distrahentem ab actu meritorio, igitur veniale, & meritum non pro eodem actu sunt reputandi, aut saltem sunt considerandi, ut sub diversis rationibus. Vide ad hoc Alexand. 2. parte. quæst. 124. membr. 8. §. 7. Baptismus est opus Dei non sic vitatur ex veniali, bene quidem venialia quæ complacuerunt per ipsum non debentur. Aduertes etiam in Scoto. quæst. 5. litera. C. quod dicit de ficto. Fortè peccavit nouo peccato mortali recipiendo sacramentum cum tali fictione. Postea litera. F. dicit de ficto, quod gravius peccavit, quia sacramento irreuerentiam fecit. Ex quo discas quod apud Scotum dictio fortè non semper ponit dubitationem, idcirco attendenda sunt præcedentia & sequentia. De originali peccato si deleatur per baptismum ficto habes in, 2. d. 32. prop. 2.

Tam

Tam pro loco illo, quam isto nota quod Dominicus de Soto & alij post eum citantes Gabrielem citant truncatè, quia non dixit Gabriel simpliciter quod ficto remittatur siue dimittatur originale, sed quod remittitur per commutationem debiti iustitiæ originalis in debitum gratiæ. Vide supra. distinct. 3. prop. 10. in argumento de commutatione votorum: & ibi ante prop. 12. quia facit ad hoc: ut talis fictus non amplius teneatur ad iustitiam, sed sub alia, & grauiori materia remaneat debitor. Poena etiam damni ex originali, mutatur in carentiam Diuinæ visionis propter aliud peccatum & debitum, character baptismalis in eo manens auget poenam & confusionem, quia per eum stetit; quod careat Diuina visione, & non per culpam primi parentis. In solutione sic exposita nullus est error; imo esset grauius habere signum familiæ Christi, per quod distinguitur ab omnibus qui non sunt de familia, & manere adhuc sub reatu veteris Adæ, atque in eius familia. Sicut ergo per baptismi susceptionem, & characteris impressionem translatus est ex familia terreni Adæ, in familiam coelestis Christi, ita à debito illius familiæ transfertur in debitum obseruandi totam legem Euangelicam, & in debitum habendi gratiam legis gratiæ. Confirmat. Hic talis non est in statu legis naturæ, neque scripturæ, sed gratiæ factus de iurisdictione Ecclesiæ, ut eius membrum, igitur non remanet sub debito originalis iustitiæ.

De baptizandis infidelibus, & ad baptismum inducendis multa dicunt Doctores: nos qui breuitatem procuramus neque huiusmodi materias diffuse disputamus strictim per sex dicta absoluius. *Prop. 10.*

Paruuli infidelium quândiu sunt sub patria potestate non sunt inuitis parentibus baptizandi. Probatur, quia ipsis parentibus fieret iniuria disponendo de suis paruulis contra eorum voluntatem: fieret iniuria sacramento dimittendo paruulos, sub eorum cura, qui eos in secula sua instruerent. *1. Dicta.*

Secundò. Si parentes possunt iuste ac legitime priuari patria *2. Dicta.*

I 4

patria

patria potestate, prius sunt illa priuandi & postea eorum paruuli baptizandi. v. g. potest dominus mancipij infidelis diuendere aut distrahere eius filium, venditum & distractum potest eius dominus baptizare. Similiter eo casu quo princeps Christianus potest sibi subditos infideles priuare patria potestate; quod non credo in omni casu & euentu ac semper licere, sed in casu aliquo particulari. Vt si forte subiugata infidelium terra, se dedant, & in tributorum conditione deueniat, quod tot pueri siue puellæ regi Christiano quotannis offerantur in eius obsequium ac seruitium, tales poterunt baptizari. Ratio Scoti posita tam in generali, quod in dominijs ordinatis inferior potestas debet esse subiecta superiori, & per superiorem corrigi, ergo Princeps potest corrigere patriam potestatem volentium educare filios contra cultum Dei non cogit; quia potestas regia & ciuilis neque omnia crimina spiritalia corrigit neque se de illis debet intromittere, ideo quamuis possit vindicare parentem occidentem filium corporaliter, & à parente siue fideli siue infideli male tractante filium possit filium eruere, non potest neque debet filios auferre, vt Christianos faciat. Habebunt grandiores facti libertatem audiendi, & recipiendi legem Euangelicam. Contenti ergo principes debebunt esse procurando bonum ciuile reipublicæ per media ordinata in finem suum politicum, de quo potestas sua tractat. In quos diriguntur illa verba Ezechielis. 45. Sufficiat vobis principes Israel, iniquitatem & rapinas intermittite, iudicium & iustitiam facite. Separate confinia vestra à populo meo, ait Dominus Deus. Tractare de infidelium baptismo ad Ecclesiam pertinet.

*Argum.* Contra hoc arguitur. Patria potestas residet penes patrem & non matrem instituta de patria potest. §. i. filius, qui ex te & ex tua vxore nascitur, in tua potestate est. Item qui ex filio tuo & vxore eius nascitur, & deinceps cæteri omnes æquè in tua sunt potestate. Qui tñ ex filia tua nascuntur in potestate tua nō sunt, sed patris eorū. Ratio huius est, quia qui nascuntur sequuntur familiam & conditionem patris. Ad idem Codice de patria

de patria potest. l. Si filius. Et tamen patre reluctantante præcipit Ecclesia filios baptizari. 28. q. 1. cap. Iudæi, quod est concilij Toleta. quarti ait sic. Iudæi qui Christianas mulieres in coniugio habent admoneatur quod si cum eis permanere cupiunt Christiani efficiantur, quod si noluerint separentur. Filij autem qui ex talibus nati sunt fidem atq; conditionem matris sequantur. Igitur non obstante patria potestate possunt filij baptizari inuitis parentibus.

Ad maiorem dico, quod patria potestas quamuis sit principaliter in patre, qui caput mulieris est. Non enim vir ex muliere neque propter mulierem, sed mulier ex viro & propter virum. 1. Corinth. 11. Nihilominus patria potestas etiam mulieri pertinet. Mater enim & parens est obligata filijs, & filij eidem. Possunt verò leges sine patriæ potestatis iniuria ex diuersis rationibus iuxta prudentiæ dictamen disponere quem parentem & in quibus proles debeat sequi. Leges Romanorum ex eo, quod pater est principalis dant quod eum filij legitimi sequantur in honoribus, dignitatibus, & insignijs: etiam in curiali conditione; & quoad originem: vide gloss. 31. q. 4. cap. Dicat: tamen ex alia ratione potuisset apud alias gentes aliter statui propter maiorem certitudinem materni, quam paterni generis, vnde illa Sarracenorum vox in Hispania esse dicebatur, filius filie meæ nepos meus, filius filij mei incertum. Leges item Romanorum disponunt apud quem parentum factio diuortio, & quibus expensis debeant filij sustentari & alii, vt notatur in. l. vnica. C. de diuortio factio apud quem liberi morari vel educari debeant. Ad minorem sumptam ex concilio Toletano apparet quod loquitur factio diuortio in quantum loquitur de mulieribus Christianis. Sed quia de filijs patrum Christianorum, & matrum infidelium nulla facta mentione de diuortio subdit, quod Christianam sequantur religionem, non Iudaicam superstitionem, exponendum est quod non priuatur absolutè pater patria potestate, sed disponit quem & in quibus debeat sequi proles vt principalem. In Euangelicæ legis fauorem & animarum filiorum vtilitatem iuste disponitur quod apud illum sint, & educentur eiusque statum sequantur qui Christiani sunt, vide

*Solutio.*

cap. Ex literis de conuersione infidelium. Christiano quippe in tali casu principaliter conuenire debet & apud eum reside-  
dere patria potestas. Infideles qui subditi sunt Christianorū  
principum iustam quærelam, de hac legum dispositione nō  
possunt obtendere, neque ob id necem filijs meditari, quia  
vel non ducerent iam Christianas factas mulieres: vel in ma-  
trimonio in infidelitate contracto si vxores cōuertuntur non  
permaneant.

*Dictū. 3.*

Tertiō. Si de facto filij infidelium ante vsum rationis in-  
iuitis parentibus baptizentur, verē sunt baptizati gratiam &  
characterē recipientes. In hoc facit quod est dictū in Breui-  
loq. 3. d. 25. p. 7. Neq; opus est ad effectum sacramenti volun-  
tate parentum, sicut neq; fide, satis est fides & voluntas Ec-  
clesiæ. Imo crederem q̄ Ecclesia non possit habere aliam vo-  
luntatem, sicut in matrimonio potest inualidare cōtractum,  
& sic non recipitur sacramentum: At in baptismo & alijs sa-  
cramentis non est in eius potestate facere, q̄ sacramentum  
non sit seruata materia & forma, atque intentione ministrī.  
Ideo non admitterem casum, si Ecclesia nollet tali paruulo  
valere baptisimū, non erit sacramētum. Nam hoc sacramen-  
tum tantum requirit non adesse obicem contrariæ volunta-  
tis saltem in paruulo, sed paruuli contrariam voluntatem,  
neque formaliter habent, neque interpretatiuē. Imo volun-  
tas eorum naturalis, quamuis impedita, inclinationem ha-  
bet ad beatitudinem, & ad diligendum Deum super omnia,  
igitur potius esset eorum voluntas interpretatiuē in suum  
bonum & commodum spirituale: sicut quamuis parentes  
velint filios occidere, flagellare, exhæredare, exponere  
alienis domibus alendos, non ideo voluntas interpretatiua  
filiorum est eadem, sed ad conseruandum suum esse na-  
turale.

*Dictū. 4.*

Quartō: Filij à parentibus infidelibus expositi, aut diuen-  
diti, sine aliquo parentum consensu baptizari possunt, simi-  
liter capti à Christianis in bello. Hoc patet, quia iam tales  
sunt extra parentum curam, quasi orphani & derelicti sub  
solatio eorum in quorū potestatem deuenerunt. Facit Co-  
dice de patria potesta. c. 1. Si filium, q̄ illam à se potest pater  
abdi-

*Patria po-  
testas.*

abdicare & renunciare: vnde fit non esse tam strictè de iure  
naturali. Imo dicitur introducta de iure ciuili, vide Angeli-  
cam. Patria potestas: ideo multis modis soluitur. Instituta  
quibus modis ius patriæ potestatis soluitur. De Patria po-  
testate cū iuristæ omnes eam asserant esse de iure ciuili  
Romanorum, & eorum qui sub Romanis eisdem legibus  
vtebantur, quas leges aliæ nationes vsurpare potuerunt,  
non tamen de iure gentium, assignentque illi suos effectus:  
Ego crederem patriam potestatem, vt nomen & vocabu-  
lum sonat de rigore in multa esse tam de iure naturali, quàm  
Diuino. Inter effectus huius potestatis assignant iuristæ sui-  
tatem, id est, quòd filius sit hæres patris hoc est de iure na-  
turali. d. 1. Ius naturale. Atq; in eam reduco quæ debent pa-  
rentes filijs, & filij parentibus, vide in Breuiloq. 3. d. 40. p. 27.

Sed per modo dicta arguitur contra prædicta. Patria po-  
testas soluitur quando pater transit in alterius potestatem, vt  
si pater fiat religiosus, cū sit in potestate prælati nequit fi-  
lium habere in sua potestate. Similiter quādo filius post æta-  
tem legitimam profitetur religionem. Igitur à simili filij pa-  
rentum infidelium existētium sub aliena potestate, quia vi-  
delicet sunt serui, poterunt à dominis baptizari inuitis paren-  
tibus. Item & quando ipsi paruuli ante adultam ætatem ba-  
ptisimum peterent incipientes vt libertate voluntatis, pote-  
runt baptizari: quia si in ætate duodecim annorum, aut quin-  
decim possunt inuitis parētibus transuolare ad religionem,  
& professi à patria potestate sunt liberi, poterūt iustè in mi-  
nori ætate, putà septem annorum plus minus incipiente pue-  
ritia, transuolare ad baptismum.

*Argum.*

Hoc arg. pro prima sui parte non contradicit secundo di-  
cto, ideo concedo illud, modo filius nō maneat sub cura pa-  
rentum lactandus & nutriendus, sed ab eis aliò distrahatur.  
Tunc enim à patria eximitur potestate, à qua liberius potest  
eximere dominus, quàm princeps, qui vtitur dominio despo-  
tico in seruum, princeps non nisi politico in ciues. Secūdam  
partem etiam concedo. Debet tamē in tali casu potestas siue  
Ecclesiastica siue ciuilis disponere apud quos tales pueri nu-  
triantur citra spiritus, & corporis periculum.

*Solutio.*

Quintō:

*Dictū. 5.* Quinto. Si infideles sunt adulti non debent cogi ad baptismum directis minis, aut terroribus, aut bello. Hoc habes in Breuiloq. 3. d. 25. p. 7. Alexand. 4. p. q. 18. m. 1. & Bona. hac. d. num. 22. dicunt quod est duplex coactio: Sufficiens, & inducens: Sufficiens, vt si quis reluctans & omnino contradicens immergatur in aqua, talis neque baptismum recipit, neque de iurisdictione fit Ecclesiæ: inducens est, quæ voluntatem minis talibus, atque terroribus inducit vt homo recipiat baptismum ad euadendum malum comminatum, si talis in voluntate non acceptat sed omnino dissentit, non recipit baptismum, Ecclesia tamen illum pro baptizato & Christiano habebit: si tamen interius consentit ad euadendum malum verè est baptizatus & de foro Ecclesiæ, quia voluntas coacta voluntas est, neque talis est omnino inuoluntarius. Ita docetur ab Innocentio cap. Maiores de baptismo & eius effectu. §. item quæritur.

*Argu. 1.* Contra hoc dictum arguitur ex Deuter. 12. præcepit Deus filiis Israel circa gentes Idololatrias possidentes terram promissionis. Subuertite omnia loca in quibus coluerunt gentes quas possessuri estis deos. Dissipate aras earum, confringite statuas, Idola comminuite. Cap. 20. dat modum quem habere debebant accedentes ad expugnandam ciuitatem, vt primò pacem offerrent, quam si nollent recipere omnes mares gladio percuterentur, subdit. Sic facies cunctis ciuitatibus quæ à te procul valde sunt. Glossa interli. id est, religione diuersa: igitur si ex sola infidelitate possunt debellari, & aras infidelium dirui, poterunt ad fidem nostram cogi, quia non sunt mansuri sine lege aliqua, & non in lege infidelitatis.

*Argu. 2.* Secundò. Possunt principes vnius reipublicæ vsurpare leges aliarum gentium & regnorum, supra. d. 3. ante. p. 12. igitur si aliquis rex infidelis reciperet Christianismum vt imperator Mexicanus Motezumazin, qui tamen recepturus Christianismum, adhuc catechumenus fuit à suis incautè ictu lapidis interfectus, si superuixisset potuisset legem Christi suis imponere, atq; ad eam eos cogere, sicut cogeret ad obseruandas leges alterius reipublicæ.

*Ad. 1.* Ad primam autoritatem dico, quod ex sola infidelitate non

non potest indici bellum infidelibus, quia de ipsis Ecclesia non iudicat. 1. Corinth. 5. illa autoritas loquitur de gentibus quæ habitabant terram promissionis, quas ob alia peccata. Deus delere volebat. Si ex sola faceret infidelitate non dedisset Abraham pro ratione quare terram promissam non protinus daret Genes. 15. Necdum consummata sunt iniquitates Amorrhæorum. Aliæ concurrebant iniquitates vt debellarentur terraque spoliarentur. Nam idololatria & infidelitate totus mundus laborabat, totum ergo delere debuisset. Hoc est contra Alfonso Castro lib. 2. de puniti. c. 14. opinantem idololatriam esse causam iustam debellandi infideles, si admoniti illam non deserant. Secunda autoritas dat modum quo se haberent tam aduersus gentes illas quam alias, habito contra eas iusto bello alia de causa, quam propter infidelitatem, ita ibi dicit Lyranus. Huic solutioni videtur asfine, quod neque possint cogi cessare à sacrificijs idolorum, ad illa occidendo paruulos innocentes. In lumine naturali posset probari esse malum & illicitum occidere innocentes, tamen ratione sacrificandi illos Deo non ita potest probari. Deum tenemur plus diligere quam filios, imò & quam nos, ipso exigente occisionem filiorum, vt exegit ab Abraham Gene. 22. tenebaturq; Abraham illum offerre atq; occidere. Si igitur non possunt infideles cogi ad dimittenda idola, quæ putant esse deos, neq; poterunt cogi ad dimittenda sacrificia quibus eorum deus placari vult. Hoc, de sacrificandis suis intelligendum est, nam si vellent sacrificare homines Christianos alia esset ratio. Sanctus Bona. 2. parte opusculorum. De reformatione mentis cap. 20. refert traditionem fuisse Græcorum teste diuo Clemente quod illæ septem gentes primò expulerant de terra illa filios Sem de cuius stirpe Abraham descendebat, ideo posteri Abraham non alienam terram occupauerunt, sed Dei iussu terram sibi debitam recuperauerunt. Ad hunc modum Hispani reges licite sæuierunt in Saracenos Hispaniam occupantes eos ab ea expellentes, Mezquitas diruentes, eorum sacrificia & ritus omnino extirpantes. Simile fieri posset in alijs terris quas à Christianis hodie occupant Turcæ, alijque infideles.

Ad

si sunt directæ ad fidem nõ possunt adhiberi infidelibus qui fidem nostram nunquam susceperunt, bene tamen illis qui ab ea suscepta desceuerunt: indirectè verò potest adhiberi infidelibus eos expoliando susceptis beneficijs, & alia offerendo maiora. Quod Scotus dicit, si parentes compellerentur, filij in tertia, vel quarta generatione boni fierent & fideles Christiani; in Hispanijs quamuis ex conuersis Iudæis atque Sarracenis non dubitem plurimos extare bonos atque fideles, attamen in quarta longiorique generatione filios monstrate experientia videmus ad vomitum erroris paterni reuerti, & repullulascere. De bonis Iudæorum, atque aliorum infidelium aliqui distinguunt, quòd hæretici & Sarraceni qui possunt à principibus occidi, possunt & suis bonis spoliari: Iudæi, quia debent viuere vt Ecclesiæ præcipitur. Psa. 58. Ne occidas eos ne quando obliuiscantur populi mei (Sunt enim Iudæi testes per scripturam quam proferunt cunctis gentibus, quòd populus Christianus sit populus Dei, & verus cultor) possunt à principibus spoliari omnibus bonis, præter necessarijs ad vitam, cum hoc transit Alex. 3. p. q. 36. m. 3. §. 3. Aduerte, quòd Alexander ibi loquebatur de spoliatione per bellum, & non simpliciter vt eum contra Iudæos allegabat quidam. De casu hoc dico, quòd in bello iusto Christianorũ aduersus Turcas, si Iudæi Turcis fauent idem ius potest aduersus eos exerceri, quòd aduersus Turcas. Digni enim sunt morte qui faciunt, & qui consentiunt facientibus. Rom. 1. Et 2. q. 1. cap. Notum sit. Facientem & cõsentientem par poena constringit. Imo qui defendit peccantem, acrius punitur, quam qui peccauit. 11. q. 3. Qui consentit. Casu, quòd nullibi essent, alij Iudæi præter illos qui iniusto bello contra Christianos fauerent, dimittendi forent aliqui viuere vt impleterentur prophetiæ: quòd in fine mundi reliquiæ eorum saluæ fient. Rom. 11. Conuersorum autem Iudæorum bona ab eis licite acquisita apud eosdem sunt remãtura cap. 2. De Iudæis; quia illorum habent verum dominium. Vsurariè acquisita, cum sint restituenda (non enim eis licent vsuræ, quamuis ad vitandum maius malum permissæ vt in Breuiloq. 3. d. 40. p. 43.) ab eis auferenda sunt, & dominis restituenda, quando non

non inuenirentur domini essentque pauperibus eroganda, possent illis vt pauperibus aliqua applicari. Quæ applicatio iustè fieret abundantior pro se & suis in fauorem fidei quam recipiunt, ad alios alliciendos. De hoc infidelium baptismo videatur Tho. 3. p. q. 68. ar. 10. & 2. 2. q. 10. ar. 22. doctores scholastici in hoc. 4. hac. d. vel sequentibus.

## DISTINCTIO .V.

*De sanctitate ministris si quid faciat ad Baptismum? Quam potestatem Christus dedit ministris? quam sibi retinuit?*



**E**ffectus baptismi non pendet à sanctitate, aut malicia ministris. à quocunq; detur est æqualis virtutis ex vi sacramenti. Mag. in litera tam huius, quam sequentis. Hæc est de fide, vnde concilium Carthaginense sub beato Cypriano celebratum errauit, docens baptizatos ab hæreticis fore rebaptizandos, propter quod fuit correctum per Cornelium Papam & episcopos Italiae. Habetur Conciliũ inter opera Cypriani. Neq; propterea Cyprianus fuit hæreticus, quia non adhæsit pertinaciter errori nondum ab Ecclesia damnato. Si quid habuit propter illam opinionem purgandum Dominus falce martyrij sustulit, vt dicit Augustinus citatus à Magistro d. sequenti, in libro cõtra Donatistas. Ad hanc conclusionem facit decretum Nicolai. A quodam Iudæo de consecr. d. 4. citatur à Magistro. d. 3. præcedenti. c. 2. Extant ad id alia decreta de consecr. ea. d. Nam qui baptizat, quando cõfertur baptismus à quocunq; conferatur, est Christus baptizans in Spiritu sancto. Matth. 3. Ioan. 1. Qua propter Paulus iustè reprehendebat Corinthios ponentes efficaciam baptismi in ministris. 1. Corinth. 1. Calvinus & Beza in eo errore fuerunt, quòd baptismus nequiret cõferri à priuatis hominib<sup>9</sup>, mulieribus, monachis etiam in extrema necessitate. In suis Synodis Parisiensi, & Pictauiensi decreuerunt Calviniani, nullius esse

momenti baptismum datū ab hominibus priuatis, & sic prædicandum suis indixerunt. De hac conclusione Doctores hac d. Alex. 4. p. q. 16. m. 3. Tho. 3. p. q. 67. ar. 5.

*Propo. 2.*

Potestatem autoritatis in sacramentis Christus Dominus sibi retinuit. Dicitur autoritatis illa quā habet vt causa principalis dimittendi peccata, quæ est ab eo qui dimittit effectiue: non merendo neque satisfaciendo, sed se solo faciendo gratos, & pertinet ad solum Deum, non potens communicari creaturæ. Elaiæ. 43. Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor. Potestatem ministerialem, seu instrumentalem mundandi dedit sacramentis, & sacramentorum ministris. Exod. 31. dixit Dominus Moyfi. Ego Dominus qui sanctifico vos. Et. 19. Sanctifica eos hodie & cras. Deducit Magister in fine huius dist. ex Augustino, quod Moyses sanctificabat visibilibus sacramētis per ministerium, Dominus inuisibili gratia per Spiritum. Hanc secundam docet Alex. 4. p. q. 15. m. 1.

*Propo. 3.*

Si potest Deus dare creaturæ potestatem ministerialem, siue instrumentalem creandi, grauis quæstio est. Quidam tenent quod non, & ita non potest dare potestatem creaturæ vt ipsa gratiam infundat. Nam ratione gratiæ hæc mouetur quæstio, quæ ad plura extenditur quā ad gratiam. Qui negat sunt Alex. 4. p. q. 15. m. 2. dicens. Nulli potest Deus conferre potestatem cooperationis, dicitur cooperationis qua homo infunderet gratiam & remitteret culpā simul cum Deo, ita quod totum esset Dei, & totum hominis. Ad idem est. 2. p. q. 9. m. 8. sub proprijs terminis negando quod creatura cooperetur in creatione. Ad idem est Bona. lib. 1. d. 14. nu. 22. & hac. d. num. 27. & 33. Cum eis sunt communiter Doctores, vt Tho. 1. p. q. 45. ar. 7. Scotus in. 4. d. 1. q. 1. qui quamuis dicat rationes allatas non concludere quod creatura non possit creare, nihilominus in cōclusionē concordat à litera. Dd. positus alijs rationibus. De gratia quod nō possit ad illam attingere creatura ibi docet specialiter litera. Mm. & in. 2. d. 37. ante literam o. dicens. Deus aliquo modo est causa meriti, quomodo non est causa peccati, quia immediate causat in animam gratiam vel caritatem, quæ per modum naturæ inclinatur ad merendum.

dum. Et quodcumque forma actiua per modum naturæ est ab aliquo agente etiam actio formæ illius est ab eo. Et ponit differentiam in effectibus aliarum causarum, & in effectu voluntatis, quia aliæ causæ accipiunt determinatè à Deo inclinationem & necessitatem ad effectus, non sic voluntas. Est ergo mens Scoti, quod creatura neque possit creare, neque attingere ad gratiam. In id est & Ricardus hac d. art. 1. q. 2. & 3.

Alia est opposita opinio quam refert citatus Alexand. tacitis autoribus. In ea videtur esse Mag. hac. d. c. 3. Petrus de Aliaco in. 4. q. 1. ar. 2. Gabriel. in. 2. d. 1. q. 1. dub. 2. & ibi. q. 4. & lib. 4. d. 1. q. 1. dub. 2. Sumunt verbum creare quadrupliciter: communissime & largissime, pro facere aliquid esse post non esse, quæ tamen acceptio non est propria, & potest conuenire creaturæ. Secundo modo strictius profacere de nihilo mediatè vel immediatè, quia causæ, principia, vel subiecta ex quibus fiunt habuerunt esse ex nihilo: hoc modo segetes dicuntur creari, neque hic modus competit creaturæ vt ipsa creet. Tertio modo: nullo præsupposito tanquam materia seu subiecto: de isto est difficultas. Quarto modo facere nullo præsupposito tanquā subiecto, & nullo concurrente vt causa efficiente. Hic est solius Dei. De tertio concedunt, quod licet non sit communicatus creaturæ quod potest communicari, vt creet excluso subiecto non exclusa causa coefficienti. Dicit autem de Aliaco hoc non assero quia communiter negatur ab omnibus, sed solum pono probabiliter & disputatinè. Gabriel assertinè tenet conclusionē in lib. 4. Ad eam probadam ponitur in creatura duplex potētia, sicut in Deo, ordinata & absoluta: secundū ordinatam creatura nō potest creare: secundum absolutam, vel super naturalē & miraculosam, quæ potest illi à Deo cōcedi, potest subleuari vt cooperetur ad creationem, & creet, vide Duran. lib. 2. d. 1. q. 4. Hæc opinio probatur, quia nō implicat contradictionē cōmunicari creaturæ potestatem creandi saltem modo prædicto, quia omnes rationes in contrarium factas nituntur Doctores probabiliter soluere. Scotus soluit rationes aliorum, alij solunt suas. Secundo: Creatio sic sumpta non requirit infinitam potentiam,



tiam, quia inter terminos creationis non est infinita distantia, cum tanta sit quanto extremum est maius, extremum verò quod est maius non est infinitum sed creatura, quæ est maius, quam illud nihilum præcedens: neq; in sic creando agit creatura independenter, & à semetipsa, ergo talis creatio potest creaturæ communicari. Confirmatur argumēto. 2. principali quod facit Scotus lib. 3. d. 1. q. 4. omnem perfectionem limitatam quæ non repugnat creaturæ potest Deus sibi dare, sed posse creare modo prædicto non ponit infinitatem in creatura, ergo potest illi dari. Tertiò: Potest Deus conseruare accidens sine subiecto, vt in Eucharistia, ergo quādo creatura producit aliquid accidens in subiecto posset Deus auferre subiectum, & tunc illud accidens produceretur à creatura excluso subiecto, de cuius potentia non educeretur, & crearetur modo prædicto. Quartò: Quamuis non sit data angelo potentia producendi alium angelum; quod tamen voluit Auicenna, impugnatur à Scoto in. 4. d. 1. q. 1. post literā. K. tamen posse communicari non videtur implicatio, cum aliæ creaturæ imperfectiores producant sibi simile, igitur angelus producens similem sibi in substantia intellectuāli produceret non ex subiecto, & crearet ad sensum prædictum. In hanc opinionem faciunt exēpla, quòd ignis inferni subleuatur vt possit agere in animas & eas cruciari, phantasma virtute intellectus agentis vt agat in intellectum possibilem. Fautores huius opinionis sic intelligunt & exponunt Magistrum, quòd possit dari creaturæ vt creet sine subiecto, non tamen sine coefficientia Dei. Altera opinio communiter negat Magistrum, sic eum negant Bona. & Ricardus: Alex. loco citato soluendo arg. octauum, & primum, exponit Magistrum, quòd intelligat de potestate excellentiæ quæ est purgandi, & mundandi à poena debita peccato, quam potestatem habuit Christus homo passus pro nobis, & potuisset comunicari alteri homini, quanquam non decuit. Scot. citata. q. 1. litera. Mm. exponit qd velit Magister dicere posse Deum dare ministro potestatem dimittendi peccata & creandi, causando aliquam dispositionem in anima quæ esset necessitans ad gratiam, eò quòd Deus disposuisset vniuersaliter sic disposito dare gratiam.

Hæc

Hæc potestas maior esset quam quæcunque iam data ministris, qui nihil operantur in anima mediata vel immediate ad quod simpliciter necessario conferatur gratia. Ponit exemplum in organizatione corporis, quæ est dispositio necessitans ad animam rationalem. Notabis in hac expositione Scoti, quòd loquitur de dispositione in anima, nam de dispositione circa corpus iam est data baptizantibus, vt dicit Ricardus loco citato, & vide supra. d. 1. p. 10. in modo. 5. qui est Scoti.

Non videtur improbabile hanc creandi potestatem fuisse iam collatam Christo homini, non tamen vniuersaliter & respectu omnium effectuum, sed respectu illorum effectuum qui ordinabiles erant & sunt ad finem suæ incarnationis. In hanc est frater Andreas Vega lib. 7. super decretum cap. 13. Qui meo iudicio non est aliter intelligendus, quam propositio nostra sonat, quia licet simpliciter dicat Christi humanitati communicatam potestatem creandi ministerialiter, patet ex processu materiæ quam tractat ipsum loqui de iustificatione, & gratia quam effectiue potest causare in anima Christus homo. Magistrum sententiarum quem allegat iam exposuimus lib. 3. d. 14. p. 10. quòd intelligat Magister ibi. c. 4. fuisse datam omnipotentiam Christo homini per communicationem idiomatum. Alioquin non dixisset cap. 3. non esse datum ei omnia facere: imo neq; potuisse Deum ei præstare potentiam faciendi omnia, licet potuisset dare potentiam faciendi aliqua, quæ non facere potest. Hæc aliqua, explicat nostra conclusio esse illa ordinabilia ad finem suæ incarnationis, & quòd de facto fuerint iam præstata. Hæc conclusio probatur. Humanitas Christi vt instrumentum coniunctum Deo effectiue sanctificabat, & vi sua attingebat gratiam: sed gratia habet esse per creationem, ergo Christus homo habuit potestatem creandi ministerialiter. Antecedens pro maiori concedi videtur à Thoma. Vide supra. d. 1. p. 10. in. 4. modo, & 1. 2. q. 112. art. 1. ad. 1. dicit quòd humanitas Christi non causat gratiam propria virtute vt principale agens, sed virtute Diuinitatis adiunctæ vt eius instrumentum. 3. p. q. 13. ar. 2. dicit, quòd anima Christi habuit instrumentalem vir-

K 3 tutem

tutem ad omnes immutationes miraculosas faciendas ordinabiles ad incarnationis finem, qui est instaurare omnia quae in coelis, & in terris sunt, q. 48. ar. 6. dicit, q. passio Christi efficiens causat salutem humanam, q. 50. art. 6. idem dicit de morte, q. 64. ar. 3. idem dicit circa sacramenta. Multa alia loca eiusdem Thomae ad idem refert citatus pater Vega, c. 15. Minor conceditur à Scoto & sequacibus, vt supra. d. 1. p. 10. in modo. 5. arg. 2. vide eundem Scotum in. 4. d. 12. q. 1. ante literam E. vbi dicit ex Arist. 5. Metaph. Tex. 14. siue. c. 7. q. accidens secundum se est ens per se, neq; subiectum est de essentia accidentis: sublitera. C. negat dixisse Arist. 7. Metaph. tex. 2. siue c. 1. Accidentia non sunt entia, nisi quia taliter entis, neq; tale propositio est sequi ad dicta Aristotelis ibi, sed quod sic allegatur peruertendo textum. Dixit verò Arist. accidentia dicuntur entia eo quod taliter entis, atq; exponit, ly. eo quod, æquiuocè capi ab illis. Noua translatio sic habet. Ens multipliciter dicitur, significat enim, aliud quidem, quid est, & quod quid: aliud verò quale aut quantum. Cum autem ens toties dicatur, patet primum, horum ens esse ipsum quid est, quodq; substantiam significat. Cætera verò entia dicuntur, eo quod verè entis quaedam sunt quantitates, quaedam qualitates, &c.

*Inf. d. 12*  
*p. 1.*

Cum igitur accidentia secundum Scotum habeant entitatem formalem, non simpliciter dependentem ad subiectum, hoc est, quod includat contradictionem ipsa esse sine subiecto, quod certè non est de essentia accidentis, ipsa erunt creabilia. Qui ergo concesserit maiorem eum Thomistis, & minorem cum Scotistis habebit conclusionem pro certa. Ultra ea quae. d. 1. p. 10. allata sunt pro ista maiori diui Thomae, probatur adhuc ipsa. Ioan. 1. lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est, ergo fuit causa efficiens gratiae, non solum vt Deus, sed vt homo, alioquin non fieret comparatio inter ipsum & Moysen, qui homo erat. Secundò facit autoritas posita hac. d. p. 1. ipse est qui baptizat in Spiritu sancto. Sed baptizare in Spiritu sancto est dare interiorius gratiam, nam exteriorius cæteri homines ministri baptizant. Quod fiat sermo de Christo homine patet ex descen-

su

su Spiritus sancti in ipsum, qui non descendit in quantum Deus erat. Tertio Matth. 28. Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra, vbi Glossa ordin. Hoc non de coeterna patris Diuinitate, sed de assumpta dicit humanitate: vsus hac potestate, dixit Ioann. 20. Accipite Spiritum sanctum quorum remisistis peccata remittuntur eis, ergo habuit potestatem sanctificandi, efficiens, & faciendi miracula propria potestate, & denique omnia illa quae pertinent ad finem incarnationis. Quarto. Hebr. 2. vocat eum Paulus autorem salutis & sanctificatorem, & 12. autorem fidei & consummatorem, igitur propter aliquam efficietiam quam ad id habuit.

De potestate Christi ad miracula habes citata dist. 1. p. 10. in modo. 4. autoritatem Matth. 9. de sanato paralytico. Et facit autoritas modo citata Matth. 28. Et quod dicitur Lucæ. 6. Virtus de illo exibat & sanabat omnes. Et 8. Ego noui virtutem de me exisse. Hæc virtus non fuit aliqua qualitas naturalis vel gratuita corporalis vel spiritalis inherens Christo, vt etiam eam negauimus à sacramentis citata dist. 1. p. 10. cum Scoto dist. 1. quæst. 5. & hac. d. q. 1. litera C. Sed erat assistentia Dei, qui se determinauit assistere voluntati Christi hominis quotiescunque ipse vellet iustificare aliquem, aut operari miraculosa ordinata ad finem incarnationis. Dicit etiam benè citatus pater Vega, quod Deus impartitur rebus dona sua iuxta modum naturæ eorum conuenientem, ideò sacramentis, quæ consistunt in fieri, communicauit eam virtutem dum eis viuimur: Christo, quia agens liber est, illam communicauit virtutem, vt ea vteretur pro sua voluntate. Nam Deus quando dat aliquam potestatem agenti libero satis est persuasibile, quod eam eius voluntati subijciat. Patet in potestate data sacerdotibus ad consecrandum, & offerendum sacrificium, quia quoties volunt consecrari & offerunt.

Hinc ego mihi persuadere nunquam potui, quod aliquos *Vide inf.*  
prælatos dicentes audiui se posse & velle applicare subdi-  
d. 13. p. 9

K 4<sup>e</sup> tionem

tionem valere non quam subditi fecerint in contrarium. Ipsi sacerdotibus in sua ordinatione dicitur, accipe potestatem offerendi sacrificium Deo. Aliud est quod teneantur offerre iuxta prelati voluntatem, & peccent contrarium faciendo, aliud pro quo talis oblatio a Deo acceptetur. Acceptatur pro illo pro quo proximus offerens cui data est potestas ipsam offert. Concilium Constantiense quod pro se allegant non eis fauet. In errore. 19. Ioannis Viclephus sic habetur. Speciales orationes applicatae vni personae per prelatos, vel religiosos non plus profunt eidem, quam generales ceteris paribus. Damnaatio huius erroris nihil probat, vt valeat oblatio prelati, & non subditi sacerdotis illam offerentis, neque circa tale Viclephus quid asserbat sed de valore orationis pro vno, vel pro pluribus. Quod haec potestas creandi non fuerit data Christo vniuersaliter respectu omnium patet. Primo, Christo non fuit communicata omnipotentia simpliciter vt in. 3. d. 14. p. 10. Secundo, quia communiter Doctores negant hanc potentiam posse communicari creaturis. Tercio, quia ipse Thomas citata. 3. p. quaest. 13. ar. 2. & sequentibus negat a Christo potestatem ad immutandas omnes creaturas, etiam proprium corpus a cursu & ordine suae naturae. Quarto, quia dare Christo homini talem potestatem vniuersaliter etiam si dari potuisset, non faciebat ad finem incarnationis, igitur superfluebat. Deus vero sicut & natura nihil facit frustra.

*Corol.*

Ex hac sic probata inferendum est, quod Christus homo non solum sit causa exemplaris nostrae praedestinationis & adoptionis, vt in. 3. dist. 7. p. 8. & dist. 10. p. 7. sed etiam causa efficiens.

*Argu. 1.*

Contra hanc arguitur. Christo non fuit collata potestas ad annihilandum, imo neque potuit conferri, igitur neque ad creandum. Antecedens probatur quia annihilare non est agere vt supra. d. 1. prop. 10. iam ad finem, sed non conseruare: conseruare est proprie opus Dei, ergo non conseruare est etiam solius Dei. Consequentia probatur: quia creatio & annihilatio sibi mutuo respondent ex opposito, igitur qui non potest in vnam neque in aliam.

Secundo:

*Argu. 2.*  
Secundo: In sanctis ad faciendum miracula fuit aliqua qualitas, ergo multo magis in Christo. Antecedens probatur ex sudarijs, & semicinctijs Pauli Act. 19. ad quorum contactum fugiebant daemones, & languores. Umbra Petri liberabat ab infirmitatibus ibi cap. 5. Ad contactum ossium Helisaei suscitatus fuit mortuus. 4. Reg. 13. ad reliquias ceterorum sanctorum multa fiunt, quae reliquiae neque orant, neque merentur, igitur aliquam qualitatem habent. Consequentia probatur, quia quod sanctis alijs concessum non debet a Christo Domino qui caput est omnium, denegari.

*Argu. 3.*  
Tercio: Patres veteris testamenti habuerunt gratiam & iustificationem per Christum, qui est agnus occisus ab origine mundi Apocalyp. 13. Sed respectu illorum Christus non fuit causa efficiens, vt homo est, ergo neque respectu nostri. Minor probatur, quia causa & effectus simul sunt vt sup. d. 2. p. 2. arg. 2. Sed tunc Christus non erat realiter homo. Confir. ex concilio Trident. Sess. 6. cap. 7. citato in. d. 1. p. 10. soluendo argu. quarti modi, quod concilium non dat Christo nisi esse causam meritoriam. Confir. secundo: quia non habemus vnde probemus Christum vsum hac potestate creandi gratiam, & ea usandi efficaciter eam, quia vel vsum fuisset illa potestate in omnibus, aut in nullis: atque etiam modo ex caelo ex eadem potestate iustificabit omnes quotquot iustificantur.

*Argu. 4.*  
Quarto arguitur. Causa efficiens assimilat sibi effectum, sed Christus conferendo gratiam non assimilat animas sibi, sed Deo, quia per gratiam efficiamur consortes Diuinae naturae. 2. Petri. 1. & 1. Ioann. 3. cum apparuerit similes ei erimus, vti que per gratiam: igitur non est Christus causa efficiens gratiae.

*Ad. 1.*  
Ad primum potest concedi antecedens, quia licet possit Deus concurrere cum creatura. v.g. cum homine, vt quando hoc vel illud fecerit tale ens annihilatur, tamen ibi creatura non attingit annihilationem, hoc est eius terminum, qui est nihil, sed est ad modum causae moralis acceptatae ad hoc, quod Deus desinat conseruare. Nam cum annihilare non sit agere sed Deum non conseruare creaturam, non apparet quomodo possit eleuari creatura, vt efficiens causa sit anni-

K 5 hilatio-

hilationis. De creatione verò non est simile, cum habeat terminum finitum ad cuius productionem possit creatura eleuari.

Ad. 2.

Ad aliud dico, quod dupliciter possunt facere sancti miracula vno modo precibus, alio modo potestate vt sanctus Gregorius ait. lib. 2. dialogi. c. 30. ponit exemplum in Petro qui oratione suscitauit Thabitam, Act. 9. potestate occidit Ananiã & Saphiram, ibi. 5. De potestate dicitur Matth. 10. quod conuocatis discipulis dedit illis Iesus potestatem spirituum immundorum & curarent omnem languorem. Vnde habetur quod potestatem quam Christus habuit ad miracula potuit suis communicare, sicut in iure canonico ordinarius vices suas committit. De officio iudicis ordinarij. cap. Quod sedem. & cap. Pastoralis. atque etiam delegatus de officio delegati. cap. Si pro debilitate. Ad hoc tendant illa verba Christi. Ioann. 20. Sicut misit me pater & ego mitto vos. Non tamẽ propter hoc impressa fuit eis in corpore vel animã qualitas aliqua permanens, vt habitus: quia sicut habitibus vtimur cum volumus, ita possent sancti vti illa qualitate, & operari miracula quoties vellent, quod non est ita, licet ad operanda miracula, ex potestate præcipuè, nunquã absque Diuino impulsu processerint. Orando, potuere aliquando fieri miracula ipsis neque expectantibus, neque postulantibus extra naturæ ordinem suæ orationi effectum. Per hæc magis patet quod sanctorum reliquiarum non habent aliquam qualitatem alioquin effectum haberent in omnibus eas tangentibus. Operatur per eas Dominus miracula, sicut per causas morales, quia sancti meruerunt viuendo quod illa fierent, in cœlis cognita in Verbo deuotione viuentium ad suas reliquias impetrant. At cum sanctorum merita fuerint finita, sitque diuersa dispositio deuotionis in tangentibus, alij curantur, alij non curantur, sicut ipsi sancti dum viuerent ex merito aliquos mortuos suscitabant, non omnes.

Ad. 3.

Ad tertium concedo antecedens quod Christus ante suam incarnationem non fuit causa efficiens gratiæ patrum, sed causa moralis acceptatis eius meritis ab origine mundi: ita docet pater Vega lib. citato cap. 18. propositione. 4. argu. 2. estque

estque rationabilius dictum, quam quod dicit Soto in. 4. distincti. 1. quæst. 2. articuli. 3. in principio, quod respectu antiquorum patrum passio Christi fuit non solum causa meritoria, & finalis sacramentorum veteris legis, verum etiam causa efficiens. Fuit quidem ipse Christus & eius passio; cæteræque operationes præuisæ & præacceptatæ ante suum aduentum, quæ præuisio & acceptatio fuit prior peccatis antiquorum patrum & remissione eorum, vt causa est prior effectui, sed vt causa meritoria & moralis reducta ad genus efficientis.

Contra. Eodem modo est Christus causa iustificationis antiquis patribus & nobis, quia nos non debemus distinguere vbi lex non distinguit. Hoc potest negari ex eo quod ante incarnationem eius operationes non erant realiter, sed præuisæ: Post aduentum sunt iam exhibitæ. Aliter dicit idem Vega parum infra concessa replica hac, quod etiam nobis fuit causa tantum meritoria, & ad veritatem conclusionis supra positæ sat sit quod aliquibus contulerit gratiam iustificationis, vt causa efficiens, illis videlicet quibus expressit se eos velle iustificare, vt paralytico, Magdalena & latroni, & quibus per aliquod sacramentum gratiam contulit. Nam quauis habuerit illimitatam potestatem iustificandi non semper ea est usus, vt ait. cap. 14. ad finem. Nunc est verosimile quod per se immediate illos tantum iustificat, quos per sacramentum Eucharistiæ iustificat. Sicut per instrumenta naturalia non agit causa principalis nisi quando sunt coniuncta passio. Ex hac doctrina liquidò constat quod ipsa humanitas Christi in alijs sacramentis non sit instrumentum seu causa instrumentalis iustificandi, quia non attingit passum: neque eius actiones seu passionis, quæ iam præterierunt sint etiam causa instrumentalis, vt Physicæ & naturales; sed causæ sunt morales, & entia rationis, quia permanent in Diuina accipatione.

Ad confirmationem. Patres explicuerunt affirmatiuè quod est certum sine controuersia, non tamen negauerunt efficientiam quæ versatur in opinionibus. Ad aliam

Replie.

Inf. d. 17

p. 17.

Ad con-  
cilium.

aliam dico, quod ad opinandum non requiritur ratio evidens, sed probabilis. Autoritas de remissis peccatis paralytico magis loquitur secundum humanitatem, quam quod illum sanavit ostensus se in quantum est homo & Deus propter idiomatum communicationem remississe peccata, ut exponit Alex. 4. p. q. 15. m. 3.

Ad. 4.

Ad aliud: Aristot. 1. de generat. text. 51. dixit, quod omne actiuū assimilat sibi patiens: est intelligendum, quod agens vniuocum assimilat sibi formaliter, ut ignis ignem, inducens in passum formam eiusdem rationis cum forma, per quam agit. Ideo causa vniuoca non est præstator suo effectui. Agens æquiuocum, quia non agit per formam eiusdem rationis cum illa ad quam agit, non assimilat sibi formaliter, sed virtualiter: quia ibi passum siue effectus est tale in potentia non formaliter sed virtualiter quale est agens, siue causa virtualiter: ideo assimilat in perfectionibus communissimis & remotissimis, ut entitate, bonitate, substantia. De hac expositione textus vide Scotum lib. 1. d. 3. q. 7. liter. R. & lib. 2. d. 34. arg. 2. cui respondet infra ante literam. Aa. & in. 4. d. 44. q. 2. in sol. ultimi principalis. Quod si illa maxima, omne agens, siue efficiens assimilat sibi passum siue effectum, intelligeretur formaliter, & in omnibus, sol qui est agens æquiuocum assimilaret sibi formaliter cuncta genita, ut homines, plantas & similia. Intellectus agens & phantasma producunt speciem intelligibilem, non similem formaliter intellectui, sed magis similem formaliter phantasmati, ut dicit Scotus in. 1. d. 3. q. 8. ad 2. principale & ibi. q. 7. litera. Aa. Nam concurrente duplici causa, vna remota & principali, alia proxima & inferiori, effectus magis assimilat formaliter causæ proximæ, quia & ipsa principalis magis assimilat causæ proximæ, quam ipsa proxima assimilet sibi. Ideo filius magis assimilat patri quam soli, & species phantasmati, quam intellectui à quo est principaliter. Rationem dat Scotus ibi. Qui lib. 2. d. 9. q. 2. ante literam. T. docet quod phantasma obiecti singularis gignit speciem sibi similem representatiuam obiecti similitudine naturali, non similitudine determinationis, vel indeterminationis, quia talem recipit ab intellectu dante maiorem indeterminationem.

terminationem, quam à solo phantasmate potuit habere, ut sic per speciem cognoscatur vniuersale. Hoc sic explicato: ad maiorem & minorem dupliciter responderi potest.

Solut. 1.

Vno modo non ponendo in Christo ad causandam gratiam nisi solam virtutem instrumenti, & maior est vera de causa principali cui assimilatur effectus, & non instrumento, ut docet Scotus in hoc. 4. d. 44. q. 2. ad vltimum. Nam dato opposito, cum gratia sit forma eiusdem rationis in quocumque posset operari effectum eiusdem rationis, ut quilibet gratus posset facere alios gratos, sicut calidum per calorem facit aliud calidum. Formæ enim eiusdem speciei habent potentiam naturalem eiusdem speciei, & similem modum agendi. Vide Scotum lib. 3. d. 4. litera. A. & infra ante literam. B.

Est alia responsio, quod Christus homo post Deum non solum est instrumentum Diuinitati coniunctum, sed est vere & proprie causa principalis agens formaliter per gratiam capitis, quæ habet rationem causæ efficientis, ut ex Alexan. habes in. 3. d. 13. p. 3. Quæ gratia capitis in quocumque esset, principium æquæ esset perfectum causandi gratiam efficienter iuxta Scoti maximam lib. 1. d. 12. q. 1. litera. K. Principium æquæ perfectum in vno sicut in duobus, æquæ est principium agendi in vno sicut in duobus. Eandem maximam tenet lib. 1. d. 2. q. 7. litera. B. & in. 2. d. 2. q. 10. litera. D. Gratia singularis personæ, quia non est æquæ perfecta ut gratia capitis non est principium efficiendi alios gratos. Exemplum in puero; qui est eiusdem speciei cum viro, sed non potest generare, quia vnumquodque tunc est perfectum quando potest generare simile. 2. de anima, cap. 4. & 5. Metaph. cap. 16. puer est imperfectus. Modo tam Deus, quam Christus assimilat nos ipsi Christo homini qui gratus est Deo, & gratificati sumus in dilecto filio eius Ephes. 1. prædestinati conformes fieri imagini filij sui Rom. 8. ut sicut ipse gratus est faciat alios gratos similes causæ secundariæ & principali per gratiam formaliter, quæ in ipso, & nobis est eiusdem speciei. Gratia non est formaliter in Deo cum sit accidens, sed est in eo eminenter sicut sunt ceteræ omnes creaturæ. Si solum haberet virtutem instrumenti non opus erat ipsum esse gratum ad gratifican-

tificandum nos, & faciendum similes causæ principali, sicut sacerdos baptizans in mortali, ut supra prop. 1. verum confert sacramentum & assimilat causæ principali Deo.

Ex prædictis deduci potest excellentia potestatis Christi, quam sibi retinuit, neque ministris dedit in quo consistat. Alexand. 4. parte. quæst. 15. memb. 1. quem sequuntur Bonaventur. hac. d. numer. 26. Ricard. artic. 1. quæst. 3. ponit sex potestates. Vna est autoritatis de qua habes supra. p. 2. quam non dedit, neque dare potuit. Secunda est cooperationis, de qua supra prop. 3. quam secundum aliquos neque Christus homo habuit, neque dare potuit secundum aliquos ipsam Christus homo habuit, & dare potuit, tamen sibi retinuit: ita tenet Magister citatus prop. 3. Vbi nota de mente Magistri, quod Christus homo potuit illam potestatem subdelegare, quod fecit in miraculis supra. ad. 2. Tertia est excellentiæ consistens secundum Alexand. in mundando à poena peccatorum per passionem, hoc est sine potestate mediâ, ut est mediâ potestas clauium. De hac habes supra ante prop. 4. Videtur Alexand. sibi esse contrarius loco ibi citato, & mem. 1. quia in vno dicit potuisse illam communicari puro homini, in alio quod non potuit; intelliges non potuit; congruè & cum decentia, idcirco Christus homo non potuit illam communicare discipulis, neque subdelegare. Hanc tertiam Bonaventur. & Ricardus ponunt in eo, quod maiorem gratiam conferret baptizatis ab vno, quam ab alio: Vel quod maior gratia baptismi responderet maiori gratiæ quam haberet vnus baptizans quam alter. Hanc potestatem dare potuit, sed noluit ne spes salutis in hominibus poneretur cum periculo, quod tamen non est recurrendo ad facientes miracula pro salute corporum. Quarta est inuocationis ut baptismus conferretur in nomine Trinitatis & Christi. Hanc dare potuit, quod conferretur baptismus in nomine ministrorum: non dedit ne baptismus diuideretur & essent tot baptismi, quot ministri. Secundum hanc quartam fit vnitas connexionis & vincu-

vinculationis membrorum Ecclesiæ inter se, & cum capite Christo: Sicut fit per vnâ fidem & caritatem: Vide supra. distinct. 1. prop. 5. autoritatem Augustini contra Faustam: Baptismus est ianua cæterorum sacramentorum, & est vnus, ergo per ipsum colligantur, membra Ecclesiæ cum capite & inter se in vna fide eiusdem speciei, ut est habitus, vnus Dei vt obiecti; in vna caritate eiusdem speciei vt habitus, & eiusdem obiecti formalis. Ephes. 4. Vnus Deus, vna fides, vnum baptisma, & infra, Christus est caput ex quo totam corpus compactum & connexum per omnem iuncturam: Alexand. in tertia quæ est excellentiæ ponit aliam, qua in baptismo per aliquod signum ostenderetur dignitas & excellentia ministrorum baptizantium, sicut per florentem virgam Aaron fuit demonstratus. Numer. 17. & sic quarta est Alexandro quinta: Sed quinta secundum Bonaventur. & Ricard. est institutionis qua Christus instituit sacramenta. Hanc Christus non dedit ministris; potuit tamen dare saltem secundum Ricardum quod homo institueret suum baptisma, verum baptizatus virtute Diuina mundaretur. Ad hanc vide supra. distinct. 1. prop. 7. Sexta est ministerij, collata sacramentorum ministris. Ad hanc sextam pertinet Christi humanitatem fuisse instrumentum coniunctum Diuinitati, quod ipse homo non potuit dare hominibus.

Ad secundam pertinet iuxta. 4. proposit. ipsum posse dare gratiam se solo sine sacramentis.

Vide ad hanc potestatem & Tho.

3. part. quæst. 64.

artic. 3.

DISTIN.

## DISTINCTIO .VI.

*De ministro adhuc baptismi, & de eius intentione: de Baptismi unitate: de tempore, & ritu quo dandus est.*

Prop. 1.



Vllum suppositum naturæ humanæ excluditur à ministrando baptismi, ita quòd desinat baptismus esse verum sacramentum, nisi propter vnum defectum ex tribus his: videlicet, quia non potest abluere corpus baptizandi illud aqua perfundendo: vel quia nequit proferre verba; vt mutus: aut quia nequit habere intentionem, vt carens rationis vsu. Hanc docet Scotus hac. d. q. 1. Ex congruentia, & Ecclesiæ præcepto conuenit solis sacerdotibus, sed in eorum absentia potest etiam mulier baptizare. Vide late Magistrũ hac. d. cap. 1. & de consecr. d. 4. cap. constat. cap. Mulier, & sequenti. Diaconis licet in absentia episcoporum & presbyterorum. d. 93. cap. Diaconos. Qui diaconi è sua ordinatione habent ministrare ad altare, baptizare, & predicare: vtique quãdo eis fuerit ab episcopo impositum. Verosimile est in primitiua Ecclesiã propter multitudinem baptizandorum, & raritatem ministrorũ commissum fuisse diaconis quòd baptizarent, qui mos non seruatur hodie, possent tamen reuocari in vsu cum è sua ordinatione plus ad hoc videãtur habere quã laici. Ricardus. d. 5. art. 4. q. 1. dicit quòd laicus baptizans extra casum necessitatis mortaliter peccat. Inde peccabit mortaliter laicus baptizans in præsentia sacerdotis volentis baptizare: non tamen peccabit mortaliter in præsentia diaconi, neque mulier in præsentia viri, quia nullum officium ecclesiasticum alienum vsurpant. Peccaret item laicus baptizans etiam in necessitate cum solennitate qua baptizat sacerdos, quia vsurparet officium ecclesiasticum alienum iniuriôsè & irreuerenter, sicut rex Ozias. 2. Paralip. 26. propter

propter id peccatum percussus lepra, fieretque in tali casu irregularis per cap. Si quis, de clerico non ordinato ministrante. Ex quo cap. Angelica Baptismus. 5. §. 1. probat quòd non sacerdos baptizans extra necessitatem est irregularis. Quã sententiam sequitur siluestrina, & alij vt Turrecremata super cap. citatum & doctores Theologi. Mihi tamen placet magis quòd præfatus textus non loquatur nisi de ministrante in ordine quem non habet. Primò, quia titulus est de clerico nõ ordinato. Secundò, quia in poenis benignior est interpretatio facienda de regulis iuris lib. 6. & alia. In obscuris minimum est sequendum. Tertio, quia licet doctores transeant communiter cum sententia angeli quos mihi licuit videre, duo tamen, vel tres, quãdo de laico loquuntur tacita irregularitate dicunt eum peccare mortaliter, vt summa Armilla Baptismus. §. 50. Martinus Azpilcueta Nauarrus in manuali latino. cap. 22. num. 7. Dominicus Soto in. 4. d. 4. art. 3. quãuis teneat quòd Angelica, quia textus neminem excipit neque meminit de solennitate: tamen dicit. At quidquid de irregularitate sentias confirmatur conclusio quoad peccatum mortale: igitur visus est dubitare de irregularitate. Ricardus etiam citatus nihil de irregularitate meminit.

Si dicas: Ergo neque erit irregularis clericus inferior sacerdote baptizans sine solennitate, quia communiter cum hoc transeunt Summistæ exponentes præfatum textum, quòd cantans epistolam etiam ad altare & cum Dalmatica, modo non deferat manipulum non est irregularis. Vide Angelicã irregularitas. §. 28. citatum Nauarrum cap. 27. num. 242. Ad quòd facit glossa illius textus dicens. Si quis baptizauerit, intellige ac si esset ordinatus & ei liceret ex officio: hæc glossa.

Dico mihi esse probabilissimum quòd neque laicus, neque clericus baptizans sine solennitate sit irregularis, quia neque exercet, neque intendit exercere officium alienũ ecclesiasticum, sed facere vt persona priuata & laicus. Ita tenet expresse citatus Nauarrus. Vnde non bene interpretatur citatus Soto præfatum glossam dicens quòd quicumque baptizat extra necessitatem, baptizat quasi ex officio. Patet etiã sum-

L mam

Argum.

Solutio.



mam Armillam non bene probare ex illo textu quod sacerdos baptizans non suum subditum extra necessitatem sit irregularis; quia talis non ministrat in ordine quem non habet. Peccat quidem talis, quia sacramenta conferenda sunt & recipienda à suis presbyteris parochialibus. 16. quæst. 1. Interdicimus: peccat etiam mortaliter & est irregularis quicumque non sacerdos audiens confessiones, & absolvens quia facit actum appropriatum sacerdotio. Dico absolvens, quia si non intenderet absolvere neque absolueret; licet peccaret audiendo, essetque grauius puniendus, non fieret irregularis. Prædicta licentia diaconorum ad baptismum erat, quod solenniter facerent quæ in baptismo facit sacerdos. Dicitur in conclusione suppositum naturæ humanæ propter angelos tam bonos quam malos, qui non habent naturam humanam, atque propter animam separatam quæ non est suppositum. His enim ex officio & de lege communi non conuenit baptizare. Ad hoc ponit Ricard. distinct. 5. artic. 3. quæst. 2. quinque congruentias. Vna est, quia Christus à quo est virtus sacramentorum est homo ideo homines debent esse ministri, quibus & dictum est Matth. ultimo. Euntes baptizate. Si angelus bonus baptizaret in corpore assumpto credendum est, quod faceret ex Dei commissione dicit Scotus exemplum ponens in basilica, quam dedicauit sanctus Michael in monte Gargano, quæ non fuit amplius per hominem consecrata. Idem dicit Ricard. vbi supra. quæst. 4. Possit autem illi committi baptismum patet, quia in tali corpore abluere posset, & verba proferre, atque habere intentionem. De animabus sanctis id, quod de angelo bono est dicendum. De malo angelo semper est timendum quod vellet decipere ex defectu intentionis, dicit Alexand. 4. parte. quæst. 16. membr. 4. Nisi certo constaret ex reuelatione fecisse de præcepto Dei cui tenetur etiam inuitus obedire, vt dicit Scotus. Vbi annota quod Scotus loquens de angelis non dicit eos habere potestatem ordinariam baptizandi, sed ex commissione. Vnde Caietan. 3. p. quæst. 64. artic. 7. non bene explicat Scorum, quasi sit generaliter loquutus. Argumento quod facit, Angelus non potest loqui, quia locutio est actus

vitalis

vitalis loquentis, hoc est actus hominis viuentis, sed angeli locutio in corpore assumpto non est nisi motus corporis non viuentis; ideo æquiuoce loquuntur angelus & homo, non probat quod non possit eis à Deo baptismus committi: quoniam satis esse debet ad veritatem formæ, quod ipse tali voce formata Diuina voluntate exprimat actum quem facit baptizando.

Existens in mortali & baptizans cum solennitate vt Ecclesia minister mortaliter peccat. Qui talem in mortali induceret ad baptizandum, nisi ex officio incumbat illi baptizare sicut incumbit curato peccat mortaliter. Nam cooperans ad peccandum peccat simili peccato ad quod cooperatur; ad mortale mortaliter, ad veniale venialiter, faciens contra caritatem fraternam, Scotus distinct. 5. quæstio. 2. in. 2. argument. principali. Faciunt dicta superius ad finem. 4. distinct. de iuuante prælium iniuriam. Dixit notanter conclusio cum solennitate, quia si baptizat sine solennitate, quod obstetrices faciunt in necessitate non peccat mortaliter, vt docet Ricard. distinct. 5. artic. 3. quæstio. 3. Dicit, qui inducit. Nam si alter est paratus ad ministrandum licet vt illius malitia ad propriam vtilitatem, quod in omnibus peccatis licet. v. g. non possum inducere alium ad vsuras, tamen si alter non vult dare mutuum quod peto, nisi det vt solet ad vsuras, non pecco recipiendo. Similiter non licet inducere veneficos ad ineunda pacta cum dæmonibus, sed si ex antiquo pacto aliquid sciunt ad destruendum maleficium posset quis ex eo sibi commodare. Sacerdos malus assistit audiendo confessiones omnium, possum illi confiteri. Dicitur nisi incumbat ex officio, quia si ei incumbit, petitur ab eo debitum & qui accipit suum debitum à malo non peccat, & qui vtitur iure suo nemini facit iniuriam. cap. Cum Ecclesia Vulterana de electione; atque sic petens non cooperatur illi directe ad peccatum mortale, imo ex actu petendi magis eum necessitat ad poenitendum, quam ad peccandum, vt dicit Scotus vbi supra littera. G. in quibus casibus teneamur vitare peccatores, &

L 2

quos

Propo. 2.

Vide inf.  
d. 34. p. 5

*Tolerat<sup>9</sup>*  
*ab Eccle-*  
*sia quis .*  
quos infra. d. 9. p. 15. & dist. 17. p. 17. in dubio, & d. 19. p. 81. Vi-  
de. 15. quæst. 8. cap. Sciscitantibus; dixit Nicolaus Papa re-  
spondens ad cōsultationem Bulgārorum quod licet sumere  
sacramenta à peccatore quādiu ab Ecclesia toleratur. Di-  
citur toleratus ab Ecclesia, qui non fuit condemnatus, neque  
confessus, neque habet operis euidentiā. Vide infra. dist. 9.  
propof. 15.

*Propo. 3.*  
A præcis ab Ecclesia vt hæreticis, excōmunicatis, & infi-  
delibus probabilius est posse, imò & teneri quemlibet si non  
adit alius, petere & suscipere baptismum. Probatur; quia li-  
citur est cōmunicare cum excōmunicato in casu necessitat-  
is petendo ab eo elemosinam corporalem; & dando illi;  
atq; in spiritali dando ei consilium pro anima, & petendo  
quando alium non habeo à quo petam, ergo etiam licebit re-  
cipere baptismum. Vltra, licet; ergo tenetur, quia baptismus  
est de necessitate salutis, & vbi occurrunt duo præcepta Di-  
uinum & humanum, vel superioris & inferioris plus obligat  
præceptum Dei superioris: sic est in proposito: igitur plus  
tenemur suscipere baptismum ex Diuino præcepto, quā  
vitare excōmunicatum ex præcepto ecclesiastico. Scotus  
d. 5. quæst. 2. circa hanc duos refert modos dicendi, vnus est  
quod tenetur à tali præciso recipere. Alius quod tenetur nō  
recipere: Hunc secundum videretur sequi Thom. 3. p. q. 64.  
artic. 6. ad. 2. sed exponit. Caietanus quod loquitur extra ca-  
sum necessitatis. Videtur sequentibus hunc modum quod  
adultus eo casu saluetur per baptismū flaminis, & qui offert  
paruulum baptizet ipse si potest. Scotus mediat dicēs quod  
adultus potest recipere, & fortè potest non recipere, tamen  
tutius est quod à tali recipiat, quā quod sine baptismo de-  
cedat. De paruulo dicit, quod si ipse non potest baptizare te-  
netur illum offerre baptizandum illi præciso. Ex hoc potest  
sumi argum. quod si teneor illi offerre paruulum, à simili &  
meipsum.

*Propo. 4.*  
Nullus potest baptizare seipsum, si faciat, baptismus est  
nullus. Ita docet Innocentius in cap. Debitum de baptismo  
& eius effectu, datque rationem ex Euangelio Matth. vlti-  
mo. Baptizantes eos, ergo debet esse discretio inter bapti-  
zantem

zantem & baptizatum. Secundò, quia in generatione carna-  
li nemo generat seipsum: igitur à simili in regeneratione spi-  
rituali: de Iudæo qui seipsum baptizauit, dicit quod si more-  
retur saluaretur propter fidem sacramenti: quā habuit,  
hoc est, propter baptismum flaminis. Ad hanc vide Scotum  
d. hac. q. 4. Neq; est simile de susceptione Eucharistiæ, quia  
susceptio, non est sacramentum.

Si baptizandus est monstrum & potest haberi certitudo, *Propo. 5.*  
quod sint duæ animæ debet baptizari vt duæ personæ. Sic  
refert Scotus hac. d. q. 2. fuisse monstrum duorum capitum  
in Francia; Lyranus. super illud. Genes. 1. Masculū & foemi-  
nam creauit eos: dixit quod illud monstrum natum fuit in  
confinio Normaniæ & Britaniæ, anno. 1322. tempore Phi-  
lippi regis Franciæ, quod ab vmbilico ad superiora erāt duæ  
mulieres, ad inferiora vnum corpus, & vna fuit mortua plus-  
quā per annum ante aliam, ex foetore cadaueris alia mor-  
tua est. Si non potest haberi certitudo quod sint duæ ani-  
mæ est baptizandum in partibus quæ pertinent ad vnum,  
cum forma in singulari: secundò est baptizandum in alijs  
partibus, de quibus est dubium si pertinent ad aliam ani-  
mam, sed sub conditione.

Vnus potest baptizare plures. Vide supra distinct. 3. *Propo. 6.*  
propof. 3. Sicut potest vnus sacerdos consecrare plures ho-  
stias.

Si plures possint baptizare eundem quæstio est: Si vnus *Propo. 7.*  
dicit verba vt mutus, alter abluat vt mutus non est ba-  
ptismus: ita tenet Alexand. 4. p. quæst. 17. membr. 6. quem  
sequuntur Thom. 3. part. quæst. 67. artic. 6. ad. 3. & Sco-  
tus hac. dist. quæst. 2. litera. E. ratio est quia forma est fal-  
sa. Ego te baptizo: cum vnus baptizet siue abluat, alter  
dicat verba. Facit cap. Quorundam. d. 23. Vbi ordo sacer-  
datus ab episcopo faciente, & presbytero legente docetur  
irritus fuisse, citatur ille textus à Gratiano quasi concilij  
Toletani, sed habetur & est concilij. 2. Hispalensis cap. 5.  
Caietanus vbi supra Thomas tenet quod est sacramen-  
tum, sed ad vitandum scrupulum deberent baptizare in  
forma Græcorum. Vide eum ibi iam ad finem. Si am-

bo abluant & dicant verba sed in plurali, nos te baptizamus dixit Alexand. vbi supra, membr. 7. quod non est baptifinus, quia tatum valet nos, sicut ego & tu siue ille. Debet vero minister esse vnus, quia significat Christum qui est vnus interius baptizans: Thomas vbi supra sequitur Alex. Alij aliter dicunt, quod tantum valet nos, sicut, ego & ego. Re vera nisi in hac Thomas Alexandrum fuisset secutus, argumentis aliquorum e Thomæ discipulis poenas lueret senex bonus Alexander. Loquendo vt loquuntur personæ in dignitate nos pro ego alia est quæstio, quam si vterq; abluat & dicat verba in singulari. De hoc idem Alexand. memb. 6. citato dicit verum esse sacramentum, sequitur & Thomas: neque ab hoc dissidet Scotus. Quod si vnus prior finiat quam alter, qui prius finiuit sacramentum confecit, altero nihil faciente. Eandem tenet Bassolis. dist. 5. quæst. 1. artic. 3. propter autoritatem Innocentij de officio Missæ, quod plures sacerdotes possunt eandem hostiam consecrare. Vide infra. dist. 13. propof. 5. Quod Scotus in hac parte sequatur Alexandrum constat partim ex litera in citata. q. q. non est verofinale quod vnus annullat factum alterius, partim clarius in reportatis. Hic posuit soluendo primum arg. quod difficile est quin vnus verba superfluant, sed cuius? difficile est inquit assignare, quia qua ratione vnus, & alterius; & ita vel vtraque vel neutra, responsionem quære. Hæc Scotus; ibi quasi per additionem apponitur, quod baptismationem vnus Deus acceptat, cuius tamen ipse nouit. Dico quod hæc non obstant vt diuersum senserit ab Alexandro, patet ex reportatis. Ideo eius argumenta subnectuntur cum solutionibus.

*Argu. 1.* Non potest idem effectus esse à duabus causis totalibus, sed in casu duo illi ministri sunt duæ causæ quorum quilibet est totalis in suo genere causandi, vt minister; ergo alter superfluit.

*Argu. 2.* Secundò cuilibet actioni correspondet sua passio, sed sunt plures actiones, quælibet tota à suo ministro: igitur plures baptismationes passiuæ, & per consequens plures baptifini.

Ad pri-

*Solutio.*  
Ad primum, illa maior siue maxima qua Scotus pluries vtitur, vt in. 1. distinct. 2. quæst. 3. liter. B. & in. 3. distinct. 1. quæst. 2. litera. A. & in præfenti, multos habet impugnatores. Qui vero illam sequi, aut tutari volunt plures ei glossas adhibent: vt Caietan. 3. part. quæst. 3. artic. 6. qui dat glossam triplicem qua vera fit: Gabriel in. 3. distinct. 1. q. 1. artic. 3. dubio. 3. citato Ocham. Videtur breuiter loquendo quod Scotus per causam totalem intelligit causam præcisam efficientem, seu inducentem effectum se sola sine adminiculo alterius causæ eiusdem rationis. Quod intelligat præcisam patet ex loco citato in tertio: vbi loquitur vtendo hoc termino præcisè, dicendo. Vnum dependens non dependet præcisè nisi ad vnum quod totaliter terminat eius dependentiam. In primo loco citato sed ante literam. B. in 2. probatione primæ viæ vtitur terminò ad æquationis, quod actus aliquis non potest habere duo obiecta adæquata. v. g. adæquatum in ratione motiui non potest esse duplex; neque adæquatum in ratione quietatiui. Ibidem loco citato litera. B. dicit non possunt esse duæ causæ totales in eodem genere causæ. In tertio vtitur termino eiusdem rationis dicens, non potest dependere dependentia eiusdem rationis ad aliud. Per hæc excluduntur multa. Nam idem effectus est à Deo, à sole, & ab homine totaliter, totalitate effectui conueniente non tamen totalitate conueniente causæ, quia causæ non sunt eiusdem rationis, siue eiusdem generis in causando. Hoc est eiusdem speciei, quia ratio cuius signum est nomen definitio fit. 4. Metaph. text. 28. seu cap. 5. Solet sic allegari. Ratio quam nomen significat est definitio. Idem filius est à patre & matre, non tamen pater & mater sunt causæ eiusdem rationis in causando: neque potest esse, à duobus patribus, aut duabus matribus præcisè & adæquatis. Ratio Scoti ad hanc maximam in locis citatis est quia simul dependeret & non dependeret; vna illarum deficiente nihilominus effectus permaneret. Quod intelligat efficientem seu inducentem effectum e solo nomine causæ constare debuit, sed in reportatis hac. distinct. L 4 quæst. 2.

quæst. 2. soluendo præsens argumentum constat hoc poni ad differentiam causarum ministerialium, seu instrumentalium. Modo ad argumentum dico secundum eundem Scotum modo citatum quod talis baptismus licet sit à duabus ministerialibus non tamen inducentibus effectum, quia solum vna est causa principalis agens quæ inducit effectum per vtranque causam ministerialem, quasi per vnam. Tunc est dicendum, quod Scotus dicens in scripto Oxoniensi difficile est quin alterius verba superfluant velut dicere non sunt necessaria, quia sine illis potest haberi baptismus, sed non quod verba & actus alterius superfluant quasi rebaptizantis, si videlicet, ut est in casu simul incipiant, & finiant, atque responsionem quam dicit quære, sit illa quam retulimus ex reportatis.

*Ad. 2.*

Ad aliud respondeo conformiter ad eundem Scotum tam in scripto Oxoniensi quam in reportatis, quod licet sint plures actiones non tamen sunt totales, ut dictum est, ideo potest illis correspondere vna passio respectu vnius causæ principalis, & vnius subiecti in quod recipitur. De actione quomodo sit in agente vel in passio secundum Scotum habes supra. distinct. 3. propos. 3. Ioannes de Bassolis eiusdem Scoti auditor & discipulus lib. 1. dist. 7. quæst. 4. articul. 2. positus duabus opinionibus de actione; vna quod sit in passio, alia quod non sed formaliter in agente tenens hanc secundam dicit quod Aristoteles magis videtur declinare ad primam, quod actio de genere actionis est in passio, sed quod de opinione Aristotelis non est curandum, quia pro ea non videbat rationem; Et respondendo rationibus illius opinionis negat expositionem Scoti positam citata. d. 3. quod intelligat Aristoteles de termino actionis siue de actione acta quod illa sit in passio, sed ait quod re vera Aristoteles in aliam declinauerit opinionem. Locus Aristot. habetur. 3. Physi. text. 18. seu cap. 6. & 2. de anima text. 139. Vnde in. 4. d. 5. quæst. 1. articul. 3. Bassolis concedit in casu argumenti plures ablutiones tam actiuas quam passiuas.

*Replica.*

Si dicas, ergo ab vna causa principali & ab vno ministro, cum sit vna actio non erit nisi vna passio & sic non erunt plures baptismi vno baptizante plures,

Respon-

Respondetur, quod sunt plures actiones ad modum exponentum quod actio ut dicit rem actam est in passio, & tot sunt baptismi quot fuerint baptizati: & tot consecrationes quot hostiæ consecratæ ab vno. *Solutio.*

In baptizante requiritur intentio baptizandi. Hæc est de *Prop. 8.* fide, docetur in concilio Florentino citato supra. d. 1. p. 8. Hæc intentio dicit Concilium est faciendi, quod facit Ecclesia: quæ intentio etiam requiritur in suscipiente si est adultus. Magister in litera cap. 5. docet hanc propositionem. Ex hac patet, quod non est necessaria intentio finis, id est, conferendi gratiam, neque proferendi verba eo fine quo instituta à Christo sunt; omnia enim implicantur volendo facere, quod facit Ecclesia, & faciunt Christiani. Sic exemplificat Scotus. d. 4. q. 4. litera. E. & hac. d. q. 5. ad primum principale de dicente, aut permittente dici supra se verba incantationis à venefica siue credat siue non credat intendens quod dicantur eo animo quo sunt instituta, talis remanet incantatus. A simili suscipiens baptismum etiam si credat non valere, & propter sanitatem corporalem faciat, habens præfatam intentionem est baptizatus. Intentio non sufficit habitualis, quæ & posset esse in curato ebrio, aut furioso ex consuetudine baptizandi inclinante ipsum habitu ad similes actus. Ratio est, quia hic actus sicut & alij actus virtuosus debent esse actus humani: Est verò actus humanus, actus causatus ab hominis voluntate deliberata, ut in. 2. d. 38. p. 1. & à Scoto citata. q. 5. litera. B. igitur requiritur intentio, & non sufficit habitualis, quia propter illam non dicitur actus humanus, ut dicit Scot. hac. d. q. 6. litera. C. Neque etiam requiritur actualis, quia cum non sit in potestate nostra quin visis tangamur ut dicit August. 3. de lib. arb. cap. vlt. obligasset Deus vel ad impossibile vel ad nimis difficile si administrando sacramenta tenerentur ministri non esse distracti. Sufficit itaque intentio virtualis, quæ est quando aliquis primò habuit intentionem actualem virtute cuius mouetur ad actum etiam distractus tempore ipsius actus. Hæc duæ actualis & virtualis sufficiunt quælibet se sola ad sacramenta danda & recipienda, atque etiam ad merendum. Vnde sanctus Bona. in. 2. d. 41. num. 33. dicit vnum valde consolatorium

L 5 torium

torium religiosi, quòd qui in principio voverunt super se portare pondus religionis, quidquid faciunt ad obseruantiam religionis ex prima intentione est illis meritorium, nisi intentio contraria superueniat. In alijs quæ non expectant ad suam religionem illa prima intentio non se extendit. Aduertendum, quòd Bonauen. in verbo differt, vocans relationem habitualem quam nos vocamus virtua-lem.

*Dubium.* Si petas vnde est reducendus aliquis effectus in illam primam intentionem actualem? aut vbi fuit impressa illa virtus per talem intentionem? Respondetur, quòd vel à voluntate fuit impressa virtus in potentia motiua, qua virtute durante, virtus motiua mouet: sit exemplum in lapide proiecto, qui tandiu mouetur, quandiu durat virtus impressa à proniciante: vel in appetitu sensitiuo seu phantasia est aliqua dispositio secundum quam mouet cessante actu voluntatis imperantis, vt in lapide proiecto in aquam, primus circulus causat secundum; secundus tertium; & sic deinceps & contingit causari circulos primo iam non manente.

*Corol.* Ex dictis infertur esse vtilissimum religiosi atque alijs Christianis sæpè ad suos actus renouare illam intentionem primam.

*Argum. Solutio.* Si dicas; Nemo potest esse certus de intentione ministri; igitur neque certus se esse baptizatum. Dico hoc verum esse, ideo non sumus omnino certi certitudine cui repugnet subesse falsum quòd sumus baptizati, & forsan hùc tendebant illa verba Christi ad Nicodemum Ioan. 3. comparando natos ex aqua & Spiritu sancto spiritui, id est, vento quem nescimus vnde veniat, aut quo vadat. Nam cum proferat Deus ventos de thesauris suis. Psal. 134. nescimus ex quo loco determinato flare incipiant, & in quo determinato finiantur, sic natos ex Spiritu sancto nescimus certitudinaliter, qui sint etiam si ipsos in Ecclesia confitentes Christum audiamus, neque quæ finem sint habituri. Vel melius præfata autoritas de ipso Christo est intelligenda, qui cum sit Deus de Deo, etiã est Spiritus de Spiritu Patris, cuius vocem Nicodemus

codemus audiens nesciebat vnde venerat, neque quòd ibat ascensurus in cœlum per crucis exaltationem de qua ipsum mox informat. Dico igitur ad argumentum; quòd debet quæri minister non suspectus, quòd vellet illudere: Si non habuerit intentionem, adultus saluabitur baptismo flaminis, vt in cap. Apostolicam de præsb. non baptizato: infans secundum Alex. 4. p. q. 13. m. 1. in fol. ad. 4. erit baptizatus summo sacerdote Christo, cuius potestas non est alligata sacramentis, supplete. Aliqui dicunt, quòd Alex. non permansit in hac opinione: neque certè ipsa est probabilis. Manebit igitur ille puer sicut alij non baptizati. Diuus Thom. 3. p. q. 64. art. 8. ad. 2. videtur sentire non requiri intentionem ex parte ministri, quia ex quo est minister Ecclesiæ agens in persona Ecclesiæ in verbis quæ profert exprimitur intentio Ecclesiæ, quæ sufficit, nisi contrarium exterius exprimat. Sic intelligunt aliqui Thomam vt Adrianus. q. de baptismo ar. 3. q. 4. fol. 38. in libris paruis. Sed quia talis assertio damnatur ex concilio Florent. citato, in excusando Thomam laborant sui. Redeundo ad solutionem arg. dico, quòd talis qui fecit, quod in se erat vt reciperet baptismum si erat adultus pro se, aut pro paruulo impleuit præceptum circa baptismum, & ex quo habetur vehemens præsumptio de recta intentione ministri reputatur pro vero Christiano.

Infertur secundò ex prædictis quomodo sit intelligendus *Corol. 2.* Magister in cap. 5. dicens, quòd ille qui ludo immergitur, vel ioco baptizatur non est baptizatus: quia id verum est de illo ludo quo quis fingit se facere quod non facit, vt qui rixantur & lamentantur in tragicodijs: Si tamen fiat ex ludo, sed vero animo faciendi quod extra ludum fit ab Ecclesia, talis est verus baptismus. Hoc modo baptizati ab Anastasio puero simulato episcopo habiti sunt pro baptizatis ab Alexandro episcopo Alexandria. Refertur historia à Gratiano. 1. q. 1. cap. Spiritus sanctus, sed aduerte quòd ibi vocatur Anastasius, & verè fuit beatus Atanasius, qui postea factus vir in Ecclesia Alexandrina successit,

*De*

*De unitate Baptismi, & Characterē.**Propo. 9.*

**B**aptismus est vnus & initerabilis. Hęc est de fide cōtra hęreticos Anabaptistas, id est, rebaptizatores, de quibus supra. d. 4. p. 4. Donatistę rebaptizabant baptizatos ab Ecclesia, quia dicebant Ecclesiam apud ipsos remansisse: Armenij rebaptizabāt baptizatos ab Ecclesia Romanas eō quōd dicunt apud Latinos neque esse veram Ecclesiam, neque verum baptisma. Probatur conclusio Ephes. 4. Vnus Deus, vna fides, vnum baptisma. De rebaptizatoribus dicit Damascenus citato Paulo lib. 4. cap. 10. Quicumque in Patre & Filio & Spiritu sancto baptizati sunt & rursus rebaptizantur, illi iterum crucifigunt Christum, vt inquit Diuinus apostolus. Heb. 6. Impossibile nanque est eos, qui semel illuminati sunt, renouari in pœnitētiā, iteratō crucifigentes sibi ipsi Christum, & ludibrio subijcientes, vbi annotabis hanc Pauli autoritatem non de pœnitentię iteratione, sed de baptismo intelligi, in quo eius morti configuramur, idē si rebaptizemur signamus q̄ bis mortuus sit, & bis resurrexerit, quod falsum est & hęreticum. Ponitur renouari, nam baptizati melius dicuntur per pœnitentiā curari, quā renouari. Pœnitentia non habet tantas vires ad faciendam nouā creaturam sicut baptismus.

*Vide, &  
inf. d. 14  
p. 12.*

Hanc interpretationem videbis infra. d. 14. in litera Magistri. Ad conclusionem faciunt verba Christi ad Samaritanam. Ioan. 4. Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei non sitiet in æternum (quia est initerabile) sed fiet in eo fons aquę salientis in vitam æternam (quia est ianua omnium sacramentorū, & initium vitę spiritualis.) Vocatur & aqua refectiōnis Psa. 22. Super aquā refectiōnis educauit me: quia reficit initerabiliter, super ipsam educamur ad alia sacramenta, & ad spiritualem vitam. In simbolo Niceno. Confiteor vnum baptisma. Definita est in cōsilio Viennensi habetur in Clemēt. de summa Trinit. §. ad hoc baptisma vnicum. Pro hac scripsit Augustinus de vnico baptismo, & de baptismo cōtra Donatistas, vide in decretis de consecrat. d. 4. c. Ostenditur: Si qui, & Quauis.

Pœna

Pœna iterantium baptisma est irregularitas tā baptizati, *Prop. 10.* quā baptizantis, per cap. ex literarum de apostatis. Eos non excusabit ignorantia iuris, quia initerabilitas eius nequit ignorari: Ignorantia facti poterit excusare iuxta dicta in. 2. d. 22. cui cūm æquiparetur obliuio, vt ibidem, poterit identidem excusare. Cognoui enim ego clericū qui cūm puerum domi baptizasset, postea quia oblitus allatum in Ecclesiam iterum baptizauit. Ad excusandam ignorantiam facti iuuabit cap. Si iudex laicus de sententia excomm. citatum in lib. 3. d. 40. p. 55. ad finem. Sed quia Scotus hac. d. q. 8. arguit ex quodam pœnitentiā Theodori episcopi Cantuariensis, quōd ignoranter bis baptizatus secundum canones est irregularis, & respondet quōd debebat ostendere illos canones, quia turpe est allegare canones, quos iurista nequit mōstrare, sicut theologo est turpe dicere esse de iure Diuino quod non ostendit vbi sit, & tandem dicit quōd illud cap. nullius ponderis est, quia non potuit ille obligare totam Ecclesiam: Aduertes ibi in Scoto solutionē ad multos canones decreti compilati à Gratiano. Nam dicit ibi doctor subtilis, quōd illa decreta non ligant totam Ecclesiam. Gregorius quippē nonus mandat in proœmio decretalium doctoribus quōd sint contenti in scholis & iudicijs illa sua compilatione, similiter Bonifacius in proœmio libri sexti, de constitutionibus editis à tempore Gregorij vsq; ad se, mandat quōd illę solę habeāt robur, quę in libro illo sexto sunt insertę, vnde decreta compilata à Gratiano non sunt maioris autoritatis, quā sit autor pro eis citatus. *Nota.*

Ratio propter quam est baptismus initerabilis est impresio characteris, qui in tribus, baptismo, confirmatione atque ordine imprimitur indelebilis. Ita docet cōcilium Florentinum citatum. Reliqua quatuor quia non imprimunt illum iterantur. *Prop. 11.*

Negare hunc characterem imprimi est hęresis Lutheri, qui dixit in nullo sacramento imprimi characterem, sed esse meram nouorum Theologistarum fictionem. Contra hanc est concilium Florentinum, & Tridentinum sess. 7. can. 9. de sacramentis. Si quis dixerit in tribus sacramentis, scilicet baptismo,

ptismo, confirmatione & ordine non imprimi characterem in anima, hoc est signum quodam spirituale & indelebile, vnde ea iterari non possunt, anathema sit: vide idem Concilium sess. 23. cap. 4. ad idem. Thomas Vvaldensis lib. de sacramentis, c. 109. eundem errorē imponit Vviclepho, cuius verba refert. 4. trialogi cap. 15. quod in sacra Scriptura, neque in ratione considerabat characteres: quæ verba nisi fuissent animo dicta hæretico, vt tam pius autor refert, tolerari potuissent seclusa Ecclesiæ declaratione. Nam & Scotus noster hac. d. q. 9. litera. I. propter solam autoritatem Ecclesiæ dicit eam ponendum, non enim ei occurrebat posse probari euidenter ex creditis, neq; ex ijs quæ per sanctos sunt elicita ex creditis, sed de sacramentis sentiendum esse sicut sentit Romana Ecclesia. Ad abolendam de hæreticis. De characterē vt loquimur neq; Gratianus in decretis neq; Magister sent. meminit. Autoritates scripturæ & sanctorū quæ afferri possunt, intelligi poterant de ipso sacramento quod est signum, aut de gratia. Nam Abraham signum accepit circumcisionis signaculum iustitiæ. Roman. 4. & secundum multos non impressit characterem. Ephes. 4. Nolite contristari Spiritum sanctum Dei in quo signati estis de gratia exponit Thomas. 3. p. quæst. 63. art. 3. ad. 1. Illam. 2. Corinth. 1. Qui confirmat nos vobiscum in Christo, qui vnxit nos Deus, & qui signauit nos, & dedit pignus spiritus in cordibus nostris, in qua fundat Vvaldensis triplicem characterem cicato Haimone, id est, signum confirmationis, vnditionis siue baptismatis, siue ordinis, quo signat Deus, qui dat pignus siue aram gratiæ, pro qua gratia ponitur pignus, posset ad gratiam referri, quæ confirmat, vngit & signat. Hæ atque similes tunc cogent quando ab Ecclesia in probationem huius sententiæ adducentur, vt in prologo. p. 6. & infra. d. 9. p. 11. Certum est tamen, quod Ecclesia sine autoritate scripturæ non processit ad definiendum, & sine sanctorum expositione, quamuis ignoremus propter quas: vnde sunt cautè citandæ contra hæreticos ne nostram expositionem rideant. Dominicus de Soro in. 4. d. 1. q. 4. art. 1. ostendit se offendi hac Scoti doctrina, & parum abest quin ei velit imponere quod characterem

characterem neget, sed quàm iustè intelliget qui Scoti verba pensauerit, neq; ipse Dominicus etiam in frustra concisus dabit autoritates scripturæ conuincentes.

Si in circūcisione imprimetur character duplex opinio *Propo. 13.* est: vna Alex. 4. p. q. 7. m. 7. negatiua. Hæc sequitur Thomas 3. p. q. 72. ar. 5. ad. 3. & q. 63. art. 1. ad. 3. Alia est affirmatiua quæ tenet Scot. hac. d. q. 9. ad. 1. principale. Dicit verò q̄ potest cōcedi fuisse alterius rationis à characterē baptismali, aut eiusdem rationis. Si eiusdem, potest concedi q̄ circūcisio baptismus non imprimetur characterem, vel q̄ per baptismū primus perficiebatur, & differret sicut perfectum, & imperfectū in eadem specie. Inde circūcisio non solum in corpore sed in anima erat signū. Forsan inde nata sunt hæc opinionēs, quia de circūcisione, si erat proprium sacramentū fuisse opiniones vt supra. d. 1. p. 15. Non tamen cōvincetur inde natas opinionēs, quia & sacramenta quatuor nouæ legis verè sunt sacramenta & characterem non imprimunt.

Eractus seu effectus characteris ponitur quadruplex. *Def. Propo. 14.* Dicitur enim character à verbo Græco χαραττω, significante idem quod sculpo, figuro, assimilo, imprimo, aut cum verbo & nomine, inuro notam: idcirco character, erit idem quod, sculptura, figura, assimilatio seu similitudo, impressio, notæ inultio. Latinus interpres Heb. 1. vertit figuram loquens de filio Dei, qui cum sit splendor & figura substantiæ eius, habetur in Græco, character. In officio sanctæ Trinitatis composito per Ioannem Pechanum discipulum sancti Bonauenturæ sic dicere solebamus in hymno. Aeternæ mentis oculo, dum pater in se flectitur, in lucis suæ speculo imago par exprimitur, & loquitur de persona filij. Figura seu similitudo quæcunq; duo facit, assimilat habentem alteri habenti, & distinguit à non habente, hæc duo facit character, assimilat habentes illum inter se, & distinguit à non habentibus. Habet alia duo propria & sibi peculiaris, quia est signum rememorative sacramenti suscepti, est signum conformatiuum ei cuius est sacramentum, & obligatorium illi eo modo quo suscipiens sacramentū obligatur per eius susceptionem. Hæc ex doctrina Scoti hac. d. q. 9. litera. A. Sunt itaque quatuor quæ



quæ facit: Assimilat, distinguit, significat, conformat. Alex. Alenf. 4. p. q. 19. m. 2. quem alij sequuntur supresso conformat, pro eo habet disponit. In distinctione & assimilatione omnes conueniunt quòd assimilat oues Christi inter se, & distinguit eas ab illis, quæ nõ sunt eius: vel fidelem positum in vno gradu distinguit ab illo, qui non est in eo gradu: Exemplum est de militibus quod ponit citatus Alex. assumptibus arma regis, per quæ signantur esse de regis exercitu, possent verò esse de parte contraria, nihilominus arma de se verum significarent, falsitate permanente in accipiente. Hoc modo multi fideles vel Christiani in inferno habebunt Christi characterem. Hoc militare signum vocauit diuus Basilus in exhortatione ad baptismum Tesseram dicens. Tesseram duces sub se militantibus dant, vt amici facilius inuicem se noscentes exhortentur, & si cum hostibus commisceantur, eo facilius discerni ac separari possint. Quod si fortè commilitonum separatio fiat, nemo te, quarum partium sis, nouerit; nisi mysticis signis familiaritatem præ te feras, nisi signatum sit super te lumen vultus Dñi: nisi characterem in te agnoscat angelus, quoniam modo pro te pugnabit, aut ab inimicis vindicabit. De hac Vergilius. Clastica iamq; sonant, in bello Tesseræ signum. Quidam dicunt fuisse Tabellam exagonã, seu sexquilateram: at verò tam ex nomine, quàm ex beato Isidoro lib. 13. Etymolog. cap. 63. Tesseræ vocatæ sunt, quia quadratæ sunt ex partibus omnibus. Hoc apparet in lusoria tabula, in quã iaciuntur quadratæ, & puncta habentes. Græcè Tessares idem est, quod quatuor. Alio nomine tale signum vocatur Symbolum, vt habes in. 3. d. 25. p. 18.

*Aenci. 7  
iam ad si-  
nem.*

*Argum.  
Solutio.*

Si ex hac autoritate arguas cõtra duodecimã propositionẽ, quòd ex ea euidenter probatur character: Negatur, quia parum infra idem Basilus vocat ipsum baptismum characterem inquiens. Baptismus est captiuorum, & æris alieni remissio, peccati mors, animæ regeneratio, amictus splendens, character indeprehensibilis, cœli iter, regni cœlestis conciliatio, adoptionis gratia. Bene quidem ex præfata autoritate fumitur apparens argumentum. In Basilij autoritate notabis, quòd character est signũ angelis: quam doctrinam sequitur citatus

citatus Alex. atq; etiam animabus separatis, non quidem signum indigentis, quasi angeli & animæ separatæ non possint cognoscere oues Christi sine illo signo, cū Abel & aliqui patriarchæ illud non habuerint, sed est signum dignitatis dicit Alexander. Neque in hoc placet sententia Thomæ. 3. p. quart. 63. ar. 1. ad. 2. vocantis characterem signum sensibile in quantum per sensibile sacramentum imprimitur, quia si hoc valeret, fides, spes, gratia, adoptio dicentur sensibiles, quia per sacramentum sensibile infunduntur. Augustinus dicens signum præter speciem quam ingerit sensibus, facere aliud cognosci, vel non de signo spiritali dato angelis, & animabus separatis loquebatur, aut sensibile extendebat ad intelligibile capiẽdo sensum generaliter pro potentia cognitua, vt dicit Scotus hac. d. q. 10. litera. D. Est alia assimilatio per characterem de qua tractat citatus Alex. sub nomine assimilationis, Scotus sub nomine conformationis. Per illum habentes assimilantur, vel conformantur ei cuius est sacramentum. Sacramenta sunt effectiue à tota Trinitate, ideo character Trinitati assimilatur neque magis vni personæ quàm alij, sed ex appropriatione assimilatur siue conformatur Filio, qui est character & figura substantiæ Patris Hebr. 1. ita docet Alex. vbi supra, & Bona. in argumẽto, cui respondet num. 12. Nam baptizati dicuntur induere Christum. Galat. 3. qui est caput à quo gratia omnibus fluit, est & dux exercitus confirmatis, sacerdos secundum ordinẽ Melchisedech. Heb. 7. omnibus sacerdotibus. De eius significato dixit Alex. quòd significat gratiam gratum facientem, & ad eam præparat & disponit; sequuntur Bona. num. 7. Ricard. d. 5. art. 2. q. 1. Scot. iam dixit esse signum rememoratium sacramenti suscepti. Verum dicit idem Scotus hac. d. q. 9. litera. I. dicit, quòd character sit dispositio ad gratiam, qui tamen in. d. 1. q. 4. arguere videtur quòd character non sit talis dispositio dum arguit contra opinionem dicentẽ sacramenta esse causam gratiæ, quia causant dispositionem ad illam videlicet characterem aut ornatum.

Ad hoc dicẽdum videtur, primò quòd Scotus ibi arguens non probat ex professo characterem non esse dispositionem

M ad

*Scot. expo-  
nitur &  
liberatur  
à contra-  
dictione.*

ad gratiam, sed quòd sacramentum non attingat caracte-  
rem, sicut neque attingit gratiam in via sua. Nam in ultimo  
argumento contra illam opinionem, quod ponit ibi in lite-  
ra. A. ante. §. Contra opinionem, videtur dicere, quòd cha-  
racter est dispositio ad gratiam. Possat dici secundo, quòd  
quando Scotus dixit loco citato, quòd est dispositio ad gra-  
tiam non intelligit quomodocunque, sed cum connotato, ad  
gratiam sacramentalem. Hac. d. q. 11. litera. B. dicit sic. Cha-  
racter si ponatur inesse còuenienter ponitur dispositio ad gra-  
tiam sacramentalem. Gratia autem sacramentalis dictum  
fuit. d. 2. p. 4. quòd differt ratione à gratia gratum faciente ad-  
dens supra illam auxilium peculiare Dei ad proprios effectus  
sacramentorum. Character igitur erit dispositio, vt Deus as-  
sistat cum habente characterem ad illos effectus. Scio quos-  
dam tenuisse gratiam sacramentalem differre à gratia gratum  
faciente, sicut plures gratia gratis data; vnde conueniens  
foret quòd in quodlibet sacramento cum gratia gratum fa-  
ciente infunderetur alius habitus gratum faciens, & essent  
tales habitus tot, quot sunt sacramenta. Hanc retulit sanctus  
Bona. d. 1. huius num. 51. non tamen eam tenuit, quia reuera  
ponit pluralitatem sine necessitate, & videtur auxilia specia-  
lia Dei vocare habitus, quod in. 2. dist. 28. p. 1. negauimus.  
Modo sunt attendendi effectus proprii & peculiare sacra-  
mentorum imprimendum characterem. Effectus baptismi  
dixit concilium Florentinum, quòd est remissio culpæ ori-  
ginalis & actualis, atque omnis pœnæ, quod dixerat & Bona.  
modo citatus priusquam Concilium. Huic remissioni est an-  
nexa regeneratio, aut si malis è conuerso: quia baptismus est  
regeneratio spiritualis in nouam creaturam, efficit talem ac  
tantam remissionem. Sicut homo natus carnaliter est aptus  
ad viuendum, ita regeneratus per baptismum recepit cha-  
racterem tanquam potentiam ad adus vitales vitæ spiritua-  
lis cui auxilio suo assistit Deus. Hinc vocatur ianua sacrame-  
ntorum baptismus, & ex consequenti eius character erit di-  
spositio recipiendi cætera sacramenta. Effectus confirma-  
tionis dicit idem concilium Florentinum est, quia in eo da-  
tur Spiritus sanctus ad robur; Character confirmationis est  
dispo-

dispositio; vt auxilio suo speciali assistat Deus cum con-  
firmato ad confessionem fidei, non quia non possit assiste-  
re sine illo, sicut assistit cum multis neque confirmatis, ne-  
que baptizatis, sed ex caractere habetur peculiaris ratio  
quare assistat. Effectus sacramenti ordinis est, augmentum  
gratiæ, qua quis fit idoneus minister iuxta præfatum Con-  
cilium: Character eius erit dispositio, vt Deus suo auxilio  
speciali concurrat cum ordinatis ad idoneè administrandum  
sacramenta supra. d. 4. p. 9. dubio. 1. De gratia hoc modo ex-  
posita possat intelligi doctor subtilis quando in omnibus lo-  
cis citatis vocat eum dispositionem ad gratiam, vtique sacra-  
mentalem. Videri forsan possat alicui, ideo vocari à Scoto  
dispositionem ad gratiam; quia si propter obicem non cau-  
satur, recedente fictione character est dispositio quòd infun-  
datur. Hoc ipse tangit citata. d. 1. q. 4. litera. A. in argumen-  
to finali ante. §. contra opinionem. Sed dico non esse id de  
mente Scoti, qui. d. 4. q. 5. litera. C. tractās quomodo fictione  
recedente baptismus consequitur suum effectum dicit. Nec  
oportet dicere characterem in ficto aliquid operari, sed so-  
lum quòd Deus ex eadem pactione assistit etiam postea ei,  
qui suscepit, ad cauandum effectum quam cito obex tolli-  
tur. Tunc est dicendum quòd in priori loco. d. 1. nō loquitur  
secundum mentem propriam; sed secundum mentem illo-  
rum, qui ponebant sacramenta agere seu attingere caracte-  
rem & ornatum tāquam dispositionem necessitatem ad gra-  
tiam: id in illo argumēto satis apparet, atq; in alio argumēto  
ante literam. A. Nota dispositionem necessitatem quantum  
est de se nisi aliūde ex fictione impediretur, & hoc est qd Sco-  
tus negat citata. d. 4. q. 5. Possat verò concedi character dispo-  
sitis ad gratiam non necessitans, sicut necessitat organizatio  
corporis ad animam, sed vt causa sine qua non. Exemplum in  
sanguine posito ad postes Hebræorum Exod. 12. ne percuter-  
entur ab angelo. Causa liberās erat Diuina volūtas & pactū  
initum cum Hebræis, sanguis erat dispositio, vt causa sine qua  
non consequerentur effectum liberationis, talis est character  
in ficto. Hoc sufficit vt dicatur dispositio ad gratiā, vel à Do-  
ctore subtili, vel ab alio.

*Argum.* Contra arguitur. Scotus negavit causam sine qua non in lib. 1. d. 3. q. 7. litera. A. dicens, quod si ponatur causa sine qua non, erunt ponenda quinque genera causarum.

*Argu. 2.* Secundo arguitur. Gratia est principalior effectus sacramenti quam character, patet quia omnia conferunt gratiam, neque tamen omnia imprimunt characterem, igitur character non est dispositio ad gratiam. Confir. quia dispositio ad formam debet esse prior, quam forma. Sed in proposito est e converso, quod gratia est prior characteri.

*Solutio.* Ad primum dico, quod Scotus aperte concedit causam sine qua non, in lib. 2. d. 25. litera. N. soluendo argumentum Henrici; In qua solutione dicit, quod Henricus negavit causam sine qua non verbis, & tamen in sententia suorum dictorum illam concessit. In primo arguebat contra eundem Henricum qui totam aetivitate notitiae dabat animae, & nullam obiecto, igitur sine obiecto poterat fieri, & haberi notitia: neque erat fugiendum ad causam sine qua non, quia si obiectum erat causa sine qua non, & ab eo simpliciter dependeret notitia, forent plusquam quatuor genera causarum, neque Scotus contra Henricum faciebat demonstrationem, sed argumentum probabile.

*Ad. 2.* Ad aliud dico, quod doctores tenentes sacramenta attingere characterem & ornatum, debent consequenter dicere, quod character sit prior quam gratia: Scotus in d. 1. q. 5. litera. A. dicit quod credo ab omnibus conceditur gratiam characteremque in instanti fieri in anima non indisposita. Ibidem in ultimo argumento saepe citato fatetur quod gratia est effectus principalis, quod intelligo non solum perfectione, sed etiam prioritate naturae. Tunc est dicendum, quod intelligendo characterem dispositionem ad gratiam sacramentalem, est considerandus character ad illos peculiare effectus, quos possumus appellare usus gratiae collatae in sacramentis, ut prior: sic est posterior gratia, & prior effectibus illis peculiaribus. Potest etiam dici, ut ante argumenta dicebam, dispositio in facto ad gratiam, quam recedente fictione, & manente semper characteri recipit.

*Prop. 15.* Character est qualitas absoluta spiritualis in qua fundantur

dantur relationes positae in precedenti. Hanc tenet Alex. 4. p. quaest. 19. memb. 1. art. 2. Sequuntur eum Bona. hac. dist. quaest. 1. & Ricard. d. 5. art. 2. quaest. 1. Tho. 3. p. q. 63. ar. 2. cum suis discipulis. Probatur. Character imprimitur, per. c. Maiores de baptismo: sed impressio quatenus dicit rem aetiam seu formam, est in eo cui imprimitur, igitur est qualitas, cum non sit forma substantialis. Confir. quia character assimilat, & configurat, hoc pertinet ad qualitatem absolutam, ergo est qualitas absoluta.

Contra hanc arguitur: De fide est quod character sit ponendus: non est de fide quod habitus infusi sint concedendi, habetur in citato cap. Maiores, & Clement. de summa Trin. 5. Ad hoc baptisma unicum, igitur non est de fide quod character sit qualitas. *Argum.*

Huic argumento dico, quod de virtutibus an sint habitus, & quomodo potest videri in Breuiloq. 1. d. 17. p. 1. Sed esto quod non sit de fide virtutes infusas esse accidentia, postquam est probabilius, quam oppositum, eo pacto philosophando de characteri iuste ponitur accidens in genere qualitatis. Multi eum ponunt in genere relationis, quorum opinionem retulit Alexand. & Bona. atque Ricardus. Scotus noster. hac. d. q. 10. litera. L. videns non posse probari per rationem naturalem, neque per rationem evidentem deductam ex manifeste creditis, aliam formam realem imprimi in susceptione baptismi praeter gratiam & virtutes utrumque reputat sustentabile, quod character sit qualitas absoluta, & quod sit relatio, sed extrinsecus adveniens: vocat relationem extrinsecus advenientem ea. q. litera. B. quae non sequitur necessario fundamentum etiam posito termino. Hinc nisi de aliquibus doctoribus quomodo absolute & simpliciter faciant Scotum fautorem opinionis quod character sit relatio. *Solutio.*

De specie qualitatis ad quam reducatur, varie doctores loquuntur seu Metaphysicantur. Alex. & Bona. ponunt eum in prima specie qualitatis, quae est habitus vel dispositio, in quantum est perpetuus & indelebilis habet rationem habitus; in quantum ad ulteriora disponit habet rationem dispositionis. Dicitur Thomas & Ricard. quod non est proprie

quando erat periculum mortis; Magister in litera ex eodem Leone. Hodie post bene instructos catechumenos non est eis tempus limitatum, licet in can. ante. ea. d. ex concilio Bracharenfi assignarentur eis dies viginti. Et ex can. Iudæi. ea. d. assignarentur Iudæis propter eorum frequentem perfidiam octo menses ex concilio Agathensi. Debebunt ideo adulti post instructionem quamprimum poterunt baptizari, alias notabiliter differentes peccabunt, quia præceptum quamvis affirmatiuum non adimplent, cum possint & teneantur, multaque pericula subito accidere possint.

*Prop. 19.* Pro paruulis non est baptismus differendus, quia non possunt instrui plenius, quamvis expectent. Ad hanc vide canonem concilij Trident. citatum supra. d. 4. p. 4. Expectare verò octo aut decem dies ut caro pueri aliquantum dureseat, non est transgredi præceptum. Ipsi etiam infantes alijque adulti non sunt in priuatis domibus baptizandi, nisi ex grauisissima necessitate nequeant ad Ecclesiam deferri, excipiuntur filij regum, vel principum in Clement. vnica de baptismo. Inde aliter facientes peccabunt, quia ibi præceptum imponitur.

*Prop. 20.* Ritus, quem Ecclesia obseruat dādo baptismum, est, quod baptizandus prius catechizetur, & dæmō exorcizetur. Mag. in litera cap. vlt. & de consecr. d. 4. à capitulo. Siue paruuli, quod est Celestini, atque per multa cap. sequentia explicatur ritus Ecclesiæ quis sit & quid significet. Catechismus Græcè, valet Latine instructio: debent nanque baptizandi instrui de Symbolo, præceptis Decalogi, oratione Dominica. Dixit quippe Christus Matth. vlt. prius, docete omnes gentes, deinde baptizantes eos. Exorcismus est adiuratio dæmonis ne noceat baptizando quò impediatur à recipiendo baptismo. Est tanta dæmonis inuidia in hominem quantam describit Cyprianus in sermone de zelo & liuore super illa verba Petri. 1. cap. 5. circuit quærens quem deuoret iniquiens. Circuit ille nos singulos, & tanquam hostis clausos obsidens muros explorat, & tentat an sit aliqua pars membrorum minus stabilis, & minus fida, cuius aditu ad interiora penetretur. Offert oculis formas illices, & faciles volupta-

luptates, ut visu destruat castitatem. Postquam discurret per alia membra subdit. Cum latenter non potest fallere, exertit atque apertè minatur, terrorem turbidæ persecutionis intentans, ad debellandos Dei seruos inquietus semper, & semper infestus. In pace subdolos, in persecutione violentus. In lib. de vanitate idolorum sic ait. Falluntur & fallunt Spiritus insyncri, & vazi, vitam turbant, somnos inquietant, irrepentes etiā spiritus corporibus & occulta mentis terrent, membra distorquent, valitudinem frangunt, morbos laceffunt. Subdit de exorcismis. Hi tamen adiurati per Deum verum nobis statim cedunt & fatentur, & de obsessis corporibus exire coguntur. Videas illos nostravoce & oratione occultè flagellis cedi, igni torqueri, & vel exiliunt statim, vel euanescent gradatim prout fides patientis adiuuat, aut gratia curantis aspirat. Est autem potestas eius tanta quantam videbis Iob. 40. & 41. sub nomine Behemoth & Leuiathan, quia non est super terram potestas quæ comparetur ei, qui factus est ut nullum timeret: idcirco cum impediri non possit à malitia sua, humana & terrena virtute, vtitur Ecclesia exorcismis, & orationibus. Quamvis enim. 1. Reg. 16. dicatur, quod percutiente citharam Dauid quando spiritus malus irruebat in Saulem refocillabatur & leuius habebat, recedebat enim ab eo spiritus malus, musica non erat potens ad expellendum illum. Faciebat vero ad sedandas naturales passiones cholerae, aut melancholice ex quarum dispositione grauius dæmon vexabat. Illis sedatis refocillabatur Saul & ferebat leuius, atque ex consequenti recedebat, iterum tamē reuersurus. Verosimile etiā est quod citharam percutiendò psalleret hymnos Diuinos, qui ad id quoque iuuarent. Ad eum modum Helisæus. 4. Reg. 3. fecit vocari psalten ad cuius cantum prophetauit, quia virtute musicæ eius animus trahebatur ad quietem, & dilationem cordis sedatis passionibus, ut aptior esset ad Diuinas illuminationes. Quando Tobia. 6. & 8. dicitur de iecore piscis quod positus super prunas extricabat omne genus dæmoniorum, non hoc à virtute piscis erat, alioquin iam super terram esset potestas supra dæmonum potestatem, sed ipse Raphael dæmonem ligauit. Vide in breuiloquio. 2. d. 10. p. 10. in

quodā argument. 3. Imo credo, neq; contradicit dictis ibi, q̄ Raphael cū esset angelus naturali sua virtute nō posset ligare dæmonē maioris virtutis naturalis nisi concurrēte Diuina virtute, aut altero bono angelo maioris virtutis coadiuuante. Hinc constat quare in obsessiōe corporū, aut alijs tentationibus plures dæmones assistant se mutuo iuuaturi. Per hoc non contradicimus aut falsitatis arguo verba ipsius Raphaelis, q̄ extricabat dæmones, quia Raphael dixit, quōd ad impositionē super prunas & fumū factū est, sed ab ipso Raphael ex merito orationis Tobix, neque angelus eam virtutē iecori piscis tribuit, sicut tribuit felli dicendo, q̄ valebat ad sanandos oculos ab albugine. Quæ virtus naturalis potuit esse in felle. Ad impediendos itaq; dæmones Ecclesia vtitur illis exorcismis, & aquæ benedictione. De exorcismis vltra præcitata, idem Cyprianus lib. 4. epist. 7. docet quomodo more Pharaonis diaboli malitia sit pertinax vsq; ad aquā salutarē, in qua omnes nequitix suæ vires amittit, sicut Pharaon tādū potuit resistere & præualere, donec ad aquā veniret, vbi victus & extinctus est. Quod hodie etiā geritur, vt per exorcistas voce humana, & potestate Diuina flagelletur, & vratur, & torqueatur diabolus: cū ad aquam salutarem, atq; ad baptismi sanctificationē venit illic diabolus opprimitur. Ecce quomodo exorcismi sunt flagella contra diabolū ante baptismū, sicut mirabilia per Moysen fuere flagella Pharaonis ante mortem eius in mari rubro. De benedictione aquæ idem lib. 1. epist. 12. Oportet mundari aquā & sanctificari prius à sacerdote, vt possit baptismi suo, peccata hominis qui baptizatur, abluere. Nota oportet, quia conuenit, necessariū absolutē non est. De oleo parū infra. Porrò Eucharistia, & vnde baptizati vnguntur, oleū in altari sanctificatur. Basilii lib. de Spiritu sancto cap. 27. docens quomodo habemus multa in Ecclesia per traditionē sine scripto ait. Cōsecramus aquā baptismatis & oleū vntionis, præterea ipsum qui baptismū accipit, ex quibus scriptis? Nōne à tacita secretaq; traditione. De sale habetur in cap. Sal. de consecr. d. 4. & per Ezechielē dicit Deus animæ sub typo Hierusalē. Quādo nata es in die ortus tui nō est præcisus vmbilicus tuus (id est peccatū originis per quod

*Vide lib.*

*1. d. 44.*

*p. 8.*

*Aqua.*

*Oleum.*

*Sal.*

quod sustentamur pœnalitatibus, sicut infantes per vmbilicū in vtero matris) aqua non est lota in salutem (id est baptismi) nec sale salita (id est sapientia, & prudentia) neq; inuoluta pannis, id est virtutibus. Hæc inde prosequitur Dominus à se præstita. Tandē pro ritu Ecclesiæ in baptismi sic definiuit concil. Trident. Sess. 7. can. 13. de sacramentis. Si quis dixerit receptos & approbatos, & Ecclesiæ Catholicæ ritus in solenni sacramentorū administratione adhiberi consuetos, aut cōtēni, aut sine peccato à ministris pro libito omitti, aut in nouos alios per quencūq; Ecclesiarū pastorem mutari posse, anathema sit. Per hanc definitionem dāatur Caluinus dicēs neq; aquam baptismi, etiam si per tempus liceat, esse oratione aut signo crucis ante baptismum sanctificandā; neq; adijciendas esse baptismi olei, aut chrismatis illitiones: ritus etiā hos Ecclesiæ vocabat aquæ pollutiones, incantationes, Sathanz imposturas, pōpas theatricas, & foeda baptismatis inquinamenta: Oecolampadius, Bucerus & alij sacramentarij in eodē errore fuerunt. V viclephus & V valdenses seu pauperes de Lugduno etiā dixerunt non esse miscendum oleum sacrum in baptismi. Armenij dixerunt è contra, esse de necessitate, quōd baptizandus chrismate inungeretur. Quæ assertio est etiam heretica. Nam absq; chrismate cōstat baptismus. Sunt quidem hæc sacramentalia de necessitate ministri, quæ semel præstita, quando postea constitisset baptismū fuisse nullum, possent cū vero baptismi iterari. Catechismus seruatur etiā cum paruulo, vt idem sit ritus semper in sacramēto, licet ipse non sit capax disciplinæ. Respondet pro eo patrinus, vt fidei iussor qui indē ediscit se obligatum docere paruulum sub pœna peccati mortalis, quando eū parentes, aut alij tutores non docuerint symbolum, & alia rudimenta christianitatis. Valet illa responsio credo, id est paratus est infans credere, mundo abrenunciare, & sic in alijs: In ciuilibus tutores obligare possunt pupillos in propriam eorū vtilitatem, similiter patrinus infantes, quorum conditio melior fit in baptismi.

DISTIN.

## DISTINCTIO .VII.

## De sacramento Confirmationis.

Prop. 1.



Confirmatio est unum de sacramentis ab ipso Christo Domino institutum. Determinata est in concilio Tridentino, Sess. 7. canon. 1. de sacramentis. Prima pars huius est contra Lutherum dicentem, confirmationem non esse sacramentum, neque gratiam conferre sed esse meram ceremoniam & ritum quandam: mirarique se dixit, quid Ecclesie in mentem venerit ut eam faceret sacramentum. Contra quod expressius idem concil. Trident. citata Sess. cano. 1. de confirmatione ait. Si quis dixerit confirmationem baptizatorum ociosam ceremoniam esse, & non potius sacramentum, aut olim nihil aliud fuisse, quam catechesin quandam, qua adolescentie proximi, fidei suae rationem coram Ecclesia exponebant, anathema sit. Videatur & concil. Florent. Secunda pars quod fuerit ab ipso Christo institutum est contra Alexan. 4. p. q. 24. m. 1. quem sequitur Bonavent. hac. d. q. 1. qui dixit, sine praedicio tamen, quod Christus neque instituit hoc sacramentum, neque dispensavit, sed post mortem Apostolorum instinctu Spiritus sancti institutum fuit quantum ad materiam & formam in concilio Meldensi, alij dicunt quod in Aurelianensi, quorum decreta referuntur de consecr. d. 5. cap. Vt ieiuni, & cap. Vt episcopi, iam vero non est locus huiusmodi sententiarum.

Propo. 2.

De tempore quo Christus illud instituit ambiguitas est, quae occasionem videtur dedisse Alexandro. Quidam dicunt quod quando paruulis manus imponebat. Matth. 18. Marci. 10. Lucæ. 18. Contra, quia non omnes illi paruuli erant baptizati ut est verosimile, imo nulli, aut saltem pauci: igitur neque est credendus Christus praestitisse sacramentum confirmationis ante baptismum; illis imponebat manus quasi vir sanctus benedicendo. Dominicus Soto in. 4. d. 7. artic. 1. imponit Scoto, quod dixerit, hoc sacramentum institutum in die

Paschæ;

Paschæ, quando Christus insufflando dedit apostolis Spiritum sanctum. Ioann. 20. quam falso imponat intelliget clarè qui legerit primam Scoti quaestio. hac. d. litera. B. ibi tantum arguit contra materiam & formam huius sacramenti, ex illo loco & ex aduentu Spiritus sancti Act. 2. tamen respondendo in litera. C. tantum loquitur de possibili, quod potuit confirmare Apostolos siue in terris, siue in caelis existens sine sacramento.

Tandem concludit, quod hoc sacramentum fuit à Deo institutum licet modus & tempus huius institutionis in scriptura non legatur. Non enim est improbable multa data Apostolis pro Ecclesia quae in scriptura non legimus. Vide in breuiloquio. 3. d. 9. p. 11. auctoritatem Damasceni de adoratione ad Orientem. Et Basilium lib. de Spiritu sancto, cap. 27. citatum. d. praecedenti ad finem: qui de illa adoratione ad Orientem, quod nos signamus signo crucis & de alijs idem dicit. Subdit contra nostri temporis haereticos. Nam si consuetudines quae scripto proditae non sunt, tanquam haud multum habentes momenti conemur rejicere, imprudentes & ea damnabimus quae in Euangelio necessaria ad salutem habentur imo potius ipsam fidei praedicationem ad nudum nomen contrahemus. Ante haec verba dixit, quod dogmata quae in Ecclesia praedicantur, siue doctrina scripto prodita, siue Apostolorum traditione, utraq; parem vim habent ad pietatem. Haec Basilius.

Alia opinio dicit, quod in die Pentecostes quando datus fuit Apostolis Spiritus sanctus. Hanc Echius homil. 25. de sacramentis imponit Armachano lib. 9. de quaestionibus Armeniorum. Verum illa traditio Spiritus sancti fuit ad robur visibiliter, & fuit effectus qui datur per sacramentum, non sacramentum ipsum. In die Paschæ fuit datio Spiritus sancti ad soluendum, atque ligandum, ut completeretur in eis sacerdotium, quo in die coenae fuerant initiati.

Sanctus Thom. 3. p. q. 72. artic. 1. ad. 1. dicit, quod Christus instituit hoc sacramentum non exhibendo sed promittendo Ioann. 16. Si non abiero Paracletus non veniet ad vos, si autem abiero mittam eum ad vos, quia cum in hoc sacramento detur

3. Opin.

4. Opin.

5. Opin.

tur Spiritus sancti plenitudo, illa non fuit danda ante Christi ascensionem iuxta id. Ioann. 7. Nondum erat Spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Vnde videtur eius mens quod fuerit instituta Christo viuente, tradita in die Pentecostes. Auctoritas vero Ioann. 7. tantum intelligit, quod non fuit Spiritus datus, neque dari congruebat visibiliter ante glorificationem Christum.

6. *Opin.* Alia sententia verior quam tenebat Magister meus: In die coenae fuit hoc sacramentum institutum. Probat. Eo die fuit instituta huius sacramenti materia, ergo & forma. Antecedens probatur ex decreto sancti Papae Fabiani, quod refert Gratianus de consecr. d. 4. cap. literis. Deest vero illi capitulo quod facit ad praesens propositum. Nam post illa verba errant qui talia excogitant, interposuit haec. Si quidem in illa die, videlicet coenae, Dominus Iesus postquam coenauit cum discipulis suis & pedes eorum lauit, sicut à sanctis Apostolis praecessores nostri acceperunt nobisq; reliquerunt, chrisma conficere docuit. Ecce ex huius antiquissimi pontificis testimonio habemus in die coenae docuisse Christum consecrationem chrismae, vnde ipse pontifex iubet quotannis cremari vetus, & consecrari nouum quod omnes Ecclesias dicit habere in more ac consuetudine igitur verosimile etiam est, quod docuit finem propter quem id faciebat, & sic docuit eos ibi tam materiam, quam formam ipsumque sacramentum instituit. Thomas Vvaldensi lib. de sacramentis cap. 10. 13. & 14. dicit, Christum, & Apostolos vsos materia huius sacramenti. De Apostolis potest dici vel quod ibi non fuerint confirmati (qui tam citò defecerunt) vsque ad diem Pentecostes: vel melius, fuisse tunc confirmatos vt omnes characteres suo ordine haberent, nec mirum quod defecerint, qui etià suscepta Eucharistia tam cito peccauerunt. Spiritus nondum erat datus, iam fuit expositum. Nam quando dixit. Qui credit in me flumina de ventre eius fluent aquae viuae, quod exposuit Euangelista de spiritu quem accepturi erant credentes, qui nondum erat datus, non de sacramento hoc loquebatur, sed de visibili aduentu Spiritus supra Apostolos & de redundantia ipsius Spiritus per Apostolos in ceteros credituros per

Vide cōc.

Tolet. 1.

cap. 20.

quod Episcopus

licet

consecr.

chrisma

omni tēpo

re.

per eos. Quod dictum fuit de baptismo, dicendum est de confirmatione, scilicet fuisse amplioris virtutis post passionem, quam antè, quia non ita plene datus est in ea Spiritus sicut post Christi glorificationem.

*Propo. 3.* Materia huius sacramenti est chrisma confectum ex balsamo & oleo per episcopum benedicto. Ita docet concilium Florent. Oleum signat conscientiae nitorem, balsamum odorem bonae famae. Vtrunque habere debent in hac vita Christiani. De Christo & Apostolis iam est dictum quod vsi sunt chrismate, non sola manuum impositione, qui vngit etiam manus imponit. Vide & Echiolum homil. 22. de sacramentis dicentem non posse conuinci Apostolos non fuisse vsos materia. Imo crederem probabiliter, quod toto illo anno conseruauerunt chrisma confectum à Christo in die coenae. Quidam dicunt, quod oleum sine balsamo est materia necessaria de necessitate sacramenti: oleum, intellige oliuarum, quod est propriè oleum; nucum, & similia ex assimilatione ad oliuarum dicitur oleum. Probant hanc suam opinionem ex cap. Pastoralis, de sacramentis non iterandis. Dixit Innocentius ibi de illo, qui per errorem solo oleo fuit limitus, quod non est iterandum sed cautè supplendum, quod incautè fuerat praetermissum: igitur sacramentum tenuit. Hanc tenet Caietan. 3. par. quaest. 72. artic. 2. cui consentit Soto. dist. hac. 7. artic. 2. sumens inde coniecturam quod vix iam balsamum verum inueniatur, nam balsamum Indiae Orientalis in illa India solum erat, & in paucis hortis; est vero iam terra illa bellis dissipata: balsamum Indiae Occidentalis dicit, quod non habet iusta indicia veri balsami. Ego contrarium audiui asseruisse medicos in nostra India, quod eosdem & perfectos effectus habeat cum balsamo Occidentali. At vero quando sit verum, seu proprium, quaestio esset Physica non theologica: differentia arborum non faceret balsami differentiam, quando ex propagatione & putrefactione eiusdem speciei sint animalia; & ex diuersis animalibus eiusdem speciei lac, & intra eandem speciem maior perfectio, & minor. Qui tenent balsamum esse de necessitate sacramenti respondent illi textui, quod vbi nil est actum nihil



nihil dicitur iteratum, in casu illo cum sacramentum nõ fuisset, non iterabatur in iterum liniendo chrismate olei, & balsami. Non enim erat solo balsamo liniendus. Si dimissæ foret aliquæ solennitates, illæ in sacramentis, quando vera fuere sacramenta, debent suppleri. Certè hæc glossa non omnino quadrat textui. Papa ibi consulebatur de eo, si fuerat sacramentum, responsio data vt glossantes intelligunt subterfugium potius foret, quã responsio, tam incertos dimittens cõsultentes, ideo talis chrismate sine verbis erat liniendus. Secundum hos concil. Florent. materiam assignauit necessariã necessitate præcepti: Secundum opinionem communem, quæ erat de sacramenti necessitate.

*Propo. 4.*

Episcopus confirmans chrismate antiquo, alterius videlicet, aut plurium annorum mortaliter peccaret, sacramentum vero teneret. Prima pars probatur ex citato decreto beati Fabiani de anno in annum renouando chrismate, contrariũ facientes aut mente vesana facere. Facit cap. Si quis de alio, de consecr. d. 4. vbi clericus vtens chrismate antiquo pro baptismo nisi præoccupante morte, in se dånationis protulisse sententiam manifestatur, & est concilij Lugdunensis. Aliã partem reputo probabiliorem quã oppositam, quia vetus chrisma nõ prophanatur ex alteris anni vetustate, sicut neq; aqua benedicta post diem alterũ Dominicum, neq; oleum infirmorum alterius anni desinit esse materia extremæ vnctionis vt infra. d. 23. p. 2. Dominus Petrus Pontius Legionensis Placentinus episcopus mecum inibi guardiano de hac re tractãs alterius erat sententiæ, quòd non esset vera materia sacramenti. Dixit quippè citatus Fabianus quòd est nouum sacramentum; Tu dic quòd est nouum, idest, innouandum, & sacramentum, idest materia sacramenti, sumpto toto loco partis. Alioquin cum eodem die consecratur oleum infirmorũ desineret post annum esse materia, quod idem episcopus bonæ memoriæ mihiq; amicissimus astruere etiam nitebatur, verum non theologus iuris peritus erat.

*Propo. 5.*

Chrisma debet esse consecratum ab episcopo, vel ab altero, cui talis consecratio committi poterit. Hanc tenet Scotus hæc. d. q. 1. litera. A. Non tamen asserit si de facto potest, aut cui

cui cõmitti talis benedictio. Concilium Floren. Solum dicit, quòd chrisma per episcopum benedictum fit materia. Hinc tenetur de necessitate sacramenti, requiri benedictionẽ: ita tenet Alex. 4. p. q. 24. m. 2. art. 1. §. 3. quem sequuntur Scotus modo citatus. Ricard. hæc. d. q. 1. atque Thom. 3. p. q. 72. art. 3. dum ait, quòd materia baptismi, & Eucharistiæ non benedicuntur ex necessitate, sed ex solennitate: chrisma tamẽ & oleum infirmorum prius benedicuntur: igitur intelligebat de necessitate. Ratione probatur. Ex eo colligimus panem triticeum, & vinum ex vite esse materiã de necessitate Eucharistiæ, quia Christus in tali pane & vino consecrauit: sed ipse Christus in die coenæ chrisma consecrauit, aut ad minus consecrandum docuit, vt sup. p. 2. in opinione. 6. ex decreto beati Fabiani, quando quidem ab eius doctrina Apostoli & successores habent q; oleum consecrant: igitur debet chrisma de necessitate sacramenti esse benedictum. Caiet. vbi supra Tho. tenet consecrationem esse necessariam solum de necessitate ministri, quoniam nulla maior consecratio inuenitur, quã Eucharistiæ, & illam potest sacerdos, ergo & omnem aliam non sacramentalem, dicit tamen sine assertionem. Annotabique quòd in illo casu cap. Pastoralis citati. p. 3. ille fuit linitus oleo solo, tamen per episcopum benedicto, quod fuit vel infirmorum, vel catechumenorum. Nam triplex oleum benedicatur ab episcopo.

Forma huius sacramenti est, signo te signo crucis, confirmo te chrismate salutis, in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Ita concil. Florent. Circa hanc possent fieri quæstiones quæ circa formam baptismi. Chrisma, idest, quod vnguentum. Ex forma patet quòd debet dari in signo crucis, ne sit falsa. In vnctione infirmorum non sic est de necessitate sacramenti forma crucis, imo si daretur sine illa videretur aliquibus non esse peccatum saltem mortale. Constantinus imperator in edicto fidei suæ, quod refertur in concilijs in vita beati Siluestri seu decretis eius, ita ait se confirmatum, Beati chrisimatis vnctione vexillum sanctæ crucis in mea fronte liniuit dicens. Signet te Deus sigillo fidei suæ, in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, in consignationem

N fidei.

fidei, cunctusque clerus respondit. Amen. Hæc sibi Constantinus. Quæ forma coincidit cum forma assignata à concilio Florent. Concilium non instituit formas, sed institutas, explicuit, licet ante illud hanc formam nullibi legamus, ab ore in os venit ad nos ab Apostolis. Cum dixit Siluester: Signet te Deus, loquutus fuit in tertia persona sicut Græci baptizantes: sigillum fidei vocat sacramentum confirmationis, quod in signo crucis dedit: Si dicas Constantinum non fuisse multum sollicitum referendi expressa verba Siluestri; sed quæ sibi eadem videbantur: Aut neges historiam cum Caietan. 3. part. quæstio. 69. articul. 8. non digladiabor.

*Propo. 7.* Minister ordinarius huius sacramenti est episcopus: ita dicit concil. Florent. & Trident. Sess. 7. canon. 3. de confirmatione. Si quis dixerit sanctæ confirmationis ordinarium ministrum non esse solum episcopum, sed quemuis simplicem sacerdotem, anathema sit. Viclephus per hæc damnatur, qui negauit solum episcopum esse ministrum. Vide Thom. Vvaldens. lib. de sacramentis cap. 114. & vigesimū octauum errorem eiusdem. Viclephi damnatum in concilio Constant. dicentem. Confirmatio iuuenum, clericorum ordinatio, locorum consecratio reseruantur Papæ & episcopis propter cupiditatem lucri temporalis & honoris. Ex commissione Papæ potest conferri à simplici sacerdote: ita dicit concil. Florent. citatum. Legitur tamen aliquando per Apostolicæ sedis dispensationem ex rationabili & urgente admodum causa simplicem sacerdotem chrisinate per episcopum confecto hoc administrasse confirmationis sacramentum. Hæc dispensatio habetur. 95. dist. cap. Peruenit. Cum qua doctrina transeunt. Alexand. 4. part. quæstio. 28. membr. 1. articul. 3. §. 2. Bonauentur. hac. dist. numer. 1. Ricard. hac. d. articul. 2. quæst. 1. Scotus. hac. d. q. 1. hoc reputat probabile: vel etiam quod in primitiua Ecclesia non esset differentia inter episcopos & sacerdotes: ideo Gregorius in illa commissione nil dedit sacerdotibus quod ipsi non possent. Vide eum si vis. Thom. 3. part. quæst. 72. articul. 11. ad. 1. etiam dicit, quod potest sacerdos conferre ex commi-

*Vide de-cretū Eu-sebii refer-tur de consec. d. 5. c. Ma-nus quoq;*

*Vide pro Scoto inf. d. 25. p. 5 ad finem.*

missione Papæ. Sed quia dicit Bonauent. quod hoc potest Papa committere propter plenitudinem potestatis, scito esse duplicem plenitudinem potestatis vnam ordinis, alterā iurisdictionis. Si vtraque requiritur ad præfatam commissionem, Papa electus non consecratus episcopus non poterit committere: Si sufficit plenitudo iurisdictionis, committere poterit electus ante suā consecrationem, idemq; poterit collegium Cardinalium sede vacante, quia residet penes illud potestas iurisdictionis. Sunt de hoc opiniones. Cum citatum locū Bonauenturæ legeris videbis quomodo Dominicus de Soto falso ei imponat quod tenuerit Papam non posse committere id simplici sacerdoti. In loco ubi eum allegat nihil meminit de commissione, sed quod si simplex sacerdos attemptet conferre nihil faciat, hoc vtique verum est, vide in cap. Quanto de consuetudine. Et cap. vnico de sacra vnctione. §. per frontis. Durandus hac. d. quæstio. 4. & Adrianus. quæstio. de confirmat. articul. 3. fol. 54. in libris paruis, tenent quod Papa non possit committere. Citato cap. Peruenit dant aliquas glossas, quod Papa errauit, aut quod potuit errare, vel quod loquebatur de alia vnctione, vel tantum renouauit prohibitionem, quam fecerat nihil concedens, quæ glossæ cum similibus cessant per concilium Florent. citatum. Vide concil. Tolet. 1. cap. 20. ubi videtur sentire, quod episcopus possit committere quod sacerdos chrismet: imo si episcopus abest, quod vere possit.

Effectus huius sacramenti est, quod datur Spiritus sanctus ad robur confitendi nomen Christi, idè exhibetur in fronte ubi est sedes verecundiæ, ne erubescamus nomē Christi confiteri, & præcipuè eius crucem. Vide concil. Flor. & Magistrum in litera. De caractere habes super. d. 6. p. 11. & 12. Poena illud iterantium non est irregularitas.

Sacramentū confirmationis dicitur esse maius quàm baptismus, vt habes, in litera Magistri, sed nō simpliciter. Est maius, dicit Magister, quia datur à digniori ministro, & in digniori parte, scilicet in frōte: vel fortè, quia maius augmentum virtutum præstat, licet baptismus plus valeat ad remissionem. Hæc Magister. Alexan. 4. part. quæst. 27. m. 2.

N 2 & Bo-

*Soto falso imponit Bonauent.*

*Propo. 8.*

*Propo. 9.*

& Bonauent. hac. d. num. 3. dicunt quod sacramentum vnum dicitur maius altero quinque modis. 1. propter maiorem significationem, sic est matrimonium significans unionem duarum naturarum. 2. propter continentiam sic est Eucharistia. 3. propter efficaciam sic est baptismus absoluens à culpa & poena. 4. propter dignitatem ministri, sic est confirmatio. 5. propter gradum in quo ponit, sic est ordo. Per hæc intelliges canonem concilij Trident. citatum. d. 1. p. 9. quod non sunt sacramenta inter se paria.

**Prop. 10.** Hoc sacramentum nõ obligat ad sui susceptionem de necessitate salutis, obligat vero vt non contemnatur. Hanc tenet Scotus hac. dist. quæst. 2. & crederem esse communi, sed esse discrimen inter doctores de contemptu quis fit. Idẽ Scotus dicit, quod iudicaretur contemptus si omnimoda opportunitate oblata non susciperetur. Alexand. 4. par. quæst. 25. membr. 2. ad. 3. dicit, quod illis, qui transeunt sine hoc sacramento per negligentiam, negligentia imputatur in peccatum mortale: & infra exponit negligentiam dicens. Si quis cum habet locum, tempus, & opportunitatem negligendo contemnit periculo se exponit. Non refero alios Doctores in hoc, quidam dicunt obligare ad sui susceptionem tempore persecutionis sub mortali, quia tunc tenetur homo confiteri fidem & armare se ad pugnam. Caietan. in summa verbo, confirmatio, dicit, non recipere sine contemptu esse veniale, quia debet homo esse sollicitus de sacramento omnibus communi, non est mortale, quia de illo suscipiendo non est præceptum Diuinum, neque Ecclesiæ. Re vera si nullum est præceptum non etiam erit vllum peccatum, cum peccatum omne sit contra legem, seu præceptum. Necessarium ideo erit scire quid sit peccare ex contemptu: Verba Scoti non dicunt ibi esse contemptum, sed quod iudicaretur; veritas opinioni & consuetudini est præferenda, dixit Augustinus, refertur à Gratiano. dist. 8. cap. veritate, & beatus Gregorius cap. sequenti, & Innocentius in cap. Nuper de Digamis non ordin. facit idem Innocentius in cap. Per tuas, qui filij sint legitimi: Si igitur in veritate à parte rei deat contemptus

non

non multum facit quod possit recipere, & non recipiat, ad dicendum dimisisse ex contemptu. Contemnere est idem, quod vilipendere. Aristoteles. 2. Rhetoricæ cap. 2. Contemptus est actus opinionis in id, quod nihil dignum æstimatur; ea nihili pendimus, quæ aut nulla sunt, aut minima. In hoc sensu dixit Iob. 12. Simplicitas iusti lampas contempta apud cogitationes diuitum, & Dominus. Matth. 18. Videte ne contemnatissimum vnum ex his pusillis, docens eos multæ esse æstimationis subdit, Angeli eorum semper vident faciem patris. Dixit idem Aristot. ibi cap. 11. Contemptus æmulationi est contrarius. Nam æmulatio est dolor quidam quoniam bona & honorabilia, quæ ipse quoque assequi posset, natura similibus adesse videantur, non quoniam alijs sint, sed quoniam non ipsi quoque. Ideo & probum quiddam æmulatio est & proborum; inuidia vero improborum, & improbum. Hæc Aristot. Vbi latinus interpres sumpsit æmulari, & æmulationem in bonam partem. Faciunt in hoc verbo latini hanc differentiam quod quando æmulor ponitur cum accusatiuo accipitur in bonam partem pro imitari, sic sumpsit Horatius in ode. 2. lib. 4. Pindarum quisquis studet æmulari. Si ponatur cum datiuo in malam accipitur pro inuidere. In hanc secundam dixit Paulus. 1. Corinth. 13. Caritas non æmulatur; id est, non inuidet. In primam Prouerb. 3. Ne æmuleris hominem iniustum, nec imiteris vias eius & 23. Non æmuletur cor tuum peccatores. 24. Ne æmuleris viros malos, nec desideres esse cum eis. Aemulator itaque magni æstimat quod alius habet, contemptor è contra æstimat vili. Dixit etiam Aristot. citato cap. 2. quod tres contemptus partes erunt, despectus, detractio, contumelia. Despicere, vnde venit despectus, est quasi infra se illum quem contemnit aspiciat. Detractio est denigratio alienæ famæ per verba latentia. Ab hoc non disidet Arist. ibi dicens. Qui detrahit contemnere videtur; est enim detractio cum alicuius voluntati quispiam impedimento est, non vt sibi quidquam, sed ne illi. Contumelia quid sit habes in breuiloqui. 3. distinct. 40. prop. 32. Quam ibi sic notificat Aristot. Contumelia est damno atque dolore.

N 3 in

Æmula-  
tio quid.Contem-  
ptus par-  
tes.

in ijs afficere, in quibusturpe patienti est. *Dimittere ergo confirmationem ex contemptu, est quod contemptus seu vilipensio sit causa efficiens illam dimittendi, quemadmodum explicuimus, in breuiloquio. 2. distinct. 22. prop. 6. quid esset peccare ex ignorantia, & passione. Vnde qui dimitteret confirmationem, æstimando illam vt vere est æstimabilis tanquam sacramentum gratiam conferens & robur, & cætera sed ex negligentia, aut quia non tenetur illam suscipere, seu quia episcopus tardat exire domum ait illam conferendam, ipso aliò proficisci volente, non eam contemnit. Per dicta explicantur dubia in alijs respectu contemptus. Hæretici detrahentes sacramentis, & sacramentalibus, alijsque ritibus Ecclesiasticis, & eis eorumque obseruatoribus ex hoc contumeliantes grauissimè peccant & contemnunt. In quos illud quadrat Prouerb. 18. impius cum in profundum venerit peccatorum contemnit. Subditi siue ecclesiastici, siue laici indignè ferentes, detrahentes contumeliantes prælati, iudicibus, legibus eorum iustis ex eo quod vili æstimaunt prælatos, & tales leges, contemptores sunt. Si prælati aut iudices iniusti sint, & præcipiant absurda, vel irrationalia non tenentur subditi tunc magni æstimare personas & præcepta. Nam vt bene Scotus in hoc. 4. distinct. 3. quæst. 4. litera. E. non tenetur subditus habere falsam opinionem de superiori, sed haberet falsam opinionem reputando probum, aut iustum, qui prauus est & iniustus, & reputando iustam legem & præceptum quæ sunt iniusta. Tunc autem vt idem ibi dicit, non licet contemnere, id est, non obseruare eius præceptum, intellige si non continet intolerabilem errorem contra legem Dei, quia si continet non est ei obediendum. In alio casu vel est eius præceptum implendum, vel recurrendum ad superiorem pro reuocatione, imò & pro amotione talis ab officio. Si expedit.*

*Corol.*

Ex prædictis infertur; quàmuis consuetudo peccandi disponat ad contemptum, peccare ex consuetudine non est peccare ex contemptu. Vide in breuiloquio. 3. distinct. 40. proposit. 33. in solut. argument. iam ad finem, quòd consuetudo non facit actus alterius speciei.

Secun-

Secundò infertur quòd glossa in cap. Metropolitanum. 2. quæst. 7. dicens, qui declinat iurisdictionem prælati sine causa contemnit, est intelligenda in foro exteriori, quia in interiori posset verè non esse contemptus. Appellationes quippe, vt Bernardus ait lib. 3. de consider. sunt necessariæ vt Sol mortalibus: quas caliditas adinuenit opitulantur iniquitati. Posset aliquis appellare iniuste, non tamen in corde paruificando prælatum & iustam sententiam sed vt dilatione, & alijs precibus, aut vijs leniatur sententia.

Hoc sacramentum est dandum tam viris, quàm foeminis, quia vtrique armandi sunt ad pugnam: vt ilius conferretur post baptismum, quàm differretur, potes videre in Ricardo hac. d. artic. 3. quæst. 2. In Echio homil. 23. de sacramentis in calce. Apostoli mox post baptismum manus imponebant, & episcopus baptizatum statim confirmat. ex quo est validum argumentum tales recipere sacramentum & effectum sacramenti: neque magis opus est recordentur se suscepisse, quàm baptismum. Glossa in cap. Quamuis de consecra. d. 5. volebat quòd panno duodecimo eis daretur. Siluestrina. Confirmatio. §. 4. quòd anno ætatis septimo. Ratio conclusionis est vt sine peccato possint recipere tum etiam, si decesserint, cum maiori gratia decedant. Hinc fit episcopos male gregem suum curare, qui hoc sacramentum cum remissione & negligentia administrant Angelica. Confirmatio. §. 1. dicit eos peccare mortaliter. Possent ipsi librum inscribi facere in quo infantium confirmatorum nomina, & patrinorum inscriberentur sicut in baptismo. Alexan. q. 28. m. 2. art. 1. & Bonauent. hac. d. num. 33. dicunt paruulos confirmandos non explicant ætatem. Thom. q. 72. artic. 8. ad. 2. explicat ætatem puerilem. Gabriel. distinct. 7. artic. 3. dub. 7. cum Ricardum in-

fantilem.

*Corol. 2.**Vide inf. d. 19. ad finè dist.**Prop. 11.*

## DISTINCTIO .VIII.

*Ab hac usque. 14. tractat Magister de Sacramento Eucharistia: in hac. dist. ponit quatuor. 1. De ipsa Eucharistia in se, & de eius figuris. 2. de eius materia. 3. de forma. 4. de re huius sacramenti.*

Prop. 1.



**E**ucharistia (que tantum valet sicut bona gratia, quia in hoc sacramento non modo est augmentum gratia, sed ille sumitur qui est fons & origo totius gratia) est sacramentum nouae legis. Patet per concil. Florent. & Tridentin. Sess. 13. quae tota est de hoc sacramento. Fuit à Christo institutum in die coenae, quando Iudaei Pascha immolabant, hoc est agnum Paschalem comedebant, post illius agni typici esum. Hanc vide in Magistro cap. 1. & 2. Hæretici Messaliani, seu Euchitæ, qui tantum tribuebant orationi, quod solam illam dicebant sufficere ad delenda omnia peccata, dixerunt huius sacramenti susceptionem, neque prodesse, neque lædere. Armenij dixerunt prodesse, sed soli corporali saluti. Contra quos Christus Ioan. 6. Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in illo: sed Deum manere in homine est per caritatem hominis Deo adhærentis. 1. Ioann. cap. 4. Qui manet in dilectione in Deo manet & Deus in eo & 3. Qui non diligit manet in morte. Secundò: ibidem cap. 6. Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem, & qui manducat me viuet propter me: igitur hoc sacramentum dat gratiam & salutem ac vitam spiritualem. Effectus huius sacramenti dicit concil. Florent. est adunatio hominis ad Christum, omnem-

omnemque effectum quem materialis cibus & potus quoad vitam agunt corporalem, hoc idem quoad vitam spiritualem hoc sacramentum operatur. Conc. Trident. citatum cano. 5. ait. Si quis dixerit vel præcipuum fructum sanctissimæ Eucharistia esse remissionem peccatorum, vel ex ea non alios effectus prouenire, anathema sit: in cap. 2. ponit quinque fructus: aliter spiritualiter: confortat: est antidotum liberans à culpis quotidianis: præseruat à mortalibus: est pignus futuræ gloriæ. Alex. 4. p. q. 41. m. 2. ad. 2. idem dixerat ante præcitata Concilia, videlicet quod effectus huius sacramenti primus, & proprius est unio membrorum cum capite Christo, & membrorum adinuicem caritate mediante: sicut in alijs sacramentis, uniuscuiusque sacramenti est vnus effectus primus, sunt tamen plures consequentes. Hæc Alex. Ricard. d. 9. art. 1. q. 2. ponit duodecim effectus significatos per. 12. fructus ligni vitæ. Apocalyp. vlt. qui continentur his verbis: *procurat ois*

*Inflammat, memorat, sustentat, roborat, auget*

*Hostia, spem purgat, reficit, vitam dat, & vnit,*

*Confirmatque fidem, munit, fomitemque remittit.*

Gabriel lect. 85. & 86. super canone in hos late profectur. Magister. d. 12. cap. 7. in fine dicit quod virtus huius, est remissio venialium & perfectio virtutis: Rationem quare instituit Christus post esum agni hoc sacramentum in vltima coena. Matth. 26. Marci. 14. Lucæ. 22. 1. Corinth. 11. dat Magister cap. 2. citato Eusebio Emiseno, refertur à Gratiano de consecr. d. 2. cap. Quia corpus, videlicet quia corpus suum ablaturus erat ab oculis, & illaturus syderibus, necesse erat vt die coenae sacramentum corporis & sanguinis consecraret, vt coleretur iugiter per mysterium quod semel offerebatur in precium. Ly necesse capitur ibi pro vtile. Ratio. 2. quoniam inter sacramenta veteris legis præcipuum erat sacrificium agni Paschalis in figurando Christi innocentiam, & per eius sanguinem liberatione ab angelo percussore: in ritu suae commestionis cum lactucis agrestibus. Exod. 12. & alijs caeremonijs, quod esset Christus manducandus præcedente penitentia, & alijs deuotis præparationibus in die quo sacrificabatur,

batur, videlicet. 14. luna Christi mortē, ideo post esum agni substituit Eucharistiam præcipuum Ecclesiæ sacramentum; post quod illud de agno Paschali cessare debuit, vide in litera cap. 3.

**Propo. 2.** Hoc sacramentum non est maioris virtutis confectum in vno die, quam in alio; quocumq; die conficiatur habet eandem materiam, eandem formam, igitur est idem sacramentum, eiusdemque virtutis. Christus enim simpliciter dixit Ioan. 6. Qui manducat me vivet propter me, non expresso magis vno die, quam alio: dicendo. Hoc facite in meam commemorationē Lucæ. 22. nō expressit, aut distinxit dies. 1. Corinth. 11. Paulus dixit sine discrimine. Quotiescunque manducabitis panem hunc mortem Domini annuntiabitis. Hæc est contra Græcorum hæresin dicentium confectum Feria quinta maioris hebdomadæ, esse maioris virtutis, quam in alio tempore totius anni.

**Propo. 3.** Latitudo temporis intra quod hoc sacramentum confert gratiam est à sumptione vsquequo illæ species in stomacho durant, vide Caiet. 3. p. q. 79. art. 1. Probat, quia cum hoc sacramentum sumatur per modum cibi, & cibus quando est in stomacho nutriat, igitur à simili hoc sacramentum. Intellico tamen hanc, ne aduersarijs locus remaneat, non quod semper continetur augmentum gratiæ, sicut agens naturale; ut ignis semper continuat calorem, quousque totos gradus suæ formæ impresserit. Sed volo dicere, quod quando species manent potens est conferre gratiam, ideo si in sumptione illam non dedit ficto, recedente fictione ante consumptionem specierum, dabit. Dixit quippè Christus Ioan. 9. Quando sum in mundo lux sum mundi, ergo dum adsunt species pascet spiritualiter, atque illuminabit. Si dederit in sumptione, non amplius dabit, iam effectum suum habuit, etiam si post sumptionem sequatur peccatum, & eius poenitentia durantibus adhuc speciebus, sortita quippè totum effectum suum fuit. Dicit Scotus & bene in hoc. 4. d. 6. quæst. 9. ad. 1. In subiectum habens formam non imprimitur eadem forma etiam à causa potente illam imprimere.

Ex

Ex hoc patet discrimen inter hoc sacramentum, & alia: quia alia sunt successiva habentia esse infieri, ideo est illis instans & punctum assignandum sui effectus: hoc est permanens potens sortiri effectum quando permanet.

Secundo sequitur contra quosdam illuminatos errantes in Pacensi diocesi, quos his diebus quibus hoc Breuiloquium conficere inquisitores hæreticæ prauitatis, carceribus manciparunt, quos falso nomine vulgus ausum fuit Theatinos appellare, inter alios errores credentes, quod sub sacramentum hoc in maiori specierum quantitate, aut sub pluribus formis reciperet, maiorem sibi fructum adquireret. Quidam doctus ac Reuerendus pater ordinis mei, qui tempore quo hæc transcribo iam episcopus est, dicebatur hanc assertionem pro hæretica qualificasse per conc. Trident. sess. 21. cap. 3. dicens de communione sub vtraque specie: Quod ad fructum attinet nulla gratia necessaria ad salutem defraudantur qui vna speciem solam assument: Salua sua reuerentia hoc decretum non conuincit illam hæreticam, nam potius damnaret opinionem Alexandri, quam non damnat. Vide infra. d. 9. p. 7. Neque scio ubi sit apertum testimonium scripturæ, aut Ecclesiæ definitio conuincens hæreticam. Potius ego dicebam eam erroneam in fide secundum illos qui vocant erroneam, quæ est contra aliquam veritatem quæ secundum vehementem omnium ferè sapientum opinionem censetur veritas fidei non tamen planè definita ab Ecclesia, vel dicitur sapere hæresin quia deducitur ex vna hæretica, & altera nota lumine naturali sic. Cibus idem & eiusdem nutrimenti plus nutrit sub maiori quantitate, quam sub minori: Christus cibans & nutriens spiritualiter sub speciebus sacramenti, non est idem; aut æqualiter in minori particula sicut in maiori, ergo plus cibat & nutrit sub maiori specierum quantitate. Maior est nota lumine naturali, minor hæretica quia sub qualibet minima particula integer & totus est.

Sacramentum Eucharistiæ est corpus & sanguis Christi contenti sub speciebus panis & vini: vel è conuerso, est species panis & vini continentes corpus, & sanguinem Christi. Hoc secundum amplexatur Magister cap. 4. dicens. Forma panis

*Vide inf.  
d. 16. p. 4.  
de conno-  
tatiuis.*

panis & vini, quæ ibi videtur est sacramentum, id est signum sacræ rei. Ratio quare hæc placet Magistro, atque alijs est, quia sacramentum est inuisibilis gratiæ visibilis forma: species sunt visibiles non corpus Christi. Alia si præmatur inde potest teneri, quia sacramentum sit terminus connotatiuus, vel ipsa Eucharistia; ultra suum materiale aliquid aliud importans, significansq; principaliter materiale, minus principaliter formam, vt album est, res habens albedinem: ita principaliter significat corpus Christi, minus principaliter species, fatiq; est formale importatum esse visibile. Scoti definitionem hac. d. q. 1. litera. A. credo studiosus sine multo labore ad quauis harum reflectet. Alexan. 4. p. q. 31. m. 3. præcipue in fol. primi magis declinare videtur ad primam, quam ad Magistrum.

*Corol.*

Hinc patet, quod neque consecratio, neque sumptio sint sacramentum, sed quidam actus sacramentales, ita docet Scotus litera. D. quia consecratio est via ad sacramentum, sic dixit concil. Trident. sess. 13. cap. 3. Hæc fides in Ecclesia semper fuit, statim post consecrationem verum Domini corpus, verumque sanguinem sub panis & vini specie existere; ergo distinxit consecrationem ab ipso sacramento. Sumptio est via, qua hoc sacramentum applicatur membris Ecclesiæ. Hoc corol. est contra Gabrielem hac. d. q. 1. ar. 3. dub. 2. dicentem vtranque esse sacramentum consecrationem, & sumptionem; ipse se declarat quod non loquitur assertiue. Gratia huius sacramenti est duplex, vna ipse effectus gratuitus, videlicet esse corporis Christi ibi. Ita Scotus litera. B. in quo differt ab alijs sacramentis, neque gratia sumitur in definitione sacramenti pro accidentali tantum, sed pro effectu Dei gratuito dicit Scotus. Si velis sustinere, quod gratia vniuocè capiatur in definitione sacramenti; dices quod significat gratiam accidentalem siuè primò, seu saltem secundariò, quod innuit Scotus ante solutionem argumentorum, & illam efficit in sumptione, sicut ignis approximatus calefacit, & approximatio est causa sine qua non, ita sumptio est causa sine qua non etiam in materiali pane, vt sumptus nutriat.

*Propo. 5.*

Hoc sacramentum est vnum vnitatem integritatis, quoniam inte-

integratur duabus speciebus, nõ tamen est vnum vnitatem indiuisibilitatis, quia nõ habet vnã indiuisibilem materiam, neque formam. Ita Alex. q. 31. m. 1. & communiter doctores. Sicut enim corporalis nutritio integratur ex cibo & potu, ita spiritalis per hoc sacramentum. Propter hoc in orationibus Ecclesiæ, quandoque dicitur vnum sacramentum, quandoq; plura, quia quodam modo est plura propter plures species, ex quibus tamen vnum integratur. Idem est dicendum de sacramento ordinis. Si realiter forent plura haberet Ecclesia plura sacramenta, quam septem.

Hoc sacramentum vocatur pluribus nominibus, de quo *Propo. 6.* & multæ præfere ad patres figuræ. Probatur, quia hoc sacramentum est simul signum rememoratiuum, ratione cuius vocatur sacrificiũ, & Missa quia rememorat Christi passionẽ vide infra. d. 12. p. 7. Est signum demonstratiuum, ratione cuius vocatur Synaxis, id est, cõmunio, siue cõgregatio à verbo Græco, συνάγω. Synago, id est congreco, quia per hoc sacramentum demonstratur, quod Christo coadunamur, & per ipsum inter nos, qui sumus eius membra, sicut corporali cibo non solum nutrimur, sed etiam membra inter se consistunt. Est signum pronosticum, ratione cuius vocatur viaticum significans gloriam futuram, & viam ad illam parans, ideo datur morientibus. Bona. hac. d. nu. 4. dat triplicem causam quare vocatur viaticũ. Vocatur etiã Eucharistia, id est bona gratia, vt in. 1. p. dictũ est ex Magist. Alij curiosiores deducunt à verbo Græco, ευχαριστω, Eucharistéo, id est gratias ago, vt valeat Eucharistia gratiarũ actio. Per hoc sacrificiũ & sacramentũ Ecclesia quotidie pro vniuersis beneficijs Deo gratias agit. Quamuis in alijs sacramentis detur gratia, & comunicetur Christo, & membra inter se, huic sacramentõ conuenit per excellentiam. Huius sacramenti præfere multæ figuræ: in lege naturæ sacrificium Melchisedech in pane & vino Genes. 14. in lege Moysis agnus Paschalis, & Manna de cœlo. Exod. 12. & 16. Has tres ponit Magister dans cõuenientiam & disconuenientiam huius panis ad Manna, quas tres omnes Catholici cum magna reuerentiã suscipiunt, vide. q. 29. Alexandri, quæ tota est de figuris.

*De*



*De materia & forma Eucharistia.*

Prop. 7.

**M**ateria Eucharistia pro consecratione corporis est panis triticeus aqua naturali coagulatus: Pro sanguine vinum de vite. Sic dicit conc. Florent. Tertium est sacramentum Eucharistia, cuius materia panis triticeus, & vinum de vite. Ratio sumitur ex facto Christi, qui consecrauit in pane Matth. 26. & dixit. Non bibam à modo de hoc genimine vitis: & hoc facite in meam commemorationem, igitur in illo pane & vino est conficiendum in quo ipse confecit. Facit, quod panis propriè dicitur de triticeo, ceteri panes in defectum triticeo introducti sunt: Similiter de vino quia cetera dicuntur vina per similitudinem & cum addito, vinum malogranatorum, panis ordeaceus. Dicitur panis aqua naturali coagulatus, quia si coagularetur alia aqua artificiali, vt rosacea dubium est si esset sacramentum. Alex. 4. p. q. 32. m. 5. art. 2. ad. 7. arg. videtur tenere non esse sacramentum quia expressè dicit, est necessaria aqua & farina, cum non distinguat aquam est intelligendus de naturali. Affert c. Sic sanctificando de consecra. d. 2. quod est beati Cypriani lib. 2. epist. 3. vbi dicit. Nec corpus Domini esse potest farina sola aut aqua sola, nisi vtrunque adunatum fuerit & copulatum, & panis vnus compage solidatum. In eandem est Scotus in hoc. 4. d. 11. q. 6. quia ita supponitur Christum consecrasse panem aqua elementari coagulatum. Ricardus ea. d. 11. art. 2. q. 2. Tho. 3. p. q. 74. ar. 7. ad. 3. quia ex aqua artificiali & farina non fit verus panis, qui est de necessitate huius sacramenti. Caieta. ibi sentit oppositum, quod aqua artificialis non variat speciem panis, quia ipsa aqua exhalatur, neque manet in se, sed panis est tertia res resultans ex commixtione farinae, & aquae. Idem posset dubitari si coagularetur lacte: aut butyro armatorum vel porcorum, quem panem Hispani vocamus, Hojaldres, prima tamen opinio tutior est & sequenda, vt dicit Angelica Eucharistia. 1. §. 7. Tandem in dignoscenda materia iuuari debent Theologi ex physicis an varietur species sicut supra. d. 3. p. 3. in corollarijs, quia si non varia-

uariatur species vini declinantis in acetum, aut in pane triticeo adhuc commixto fursuribus potest fieri sacramentum, secus si species varietur. Infra. d. 11. tractant scholastici communiter has difficultates. De vuis adhuc musto existente in botro, vt edibili, non potest consecrari, facit cap. Didicimus de consecr. d. 2. Si necessitas cogit decreuit Iulius Papa in cap. Cum omne, ibidem, quod botrus in calice comprimatur; & aqua misceatur; quò fit posse consecrari mustum. Ipsum ad focum decoctum quod dicimus; Arrope, non posset consecrari, quia fit edibile, videturque species variata. Scotus vbi supra dubitat de pane & pasta, si differant specie, reputat probabile quod non, quoniam per illam ignis decoctionem non fit nisi exhalatio humoris aquei. Gabriel in cano. lecti. 35. & in. 4. d. 11. q. 2. concl. 2. ait, quod neque ex fide neque è sacra Scriptura, neque ex Ecclesiae statuto potest conuinci panis triticeus solus esse materia, sed quodcunque frumentum cui se Christus comparauit Ioan. 12. Estque frumentum quod aristas habet, quae aristas non habent fruges dicuntur iuxta Isidorum lib. 17. etymolog. cap. 3. Ex concilio Florent. constat materiam esse panem triticeum, Concilia seu doctores loquentes de frumento, debent intelligi specialiter de triticeo frumento. Caieta. citata. q. 74. ar. 3. dicit, quod illi panes qui dicuntur cum addito, vt ordeaceus, castanaceus, non sunt materia consecrationis, sed illi qui absolute vocantur panes, vnde videtur inferri quod vbi ordeaceus vel alter vocetur absolute panis esset materia, illud tamen ipse sine assertionem dixit, & scrupulo non caret, cum materia deberet esse vbi que eadem & vniformeis, non variata penes diuersas regionum aut patriarum acceptiones in nominando panem. Scot. citata. d. 11. q. 6. dicit, & credo quod bene noluisse Christum in sacramentis subtiliorem disputationem de differentia specifica, sed quod esset panis triticeus vsualis: vsualem intelliges qui secundum substantiam, & formam fit panis, non pasta, aut simile. Per hanc conclusionem reuincuntur multi haeretici. Artotyritae, dicti ab *αρος*, artos, id est panis: *Artotyriticos*, tyros, id est caseus, qui tantum in oblatione, panem *vicia*. & caseum offerebant; Aliqui dicti aquarij, eo quod aquam solam

*Aquarii* solam offerebant in calice. Alij pro vino offerebant lac, quos  
*inf. d. 11.* Julius Papa damnat in citato cap. Cum omne de consecrat.  
*p. 9.* d. 2. Damnantur & hæretici Seueriani, qui nõ solum non bi-  
*Seueriani* bebant vinum, sed illicitum dicebant esse illud bibere, quia  
vitis germinauerat de terra & de Sathana. Si ita fuisset illud  
Christus non bibisset, neque in suum sanguinem consecras-  
set: neque aqua in vinum conuertisset Ioan. 2. vide. c. Quidam  
24. q. 3. vbi Isidorus hæreses refert. Hanc de vino quam ipse  
Seuerianis, Hieronymus super. 1. cap. Amos. in illis verbis  
propinabitis Nazaræis vinum, imponit Tatiano, à quo Ta-  
*Manich.* tiani hæretici, dicti & Encratitæ. Manichæi dicentes omnia  
alimenta esse immunda, farina pro Eucharistia semen hu-  
manum commiscebant quò purificaretur, inde dicti sunt Ca-  
tharistæ, id est, purificatores. Vide August. lib. de hæresibus  
cap. 46. Cataphryges & Pepuziani, dicit Thom. q. 74. ar. 1.  
miscebant farina infantium sanguinem, ad Eucharistiam.  
*Propo. 8.* Formæ quibus vtitur Ecclesia Latina in cõsecratione cor-  
poris & sanguinis sunt congruæ & sufficientes. Hoc est de  
fide, aliàs non essemus certi de hoc sacramento, & Ecclesia  
esset in errore fluctuans in fide, & circumferretur vento do-  
ctriinæ contra Paulum. Ephes. 4. Per dicta & dicenda conuin-  
cuntur Vvaldenses hæretici seu pauperes de Lugduno, his  
duobus nominibus sunt vocati, qui loco verborum sacramen-  
talium dicebant septies Pater noster. In Missa beati Basilij  
quam accepit dictante angelo, & refert Duran. hac. d. q. 2. ver-  
ba cõsecrationis corporis sunt. Accipite comedite: Hoc meum  
est corpus quod pro vobis tradetur in remissionem peccato-  
rum. Pro sanguine sunt. Bibite ex eo omnes: Hic est sanguis  
meus noui testamenti, qui pro vobis & pro multis effunde-  
tur in remissionem peccatorum. Ex quibus formis cõstat ly,  
enim, non esse de necessitate sacramenti, est apud nos de ne-  
cessitate ministris: item ly calix, æterni, mysterium fidei non  
sunt etiam de sacramenti necessitate, neque, qui pro vobis &  
pro multis effundetur in remissionem peccatorum, quia illa  
etiam dixit Christus ad corpus, patet. 1. Corinth. 11. & tamẽ  
Ecclesia Latina nõ dicit. Probabilissimè deducitur ex forma  
Latina & Græca, quòd pro corpore hæc sit forma. Hoc est  
corpus

corpus meum: pro sanguine hæc sola sufficiat. Hic est san-  
guis meus. Scotus hac. d. q. 2. paulò anteliteram. C. refert  
quosdam, quòd forma Græcorum & nostra, & quæcunque  
scripta in Euangelijs sufficiat ad consecrationem. Scotus hac  
d. q. 1. ad. 3. dicit quòd propriè loquendo verba non sunt for-  
ma sacramenti, neque vinum & panis materia: sed consecra-  
tionis, quia manet sacramentum quando neque verba sunt,  
neque panis & vinum. Explicat se Scotus, vt in alijs sacra-  
mentis: illis enim dant esse: verbis finitis non sunt in hoc  
sunt forma in esse, non in conseruari. Sic ex duplici ratione  
metaphoræ ad naturalem habent vnã, quæ sufficit ad me-  
taphoricè dicendam formam, vt simpliciter vocat concil.  
Florent. De materia dices, quòd pro tanto panis & vinum  
sunt materia sacramenti, quia sunt materia quæ per consecra-  
tionem in corpus & sanguinem Domini transubstantiantur.  
Notabisque quòd sine verbis præcedentibus qui pridie, ha-  
betur cõsecratio ex intentione ministri proferentis formam  
ex persona Christi licet Scotus hac. d. q. 2. ar. 1. dubitauerit vt  
ex præcedentibus constaret dici ex Christi persona. *Prop. 9.*  
Christus consecrauit eisdem verbis, quibus nos cõsecra-  
mus. Ita docet Alex. 4. p. q. 33. in. 2. probat ex Eusebio Emi-  
seno, refertur de consecratione. d. 2. Quia corpus. Inuisibilis  
sacerdos visibiles creaturas in substantiam corporis & san-  
guinis sui verbo secreta potestate conuertit, ita dicens. Acci-  
pite & comedite: Hoc est corpus meum: & sanctificatione re-  
petita. Accipite & bibite: Hic est sanguis meus. Hoc etiam  
facit ad præcedentẽ de forma sufficienti. Ratione probat idẽ  
Alex. Si alijs verbis consecrasset, tam hæc, quam illa haberẽt  
vim transubstantiandi quòd videtur inconueniens, cū essent  
plura sine necessitate. Hæc conclusio est cõtra quosdam quos  
ipse refert dicentes illum consecrasset sine verbis. Alij dicunt,  
quod verba bis protulit: at quorsum bis proferret cum semel suf-  
ficeret? neque verisimile fit alio modo consecrasset autorem  
sacramenti, alio modo ministros. Alex. sequuntur Bona. hac  
d. nu. 28. Scotus hac. d. q. 2. ar. 3. in princ. Ricar. ar. 3. q. 1. ad. 5.  
Tho. 3. p. q. 78. ar. 1. ad. 1. Concil. Trid. sess. 13. c. 1. docet Chri-  
stum hoc sacramentum instituisse, cum post panis, vini que  
O bene-

benedictionem, se suum ipsius corpus illis præbere, ac suum sanguinem disertis, ac perspicuis verbis, testatus est: igitur intelligit quod in illis verbis instituit. Notabis mentem Concilij fuisse quod ante consecrationem benedixit, quæ benedictio non fuit consecratio, sed præparatio, seu præmissio gratiarum actionis, quod dixerat Bona. citatus. n. 29. Et. 30. ait, quod etiam fractio fuit facta ante consecrationem, sicut qui haberet vnam hostiam pro pluribus, & prius eam frangeret in partes, quam consecraret: intellige, consecrauit eisdem verbis, scilicet, quæ sunt præcise de necessitate sacramenti. In casu quo dubitatur si hostia est cōsecrata, nō est iterū consecranda, sed sub conditione adoranda, & sumenda à sacerdote post communionem antequam soluat ieiunium. Ita Scotus hac. d. quæst. 2. art. 2. quando sacerdos ex aliqua perturbatione non recoleret se consecrasse, posset sub conditione iterare consecrationem, quia hic est necessitas eius officium non remanere mancum, non sic in casu quod esset dubium de consecratione hostiæ.

*Prop. 10.*

Quælibet forma sine alia est efficax. Aliæ fideles essent idololatræ adorando hostiam ante cōsecratum calicem. Decat mortaliter sacerdos conficiens corruptantur, si he consecratione sanguinis, aut de cōuerso: quia sacrilegè dimidiat consecrationem quam Christus voluit esse integram, de vtraq; dicens. Hoc facite in meam commemorationē. Faciunt cap. Comperimus de consecr. d. 2. vbi Gelasius Papa dicit nō posse sacerdotes sine grādi sacrilegio sumere tātum corpus sine sanguine quando cōsecrant, ergo neq; possunt sine sacrilegio dimittere alterius consecrationem, &c. Nihil. 7. q. 1. quod est cōcilij septimi Tolerani, vbi dicitur quod si sacerdos incepta Missa (intellige facta cōsecratione) mortuus fuerit alter consecrationem exequatur cepti officij: Si ergo cōsecrata hostia ne sacrificium remaneat mancum alter sacerdos loco sacerdotis deficientis consecrat calicem & prosequitur, conuincitur necessitas quod sacerdos vtrunque consecret.

*Dub.*

Est autem dubium, ex quo forma panis consequitur, effectum sine sanguine, si posset Papa dispensare in aliqua regione propter vini defectum, quod solus panis consecraretur?

Angelica

Angelica verbo Eucharistia. 1. §. 20. tenet partem affirmatiuam. Siluestrina, Eucharistia. 1. §. 5. tenens contrarium, ait quod Angelica est suo modo in determinando audax: quia Papanōn potest mutare quæ sunt de substantia, seu integritate sacramentorum, refert Tho. 3. p. q. 64. art. 2. ad. 3. Tu dic, Papam aut Ecclesiam mutare sacramentorum substantiam vel integritatem stare dupliciter, vno modo mutando materiam seu formam, aut intentionem ministri, hoc solus Deus potest facere qui est sacramentorum institutor, cum illa sint de substantia & integritate sacramenti: est alia integritas quæ non est de substantia simpliciter, hoc est, non repugnat sacramentum esse sine tali integritate: talis est in sacramento Eucharistiæ, & ordinis, hanc pro suo libito, neque Papa, neque Ecclesia possunt mutare, possunt tamen dispensare, hoc est reuocare præceptum quoad aliquam regionem, quia est casus in quo melius est seruare intencionem Dei quoad vsum presentis sacramenti, ad quod omnis deuotio directè, vel indirectè reducitur vt supra. d. 1. p. 3. quam ob seruandum rigorem vtriusque speciei dimittere populum lōgo tempore sine Missa, qui cessabit à multa occupatione spiritali ex eius defectu, atq; in via Dei syluescet. Faciet in hanc dispensationem opinio tenetium quod Papa dispensat in matrimonio rato non consummato. Neque plenitudo potestatis data Christi vicario est credenda talis, q̄ in eius concessione non includatur verisimiliter concessio huius dispensationis cum in sacra scriptura licet inueniamus affirmatiuè in vtraq; specie conficiendum, ibi hoc facite in meam commemorationem, non inuenimus negatiuè non posse fieri contrarium à vicario sine ipsius Dei dispensatione, sicut legimus de matrimonio, quod Deus coniunxit homo non separet. Confirmatur, Ex illis Christi verbis, Hoc facite, &c. quod habet præcipuū & de iure Diuino est Christū apostolos instituisse sacerdotes ac si diceret accipite potestatem, vt habes in concil. Trid. sess. 22. can. 2. attamē q̄ ex illa obligetur sacerdotes celebrare nō sic est de iure Diuino, vide infra. d. 13. p. 4. & d. 9. p. 3. igitur neq; q̄ est de iure Diuino simpliciter non posse celebrari sub vna specie in casu, & tali qualis est de quo loqui mur.

*Regul. in  
vis, lib. 6.*

O 2 Facit

Facit quòd in specie panis cū corpore ex consequenti est sanguis: sed habendo panem consecratum plus ponderat habere Missam sine vino ad utilitatem populi, quàm propter expectandam aliam speciem tãto fructu defraudari. Facit etiam: Qui ex aliqua rationabili causa dimidiat cõfessionem, vt infra. d. 16. p. 32. integrè confitetur, ergo à simili propter vini defectum consecrato pane habetur integrum sacramentum, vt in illa regione haberi potest. Quod si nomen dispensationis male habet Siluestrinam, potest dici, vt in. 3. d. 40. p. 59. esse declarationem iuris, seu mentis legislatoris, sicut residentia episcoporum creditur communiter à Theologis esse de iure Diuino, quo non obstante declarauit concil. Trident. sess. 23. cap. 1. iustas causas nõ residendi esse Christianam caritatem, urgentem necessitatem, debitam obedientiam, ac euidentem Ecclesiæ, vel reipublicæ utilitatem, ergo à simili in proposito. Casus de vini defectu nõ est tam impossibilis apud aliquam regionem sicut aliquibus videtur. Item in iure modica damna tolerantur. 12. q. 2. c. Ferrulas, & c. Si quis de seruis, ibidem, & cap. Bonæ memoriæ.

*Prop. 11.* Verba consecrationis dicuntur à sacerdote significatiuè. Ita tenet Alex. 4. p. q. 33. m. 3. art. 2. § 11. Sequuntur Bona. hac. d. nu. 33. Scotus citata. q. 2. litera. R. in. 13. concl. quam parum infra concedit. Ricar. hac. d. ar. 3. q. 1. ad. 3. & Thom. 3. p. q. 78. art. 5. Dicere significatiuè est dicere verba alterius significando in repræsentationibus gerens personam regis, quæ dicit ex regis persona, dicit significatiuè. Hoc modo loquebatur angelus Moyfi in persona Dei significatiuè dicens se esse Deum, & hoc sine mendacio, ita sacerdos. Dicere materialiter, est dicere recitando verba alterius & nihil significando; vt quando legimus in Euãgelio, dixit Iesus Petro sequere me. Ioan. 21. Sacerdos referens & recitans, qui pridie & cætera loquitur materialiter, ad consecrationem assumit personam Christi loquitur recitatiuè simul & significatiuè: Quando loquitur sine intentione consecrandi dicit tantum recitatiuè sicut laicus, & quando legit passionem in Missa.

*Prop. 12.* Illa pronomina Hoc, & Hic, in formis consecrationis demonstrant singulare entis. Hanc tenet Scotus. q. 2. litera. p. Pro-

Probatur, quia de multis quæritur, quid est hoc? Exod. 16. Manu, quid est hoc? idem autem non quæritur & supponitur, igitur supponitur singulare entis, tanquam vniuersalis, & quæritur aliquid speciale sub ente, vt corpus vel substantia, videtur Scotus litera. T. sentire, hoc ibi non esse de rigore sermonis, sed ex intentione proferentis: Alij tenent quòd demonstrat singulare entis de rigore sermonis: Alij aliter loquuntur, vt Alex. loco citato in præcedenti, & Bona. Ricar. vbi supra ad. 5. dicit quòd demonstrat sub disunctione, quod modò est sub his speciebus, vel immediatè erit. Hunc impugnat Scotus art. 3. Tho. citata. q. 78. dicit quòd demonstrant substantiam in communi sine qualitate, id est, sine forma determinata, quia non determinat propriam naturam panis, vel corporis.

Conceptus harum propositionum non habetur nisi in ultimo instanti prolationis. Ita Scot. vbi supra litera. R. litera. T. ait esse hoc ex intentione proferentis: Alij dicunt quòd de rigore sermonis, nam & pro illo ultimo instanti vnit copula.

Vnaquæque pars orationis seorsum sumpta significat de rigore sermonis quando profertur, vide Scotum citata. q. 2. litera. H. Has duas propositiones intellige vniuersaliter circa omnes propositiones. Pro solutione aliquorum argumentorum nota, quòd ly, est, ultra quòd con significat tempus, significat vnituiè, id est esse aptum ad vniendum, sicut ly omnis cuius significatio non est distribuere, sed distributiue significare, alias quando extra propositionem est caderet à sua significatione. Perinde de alijs syncategorematis. Secundò, ex dialectica significatio in plus est, quam acceptio, & acceptio quàm suppositio. Significare est facere cognoscere: conuenit terminis tam in propositione, quàm extra. Accipi est terminorum in propositione cum respectu ad copulam, vt homo est, homo fuit: vbi idem significat, sed diuerso modo accipitur in vna, quàm in alia. Chimera est, significat, & pro nullo supponit. Suppositio est acceptio termini substantiuè pro aliquo, dicit Petrus Hispanus cap. de suppositione. Modò subiectum harum. Hoc & Hic, significant ante prædicatum, sed accipiuntur in ordine ad prædicata. Et sic talia sunt subie-

ta, qualia permittuntur à prædicatis quoad acceptionem, non quoad significationem. Hoc nota propter Caiet. citata q. 78. art. 5. qui videtur tenere subiecta harum formarum nõ significare ante prædicata.

*Prop. 15.* Istæ propositiones sacraméntales sunt conuersiux in quantum neutra: ita tenet Scotus litera. V. quia fundamētum est prius naturaliter relatione, sed veritas propositionis est relatio, ipsa propositio fundamētū, ergo prius est ipsam propositionem conuertere substantiam panis & vini, quàm esse veram. Contrarium tenet Tho. citata. q. 78. ar. 5. quòd sunt conuersiux in quantum veræ. Potes dicere quòd cum in eodem instanti sit propositio vera, & sit conuersio, Scotus loquitur de genere causæ efficientis, quia conuersio præcedit natura veritatem: Tho. loquitur in genere causæ formalis, ita q. veritas prius denominat propositionē, quàm possim⁹ dicere ibi esse corpus Christi: causæ verò sunt sibi inuicem causæ. 2. physic.

*Prop. 16.* Magister in litera, cap. 4. distinguit tria: Vnum est sacramentum & non res sacramenti: Aliud sacramentum & res: Aliud res & non sacramentum, vide.

## DISTINCTIO .IX.

*De suscipientibus hoc Sacramentum: &  
de modo illud suscipiendi.*

*Propo. 1.*



**D**VO Sunt modi suscipiendi hoc sacramentum, alter sacramentalis, alter spiritualis. Magister in litera cap. 1. Suscipere sacramentum sacramentaliter est illud suscipere credendo esse sacramentum, vel specialiter sicut credūt fideles, vel in generali volēdo recipere quod fideles recipiunt etiam si in speciali non credatur ibi esse Christus. In hoc reducitur recipere sacramentum tantum, vt qui sacramentum comederet putans comedere panē profanum. Suscipere sacramentaliter & spiritualiter est, suscipere sacramentum credendo

dendo esse sacramentum, & simul recipere eius effectum. Ad hoc reducitur recipere tantum spiritualiter, vt qui ad hoc haberet deuotionē & non reciperet pro infirmitate, vel impotentia recipiendi: De hoc Augustinus in litera. Crede & manducaisti. Posset hic modus extendi ad omnes baptizatos qui habent votum, vel implicitum ad omnia sacramenta: Item ad patres veteris testamenti, qui sub esu agni Paschalis mysticè, & figuratè hoc recipiebant. Magister infra. d. 13. dicit quòd bruta comedendo hostiam consecratam non comedunt corpus Christi, in quo non tenetur: cum Magistro est glossa in cap. Qui benè de consec. d. 2. Alex. 4. p. q. 45. m. 1. videtur piè exponere Magistrum videlicet, quòd bruta non comedunt spiritualiter, sed est ibi quasi quædam māducatio carnalis, & hæc nõ propriè, quia nõ est ibi diuisio substantiæ. Ita posset intelligi Magister. Bona. ea. d. 13. n. 23. vult quòd in ventrem brutorū non traicitur corpus Christi, sed eo ipso quod mus rodit corpus Christi definit esse corpus Christi & redit substantia panis. Ratio est cum sit cibus hominis, mastificatis à bestia speciebus, sicut definit esse aptus cibationi humanæ, definit ibi esse Christus, neq. est tam aliena ratio, quā tum aliquibus apparebit. Veriorem tamen extimo sententiam eiusdem Alexandri, q. quandiu permanēt species salua sua forma sub illis est inseparabiliter corpus Christi vbicūq. tales species fuerint. Quidam dixerunt species non descendunt in stomachū, quod est manifestè cōtra experientiam: alias enim non euomerentur, quod aliquando accidit. Glossa in cap. Tribus de consec. d. 2. tangit, sub dubio tamen, quòd illæ species emittuntur per sudorem, quod etiam est irrationabile, nam si habent aliquid impūrum quæ maior disconuenientia est emitti per secessum quàm per sudorē cum Christi corpori nulla fiat læsio?

Hæreticum est dicere malos & peccatores suscipiendo hoc sacramentum non suscipere corpus & sanguinem Christi. Hanc docet Magister in litera cap. 2. contra quosdā quos non nominat asserentes contrarium. Contra quos & pro concl. Paulus. 1. Corinth. 11. Qui manducat & bibit indignè iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Do-

mini, igitur peccator sumit corpus Domini. Matth. 26. omnes Apostoli etiam Iudas susceperunt corpus Domini, dicitur in cap. Si sacerdos, de officio iudicis ordin. Et. 23. q. 1. 4. cap. Tu bonus, quod est beati Augustini. Et in cap. Christus. 1. q. 1. Matth. 26. expressè dicitur. Bibite ex eo omnes. Quidam, ut Theophylactus ibi refert, dixerunt quòd Iudas sumpto pane illum occultauit monstraturus Iudæis quòd Iesus panem corpus suum vocaret: poculum inuitus bibit cum occultare non posset, ideo dixit. Bibite omnes. Hilarius super eundem locum ait. Sine Iuda Pascha, accepto calice & fracto pane, conficitur: Dignus enim æternorum sacramentorum communione non fuerat. Neq; sane bibere cum eo poterat, qui non erat bibiturus in regno, cum vniuersos tunc bibentes ex vitis istius fructu bibituros secū postea polliceretur. Contra Hilarium sunt communiter doct. Alex. 4. p. q. 44. m. 4. Bona. d. hac. q. vlt. in arg. ad oppositum. Ricar. d. 11. ar. 4. q. 2. Thom. 3. p. q. 81. art. 2. Soluitur fundamentum Hilarij, quòd illa verba Christi vera fuerunt ex parte Christi, qui loquebatur Apostolico collegio & quantum fuit ex ipsius parte biberet cum Iuda: sed ipse Iuda exclusit se à cōfortio collegij. Fuit quippè ibi subintellecta conditio, si ipse permaneret. Sicuti in alijs promissionibus aut comminationibus, vide in. 1. d. 48. p. 5. & in. 2. d. 4. p. 6.

*Prop. 3.*

De suscipienda Eucharistia est præceptum diuinum. De hac non est parua controuersia. Multi doctores tenent contrarium quòd solum sit præceptum Ecclesiasticum, ita tenet Alex. 4. p. q. 51. m. 4. & Bona. d. 12. nu. 75. & deinceps, exponuntq; illa verba Christi Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis, de manducatione spiritali quæ est per fidem & caritatem sine qua nullus saluatur. Sequitur Siluestrina. Eucharistia. 3. §. 1. & aduerte si bene carpat Angelicam. Nam Angelica dicit peccare mortaliter qui in articulo mortis cõtemnit sumere, neque explicuit amplius, cum ipsa Siluestrina explicet cõtemnit, id est, negligit accipere cum possit. Gabriel videtur non sibi constare. Super canonem lect. 87. ad finem litera. x. sequitur Alex. hac. d. q. 1. concl. 3. dicit, quòd huius sacra-

sacramenti manducatio est de necessitate salutis ratione Diuini præcepti, sed probationem inclinât, vt ad non contemnendum. Diuus Thomas etiam in partibus videtur ambiguus, ipse quippe in. 4. hac. d. q. 1. quæstiuncula. 2. tenet expressè cum Alexandro, in. 3. p. q. 80. artic. 11. apertè dicit, quòd non solum ex statuto Ecclesiæ, sed ex mandato Domini tenetur homo sumere hoc sacramentum. Fundat hoc mandatum in illis verbis, Lucæ. 22. Hoc facite in meam commemorationem. Sed. q. 65. ar. 4. distinxerat sacramenta necessaria, sine quibus non consequitur finis, id est, salus vel gloria, quæ dixit esse tria, baptismum simpliciter & absolutè omnibus: poenitentiam peccantibus post baptismum: ordinem toti Ecclesiæ, ne desit gubernator & corruat populus. Prouerb. 11. Necessaria sine quibus non ita commode finis consequitur, dixit esse alia, & numerando illa alia subicit Eucharistiam, neque de illa plus dixit quàm soluendo. 2. autoritatem, Ioã. 6. Nisi manducaueritis, &c. intelligi spiritaliter, non sacramentaliter. Sed. q. 73. art. 3. hoc tractauerat ex professo, & dixerat, quòd licet res huius sacramenti, id est, effectus, qui est incorporari Christo posset haberi sine eius susceptione in re, videlicet in voto explicito in adultis, vel implicito in paruulis per susceptionem baptismi, vbi includitur votum ad cætera sacramenta, tamen susceptio realis huius sacramenti non sic est de necessitate salutis, vt baptismus. Quod quidem neque omnino ambiguitatem demit, quia baptismus est de necessitate salutis ex præcepto, igitur Eucharistia non sic est ex præcepto Diuino. Nam paruulis, qui non possunt habere votum explicitum baptismi, non sufficit sine baptismi votum aut fides aliena, neque damnantur expectato transgrediendi præceptum baptismi, sed propter originale. Verùm de mente Thomæ laborent sui & videatur Soto in. 4. dist. 8. ar. 3. & d. 12. q. 1. art. 11. Caie. citata. q. 80. art. 11. videtur hanc difficultatem sentire problematicam, & non vsque quæque claram, licet hanc nostram dicat tutiorem.

Sed probatur conclusio ex illo Ioan. 6. Nisi manducaueritis, &c. Ex verbis similibus, Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit, & Lucæ. 13. Nisi poenitentiam habueritis omnes similiter

O 5 peribitis.

peribitis, deducimus obligationem ex Diuino præcepto ad baptismum, & ad poenitentiam peccantibus, ergo & ex his obligationem ad Eucharistiam ex diuino præcepto. Neque sufficit expositio de manducatione spirituali, quia simul intelligit & de sacramentali. Probatur, quia concil. Constanti. sess. 13. docens laicos non esse comunicandos sub vtraque specie non euasit argumentū hæreticorū ex hac autoritate per spirituale manducationē, sed per id quod sub specie vtraque sit totus Christus, sit corpus eius, & sanguis. Similiter concil. Trid. sess. 21. c. 1. 3. & 4. non euasit hoc argumentū per spiritua- lem manducationē, neq; de paruulis, sed declarauit illa æta- te non teneri de necessitate salutis, quia gratiā quā in baptis- mo receperant amittere ea ætate non poterāt non recipiēdo Eucharistiam, ergo nō tenebātur. Ratione probatur. De obli- gatione sumēdi Eucharistiam non apparet origo, quando in ecclesia ceperit, ergo signū est quod ab ipsis Apostolorū tem- poribus ab ore in os sit deriuata, quasi ex Diuino præcepto. Antecedēs patet, quia ante cap. Omnis vtriusque sexus ex- tat decretum Fabiani: Et si non frequentias, habetur de conse- cra. d. 2. q. 9. ter in anno communicarent fideles. Confir. Sum- ptio Eucharistię in vita spirituali habet locū cibi, & refectionis: sed de sumendo cibo corporali est præceptū, ita quod ille qui non sumeret & fineret se fame perire, mortaliter pecca- ret, ergo à simili, qui hoc sacramentū non reciperet. Autori- tatē Lucę. 22. Hoc facite in meam cōmemorationem: habes expositā supra. d. 8. p. 10. in dubio, minusque clarē probat obligationē, quā citata Ioan. 6. Quod si aliquā obligationem probat, est sacerdotū, quia illi tantū erant ibi, qui ordinaban- tur, & cū ordo sit necessarius populo, vt dictum est, neces- sario debent esse inter ordinatos, qui teneantur consecrare, celebrare, & Eucharistiam populo ministrare: sed ex hoc arguitur igitur de Eucharistia est Diuinū præceptū saltē quo ad ordinē sacerdotū: tunc vltra sacerdotes, non solū pro se consecrāt, sed pro populo, & cū sit hoc sacramentū cibus non consecratur, vt solū populus videat, neq; vt solū comedat ex deuotione, igitur est de illa Diuinū præceptū. Confir. Si quis non adiuuet alterius voluntariam deuotionem vix aut nun- quam

Vide in-  
fra. dist.  
10. p. 1.  
ad finem.

quam peccat, igitur si est peccatum sacerdotum non cele- brare contra hoc Christi præceptum, ad Eucharistiam popu- lus non est sola deuotione, sed ex diuino præcepto obligante tenetur. Quod si obligatio sub vtraque specie concederetur, esset pro sacerdotibus, qui cœnæ cum Christo astabant: præcepta etiam & obligationes communitatum benè im- plentur per aliquos.

Vide. d.  
16. p. 62.

Hoc Diuinū præceptū est limitatū ab Ecclesia, quoad tē- pus, semel in anno: probatur per cap. Omnis vtriusq; sexus, de poenitētijs & remis. videlicet in Paschate. Eugenius. III. declarauit, quod esset à Dñica in Ramis, ad Dñicam in Albis.

Propo. 4.

Tenentur etiam homines recipere Eucharistiam in arti- culo mortis. Probatur. Si de illa est Diuinum præceptum, cuius limitatio quoad tempus reseruata est Ecclesiæ, concil. Nicenū. Canon. 12. refertur. 26. q. 6. cap. De his, vocat hoc ne- cessarium viaticum inquires. De his qui recedunt ex cor- pore, antiq̄a leḡis regula obseruabitur etiam nunc, ita vt si forte quis recedat ex corpore, necessario vitæ suæ viatico nō fraudetur. Igitur ante cōcil. Nicenum tenebat Ecclesia, Eu- charistiam esse necessariam morituris, quare de illa est Di- uinum præceptum. In cap. Presbyter, de consecra. d. 2. ex cō- cilio Vormarciensi, iubetur presbyter semper habere para- tam Eucharistiam pro infirmis, ne sine communionemoriā- tur. Concil. Triden. nuper sess. 13. cap. 6. docuit hanc consuetu- dinem asseruandi Eucharistiam præcessisse sæculum conci- lij Niceni, quam & præcipit obseruari, & ad infirmos defer- ri. Vbi & obiter notabis asseruationem Eucharistiæ non re- quirī esse de vtrâque specie, sicut consecrationem. Conc. itē Moguntinense celebratum sub Ludouico rege, cui Rabanus præfedit Archiepiscopus Moguntinus: refertur à Gratiano in cap. Quæsitum. 13. q. 2. decreuit Eucharistiā dandā suspen- dendis: nam per arg. cap. Quod in te, de poeniten. & remis. includitur in poenitentia, quæ nulli negatur, cap. cū in tanta. d. 86. Hispania hoc decretū nō obseruabat, iam tamen obser- uat: sed si ad illam non tenerentur suspendendi, non erat cur tam male audirent Hispani apud cæteras nationes: neq; quod tantas vires in hoc poneret illud concilium, si eius

Propo. 5.

verba



verba videantur. Facit ad idem cap. 2. extra de furtis, vbi latronibus comprehensis non negatur Eucharistia. In cap. Super eo. de hæreticis, lib. 6. relapsis in hæresin, tradendisque curiæ seculari si poenitent, neque poenitentia, neque Eucharistia negatur Clementina prima de poeniten. & remission. mandat compelli iustitios, ne talibus impediatur Eucharistiam. Similiter neque peccarent infirmi, qui ex negligentia, aut infirmitatis grauedine atq̄diati expectando melius haberi differrent, & morerentur, quod secundum aliam opinionem est concedendum, & concedit Siluestrina. loco citato. Paludanus hac. d. q. 1. dicit, quod qui paulo antequam infirmaretur communicauit, putâ ea hebdomada, vel die quindena non tenebitur communicare.

*Nota.*

*Propo. 6.* Hæreticum est dicere, quod laici teneantur communicare sub vtraque specie. Ita definiuit conclus. Constantiense contra Græcos & Bohemos, & conc. Trident. sess. 21. contra Lutherum, quod concilium ibi cap. 1. nolens præiudicare varijs sanctorum interpretationibus, in illud Ioan. 6. Nisi manducaueritis, decernit neque laicos, neque clericos non confidentes obligari ad sumendum sub vtraque specie. Nam ibidem de solo pane dixit. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum: & panis quem ego dabo caro mea est, pro mundi vita. Canone. 2. eiusdem sess. anathematizat negantes quod Ecclesia ad hoc iustas habuit causas, & dicentes ipsam errasse. Causæ sunt periculum effusionis, vomitus in abhorrentibus à vino, degenerari in acetum si asseruetur. Iulius Papa habetur de consecra. d. 2. cap. Cum omne: prohibuit dari populo hostiam intinctam in sanguine, quia Christus non sic Apostolis hoc sacramentum præbuit. Soli Iudæ panem dedit intinctum, ille verò non erat sacramentum, quod iam receperat, sed panis communis intinctus iure lactucarum, aut aliorum ciborum, vt in quo intingeretur carnes agni aysi. Vide infra. d. 11. literam Magistri in fine.

Quoniam autem communio sub vtraque specie fuit in vfu primitiue Ecclesiæ dicente Paulo non sacerdotibus, sed toti populo Corin. 1. cap. 10. de pane illo edat, & calice bibat, Idem concilium Trident. in fine, sess. 22. retulit ad prudentiam Romani

mani Pontificis, si alicui regno vel nationi concedendus sit vsus calicis. Si dicas nunquam expedit concedere: quia si peccantes sunt catholici, sunt reprehendendi si hæretici non sunt audiendi ne gloriantur sua pertinaci doctrina, extorsisse ab Ecclesia calicem. Dico: Ratio est vrgentissima, propter quam forsitan prædictum concilium, sess. 21. non determinauit, canone vltimo. Sed distulit: at verò omnibus probe pensatis quæ possent euenire, vnde melius foret cōcedere, quam negare, & maius periculum ex negatione, quam ex concessione, cum sint incertæ prouidentia nostra. Sap. 9. iuste sess. 22. ad Romanam Pontificem pro tempore existentem postea retulit.

*Argum.*

*Solutio.*

Quod sub vtraque specie, sumpto hoc sacramento, detur maior gratia, quam sub vna probabilis est quam oppositum. Ita tenet Alex. 4. p. q. 32. m. 1. art. 2. & q. 53. m. 1. est contra multos. Sed probatur. Inter sumptionem corporis & sanguinis ultra nouum actum deuotionis, qui interponitur, orationes prædunt ex ipso calice haberi nouam gratiam dicente sacerdote. Calicem Domini accipiam & ab inimicis meis saluus ero. Sanguis Domini nostri Iesu Christi custodiat animam meam ad vitam æternam. Confirmatur, quia dato pane, porrigens Christus Apostolis calicem dixit: Hic est sanguis meus, qui effundetur in remissionem peccatorum. Matth. 26. Sed remissio peccatorum in sacramentis non datur sine collatione gratiæ, ergo intendebat Christus dare illis nouam gratiam per calicem. Confir. 2. quia sacra Scriptura diuersis laudibus prosequitur panem & calicem. Psalm. 22. Parasti in conspectu meo mensam. Calix meus inebrians, quam præclarus est. Vbi glossa Casiodori, Parasti in conspectu prædestinati altare sanctum. Mensa enim Ecclesiæ est beata communicatio, epulatio felix, saturitas fidei, esca cœlestis. Et subdit de calice. Nouum munus est sanguis Domini, qui sic inebriat vt mentem sanet, à delictis prohibens, non ad peccata perducens. Si igitur est nouum munus supra panem, & sunt diuersæ laudes, signum est, quod per vtraque speciem datur alia & alia gratia: Et sic maior sub vtraque quam sub vna. Secundo, per quodlibet sacramentum datur alia & alia

*Propo. 7.*

alia gratia propter merita Christi nobis applicata per diuersa instrumenta: sed diuersæ species Eucharistiæ sunt diuersa instrumenta, per quæ nobis merita Christi applicantur: ergo per quamlibet habetur sua specialis gratia. Confirmatur. Sacramenta id efficiunt, quod significant, sed per vtranque significatur completior refectio, sicut in corporalibus, quamuis ex cibo liquido possit haberi completior refectio propter potum ibi inclusum, ita tamen completior, nutritior, & magis recreatiua habetur per cibum & potum distinctos: ergo à simili in proposito. Per hanc confirmationem soluitur argumentum fundans contrariam opinionem, quod videlicet sub vtraque specie sit totus Christus cibans, & potans. Verum quia Caietanus tertia par. quæst. 80. articulo duodecimo, in quæstione secunda, de tribus quas mouet, negat species esse instrumenta causandi gratiam. Confirmatur argumentum. Sacramentum hoc est species continentes corpus & sanguinem Christi, vt dicitur à multis supra distinct. octaua, prop. quarta & concurrunt ad causandam gratiam, sed non vt causa principalis, igitur vt instrumentalis: neque sufficit euasio Caietani, quod sint instrumentales causæ sine quibus non, quia est reuerti ad opinionem reprobata distictione prima prop. decima: de causalitate sacramentorum, quam ipse Caietanus etiam repulit. Tertiò, in sacramento extremæ vnctionis videtur probabile, quod in qualibet vnctione conferatur gratia, quia in qualibet dicit sacerdos, per hanc vnctionem parcat tibi Dominus: ly, per, notat causam; ita quod ex ipsa vnctione sacramentali habetur remissio, sed in sacramentis non remittuntur peccata sine infusione gratiæ; alioquin illa forma falsa videretur, igitur à simili in cuiuslibet speciei sumptione datur noua gratia. Confirmatur. In sacramento ordinis, quod etiam est vnum integritate, non indiuisibilitate, probabile incertum debet esse, quod in quolibet ordine saltem maiori datur specialis & distincta gratia: igitur à simili in Eucha-

Eucharistiæ qualibet specie. Confirmatur. 2. In triduo mortis Christi consecratio pane non erat ibi sanguis, neque in calice corpus: igitur in illo triduo maior gratia daretur sub vtraque specie quam sub vna, non obstante eius dicto, panis quem dabo caro mea est pro mundi vita. Ioanni sexto, supra prop. sexta. neque obstante ibi esse Diuinitatem, quia hæc affirmatiua non infert negatiuam, quod in alia specie noua gratia non daretur. Quod si in illo triduo daretur, ergo ex qualibet specie in alijs temporibus daretur alia & alia propter diuersum modum existendi corpus & sanguinem sub speciebus. Huic opinioni concil. Tridentin. sessione 21. capit. 3. non præiudicauit dicens, quod ad fructum attinet nulla gratia necessaria ad salutem fraudantur communicantes sub vna specie: quoniam tantum intendebat contra hæreticos asserere, non esse obligationem de necessitate salutis ad vtranque speciem (vbi & obiter anno-  
*Nota.* tabis, dicendo necessariam ad salutem fauere concilium, prop. tertia.) de necessitate salutis & præcepti, quod sub vna impletur. Qua gratia Ecclesia non fraudat communicantes, cum non teneatur offerre omnibus cuncta ad quamcunque gratiam disponentia, sed necessaria ad salutem, iuxta ipsorum captum. Magis expedit toti corpori Ecclesiæ, propter pericula contra sacramenti venerationem offerre, laicis vnã speciem, quam quod cum illis periculis recipiant illam maiorem gratiam non necessariam, quam, aut saltem partem possunt refarcire ex obedientia ad Ecclesiæ ritus, utilitate propria postposita, & ex deuotione ad sacramentum, nollendo illi aliquam irreuerentiam irrogari. Gabriel super cano. lect. 84. ad finem exponit Alex. quod voluerit dicere sumptionem celebrantis comparatam ad sumptionem singularis personæ esse maioris meriti, quia maius meritum est celebrare, quam solam sumere. At verò benè pensatis Alexan. verbis, quod habet conclusio est de mète eius, dicit enim citata, q. 32. in quantum efficacia respicit

respicit signatum non contentum, sumpto sacramento sub utraque specie maior est effectus unionis corporis mystici cum capite, quam sumpto sub altera. Vbi hæc distinctio ab Alexandro ponitur, verbis non nihil immutatis. Hoc sacramentum significat gratiam contentam, respectu huius, eiusdem efficaciam est sub utraque specie; significat non contentum, intellige gratiam seu effectum qui per illud datur, puta unionis cum Christo, hæc est maior sub utraque specie: igitur & maior gratia per quam habetur maior unio. Sanctus Bonauentura d. 11. num. 48. videtur aperte contra Alex. inquirere, quantum ad efficaciam, que libet est totum quod habet efficaciam; quantum ad significationem per neutram exprimitur res huius sacramenti, sed in utraq. De diuo Thoma mihi est dubium quid senserit. 3. p. q. 80. ar. 12. ad 3. quia ibi tantum asseruit, nullum esse detrimentum sub vna tantum specie sumentibus.

**Propo. 8.** Sumpturus hoc sacramentum debet esse ieiunus ieiunio naturæ, videlicet quod à media nocte nihil per modum cibi & potus sumpserit: incipit enim dies in Ecclesia Latina à media nocte: in Ecclesia Græca posset esse aliter, ad quod vide in d. 14. p. 12. Neque refert si post mediam noctem dormierit, vel non; aut quod cibus sit vel non sit digestus. Hæc est definita in concilio Constantiensi contra quosdam dicentes debere sumi à non ieiunis post coenam. Vide supra. d. 8. in littera, cap. 3. ubi refert Magister Augustinum, qui & refertur à Gratiano de consecra. d. 2. cap. Liquidò. Vide & concil. Bracharense. 2. cano. 10. & 7. q. 1. cap. Nihil. Concil. Carthaginense docens in die coenæ Domini sumendum à non ieiunis fuit prouinciale correctum per sextam synodum generalem Canon. 29. Retulit illud Gratianus de consec. d. 1. c. Sacramenta altaris. Vide ad hanc & cap. ex parte de celebra. Missarum. Id Corint. 1. cap. 11. Si quis esurit domi manducet: non intelligitur ante: sed post Eucharistiam ne famem extinguerent ex Eucharistia: ita Scotus. d. 8. q. 3.

**Propo. 9.** In casu quo magis obligaret communicare, quam ieiunum, communicari posset à non ieiunis, vt in graui infirmitate, quando non potest infirmus expectare diem sequentem ieiunus.

**Iunus.** Si posset, aut communicatio foret è sola deuotione, credo non liceret: Hæc probatur ex capit. Præbyter. de consecr. dist. 2. & ex concil. Constan. citato. Est alius casus, si sacerdos pro vino apposuit aquam, neque percepit vsque percepta hostia, tunc debet cautè apponere vinum, etiam post sumptam aquam, & consecrare iterum & sumere, ne sacrificium remaneat mutilum. Vide Scotum dist. hac. q. 3. littera. B. quia magis ligat præceptum Dei de integro sacrificio, quam Ecclesiæ de essendo ieiunum. Idem esset dicendum à ex incurione subita infidelium, & impotentia seruandi Eucharistiã, sumeretur à non ieiuno, ne ab infidelibus irrideretur. Reliquias etiam paruas in patena aut corporali manentes posset sacerdos post abluitionem sumere, cum adhuc reputetur vna mensa & vna refectio, quàm diu est in altari. Si essent magna & ad esset custodia essent seruandæ. Si non esset, vt in aliquo rure, quia particula inaduertenter superuisset ex communicantibus posset à sacerdote post lationem sumi, si alter communicans non præsto esset ieiunus cui dari posset. Reliquiæ cibi remanentes de nocte habentur pro salua in ore, neque sunt cibus. Ricardus distin. 8. articulo. 2. quæstione. 3. dicit, quod sacerdos, qui lauat os suum ob sacramenti reuerentiam, si casu aliqua gutta intrauerit stomachum, non tenetur dimittere celebrationem, maximè in die solenni. De media nocte annota, non omnia horologia sonare ad idem punctum, idcirco non sunt dicendi non ieiuni, qui inaduertenter comessatiunculam, aut coenam inceptam prosequuntur dato signo mediæ noctis dum modò non sit inora notabilis, aut manifestè erret horologium: aut cognito signo incipiant comensationem, quod prudentia & non gula mensurandum est, potest quippe accidere occupatis in studio aut negotijs.

Suscepturus hoc sacramentum debet esse sine conscientia peccati mortalis sibi noti: si ignorat peccatum suum inuincibiliter iustificatur per sacramentum dans gratiam ex opere operato. Hæc est meus Alexand. 4. p. quæst. 46. m. 3. articulo. 2. in sol. 11. præcipuè, quia ante illam solutionem non videbatur concedere, quod omnis accedens cum morali

P tali

rali inuincibiliter ignoto iustificaretur. Ad conclusionem facit Scotus hac distin. litera. B. Ricar. hac distinctione, articulo secundo, quaestione. 1. & distin. 12. articulo quinto, quaest. 1. Durandus hac distin. quaest. 4. dubius manet, si talis recipiat gratiam, quamuis excusetur à peccato: Bonauen. hac distin. numer. 41. tenet, quòd datur medius in accedentibus, qui scilicet neque peccet, neque recipiat gratiam. Sequitur Gabriel hac distin. quaest. 2. artic. & notab. primis. Sed contra qui se examinavit probe, fecit quòd in se erat: ergo illi Deus non denegabit gratiam, quam vel protinus dat, vel inspirat generalem poenitentiam, vel ordinat quòd recipiat sacramentum, quando talis examinatio nõ est sufficiens ad reponendum in gratia, sed ad vitandum nouum peccatum, vel peccatum renouat in memoriam.

*Argum.* Si contradicas, quòd discipuli euntes in Emaus, Lucae. 24. erant in peccato mortali infidelitatis, quia stulti & tardi corde ad credendum in omnibus quæ locuti erant propheta: tamen illos Christus communicauit in illa fractione panis dicente Augustino lib. 3. de consens. Euangelist. cap. 25. de illis Non incongruentè accipimus hoc impedimentum in oculis eorum à fathana factum fuisse, ne agnosceretur Iesus, sed tamen à Christo est facta permissio vsque ad sacramentum panis, vt unitate corporis eius participata remoueri intelligatur impedimentum inimici, vt Christus possit agnosci.

*Solutio.* Dicitur secundum alios illam fractionem non fuisse Eucharistiae, sed communis panis, & consuetudo Christi erat præmittere benedictionem ante comestionem, & frangere panem manibus, ac si scinderetur cultello. Sed admissio Augustino, ipsi non erant infideles pertinaciter errantes circa fidem. Vide infra. d. 13. p. 19.

*Prop. 11.* De iure Diuino est necessaria confessio sacramentalis omnium mortalium ante sumptionem Eucharistiae. Contrariam huius fuit error Caietan. 3. p. quaestione. 80. arti. 4. & in summa verbo, communio. Lutherus negauit aliã preparationem nisi solam fidem qua confidunt se gratiam ibi consecuturos. Contra illos est concilium Tridentinum, sessio. 13. cap. 7. & cano. 11. docens, Id. 1. Corin. 11. probat seipsum homo

homo intelligi de probatione per confessionem mortalium: unde iam non est locus opinionibus de intellectu illius loci. Vide supra in prologo. p. 6. Paulum ita intellexerat Scotus hac distin. & in ultimis verbis. Decernit idem conciliũ, quòd celebrans sine præuia confessione ad vitandum scandalum ex defectu confessoris, quamprimum confiteatur. Videtur sufficere si eo die vel sequenti ante celebrationem fiat, quia non est mora valde notabilis, & statim est moraliter loquendo, quamuis non punctualiter.

Peccatũ veniale non impedit effectũ huius sacramenti. Hec est contra Caiet. 3. p. q. 79. art. 1. & cõtra Durã. d. 12. q. 4. ad. 2. & hoc etiam si actu complacet: nam dato, opposito veniale esset causa quare non remitteretur mortale attrito putanti se contritam. Item gratia se compatitur cum veniali, igitur eo inexistenti potest infundi, cum illam dent sacramenta ex opere operato. Dominicus de Soto in. 4. dist. 11. q. 2. artic. 8. falsò imponit Bonauenturae opinionem Caietani, quia Bonauentura in distin. 12. numero. 72. expressè tenet contra. rium. Quando, nume. 58. dixit, nimis distractus paruam aut nullam gratiam recipit, loquitur disiunctiue, & illa pars est vera, quòd paruam, scilicet illam tantum quam ex vi sua dat sacramentum, sine alia recreatione & refectioe spiritalis dulcedinis obuientis deuotè communicantibus. Alexand. quaest. 41. m. 3. articulo. 2. tenet quòd tepidis, & nimis indeuotis non datur gratia, licet non incurrant offensam, quod neque est concedendum. Benè quidem in exteriori apparentia gratia non resulget, sicut tepidi accenserunt, ita distractionem suam patenter prosequuntur. Distracti multi sunt, quando sumunt, cum impossibile sit visis non tangi. Volebat Caietan. recedente fictione peccati venialis dari gratiam: & quidem refectio dulcedinis experientia monstrante habetur à recipientibus distractis, si citò post communionem se colligant.

Peccatori occulto petenti sacramentum in occulto, est negandum, etiam si peccatum sciatur in confessione. Ita tenet Alexand. q. 49. m. 1. Ratio est, quia debemus & tenemur ad correptionem proximi inter ipsum, & nos Mat. 18. Licet quoad

*Prop. 12.**Soto falsum imponit. S. Bonauent.**Vide sup. d. 6. p. 8.**Prop. 13.*

tertium non debeat homo habere se aliter propter peccatū confessum, quam si non nouisset: tamen quoad eundē confitentem bene potest. Aliter alij dicunt ne odiosa reddatur confessio, dum modò ille sacerdos sit curatus, & petat illē occultus in Paschate, quando tenetur communicare, quia cum habeat ius ad petendum non est spoliandus tali iure. Citant pro se Magistrum suum Thomam, 3. p. quæstio. 80. articulo sexto, absolute sine distinctione dicentem occulto petenti esse dandum. Bene quidem sacerdos deberet eum persuadere ne peteret.

*Prop. 14.* Occulto petenti in publico est dandum sacramentum à suo curato, atque etiam ab alio sacerdote si se ingerat alijs communicantibus. Deciditur in cap. Si sacerdos, de officio iudicis ordin. ne videlicet eius peccatum prodatur, & videntes scandalizentur.

*Prop. 15.* Publico peccatori, quomodocunque petat est negandum. Vide cap. Pro dilectione, de consecr. d. 2. quod est beati Cypriani lib. 1. epist. 10. Ratio, quia esset scandalum illi dare & cooperari eius peccato, nisi esset publice correctus. Dicitur secundum aliquos publicum, quod sciunt decē, quia decem faciunt populum: aut saltem quod scit maior pars viciniae, quod ad forenses causas habet locum. In proposito videtur alijs esse publicum quod est notorium per sententiam iudicis, vel per confessionem factam in iudicio, vel per euidenciam facti quod nulla tergiuersatione possit celari. Ita Bonauen. dist. 13. num. 22. & Ricardus hac. d. artic. 3. q. 1. Vide cap. Tu nos, & quæsitum, de cohabit. clerico & mulier.

*Vide sup. d. 6. p. 2.* Si autem est dubium an sit publicum: in re dubia melior est conditio possidentis de reg. iuris, lib. 6. tunc est ille iustus possessor suæ famæ. Hinc alius casus deciditur, si in alio populo sit peccatum publicum, sed non vbi petit? Tunc sacerdos credo possit dare, ne illum infamet ibi, si est aut habetur pro correcto: sin autem, pendet quæstio ex alia, si infamatum alibi per sententiam iudicis possumus hic infamare. Ego credo quamuis male fiat, tamen sine mortali saltem fieri posse: nam sententia & punitio delinquentium publice fit in medio solis, & tales sententiae referuntur,

nantur, ideò de publico per sententiam aut confessionē, quā posset sacerdos deferre: aut quæ posset sciri à videntibus communicantem, & quando sciretur malè iudicarent de tali sacerdote, eo casu posset negare, nō tamen publico alibi per euidenciam facti, quia talis euidencia est difficilior scitu in alio populo, & posset contra illam in alieno populo in quo moratur tergiuersari. Quia verò hora mortis quilibet præsumitur correctus debet ei dari, sicut suspendendis supra. p. 5. etsi est mulier in lupanari, aut in domo concubinarij, est inde extrahenda prius.

*De hora mortis.*

*Prop. 16.* Hostia non consecrata nullo modo est danda pro consecrata, etiam si petenti detur, & scienti non esse consecratam. Hæc est contra Bonauen. hac. d. num. 50. verum est tamen ipsum loqui sub dubio, quòd fortassis possit dari petenti ad vitandam infamiam. Cautela ab aliquibus excogitata non placet, quòd ante non consecratam ponatur consecrata, quæ videatur & in quam feratur populi adoratio. Nam adorantes tendunt oculos ad eam quam sacerdos defert ad os communicantis: & in ipso actu suscipiendi adorat suscipiens non consecratam, idque populo ostentat.

Non debet quis excommunicari ex eo præcisè, quòd nō communicat. Quia cap. omnis vtriusque sexus permittit de consilio proprii sacerdotis abstinere ad tempus à communionem. Ideò Episcopi non tam solliciti esse debent de communionem suorum, quam de confessione, quam cap. Quod quidam de poeniten. & remiss. exigit etiam ab impoenitentibus. Possunt verò ad communionem esse alia etiam impedimenta.

*Prop. 17.*

Actas apta ad communionem & necessaria sunt anni discretionis. Ita cap. Omnis vtriusque, de poeniten. & concil. Trident. sess. 21. cap. 4. & can. 4. anathematizat dicentes paruulos ante usum rationis teneri ad communionem. Thomas Vvaldensis lib. de sacramentis, cap. 91. dicit Græcos non baptizare paruulos ante octauum diem, & illis recentiter baptizatis infundere Eucharistiam liquefactam aqua, & vino; citat Guidonem Carmelitam Alonsus Castro baptifimus hæresi. 7. citat eundem Guidonem, quòd Armenij teneat

*Prop. 18.*

non posse conferri baptismum sine Eucharistia. Contra quos est, quod neque Christus, neque Apostoli leguntur dedisse cum baptismo Eucharistiam. Est & præcæritatum concilium: tamen excusat antiquos patres, qui in aliquibus partibus eam infantibus dederunt, quod non dederint ut necessariam. Hoc videtur rationabiliter cum parvulis obseruandum, ut à septimo anno mittantur ad confessores instruendi, à decimo eorum confessiones, omni earum forma seruata audiantur, à duodecimo iuxta eorum captum incipiant admitti ad communionem. Amentes, si ante amentiam sacramentum petierunt & habere possunt reuerentiam, possunt communicari, quod intelligo si citò post confessionem in illam inciderunt, secus alias, quia possent peccasse & indigere noua probatione. Vacillatio mentis quæ accidere solet infirmis non impedit. Vide cap. Is qui: 26. q. 6. ubi infirmis, qui in ea infirmitate in phrenesin inciderunt docetur infundi Eucharistiam ori eorum.

## DISTINCTIO .X.

### *De existentia corporis Christi in Eucharistia.*

*Propo. I.*



**D**E Fide est, quod facta consecratione sub speciebus panis est corpus Christi verè & realiter, sub speciebus vini sanguis. Ita docet Magister hac dist. cap. 1. & cæteri scholastici hac. d. Alex. quæst. 40. m. 3. artic. 1. Thom. 3. p. quæst. 75. art. 1. Contrarium fuit error Berengarij, quem tractauit, refertur de consecra. dist. 2. cap. Ego Berengarius. Sequuti sunt Vviclephus & Oecolampadius, sequunturq; hodie multi in Germania. Contra hos vide Roffensem lib. de veritate corporis Christi contra Oecolampadium.

dium, & Thomam Vvaldensem contra Vviclephum, lib. de sacramentis, à capit. 24. & deinceps. Probatur Conclusio ex Matth. 26. Marci. 14. Lucæ. 22. Vbi in coena Christus dixit, Hoc est corpus meum. Hic est sanguis meus. 1. Corinth. 10. Calix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? & panis quem frangimus nonne participatio corporis Domini est? capit. 11. multa tractat de institutione huius sacramenti. Respondent hæretici, ait Magister, illa verba esse intelligenda figuratiuè, sicut illa. 1. Corinth. 10. petra erat Christus. Afferebant id Ioan. 6. post scandalizatos discipulos quod essent carnem manducaturi: Spiritus est qui viuificat, caro non prodest quidquam: ergo loquens de Eucharistia loquebatur de suo corpore ibi figuratiuè & spiritualiter: & sic ibi non est nisi in signo. Scito sensum verborum Ioannis non esse de existentia Christi in Eucharistia, sed de sumptione spirituali, de qua supra. d. 9. p. 1. quia ex antecedentibus & consequentibus discernitur; quando scriptura loquitur figuratiuè, ut Scotus dicit hac dist. quæst. 1. litera. A. Paulus apertè dixit petram spiritualiter esse Christum. In consecratione additum est corpori, quod pro vobis tradetur; sanguini qui effundetur: sed traditio & effusio sunt veri corporis, & veri sanguinis. Item Ioan. sexto: Caro mea verè est cibus; ergo non figuratiuè, neque in signo; neque licet exponere, ly est, pro significat propter alios hæreticos. Dicit Arrianus; Verbum caro factum est, id est, figura carnis, vel verbum significat carnem. Deus erat verbum, id est, figura Deitatis. Tandem hæc est definita in concil. Constan. dum damnat tertium errorem Vviclephi: in concilio Tridentino, sessione. 13. capit. tertio, & cano. 1. Buccerus & alij dicunt esse ibi tantum in vsu, hoc est, quando sumitur & non amplius, ideò non esse asseruandam. Vide idem concilium Tridentinum, cano. 7. ubi damnatur, qui negauerit Eucharistiam asseruandam, & ad infirmos ferendam. Bonauentura hac distinctione, quæst. 1. in argum. 3. arguit ex Mat. ult. vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi, quod sit in Eucharistia. Vide



in.3.d.25.p.20.in fine. Ratione: Dato opposito concl. Ecclesia fuisse in errore, & idololatrasset plusquam à millequingētis annis. Alia ratio bene congrua. Quando separantur amici vel sponsus à sponsa relinquentes. dona in sui memoriam melius relinquerent semetipsos, si possent abire & manere, Christus reliquit Eucharistiam in sui memoriam, qui quidem potuit relinquere semetipsum & abire, vt infra, p.16. Igitur reliquit semetipsum. Maior nota est omni scienti quid sit amor. Confirm. Quia indignum videretur tanto principe, cui Deus Pater est, si tantum relinqueret frusta panis & vini guttulas, cum alij sponsi relinquunt sponis. dona pretiosa. Circa hanc annota, quod Caiet. 3.p.9.75.ar.1. dicit, in illa propositione. Hoc est corpus meum. ly est, sumi proprie, & substantiue, non metaphoricè, sed ait quòd hoc solum habemus ex autoritate Ecclesiæ ita declarantis, & non ex aliquo Euangelio ad id sic capiendum cogente. Hoc secundum video multis displicere: Catharinus lib. 5. annotationum in commentaria eiusdem Caietani ex alio loco monstrat eum non sibi constitisse.

Frater Alfonsus Castro Eucharistia hæresi. 4. & post eum alij imponunt Nestorio, quòd dixerit panem non conuerti in carnem filij Dei, sed in carnem puri hominis iusti & sanctificati, allegat contra eum primam synodum Ephesinam. Et quidem ita ex epistola Cyrilli, & aliorum patrum missa ad Nestorium deduci potest. Si autem expressè in eo fuerit errore, vel consequeretur ad eius primum, in quo asseruerat duas in Christo personas, vt habes in.3.d.5.p.2. sicut ad errorem Manichæi sequi potest, q non conuertatur panis in veram carnem, sed phantasticam: ad errorem Valentini, quòd in carnem tractam ex cælo: ad errorem Appellis in carnem formatam ex elementis, non pertracto: fat sit prædictum patrem doctissimum, aliosque ita dixisse. Id verò ad nostras probationes quàm plurimum facit, quòd tractantes illius concilij ducenti patres autoritatem, Ioannis. 6. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, eam de manducatione vera & reali intelligebant. Dicunt enim, Ad mysticas benedictiones

acce-

acceditus & sanctificamur, participes sancti corporis & pretiosi sanguinis Christi, nō vt communem carnem percipientes, nec vt viri sanctificati & Verbo coniuncti, sed vt verè viuificatricem, & ipsius Verbi propriam factam. Et ideo quāuis dicat ad nos. Amen Amen dico vobis, nisi māducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem non tamen eam vt hominis vnus ex nobis existimare debemus, sed verè propriam eius factam, qui propter nos filius hominis & est, & vocatus. Siue igitur expresse & ex professo id de sacramento hoc dixerit Nestorius, vel quia ad primam eius hæresin sequebatur contra eā autoritates de sacramento in quo suam carnem docebat esse viuificatricem patres adduxerint, & contra eas se Nestorius opposuerit, nobis fauerent illi sancti patres in citata autoritatis interpretatione.

Ex vi consecrationis sub specie panis duntaxat est corpus Christi: sub specie vini solus sanguis. Ita docet Alex. q. 140. m. 3. ar. 2. quòd videlicet sacramentaliter non est totus Christus sub vtraque specie: sed caro tantum sub specie panis: sanguis tantum sub specie vini, sequuntur eum omnes scholastici. Probat. Illud est ibi ex vi cōsecrationis, seu sacramentaliter, in quod directè conuertitur substantia panis & vini: sed forma cōsecrationis panis tantū profert corpus, forma vini sanguinem: igitur panis substantia in corpus, & vini in sanguinē duntaxat conuertuntur. Ricard. d. 11. art. 1. q. 2. explicat quòd materia panis in materiam corporis, & formā in formā corporis, non in animam rationalem, sed in eam quæ est corporis conuertitur, similiter materia vini & forma, in sanguinis materiam & formam, eadem verba vide in Scoto: d. 11. q. 3. litera. H. & ante literam. Q.

Sed modò est difficultas, quæ sit forma corporis, vt in illā tanquam in terminum formalem fiat conuersio. Questio est physica non theologa. Diuus Tho. 3. p. q. 75. ar. 6. ad 2. tenens quòd in homine non est alia forma nisi anima intellectiua, vt dixerat. 1. p. q. 76. ar. 3. & 4. dicit quòd terminus formalis huius conuersionis est anima intellectiua vt dans esse corporeum, non vt dans esse animatum. Scotus. d. 11. q. 3. tenens formam corporis distinguī ab anima intellectiua præcipuè

P 5 litera

Propo. 2.

Dub.



litera. Q. & litera. S. & d. 44. quæ litera. E. vide & supra in. 3. d. 21. p. 2. (nam secundum eum, identitas corporis Christi viui, & mortui non erat à sola materia & hypostasi, sed etiam à forma corporeitatis) tenet litera. KK. quod terminus formalis est corpus Christi includens materiam, & formam mixti priorem animam intellectiuam, quod corpus est pars hominis per se, manens idem viuo homine atque mortuo. Probat: Agens naturale concurrentis ad productionem corporis prius naturaliter propagat corpus, & inducit formam mixtionis, quam Deus infundat animam intellectiuam, igitur forma corporis, vt corporis non dependet ab intellectu. Confir. Si Deus non infunderet intellectuam, sicut potest, quia non infundit simpliciter necessario, vide eundem Scotum lib. 3. d. 16. litera. G. maneret, essetque idem corpus, igitur à simili idem corpus est mortui hominis qui fuit viui eadem forma manente. Quod & confir. Idem cadaver est hominis mortui, vel occisi aut suffocati, similiter & cæterorum animalium, diuersa tamen agentia & diuersæ rationis non sunt nata eandem formam inducere, igitur illa forma prærat in viuus.

*Argum.* Si pro Scoto arguas. Terminus formalis cōuersionis esset idem mortuo, & viuento Christo: sed viuento Christo erat anima intellectiua vt dans esse corporeum: Christo mortuo si aliquis apostolus consecrasset esset cadaver, igitur vel forma corporis viui & mortui est eadem: vel est diuersus terminus formalis quod videtur esse contra fidem.

*Solutio.* Attende quod aduersarij respondent & concedunt idem esse corpus hominis viui & mortui numerali vnitatem, videlicet esse hypostatici, esse actualis existentia, & materia: non tamen esse idem formaliter, quia viuens habet esse formaliter ab intellectu, mortuum à forma cadaveris. Idcirco concedent quod nō est idem terminus formalis in prædicta cōuersione: est tamen idem numero, & hoc sufficit ad esse de fide quod sit idē corpus in sacramento viuo & mortuo Christo: sed non est de fide quod sit eodem modo corpus, id est, ab eadem forma.

*Corol.* Ex prædictis sequitur, quod mortuo Christo in illo triduo, si quis

quis apostolus consecrasset, sub specie panis tantum esset corpus, sub specie vini sanguis, vide Scotum hæc d. q. 4. litera. A.

De pro illo triduo, modo sub qualibet specie ex concomitantia, seu ex indiuisione est totus Christus, quia nunciantia, sanguis, & Diuinitas sunt indiuisibiliter cōiuncta corpori, anima corpus & Diuinitas sanguini. Definita est in concilio Florentino, & Tridentino, sess. 13. cap. 3. & cano. 3. & sess. 13. cap. 3. & cano. 3. vide & cap. Singuli, & vbi pars de consec. d. 2. Facit in hanc illud Pauli Rom. 6. Christus resurgens iam non moritur, sed si modo consecraretur corpus sine anima consecraretur corpus mortuum, & Christo mors dominaretur. Perinde est sciendum, quod per circumiunctionem Diuinarum personarum ibi sit tota Trinitas. Non tamen debemus dicere, quod consecramus Trinitatem, aut sumimus & manducamus Trinitatem, sicut neque dicimus quod Trinitas sit incarnata, aut passa vel crucifixa. Glossa in cap. Nud Moyses de consec. dist. 2. concedit has, Christus comeditur, Deus comeditur, negat tamen has, Deitas comeditur, anima comeditur. Gabriel super canonem lect. 2. litera. R. dicit, quod sunt ibi Pater & Spiritus sanctus per cōcomitantiam secundam, sed prior terminus est per circumiunctionem. Qui hoc audiunt aspere sciant aspere esse negare, dicente Christo. Ioan. 14. Non credis quia ego in patre & pater in me est, cuius contrarium est hæreticum. Sequeretur ex prædictis, quod saltem in illo triduo mortis cōsecrato sanguine non esset ibi Diuinitas, cōsequens est falsum dicente Clemente. M. in extrauaganti. Vnigenitus de pœnitent. & remiss. quod gutta modica sanguinis Christi propter vnionē ad Verbum suffecisset pro redemptione totius humani generis, igitur vbi sanguis Christi ibi esset Diuinitas. Sequella probatur, quia sanguis & reliqui humores nō sunt partes humanæ naturæ neq; informantur anima rationali, igitur consecrato solo sanguine, ibi nulla est indiuisio, aut cōcomitantia animæ, corporis, aut Diuinitatis. Confir. quia si talis indiuisio esset, hæc foret vera. Sanguis est Deus, sanguis est homo, quæ tamen non est.

Difficultas huius argumēti habet locū tam hæc, quæ supra *Solutio* in

Prop. 3.

. 1. in 10

Libro. 2.

d. 19.

Argu.

in.3. in materia incarnationis, & infra in. d. 44. in materia resurrectionis. Dico ideo quod duplex implicatur in eo difficultas, vna physica, si sanguis sit pars humanæ naturæ, & informetur anima rationali? secunda, si vniatur Verbo diuino hypostaticè? inde resultat tertia, si totus sanguis resurgat in homine?

*Opin. 1.* Quidam tenent sanguinem esse partem humanæ naturæ, & informari anima rationali, distinguunt tamē de sanguine, quod quidam est nutritiualis, quia vt potes videre in Scoto. d. 44. q. 1. littera. N. nutritio solum est necessaria ad restorationem deperditi, & sic ille sanguis est nutritiualis, quo nutritur, & reparatur, quod igitur conuertitur propter nutritionem, vt restauretur quod fluxit, non est de intentione naturæ, ideo talis sanguis non est de veritate humanæ naturæ, neque informatur anima rationali, neque fuit Verbo vnitus hypostaticè, neque est inconueniens, quod resurgente Christo illius sanguinis guttæ remanserint in spinis, clauis, lancea; aut in tunica sudor ille sanguineus. Nam sudor secundum Aristot. sectione. 2. problemate. 2. & 4. est humor incoctus vitiose adiunctus corporis, qui per calorem excerni debet, atq; nonnullis accidit eodem Aristot. dicente lib. 3. de partibus animalium cap. 5. vt conuenit quoddam excrementum sudarent propter vitiatum corporis habitum, scilicet cum corpus laxum fluxumque esset, sanguisque præ cruditate humesceret imbecillitate caloris, qui exiguus venulis inclusus concoquere nõ posset, vide & lib. 3. de historia animalium. c. 19. In Christo ideo sudor ille sanguineus non miraculosus fuit, sed naturalis, contra Burgensem in additione Lucæ. 22. quando alios sanguinem sudasse testatur Aristot. & sub his annis in persecutione hæreticorum in Gallia in prouincia sancti Bonaventuræ ordinis nostri, soror quædam territa ex euaginatæ gladijs hæreticorum sanguinem ab omni corporis meatu sudauit & ex æguis effecta in oculis omnium expirauit. Neq; magis negandus est à Christo propter imbecillitatem caloris & cruditatem, quàm ab alijs, licet fuerit temperatissimus; bene ex eius complexione dici posset, quod non sudauit ex sanguine superabundanti & superfluo, sed quia timebat dicente

cente Marco. 14. cepit pauere & tædere. Timor autem est frigiditas quædam, teste eodem Aristot. lib. 2. Rhetoricæ cap. 24. vnde frigus pro timore fuit positus à Marone Aenaid. 1.

*Exemplo Aeneæ soluantur frigore membra.*

id est timore, ob quem calor desertis locis superioribus contrahitur ad ima, partesq; inferiores humescunt, & alius quædamque soluitur & vesica, vide eundem Aristot. in problematis secti. 2. problemate. 26. sectio. 4. problema. 8. sect. 27. problema. 1. 8. & 9. Potuit igitur in Christo ex illo pauore & tædio; & quia parum ante cœnatus fuerat esse calor imbecillis in venis atque cruditas, cum non in vno instanti concoqueret, sed naturaliter ductu temporis. Corpore laxo fluxoque sudorem emisit sanguineum, sicut absque indecètia facta digestionem finium & vrinam emittebat, quia totam naturam humanam consequuntur lib. 3. d. 15. p. 3. Neque Lucas dicit eum sudasse perfectum sanguinem cap. 22. sed factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram.

Alius sanguis vocatur perfectus, quo per augmentationem acquiritur debita quantitas, & animal subsistit etiam si alimento & nutritione non egeat. Hunc dicunt esse de veritate humanæ naturæ, & informari anima rationali, vnitumque Verbo Diuino hypostaticè, resurgereque in homine resurgente. In hanc adducitur Tho. quod lib. 5. q. 5. & in. 4. habetur in additionibus. 3. p. q. 80. ar. 3. vbi dicit sanguinem & alios tres humores contineri intra partes corporis, & perfici ab anima rationali, non tamen in eodem modo sicut partes perfectiores. Potest in hanc adduci Aristot. lib. 3. de histo. animalium cap. 19. dum ait. Semper quandiu vita seruatur sanguis vnus animatur & feruet.

*Opinio. 2.* Altera opinio est, quod sanguis neque est de veritate humanæ naturæ, neq; informatur anima rationali vt viuat, sed tam ipsi quàm cæteri humores habent proprias formas substantiales imperfectiores anima. In hac potest adduci Bona. d. 44. huius num. 7. & 8. dum ait, quod humores nõ sunt de substantia membri, neque necessarij ad veritatē naturæ, sed ad complementum, integritatem, & decorem, neque viuunt nisi quia disponunt ad vitam, resurgent tamen ne venæ remaneant

manent vacuæ, quod de sanguine specialiter dicit Ambrosius in sermo. de martyribus, quem Ecclesia recitat tempore Paschali. Cum Bona. potest adduci & Tho. 3. p. q. 3. art. 5. dū ait soluendo primum, quod actuales partes corporis sunt carnes & ossa, sanguis non est actu pars corporis, sed in potentia est totum. Et. 1. p. q. vlt. art. 1. in vltimis corporis arti. dicens: Alimentum conuertitur in veritatem humanæ naturæ in quantum verè accipit speciem carnis & ossis, & huiusmodi partium, & in sol. 3. Humidum nutrimentale nondum peruenit ad suscipiendum perfectè naturam speciei, sed est in via ad hoc vt sanguis & huiusmodi, vnde si subtrahantur remanet adhuc virtus speciei, igitur est de mente Thomæ, quod sanguis & cæteri humores non sint de veritate humanæ naturæ, vt caro & ossa, quia sine sanguine & humoribus constaret humana natura. De mente tamen eius curabunt vltimi sui testamenti exequutores. Qui primam tenuerint opinionem interpretari poterunt Thomam quod loquatur de sanguine nutrimentali, sicut Aristo. 2. de partibus animalium cap. 3. & de generati. animal. cap. 19. vocantem sanguinem vltimum alimentum in sanguineis animalibus. Qui sanguis tantum est necessarius, quando animal indiget alimento & nutritione, non quidem post resurrectionem quando corpus non erit animale, id est, indigens alimonis. Qui secundam amplecti voluerint dicere possunt quod sanguis & cæteri humores sunt de veritate humanæ naturæ non in se, & secundum suam substantiam, sed secundum virtutem, eodem modo, quo multi, vt Scotus in. 2. d. 15. tenent de elementis, quod non manent in mixto secundum substantiam, sed secundum virtutem. Addit Durandus hac. d. q. 1. ad hanc opinionem, quod sanguis non fuit vnitus verbo hypostaticè. Hac sententia non videtur sana in fide cum dicat Petrus in. 1. cap. 1. quod redempti sumus non corruptibilibus auro vel argento, sed pretioso sanguine Christi, sed si non fuisset vnitas hypostaticè non esset pretium Christi pro nobis, neque dixisset Paulus Hebr. 9. Sanguis eius emundat conscientiam nostram, quod tota scriptura personat, & Clemens sextus in præcitata Extrauag. explicuit. Quidam prædicator

cator fuit condemnatus, quia prædicauit opinionem Durandi. Neq; arbitraret omnino tutum concedere, quod tam sanguis, quam cæteri humores fuerint verbo vniti hypostaticè quandiu in corpore manebant, & quod hoc sufficiat ad præfatas autoritates, quo dicamur redempti pretio sanguinis, sicut per alia opera, & passionis Christi, non tamen quod ipse sanguis iam effusus vnitus verbo permaneret. Nam licet de sanguine nutrimentali, atq; alijs humoribus vtrūq; sine periculo videatur posse asseri, quod erant vniti cum corpore verbo hypostaticè, vel etiā neq; in corpore sic vniebantur, tamen de sanguine proprio & vero quo eramur redimendi formidandum est id asserere propter consecrationem sanguinis in illo triduo, quia tunc non esset ibi Diuinitas, quod nullatenus dici debet. Ratio propter quam tenendum est fuisse vnitum hypostaticè, quæcunq; duarum opinionum teneatur est quod per illum eramur redimendi, ideo tanquam Christi instrumentum erat Diuinitati coniunctum, & quia sumus illum bibaturi vt vitam habeamus, & in Christo maneamus. Ioan. 6. & effusus extra corpus in illo triduo erat potus noster, debuit esse vnitus verbo hypostaticè. Neq; video contra fidem inconueniens si quis concederet, in illo triduo sanguis erat Deus, & Deus erat sanguis; Corpus erat Deus, & Deus erat corpus manente ex assumptione prima vnione Diuinitatis, vt lib. 3. d. 2. p. 3. & d. 21. p. 2. vide & d. 22. ibi. p. 4. Scotus. lib. 3. d. 22. à lit. O. & R. hoc non concedet, sed quod verbum erat habens corpus, & habens animam, non verò animatum, neq; corporeum: à simili negaret quod esset sanguis, concederet verò, quod haberet sanguinem, cum corpus & anima sint partes essentielles humanæ naturæ: neq; propter vnionem ad partes iam diuisas, cuiuslibet illarum debet communicari tales prædicationes, quia, sicut ait, non placuit doctoribus fieri tales denominationes, neque communicantur ipsi humanitati in maxima abstractione, quod denominet proprium suppositum, neq; alienum: vt, natura humana est homo; est Deus. Oppositum dicens, fundabit in eo, quod potuit assumere quancunq; aliam naturam, neq; plus facit quod assumatur sola, quam quod maneat assumpta (vt in proposito) ex alia vnione. Cum Scoto vide & Thom. 3. p. q. 50. art. 3. ad. 3.

Ad secundam opinionem potest cum Bona. adduci & Ricard. d. 44. ar. 1. q. 2. dicens, quod sanguis & ceteri humores resurgunt cum homine, quia in eis est aliqua influenza virtutis ipsius anime, quamuis ab ipsa anima per essentiam non perfectiantur: in sol. 1. dicit, humores non esse plene de substantia corporis, eo quod a forma corporis completiva, per essentiam non informantur: conferunt tamen, ad conseruationem eorum quae sunt de principali intentione naturae, quam vocat corporis perfectionem secundariam, & decorem. Scotus. d. 44. q. 1. litera. N. dixit, illud quod est propter augmentationem esse de principali intentione naturae nihil tamen explicuit de sanguine. Hac. d. q. 4. litera. A. dicit, Sanguis non est animatus, neque aliqua pars primi animati. lib. 3. d. 16. litera. D. dicit quod allegaui in. 3. d. 21. p. 21. q. semel assumptum a verbo nunquam fuit dimissum, videlicet de partibus principalibus corporis exemplificat in corde, capite, & manu, tamen sanguinem non nominauit, licet ibi ego exemplificauerim in partibus carnis & alijs dimissis, de gutta sanguinis. Idcirco de vnione hypostatica sanguinis ad verbum neque affirmauit, neque negauit, quod ad praesens recorder. Nisi velis quando in eodem. 3. d. 21. litera. c. dicit: Si verbum vniisset sibi naturam non in instanti, sed habentem cursum suum, primo vniisset sibi sanguinem, & mediante sanguine carnem, explicuisse quod vnita natura in instanti formata, vnitus fuit ex consequenti sanguis; aduertes loquitum non de sanguine in venis, sed de sanguine vt ex eo generantur caro & ossa. Tenentes hanc secundam possunt Aristo. adductum ad primam, quandiu vita seruetur sanguis vnus animatur, interpretari de anima vegetatiua. Nam & ipse ibidem negauit ab ea sensitiuam inquitens: tactum nullo in genere sentit: sicut excrementa quoque in alio contenta sensu carere certum est. Quod si palpitat in venis a caliditate, seu calori naturali prouenit quemadmodum caro porcina ab olla extracta palpitat a calore, sed quia corpus animatum debet esse organicum vt infra. p. 5. quale non est sanguis negandus est Aristo.

*Propo. 4.* Facta diuisione sub qualibet speciei minima particula continetur totus Christus. Ita docet Magister ex Hieronymo d. 12.

d. 12. c. 5. & est de fide definita in concil. Florent. & in Trid. sess. 13. c. 3. & cano. 3. vide cap. Vbi pars de consecr. d. 2. Imo & ante diuisionem, quia diuisio non facit eum esse alio modo in particulis. Ita docet Alex. q. 40. m. 3. ar. 5. contra quosdam tenentes quod est totus in tota hostia, & ante fractionem non est totus sub partibus bene tamen post fractionem. Sequuntur Alex. Bona. hac. d. nu. 32. Ricard. ea. d. ar. 6. q. 1. atque Tho. q. 76. ar. 3. Non tamen oppositam sententiam explicitè, vt erroneam damnauerunt ista Concilia, tantum expresserunt facta separatione partium esse totum Christum sub qualibet. Simile quod ipsa ponit de speculo: in toto repraesentatur vna tota imago, fracto repraesentatur in qualibet parte, non probat, quia multiplicatio imaginum accidit eo fracto propter diuersas reflexiones obiecti ad diuersas partes speculi. Quod videtur in speculo est res ipsa per lineam reflexam, quo fracto ab eadem re fit noua reflexio ex qualibet parte speculi, quasi vna res esset plures: fracta verò hostia non est alio modo Christus in partibus, quam ante fractionem.

Corpus Christi in sacramento habet totam suam quantitatem. Ita tenet Alex. q. 40. m. 3. ar. 4. Contrariam sententiam aliquorum negantium ab eo quantitatem, & cetera accidentia reputat erroneam. Bona. hac. d. nu. 14. dicit non esse erroneam, sed errori propinquam, eam nihilominus tenet Durand. hac. d. q. 2. conclusio Alexandri est etiam Scoti hac. d. q. 1. litera. L. & deinceps, Ricardi. ar. 1. q. 2. atque Thomae. q. 76. ar. 4. Ratio ad conclusionem est. Si quantitate quam habet in caelo non haberet in Eucharistia deponeret eam & transfunderetur. Item: Corpus in Eucharistia est viuens & animatum anima rationali, ergo est organicum, quod est habere partes extra partes, & pertinet ad quantitatem. Probatur consequentia ex. 2. de anima. tex. 6. seu cap. 1. Anima est actus corporis naturalis organici, siue instrumentalis, potentia vitam habentis: instrumenta autem siue organa partes sunt, ait Aristo. Scotus vbi supra ante literam. M. dicit quod figura necessaria forte est ad corpus animatum: qui nisi etiam in sibi probatis vteretur termino forte, potuisset videri dubitasse de necessitate instrumentorum, seu organorum ad animationem, tamen

Q infra

infra. d. 49. q. 16. ante literam. A. id concedit sine fortè. Et d. 11. q. 3. litera. T. dicit, quòd ad hoc, vt sit homo non potest anima intellectiua etiam de potentia Dei informare nudam materiam.

Propo. 6.

Quantitas corporis Christi probabilius est quòd sit in sacramento per concomitantiam, quàm ex vi consecrationis, seu sacramentaliter. Hanc tenet Ricar. vbi supra, & debet esse Scoti hac. d. q. 4. litera. A. dum dicit, quòd corpus Christi vt est in Eucharistia, intellige ex vi consecrationis, non continet animam neq; accidentia: sed quantitas est accidens, quæ secundum Scotum citatum in præcedenti est in corpore Christi in Eucharistia: igitur est de mente eius quòd non ex vi consecrationis: & sic ex concomitantia. Facit idem Scotus in. 2. d. 12. q. 2. litera. B. probando materiam posse esse sine forma, dat quippè rationem: absolutum prius potest esse à Deo sine posteriori, quod non est de essentia eius: sed quantitas non est de essentia substantiæ corporis, igitur secundum Scoti doctrinam poterit fieri corpus sine quantitate. Quæres autem si corpus tunc haberet easdem partes, puta manus, oculos: & vbi illæ essent? Dico conformiter ad eundem Scotum ibi litera. D. quòd tales partes siue organa habet corpus & non à quantitate, ideo sine illa haberet easdem partes substantiales, essetque tunc in loco diffinitiuè sicut angelus & anima, Dixi probabilius, quia contrarium non est improbabile, cum enim consecratur corpus vt est corpus Christi, & non tantum, vt corpus, ex vi consecrationis consecratur cum accidentibus consequentibus ipsum corpus sine variatione in vita & morte, quale est quantitas: non sic rubedo, aut pallor, calor vel frigus. Confir. quantitas est ita corpori Christi naturaliter coniuncta, quòd per nullum agens naturale potest ab eo separari, sicut possunt separari humores manente corpore integro, igitur vis consecrationis non diuidit eam à corpore, neque corpus ab ea. Confir. secundò, Ex eo ponimus concomitantiam sanguinis & humorum consecrato corpori vt maneat integrum corpus in Eucharistia, sicut in cælo, & dicere possit Christus verè & propriè, Hoc est corpus meum: sed semper & vbiq; potuit verè & propriè

priè dicere sacerdos ex persona Christi de corpore vt quãto, Hoc est corpus meum, quod non potuit dicere de eo vt cum alijs humoribus siue accidentibus quæ deposuit, igitur verba consecrationis vim habent ad corpus vt quantū, & non simpliciter vt corpus.

Sed contra hoc arguitur. Substantia panis transubstantiatur in corpus Christi, ita quòd materia in materiam, & forma in formam, supra. p. 2. sed quantitas panis non conuertitur in quantitatem corporis Christi, nam manet facta consecratione, igitur ex vi consecrationis non est ibi quantitas corporis sed ex concomitantia. *Argum.*

Secundò, factò corpore sine quantitate non esset viuum, neq; animatum, quia non esset organicum neq; figuratum, quod est contra Arist. aut si esset, ratio secunda posita ad. 5. p. quæ est sancti Bona. non conuinceret. *Argu. 2.*

Primum est bona apparentia pro conclusione: dicit verò tenens oppositum nõ esse inconueniens fieri conuersionem solius substantiæ in substantiam vt quantam, ita q; quantitas sicut comproducit in alijs, conuertatur, vt ita loquar, in præfenti. *Solutio.*

Secundum potest habere varias solutiones: Ad sententiã impugnatam in. p. 5. cõsequitur esse viuum & animatum ex Dei potentia sine quantitate, & ita illa ratio nõ conuincit nisi de potentia ordinata: quia verò nõ habemus vnde probemus vti Deũ absoluta potentia in præfenti faciendo animatũ sine quãtitate, est ratio satis bonæ apparètiæ. Possent forsan responderi secundo q; implicet esse animatum & nõ organicũ, sicut implicat habere quantitatem & non esse quantum: habere albedinem & nõ esse album, quamuis non implicet esse corpus, & non quantum, & q; Scotus citatus. 5. p. vere dubitauerit de hac implicatione. Tertiò possent dici, quòd esset animatum quantum ad actum primum: non quoad actum secundum qui est habere operationes vitæ, & interpretari Aristotelis definitionem de anima, in ly organici, quòd sint organa necessaria ad hunc actum secundum: vel quòd ipse loquutus est de corpore vt est in rerum natura, quia nõ intellexit Dei absolutam potentiam. *Ad. 2.*

Q 2

Quan.

*Propo. 7.*

Quantitas corporis Christi in Eucharistia habet eundem modum essendi intrinsecum & naturalem, quæ haberet extra Eucharistiam etiam viventē Christo vitā mortalem. Hæc est Scoti hac. d. quæst. 1. litera. L. contra Thom. 3. p. q. 76. art. 4. dicentem ad. 1. & 2. quod quātitas corporis Christi est ibi ad modum substantiæ, & non ad modum quantitativum, ex eo, quod non est ex vi consecrationis, sed ex concomitantia ad substantiam, & sicut natura substantiæ est quod sit tota in toto, & tota in qualibet parte: ita quantitas concomitans substantiam induit modum substantiæ: non autē partes sint singulæ in singulis partibus. Probatur cōclusio, præcipuè iuxta dicentes accidentia non esse producibilia, neque creabilia per se, sed ad productionem & creationem substantiæ comproduci & creari: talis productio & creatio terminata ad substantiam primo & per se non tollit accidentium naturam, neque immutat in modum naturæ substantiæ, igitur neque consecratio tollit à quantitate modū essendi quantitativum, & transfert in modum substantiæ, & per consequens alia ratio quærenda est propter quam non tota quātitas in toto, & pars in parte sit. Confir. ex Augustini sententia, qua vitur Scotus modo citatus non solum hac. d. sed lib. 1. d. 3. q. 7. litera. R. & lib. 3. dist. 14. quæst. 3. ante literam. A. habetur in Augustino. 3. de Trinit. cap. 10. quod è serpente factō ex virga Moysis & ex lapide Jacob, quod significatur & intelligitur vnum est (videlicet Christus) at illa ex quibus intelligitur diuersa sunt, tanquam si nomen Domini & auro & atramento scribatur. Et in epistola ad Deo gratias, quæ est. 49. quæstioni. 1. quam ab Augustino petebat, respondet Augustinus. Non pertinet ad resurrectionem differentia natiuitatis Christi & nostræ, sicut neque pertinet ad ipsius mortis differentiam. Ambrosius etiam, quem refert citata. d. 14. lib. de Incarnationis sacramento. cap. 9. ad finem loquens de Adam & nobis, de Christo & Maria, ait. Dissimilitudo ortus similitudini substantiæ non præiudicauit. Igitur vis consecrationis non variat modum essendi quantitatis, quem habet ex concreatione, vel comproductione, quod sit ad modum substantiæ. Confir. secundo. Vis consecrationis non tollit

tollit aut transfert naturam aliorum concomitantium in sacramento. V. g. cum corpore est sanguis, est calor, barba, capilli, sed conseruant suam naturam licet nō sint primus terminus conuersionis, verum concomitans: igitur ex vi consecrationis nō est ibi quantitas ad modum substantiæ, est verò ad modum suum proprium.

Ex hac & præcedenti inferitur, quod Christi corpus habet in Eucharistia suam longitudinem, latitudinem, & profunditatem, quæ sunt corporis dimensiones. *Corol.*

Contra hanc arguitur. Dulcedo quæ est in lacte videtur visa albedine non secundum suum modum, sed secundum modum albedinis, nam viso lacte sicut dicimur videre albū, dicimur videre dulce, quia concomitans induit modum essendi in oculo, quem habet principale visibile, ergo à simili in proposito. *Argum.*

Hoc arg. siue simile non probat. Nam licet ad visionem albedinis videatur dulce in concreto, non tamen dulcedo in abstracto: neq; dulcedo est in oculo per accidens, etiam si cōcedatur quod dulce est in visu, quia dulcedo abstrahit à subiecti concomitantia. Possitq; arg. retorqueri seu simile, hoc modo. Anima est in hostia ad corporis concomitantiam, sed ipsa nō induit modum essendi corporalem quia ei repugnat, ergo neq; dulcedo ad concomitantiam albedinis induit rationem aut modum visibilis subiecti, neque quantitas modum substantiæ cum eis repugnet. *Solutio.*

Quantitas corporis Christi in Eucharistia non habet modum dimensionum seu quantitativum. Ita docet Scotus hac. d. q. 1. à litera. M. Explicat q̄ modus quantitativus seu dimensionis distinguitur à quātitate, quia nō est propria passio eius, vt dicit soluendo. 2. principale, sed est respectus extrinsecus adueniens qui manente fundamento & termino variatur, sicut propinquitas & distantia vnius ad alterū variatur vtroq; manente. Hic modus est illa positio partium pertinens ad prædicamentum situs, præsupposito vbi: situatio, ergo partium locati ad partes loci, seu locantis, potest separari à situatione seu positione partium ordinararū ad se inuicem. V. g. situatio partium inter se in corpore humano est, quod caput

supra humeros mediante collo sit, humeri supra pectus & sic deinceps: in plantis, rami & folia in parte superiori, mediat truncus, infra est radix. Hæc partium positio est differentia quantitatis continuæ, ita quod sicut animalium aliud est rationale, aliud non rationale siue irrationale: similiter, quantitas continua alia habet partes inter se ordinatas & distantes: alia non habet, v.g. lapidis quantitas. Hæc differentia separari non potest à quantitate. Cæterum alia positio pertinens ad aliud prædicamentum, licet præsupponat quantitatem non tamen est de ratione eius intrinseca, idcirco potest ab ea separari. Sic est factum in sacramento Eucharistiæ per Diuinam potentiam, non quia quantitas variet modum suum in modum substantiæ.

*Corol.*

Ex hac inferitur secundum eundem Scotum partes corporis Christi nõ se inuicem penetrare aut subintrare, quoniam pes nõ est in oculo, neq; manus in pede, sed inter se sunt pars extra partē: respectu hostiæ omnes partes sunt in qualibet parte hostiæ, neq; pars corporis est extra partē etiam minimā hostiæ. Consequitur ad hoc, quod corpus Christi ibi non occupat locum: non tamē videtur concedendū theologicē, aut physicē quod non replet locum simpliciter loquēdo, quia Deus cælum & terrā implet. Hierem. 23. nõn tamen occupat. Anima rationalis totum corpus replet, neq; occupat essendo pars in parte: Angelus locum replet, neq; occupat, quia loco nõ circumscribitur, Sol terram sua claritate replet cum qua se comparatur aer. Corpus ideo Christi hostiā replet non tamen occupando, ita loquitur Scotus. q. 5. ad 2. propter quod est ibi indiuisibiliter. Distinguunt aliqui esse corpus in corpore penetratiuē, ab esse indiuisibiliter: & dicunt quod corpus cum hostiā, & sanguis cū quantitate vini sunt penetratiuē & indiuisibiliter: duo corpora si essent simul circumscriptiue se penetrarent, nõ tamen indiuisibiliter. Penetrationē in proposito sanē intelligito, videlicet sine inhærentia accidentium hostiæ aut vini ad corpus & sanguinē Domini habetur intima præsentia litas corporis ad quantitatem hostiæ, sine hoc quod aliquod spatium mediet, aut vacuū aliquod sit. Hoc facilius credimus, quàm probamus.

Dubi-

Dubatur an ex hac præsentia litate sine circumscriptione debeat dici corpus Christi esse in hostia diffinitiuē? Tenendo quod Picus Mirandulanus, vide in 3. d. 22. p. 2. rationem essendi diffinitiuē esse operationem transeuntem ad extra: cum nulla operatio sensitua in sit corpori Christi, vt in Eucharistia, non erit ibi diffinitiuē. Dicendo, quod esse diffinitiuē est coarctari loco, vt ita sit in eo quod non alibi esse diffinitiuē est superius ad circumscriptiuē, ita dicit Bonae. hac. d. q. 4. in arg. ad oppositū, quia omne circumscriptum definitur & clauditur loco; habet vltra hoc commenturationem singularum suarum partium, ad singulas partes loci: Ergo esse diffinitiuē erit esse in loco commensurato aliquo modo suæ quantitati, vel virtuti, sicut anima est in corpore, non extra illud. Non tamen est diffinitiuē in manu aut pede cum sit in alijs partibus, neque in aliqua vna secundum totam suam virtutem. Corpus Christi non est in hostia ratione suæ quantitatē, neque ratione suæ virtutis limitatæ ad hostiam, verum ratione panis in illud conuersi, igitur non est ibi diffinitiuē cum simili modo possit esse alibi vbicumque fuerint dimensiones panis conuersi in ipsum. Hoc modo Diuus Thomas respondet dubio in. 4. dist. 10. quæst. 3. artic. siue quæstioncula. 2. Gabriel hac. d. concl. 1. & 8. dicit, quod est diffinitiuē; & fuit opinio Ocham in. 4. quæst. 6. ad dubium quintum dicentis. De facto in transubstantiatione sacramentali corpus Christi est in loco hostiæ non circumscriptiuē, sed diffinitiuē. Hæc ille; cuius verba ad literam refert idem Gabriel super canonem. lect. 40. litera. Q. vide & lect. 43. sub litera. E. Tunc esse diffinitiuē in loco, est, esse per finitionem, & limitationem suæ substantiæ, in loco finito indiuisibiliter, ita quod extra talem locum nihil illius locati inueniatur. Hic modus est proprius substantiæ, sicut esse circumscriptiuē seu commensuratiue quantitatis, pertinet substantiæ per quantitatem. Hæc notificatio est conformis doctrinæ Scoti. Nam lib. 2. distinct. 2. quæst. 6. & præcipue ad primum, & secundum argumentum principale facit discrimen inter esse in loco circumscriptiuē, & diffinitiuē: quod discrimen re-

Q4

ceptum



ceptum est in vsu Theologorum scholasticorum, ita quod illud membrum diffinitiuè intelligatur cum exclusione alterius, videlicet circumscripitiuè. Quod locus debeat esse definitus & determinatus essentib<sup>9</sup> diffinitiuè docet sub litera. i. & litera. l. Inde excluditur Deus, cuius est proprium esse in loco quantuncunque magno, hoc est, vbique, per suam immentitatem, & non diffinitiuè. Ex eo constat aliud, videlicet, quæ sunt in loco diffinitiuè esse per finitionem suæ substantiæ. Quod debeant esse indiuisibiliter patet ex eo, quod non sunt commensuratiuè, sic docet in solutione argumentorum citata, & litera. M. Nihil illius locati sit extra locum ambientem, expresse dicit in citata sol. 2. Quod non sit ponendum in hac notificatione, ita esse hic, quod non alibi negando vniuersaliter, quasi sit contradictionis implicatio; patet ex eodem Scoto in hac. d. q. 2. sub litera. N. vbi concedit per Diuinam potentiam posse angelum esse suo modo diffinitiuè in pluribus locis, igitur ea verba, quod nihil illius locati sit extra talem locum, vel sunt intelligenda ex potestate naturali ipsius locati: vel essendo in alio loco nihil sui inuenitur extra locum vnum, quia quod tunc est alibi, nõ est pars eius, sed totum ipsum. Per hoc quoq; excluditur Deus ab essendo diffinitiuè, est enim per suæ naturæ proprietatem etiam extra vniuersum, lib. i. d. 37. p. 5. Conditions huius notificationis quadrant corpori Christi, vt in Eucharistia, patet discurrendo per singulas, igitur est ibi diffinitiuè vt voluit Ocham, neq; obstat, qd iam sit in maiori, iam in minori hostia, quia Scot. citatus in lib. 2. litera. L. nõ reputat incõueniens cõcedere quãlibet harum in angelo, quod sit, vel nõ sit præsentato loco vt non. sit in potestate sua fieri præsentem maiori, vel minori. Aduertes, licet hæc sint dicta in fauorem Ocham, non me dicere tenere Scotum esse in sacramento diffinitiuè, negant enim hoc etiam Scotistæ per eundem Scotum hac. d. q. 1. litera. H. & q. 6. præcipue ex arg. ad oppositum, & sub litera. L. sed dicunt, quod distinxit esse præsentialiter seu sacramentaliter à circumscripitiuè, & diffinitiuè, sicut etiam distinxerant Alex. 4. p. q. 4. memb. 3. art. 6. & 7. & Bona. hac dist. num. 30.

Ratio

Ratio seu fundamentum sumptum ex opinione Pici habet discussionem suam in multis locis. Potest tractari, lib. 2. vbi tractat Scotus. dist. 2. quæ st. 5. & 6. litera. N. dicens, quod angelus est in loco per suam essentiam, per quam habet potentiam, vt in eo sit: in quo tenet contra multos, præcipuè contra Tho. habes in breuil. 2. dist. 10. p. 4. Thomam forte videbitur imitatus Pici: Eum verò sensum negant discipuli alij fuisse diui Thomæ, vt Caietanus, & multi alij, qui volunt sentire Thomam esse in loco, non per operationem immanentem, neque transeuntem propriè dictam, quod sensit Pici. Sed per operationem communiter sumptam, secundum quam angelus se habet ad corpus per modam præsentis, aut ministrantis, aut aliquo modo agentis vel patientis: ideo posset habere quæstio locum infra. d. 44. pro. 17. De inferno quomodo sint ibi animæ, & dæmones vbi patiuntur, & nihil operantur ad extra. Potest habere & locum d. 49. de beatitudine, cum angeli & animæ sint in cœlo empyreo, vbi neque operantur neque patiuntur, imò neque applicant suam virtutem ad operandum, quæ est alia explicatio mentis diui Thomæ, videlicet quod sint in loco per applicationem suæ virtutis ad operandum, quamuis operatio non sequatur, sicut duò applicantes se ad mouendum corpus aliquid quod tamen non mouent, quia in hac explicacione debet sequi operatio, quando angelus voluerit, & siue velit, siue non mirum est quam operationem habeat angelus & anima circa cœlum empyreum. Aduerte ex notificatione essendi in loco diffinitiuè, quod non est contradictio ad ea, quæ dicta sunt in. 1. dist. 37. p. 4. vbi nihil intendebam de essendo per essentiam, vel operationem definire, sed vtrunque sui complexus: vides etiam, quod esse hic & non alibi, non est peculiare ad ly, diffinitiuè vt discriminatur à circumscripitiuè.

Ex eo quod corpus Christi in eucharistia non est sub modo quantitatiuo, nullam habet sensationem, aut operationem corpoream, vt tangat, vel tangatur: videat vel videatur: quia tales fiunt per contactum physicum, qui requirit talem modum, quo agens & passum debite approximata se tangant. Scotus hac. d. q. 5. concl. 2. est contra Ocham in. 4. q. 5. dicen-

Propo. 9.

Q 5 tem

tem quod ibi videt & audit cantus Ecclesie, potest calore naturali calefacere manum sacerdotis, viderique oculo corporali, quia habet ut ibi, principia actiua & passiua, & est presentis potentie atque medio. Sed negabat Ocham species. Vide libro secundo, distinctione tertia, p. 12. Scotus hac d. quest. 9. dicit quod Deus posset causare de potentia absoluta visionem corporis Christi in oculo glorioso, & non glorioso, quia visio est forma absoluta: implicaret verò, quod esset illa visio, ut in Eucharistia primo, propter defectum modi quantitativi.

*Prop. 10.* Problema mihi esse videtur, si oculus Christi, ut in Eucharistia possit videre se, id est, corpus. Qui tenuerit partem affirmatiuam, debet dicere, quod est absolutus à modo quantitativo respectu aliorum & non suiipsius. Nam mirum videtur quod non possit videre suam manum, & manum manui conferere, aut ad faciem leuare, sed manere semper in eadem positione respectu suiipsius. Qui contrarium tenuerit dicet, quod absolutio à modo quantitativo ut ibi, est respectu omnium tam hostie, quam sui, neque est unde sciamus quod illa absolutio à modo quantitativo respectu hostie & aliorum sit, & non vniuersaliter facta, inde ea facilitate rejicitur, qua probatur. Dominicus Soto in. 4. dist. hac. quest. 1. art. 7. tenet, quod non solum videt proprium corpus, sed oculus videt seipsum: In quam sententiam videtur Thom. 3. p. q. 76. art. 7. ad. 2. dicens: Oculus corporalis Christi videt seipsum sub sacramento existentem, non tamen potest videre ipsum modum essendi, quo est sub sacramento, quod pertinet ad solum intellectum. Vbi variant i homines discipuli, si ly, seipsum ad ipsum Christum, hoc est, ad corpus referatur, an ad oculum. Quidquid sit de corpore, quia ut dixi problema mihi videtur, cuius pars affirmatiua ex Thoma deducitur quomodo unquam intelligatur: nam si videt se oculum, igitur & totum suum corpus videbit: De oculo credo, quod non videt se. Cum secundum Aristotelem. 1. physic. tex. 41. & 50. melius sit pauciora & finita recipere. (Vnde manauit commune illud: Frustra fit per plura, quod potest fieri per pauciora; Et, non est ponenda pluralitas sine necessitate)

tate) non est cur ponamus tot miracula, quae salua fide possunt excusari. Ita concedit Scotus, distinctio. 11. quest. 3. litera. F. Naturaliter quippe sensus non ipse est suiipsius, ut ait Aristoteles quarto. Metaphysic. text. 2. & de somno & vigilia, capit. 2. Visus non videt quod videt, per quae respondit questionem, quam mouerat. 2. de anima. text. 136. seu capit. 14. Si visu sentimus quod videmus? Vnde illud commune: Nullus exteriorum sensuum super suum actum reflectitur. Cum itaque visio debeat fieri per lineam rectam, libro. 2. distinctione tertia, p. 12. Et docet Aristoteles 2. libr. de partibus animalium. cap. 10. dicens: cernitur per directum, & sect. 11. problem. 61. Aspiciendi delatio simplex est, quae per directum profluere solet ad lineam: necesse fit etiam aliquod esse medium, per quod multiplicentur species; oculus non potest videre seipsum, cuius naturam non opus est in Eucharistia mutari, neque per miraculum eleuari.

Contra has ambas arguitur. Nos dicimur videre, & tangere corpus Christi, igitur & ipse Christus, ut ibi, videt tam nos quam se.

Hoc argumentum tangit difficultatem, quam vide in Gabriele, lect. 45. super canon. litera. T. ponentem quadrupliciter aliquid dici videri oculo corporali, quorum vnus modus est propter certum ordinem ad aliud visum per se, scilicet, continentis & contenti, nam dicimur videre contentum, quando videmus continens, ut hominem armatum videntes arma: ita in proposito videtur corpus Christi visis speciebus sub quibus continetur, licet non contineatur, quasi locatum in loco: Species sunt visibiles, & videntur per se, corpus Christi per accidens. Sic enim Aristoteles. 2. de anima, tex. 63. siue capit. 6. distinxit sensibilia in per se, & per accidens. Patitur hic modus calumniam. Primo, sicut ipse Gabriel ait: Viso continente vase, iudicium rationis fallitur credens inibi esse vinum cum non sit. Secundo, sensibile de per accidens; ut Aristoteles posuit, cum non apprehendatur per potentiam sensus exterioris, apprehenditur tamen per aliam potentiam cognitiuam,

ut æstimatiuam aut intellectuam, & hoc ab omnibus, nisi sit aliqua ratio specialis in illo obiecto sensibili. Hoc dico propter exemplum allatum ab Aristot. de filio Diatis, quòd sit albus videtur de per se, quòd sit Diatis filius de per accidens: quòd sit homo patet quòd ab omnibus videtur, seu apprehenditur, quòd sit Diatis filius solùm ab illis qui id sciunt; modò corpus Christi visis speciebus non apprehenditur nisi à fidelibus, & ijs fidelibus, qui hostiam reputant consecratã, igitur non videtur corpus Christi de per accidens, quia non videtur ab omnibus siue apprehenditur. Huic benè posset responderi per exemplum Aristot. quòd filius Diatis non videtur nisi à scientibus esse eius filium, qui tamen ab Arist. dicitur videri de per accidens, viso albo sine aliquo discrimine: igitur à simili in proposito non obstat, ait videri simpliciter de per accidens, quòd non apprehendatur nisi ab aliquibus fidelibus. Hinc patet intellectus sanctorum dicentium quandoque, in sacramento corpus Christi non videri, sed credi: aliud videri, aliud intelligi. Augustinus refertur de cõsecra. d. 2. Non hoc corpus, quòd videtis manducaturi estis, & bibaturi illum sanguinem, quem effusuri sunt qui me crucifigunt, ipsum quidem & non ipsum, ipsam inuisibiliter, & non ipsum visibiliter. Si necesse est illud celebrari visibiliter, necesse est illud inuisibiliter intelligi.

*Alia solutio.*

Datur alia responsio. Qui videt imaginem dicitur videre prototypum, sicut adorando imaginem adoratur repræsentatus per imaginem, lib. 3. dist. 9. p. 7. videndo signum dicitur videri signatum: sic videndo sacramentum, id est, species panis & vini, supra. d. 8. p. 4. dicimur videre corpus Domini signatum: nam ibi diximus satis esse formale esse visibile, ut materiale diceretur visibile. Multò etiam magis & verius in proposito dicitur videri corpus Christi, quòd hic continetur, quàm repræsentatus in imagine, sub qua non continetur. Ex hac interpretatione sequitur posse, videndo species corporis, negari non fuisse visum sanguinem: & visis speciebus vini, negari visum fuisse corpus. Ad hanc visionem est necessaria visio signi, & apprehensio signati, vel iuxta priorem visio specierum de per se, visio contenti de per accidens.

Fit

fit ex dictis de adoratione dubium, si possimus dicere adorato corpore, quòd non adorauimus sanguinem, aut dicere quòd mulierculæ cuidam in die Parasceues adoranti calicem vbi cum sola aqua infusa erat hostiæ particula, & dicenti, adoro te sanguis, & similia, quidã sacerdos conuersus ad illã retrò se dixit, non est ibi sanguis? Ad hoc rectè annotat Gabriel citatus, quòd ad populũ subtiliora fileantur: aut si opus fuerit de his sermone m facere, clarè fiat & distinctè, ne dum se quis ostendit subtilem fiat erroris Magister. Pater Andreas Vega aiebat conformiter ad verba Scoti (lib. 3. distinct. 9. ante literam. L.) Sicut Trinitatem adoramus vna adoratione, & diligimus vna dilectione non excludendo proprietates personales ab essentia, quæ tamen proprietates non sunt formaliter infinitæ: ita etiam tutum est non nimis distinguere naturam illam creatam à verbo, sed verbum subsistens in duabus naturis adorare, & ita verbum habens naturam humanam summè diligere, licet ipsa natura non summè diligatur, quòd sub vtraque specie melius est adorare dicendo, adoramus te Christe, quàm adoramus te corpus, aut adoramus te sanguis. Qui dixit melius aliam adorationem non negauit esse bonam: Ecclesia nanque distinctè adorat corpus & sanguinem, patet in orationibus quæ à sacerdote in Missa dicuntur. Verba prædicti sacerdotis ad mulierculam non nihil offensionis causerunt propter hostiam, vbi per concomitantiam sanguis erat: intentio eius satis patet sanam fuisse, quia sanguis in calice die illo non consecratur, neque sacerdos sumens particulam in calice aliquid dicit inuocando sanguinem, tacitè quippe sumit: sed negatio illa negans dicit nullo modo ibi esse sanguinem, quòd est falsum, quamuis non sit ex vi consecrationis.

Christus in Eucharistia necessariò habet easdem partes corporis, & easdem proprietates absolutas, quas habet in cœlo. Hæc necessitas est ex suppositione, siue secundum quid: nam supposito quòd eius corpus est sub modo naturali debet habere illas proprietates in sacramento. Ita docet Scotus hac dist. q. 4. litera. l. Probatur. Absolutum non variatur ad variationem respectuum. Est enim prius quàm respectus; quos

*Prop. II.*

quos fundat, neque absolutum dependet à respectu, sed esse in cœlo, aut in Eucharistia dicit respectum. Igitur partes & proprietates absolutæ, cum sint priores, debent esse eadem.

*Prop. 12.*

De necessitate absoluta, siue simpliciter non habet easdem partes & proprietates. Ita docet idem Scotus ibi litera. C. probat: quia neuter horum modorum dependet ab altero, posset quippè Deus facere corpus in Eucharistia sine hoc quòd esset sub modo naturali, sicut è conuerso fuit modo naturali sine hoc quòd esset in Eucharistia. Item neuter illorum est de ratione seu definitione alterius: patet, quia Deus est causa immediata existentia corporis Christi in Eucharistia, igitur corpus sub existentia naturali non est ratio existentia sacramentalis: neque è conuerso: idè Eucharistia potuit esse ante incarnationem.

*Corol.*

Ex his inferitur, quòd si corpus Christi in triduo mortis in pyxide mansisset, sicut modo naturali moreretur, ita moreretur in Eucharistia: ita dicit Scotus sub litera. G. quòd nò posset sub modo naturali fieri inanimatum: quin fieret sub sacramento inanimatum. Intelliges ratione primi miraculi, vt modo est in pluribus locis: posset verò addere aliud miraculum secundum, & facere quòd desineret esse sub modo naturali, & maneret in Eucharistia, quod ipse Scotus litera. B. fatetur possibile, & tunc maneret animatum in Eucharistia. Secundo miraculo addito posset mori, hoc est, animam separari à corpore in modo naturali, manendo in corpore sacramento: & est mens Alexand. quæst. 44. m. 7. Item in vno modo absoluà quantitate cæterisque accidentibus, & non in alio, sed hoc esset, vt dico, per nouum aliud miraculum. Intellige per esse sub modo naturali existentiam corporis cum quantitate, & modo quantitatio: per esse sacramentale existentiam corporis sub aliquo signo sine modo quantitatio. Huc alludit Scotus dicens litera. D. res Eucharistia non habet ibi modum existendi naturalem, scilicet extensiuum.

Pro argumentis quæ possent fieri annota ex mente eiusdem Scoti, quòd sicut inceptio corporis Christi sub modo natu-

naturali fuit inceptio simpliciter: inceptio in Eucharistia est secundum quid: sicut illa quæ insunt ei primò in modo naturali, insunt cõcomitanter in Eucharistia: ita è conuerso si fuisset Eucharistia ante incarnationem, inceptio illa corporis esset inceptio simpliciter, & alia per generationem, secundum quid, sicut quæ modo per conuersionem est secundum quid. Similiter de definitione dicendum est, & quæ inessent in Eucharistia primò, inessent concomitanter in modo naturali. Esset tunc etiam in vtroque modo eadem humanitas, idem corpus, eadem anima, eadem ratio indiuiduans. Esset etiam in Eucharistia in semetipso, habendo esse reale independens ab esse naturali. Verba consecrationis, Hoc est corpus meum, quæ modò verificantur de corpore, vt præexistit, verificarentur de corpore incipiente sub speciebus contineri. Caietanus. 3. p. quæst. 76. articulo secundo, malè torquetur ab hac Scoti opinione, reputans impossibile potuisse esse Eucharistiam ante incarnationem.

*Prop. 13.*

Omnis operatio immanens siue sensitua, siue intellectiua, quæ inest Christo in modo naturali, vel in cœlo, aut in terris inesset in illo triduo primò, inest sibi concomitanter in Eucharistia. Docetur à Scoto citata distinct. quæstione quinta, conclus. 1. quia est forma absoluta, quæ propter novos respectus non variatur: idè si Christus in modo naturali tristaretur habendo nolle de sua passione concomitanter in pyxide tristaretur: similiter visio intellectualis mansionum domus cœlestis, & animarum sanctarum inest concomitanter in Eucharistia. Dominicus de Soto dist. 10. q. 1. artic. 6. iam ad calcem dicit se non intelligere hæc Scoti conclusionem, quia non videt quomodo si in cœlo moueatur primò, mouebitur in Eucharistia concomitanter, sed non intellexit Scoti mentem. Moueri enim cum sit de loco ad locum ire iuxta Grego. lib. 5. Moral. cap. 27. dicit respectum, vt infra. p. 16.

Contrà. Sentire pati quoddam est, vt habes ab Arist. 2. de anima. tex. 51. seu cap. 5. & tex. 118. seu capit. 12. intelligere etiam est quoddam pati. 3. de anima, text. 2. & 12. Sed actio

actio dicit respectum ad passum, & passio est illatio effectusque actionis. Sunt enim correlatiuæ: igitur operationes tam sensitiuæ quàm intellectiuæ non sunt formæ absolutæ: per consequens, si conueniunt Christo, ut in modo naturali, non conueniunt concomitanter in Eucharistia, sicut dictum est de motu. Confirm. Ad sensationem, atque ad cognitionem intuitiuam requiritur præsentia obiecti, debita distantia, & approximatō debita: ergo dicunt respectum & non formam absolutam.

*Solutio.*

Hoc argumentum multa petit ex physicis: Dico tamen, quòd respectu speciei quam recipiunt tam sensus quàm intellectus se habent passiuè: respectu cognitionis se habent actiuè. Idcirco ponitur intellectus agens & patiens. De quibus est difficultas si sunt diuersæ potentie realiter, seu specie differentes. Tho. 1. p. q. 79. artic. 4. ad. 4. & artic. 7. in corpore tenet esse diuersas potentias realiter distinctas. Alij tenent contrarium, quòd est vna potentia realiter & specificè; quæ est immediatum principium horum diuersorum actuum; recipiendo species, & producendo notitiam, quasi duo habeat officia. De Scoto quid teneat non subest modo memoriæ: quodlib. 15. ante literam. V. sub dubio videtur reliquisse. Est & alia difficultas: si intellectui possibili sicut, competit recipere speciem, ita competat causare intellectionem: & sic agenti competat solum causare cum phantasmate speciem intelligibilem. Species intelligibilis communiter dicitur esse intelligibile in actu, ad quod primò terminatur actio intellectus agentis, & per illam secundariò ad obiectum. Propter eam dixit Aristot. 3. de anima. tex. 18. seu cap. 5. intellectus agens omnia facit, quia videlicet facit de intelligibili in potentia intelligibile in actu. Alij aliter volunt quòd fiat intelligibile in actu obiectum in phantasmate per abstractionem, antequàm fiat in intellectu species intelligibilis. De difficultate Scotus quodlib. 15. citato, art. 3. manet problematicus, & quamuis aliqui Scotistæ dicant intellectum possibilem esse causam intellectionis, cum idem Scotus lib. 1. d. 3. quæst. 7. litera. Y. exponens dictum Arist. sentire est quòdam pati, dicat quòd intellectus possibilis est, quo formaliter

liter intelligimus; quia intelligimus intellectu in quantū recipit intellectionem ut formam, & non in quantum causat, etiam si causet, nam habere qualitatem est esse quale: tamen non video, quòd ibi difficultatem decidat. Concesso igitur ad præsens, quòd sint vna potētia tanquàm probabile, & quòd intellectus sicut sensus est actiuus suæ cognitionis: illa cognitio est forma absoluta & non respectiua, datur exemplum de calore inducto, qui est forma absoluta, licet per actionem agentis inducatur in passum: à simili in proposito quamuis intelligere & sentire sit pati, cognitio est forma absoluta, & operatio immanens in operante seu agente, quod exemplificat Aristoteles. 9. Metaph. tex. 16. ut visio in vidente, speculatio in speculante. Hæc cognitio, licet requirat præsentiam obiecti, seu approximationem, est ubi primò fit: nam ubi concomitanter non est necesse quòd adsit obiectum præsens. Ut si corpus Christi viuens calefieret, idem fieret in Eucharistia, sed non erat opus, in Eucharistia haberet præsens calefactiuum.

Operatio spiritalis, ut intellectus & voluntatis potest inesse Christo, ut in Eucharistia primo, & concomitanter in cælo, quia intelligit sicut angelus, & talis non dependet à sensibus: ita intuitiue intelligit homines & cætera intelligibilia præsentia. Quò fit, nulla operatione quam habet in cælo priuari in Eucharistia, imò habet in ea quàm primò non habet in cælo.

Tam angelus quàm anima separata possunt videre intuitiue existentiam corporis Christi in Eucharistia. Sic docet Scotus hac. d. q. 8. litera. D. quod etiam est dicendum de anima gloriosa coniuncta corpori, quia talis anima est similis angelis in cognoscendo, sine phantasmate: quod phantasma necesse est intelligentem speculari. 3. de anima. tex. 39. seu cap. 6. & cap. 1. de memoria. Intelligere non est sine phantasmate. Hoc habet verum in anima coniuncta corpori corruptibili. Vide lib. 3. d. 31. p. 8. De anima damnata coniuncta corpori non tracto, cum dependeat ex hoc si intelligat sine phantasmate. Ad hanc vide, lib. 2. dist. 8. p. 9. & dist. 3. p. 14. quòd angelus cognoscit intuitiue per proprias rerū essentias.

R. Aduer-

Aduertes etiam ad huius intelligentiã non esse æquandam cognitionem incarnationis verbi cum hac cognitione : vt quia illa non potest naturaliter cognosci ab intellectu creato: ideo neque hæc existentia corporis. Nam incarnatio non est incognoscibilis, quia est ordinis supernaturalis, sed ratione personæ verbi, ad quam videndam intellectus non ascendit vi sua naturali, propterea citata. d. 8. dixi posse arguitiue deuenire angelos in cognitionem illius ex eo, quod poterant cognoscere humanitatem non esse à se personatam, neque ab aliqua creatura, quoniam virtus potens cognoscere obiectum præsens intuitiue, cognoscit illius absentiam arguitiue, dum abest. Sic dixit Aristot. 2. de anima, tex. 103. seu cap. 10. quod potentia visus est visibilis obiecti, & inuisibilis, quia iudicat tenebras, quæ sunt inuisibiles: gustus est gustabilis, & ingustabilis. Hæc arguitio non fit à sensu, qui supra se non reflectitur, sed ab intellectu ex his tribus simul: oculus respicit: non est cæcus: nil tamen videt: igitur sunt tenebræ. Ratio ordinis supernaturalis, neque in incarnatione, neque in hac existentia conuincit: non sunt factibilia per naturam: igitur non sunt naturaliter cognoscibilia, dicente Aristot. 2. Metaph. tex. 4. vt secundum esse vnumquodque se habet, ita etiam secundum veritatem, id est, intelligibilitatem. Sic allegatur: Sicut se habet ad esse, ita & ad cognosci. Dico quod non conuincit, quia licet supernaturaliter factibilia, non sint cognoscibilia naturaliter antequam ponantur in effectu cum sint contingentia pendentia ex Diuina voluntate: At verò in effectu posita videndum est sub cuius potentiæ cognitiuæ obiecto contineantur vel non. Sunt nanque potentiæ cognitiuæ, sensus & intellectus. Modò dico quod substantia corporis Christi, licet non sit naturaliter in Eucharistia cognoscibilis à sensu, quod iam supra fuit dictum. p. 9. tamen continetur sub obiecto adæquato intellectus, vt intellectus est, ideo intellectus naturaliter potest ipsum in Eucharistia videre. Potest dari simile de claritate corporis gloriosi, quæ non est naturaliter factibilis, & tamen est visibilis ab oculo mortali, patet in claritate corporis Christi in sua transfiguratione, quæ fuit gloriosa, habes in 3. dist.

3. dist. 3. p. 12. & distin. 16. p. 2. in replica. & fuit visibilis ab apostolis. Hæc conclusio Scoti videtur esse contra Bonauent. hac distin. quæstione vltima, in argumento ad oppositum, dum ait arguendo quod sensus comprehensoris non apprehendit Corpus Christi in Eucharistia: Existentia illa & modus existendi est supra intellectum, sensus nunquam eleuatur supra intellectum, igitur est supra sensum etiam glorificatum. Qui vellet liberare Bonauent. dicet, quod non tractauit de intellectu separato. quia quæst. præcedenti solum quæsierat de intellectu viatoris: illa quæstio vltima non petit nisi de sensu comprehensoris: & sic Bonauent. potest dici non tractasse hanc quæstionem. Est etiam conclusio contra Alexand. quæst. 40. m. 3. articulo octauo, qui. §. 1. quæsiuit sicut Bonauent. si est supra intellectum viatoris: in. §. 2. (nisi esset varietas etiam in eadem impressione, quia in sumario petit, si est supra sensum comprehensoris: postea in explicando. §. petit si supra intellectum comprehensoris,) poterat dici sicut de Bonauentura: nam vtriusque est præfatum argumentum, in quo maior posset intelligi de intellectu viatoris, de quo in prioribus ambo quæsierant. Responso quippè Alexandri semper est de sensu comprehensoris, & non de intellectu. Sed expressissimè est cõtra Ricar. hac. d. artic. 5. q. 1. tenentem, quod nec ab angelis, neque ab anima separata sit visibile in Eucharistia: & contra Thom. 3. p. quæst. 76. art. 7. Videtur esse controuersia inter Ricar. & Thom. quia Ricardus expressè vult, quod virtute luminis gloriæ, non solum in diuina essentia, sed in genere proprio intellectus beati videt existentiam hanc clare, imo & cætera omnia quæ sunt fidei, Diuus Thomas solum videtur ei dare visionem huius existentie in Diuina essentia. Quomodo autem huius existentie visio pertineat ad beatitudinem, habes in. 3. d. 31. p. 6. quod non est simpliciter de essentia beatitudinis. Angeli beati erant sine visione huius existentie, & aliorum quæ sunt de fide circa humanitatem Christi, sed beatitudo essentialis animarum non differt à beatitudine angelorum, ideo neque simpliciter ad beatitudinem est necessaria talis visio in Diuina essentia, neque in genere proprio.

- Argum.* Si dicas ad hominem contra Scotum: ipse lib. 1. d. 3. q. 3. littera K. dixit quod substantia non immutat immediate intellectum, & deduxit pro inconuenienti, quia alias cognosceretur naturaliter eius absentia, & ita posset naturaliter cognosci non esse in Eucharistia substantiam panis. Respondetur quod loquebatur ibi de intellectu coniuncto materiae corporis.
- Solutio.* Si dicas secundo, licet daemon & anima damnata impediantur videre corpus Christi in Eucharistia posset naturaliter cognoscere absentiam panis: alioquin deciperentur videndo panis substantiam cum ibi non sit, quae deceptio esset à Deo conditore naturae. Dico quod non est inconueniens concedere quod cognoscunt absentiam panis, & ita ad credendum ibi esse corpus Christi compelluntur non solum ex ea credulitate, qua credunt & contremiscunt, verum etiam ex arguitione, neque si viderent corpus Christi repugnaret eorum statui, sicut videbunt in die iudicij: infra .d. 48. p. 2. & 3.
- Prop. 16.* Deus de absoluta potentia posset facere quodcunque corpus esse circumscriptiuè in pluribus locis. Ita tenet Scotus hac. d. q. 2. Cuius opinio est communis, soletque in physicis doceri: pro ea si vis vide Ricar. hac. d. art. 2. q. 2. Gabrielè, hac. d. concl. 7. & super canon. lect. 46. Oham in. 4. q. 4. est verò contra Alex. 4. p. q. 40. m. 3. art. 6. §. 3. quem imitati sunt multi, quos habes citatos in Scoto, praecipue Tho. hac. dist. q. 1. ad arg. 5. & dist. 44. q. 2. principali, quae stiuncula. 3. ad arg. 4. refertur in additio. 3. p. q. 83. art. 4. in arg. 4. & in quodlib. 3. art. 2. Differt Tho. ab Alex. in hac dist. respondendo ad. 8. tenens quod per conuersionem alterius in lapidè posset corpus lapidis esse in pluribus locis: Alex. negat, sed quod fieret conuersione in corpus existens in vno loco, quia esse in pluribus per conuersionem solum competit illi corpori quod per vnionem cum diuina natura accedit ad participationem Diuinæ proprietatis. In hac tanquam sub vltimo testamento obiit Tho. qui. 3. p. q. 74. artic. 1. in arg. 3. solutione non euasit argum. de impossibilitate vnus corporis in pluribus locis, nisi dicendo quod corpus Christi est in diuersis altaribus, non sicut in diuersis locis, sed sicut in sacramento, & quae st. 76. dicens, quod

quod caro apparens in Eucharistia non est caro Christi, quia corpus eius non potest videri in propria specie, nisi in vno loco. Arguitur pro Scoto, quod potest Deus facere cum pluribus miraculis potest facere cum vno: sed ad hoc ut sit sacramentaliter in pluribus hostijs requiruntur plura miracula, quam ad hoc ut sit in pluribus locis, & rationi magis repugnat primum, quam secundum & minus à philosopho naturali concederetur: ergo illud potest Deus facere. Ex hac ratione infert Scotus notabile Corollarium, hac dist. q. 3. littera B. quod qui hoc negant melius negarent esse in pluribus hostijs sacramentaliter nisi fides eos cogeret. Confirm. Quod potest Deus cum causa secunda potest se solo, sed potest per transubstantiationem, seu conuersionem facere corpus in pluribus hostijs. Igitur & sine illa. Nam transubstantiatio, ut dicit Ricardus, cum sit mutatio, magis reducit ad rationem causae efficientis, quam formalis, quia transit in praeteritum manente corpore Christi. Ponit Scotus citata. quae stione. 2. littera H. tres regulas ad defensionem suae opinionis. Prima dicit. Quaecunque sunt priora essentialiter loco, vniuniformiter insunt corpori in diuersis locis: quae sunt posteriora vel simul natura cum loco variantur ad variationem loci: exemplum erit de quantitate, qualitatibus quae sunt priora in corpore: simul cum corpore erit modus quantitatus, qui ut visum est variatur: posterior loco est motus de loco ad locum. Secunda regula, sicut passum existens in vno loco reciperet formam absolutam à duobus agentibus sibi approximatis, sicut ipsum existens in diuersis locis: v. g. Si à duobus ignibus calefieret in vno loco, ita ab illis duobus calefieret in alio: Si in vna parte calefieret, in alia in frigidaretur in vno loco, puta in manu, & pede, ita in alio loco: similiter si in vno loco applicaretur calefactiuum manui, in frigidatiuum pedi in alio loco, in ambobus habebit eundem calorem, & eandem frigiditatem. Tertia regula. Sicut se haberet in ratione actiui in vno loco ad diuersa passa sibi proxima in illo loco, sic se habebit in duobus locis ad eadem passa in illis diuersis. Nota verò quod nunquam sunt de eodem concedenda contradictoria

*Notabile  
Corollarium.*

*Regul. 1.*

*Regul. 2.*

*Regul. 3.*



vera. Vt si Romæ loqueretur, in Hispania taceret, ergo est tacens & non tacens; loquens & non loquens: quia illa negatio negans totum quod inuenit, destruit & oppositum ponit, & facit sensum, quod in nullo loco, & nullo modo loquitur; quod est falsum. Conceduntur tamen contrariæ, loquitur & tacet: mouetur & quiescit: nisi fiat, cum addito, tacet ut in Hispania, non tacet ut est Romæ. Sed tunc non sunt contradictoriæ. Pro Scoto sunt exempla de sancto Frontonio Episcopo, qui celebrans apud Petracoricis astitit alibi sepulturæ sanctæ Marthæ: de sancto Antonio Vlixbonensi, vel de Padua; qui actu prædicans in Ecclesia clericorum, simul fuit cum fratribus in choro cantans: similiter de beato Ambrosio, qui celebrans Mediolani obdormiuit, & tunc interfuit Turoniæ exequijs diui Martini.

Prop. 17.

Quando sub hostia apparet caro, si aliqua species panis remanent non conuersa in carnem, sub illis est totus Christus: & tunc illa caro dubium est, si sit caro Christi? Alex. q. 53. m. 4. ar. 3. cõfitemur se nescire responsionem casui proposito: sine assertionis tamen tenet, quod etiam tota hostia in carnem conuersa, illa sit caro Christi, & dicit: sic videtur insipientiæ meæ. Ratio est, quia talis apparitio fit ad roborandam fidem, quam nulla caro nisi Christi ibi roboraret: imò si crederetur esse alia caro potius offenderet fidei credulitatem, quia credi non deberet ibi fuisse corpus Christi. Confirmatur. 1. quia talis ostensio debet fieri per indicia certa. Confirmatur. 2. quia ubi tales apparitiones fuere factæ consuevit Ecclesia carnem illam adorare: igitur est Christi. Et dicit quod ubi illa caro paulatim marcescit & computrescit, quod accidit in Marchia Teruisana, conuersio specierum in carnem non fuit facta Diuina operatione, sed permissione, per diabolum in humanam deceptionem, quæ enim Diuina operatione apparet semper durat. Hæc probabilitas Alexandri non est irrationalis, si maneant aliqua species, sub quibus totus sit Christus, & in quantitate illa specierum conuersarum remaneat illa quantitas carnis Christi verè ibi apparentis. Est bona persuasio, quia si illa caro iterum in species panis conuerteretur, non esset sub illis corpus Christi, si illa prius

prius non erat caro Christi: nam iteranda fuerat consecratio: quæ præterierat. Nisi dicas quod species respondentes quantitati carnis remanebunt continuæ speciebus, sub quibus verè mansit Christus: aut forent sine subiecto panis, & sine corpore Christi: aut verè sub illis erit panis, sub alijs circumstantibus, & sibi iam continuus remanente Christo, Ricardus hac. d. ar. 5. q. 2. tenet quod non esset corpus Christi illa caro apparet, & quod eo casu est alia hostia consecranda & sumenda; quia non apparet in forma apta ad edendum: Si autem in hostia apparet puer, dicit quod talis apparitio describitur vel in imaginatione, vel in sensu cõmuni videntis. Posset etiam dici quod in aère iuxta oculum tamen sine illusionem, quia non fit ad deceptionem, sed ad significandum aliquid. Apparitiones enim ut lib. 1. d. 16. p. 7. proportionantur fini, ad quem sunt: ideo Tobia. 5. apparuit Raphael, præcinctus paratus ad ambulandum. Marci. 6. apparuit Christus ambulans supra mare volens præterite discipulos, Luca. vlt. in peregrini specie fingens se longius ire; ostensurus exterius, qualis erat apud eos interius: modicam fidem habentibus elongatisque aliquantulum à veritate. Hæc apparitio quoad sensus & imaginationem tunc succedet, quando vni apparet puer, alteri simul quod sit verè hostia. Nam à parte rei facta vera conuersione in aliud, cunctis idem, & eodem modo appareret. Scotus in reportatis hac. d. q. 9. dicit, quod si apparet transeunter, & vni: talis apparitio fit interius, vel in aère iuxta oculum, quasi esset obiecti ibi existentis, cum non sit ibi aliter quam prius: si apparet omnibus transeunter credit quod sit Christus volens sensibilibiter apparere & adorari, quia non vult fidem confirmare per phantasticas apparitiones, neque quod communitas idololatret adorando aliud, quam Deum: si apparet permanenter credit ibi esse realiter & sensibilibiter, non quod in Eucharistia sit apparenter, quia in ea manet sicut prius, neque sub tam parua hostia posset esse secundum totam suam dimensionem: verum sicut præsentia suam posset causare, si vellet sine Eucharistia, ita illam causat ibi. Ad hanc vide Thom. 3. p. quæst. 76. arti. 8. tenentem quod Ricardus. Alex. dicit, quod sicut angelus in corpore assumpto simul se ostendit cui vult, & occultat à quo vult. Dan. 10.

R 4 Vidi

Vide in-  
fra. d. 49  
p. 34. de  
dote cla-  
ritatis.  
Prop. 18.

Vidi ego solus infionem, viri qui erant mecum nō viderunt; ita potest facere Christus dñs, qui discipulis corpus ostēdebat gloriosum & protinus discedebat, ostendere videlicet se totum ibi gloriosum, aut corporis partem, & mox occultare sub speciebus sine aliqua illarum conuersione. Vide si vis latē Gabrielem lect. 51. super canonem. Attendes etiam posse esse duas quæstiones, & duas responsiones, vna de conuersione specierum: alia de apparitione: Corpore Christi mota hostia mouetur. Probatur. Ad motum continentis mouentur contenta: igitur motis speciebus continentibus corpus Christi mouebitur corpus.

A quo moueatur sunt opiniones. Alex. 4. p. quæstio. 40. m. 3. artic. 6. in fine. 1. §. tenet quod mouetur de per accidens ad motum specierum, sicut mouetur de per accidens, quod mouetur ad motum continentis. In hac debet esse Bonauent. hac distinct. nu. 26. & Ricar. hac. d. art. 4. quæst. 1. Cum quibus est & Thomas quæst. 76. artic. 6. Scotus hac. distinctioe; quæst. 6. conclus. 1. & 4. tenet quod motis speciebus à solo Deo mouetur immediatē, quia cum sacerdos non possit mouere corpus Christi per se, neque mouebit illud de per accidens; nam cum sit ibi per voluntatem Dei, à voluntate faciente illud esse ibi moueri debet. Vide eum latius, Ocham in. 4. quæst. 5. artic. 2. tenet quod mouetur ab anima sua, quæ respectu sui corporis habet potentiam motiuam, non organicam, scilicet intellectum & voluntatem, per quam potest mouere corpus non organicè, id est non partem post partē, quod est moueri organicè, sed totum simul. De organica potentia & non organica, Scotus hac distinct. quæst. 7. & dist. 49. q. 14. litera. C. De hac opinione Ocham; vide Gabriel. sup. canon. Lect. 47. litera. K. Hac. d. dub. 4. tenet cum

Alexandro contra quandam decimam conclusionem, in qua ibi tenebat pro Scoto & Ocham.

DISTIN-

DISTINCTIO. XI.

De conuersione panis & vini & si aqua sit vino miscenda?

**S**

ubstantia panis & vini non manent in Eucharistia. Contrarium huius fuit hæresis Vviclephi, atque Lutheri: sed differunt, quia ille negat existentiam corporis Christi in Eucharistia, ideo affirmabat manere panem: accidentia dicebat non esse sine subiecto, vide in. 1. 2. & 3. errore illius damnatis à concilio Constantiensi. Lutherus cōcedebat manere simul corpus Christi, & substantiam panis: ideo concedit has panis est corpus Christi: vinum est sanguis Christi. Magister refert tacitis nominibus, quosdam tenuisse panem manere quod sit errorem esse Vviclephi, & Luthero antiquiorem. Pre conclusionem vide concil. Triden. sess. 13. can. 2. & cap. 4. Scriptura facta consecratione vocat panē Act. 2. perseverantes in communicatione fractionis panis, & 20. cap. 1. Corint. 10. & 11. Exponit Magister. d. 8. cap. vlt. quia tenent species vocabularum, quæ ante fuerunt. Hæc est mens Gregorij refertur de consecr. d. 2. cap. Species. Exod. 7. virga Aaron & virgæ Magorum factæ serpentes vocantur virgæ propter manentem materiam etiam permutata forma, ita in proposito propter species manentes. Scotus hac. d. q. 3. ad. 2. arg. dicit ex eo sic vocari; quoniam species habent eundem usum quem panis ad nutriendum & ad saporem. Sacrae literæ vocant nomine panis quidquid est comestibile reficiens & nutriens. Ecclesi. 29. Initium vitæ hominis aqua & panis. Psal. 77. Panem cæli dedit eis, panem angelorum manducauit homo; loquitur de Manna, quod habebat omnis saporis suauitatem conuersum ad quod quisque volebat. Sap. 16. In prohibitionem Saulis de non comedendo panem. 1. Regum. 14. dicitur Ionathas incidisse mel comedens. Iubente Helisæo apponi panem & aquam. 4. Reg. 6. apposita est ciborum magna præparatio. Intrauit Iesus manducare panem, quem solum non est cre-

R 5 endus

dendus comedisse. Item imago vocatur nomine imaginati, species sunt quasi imago panis, idcirco vocantur panis.

*Propo. 2.* Neque tota substantia panis, videlicet materia & forma, neque aliqua illarum sic transit in corpus Christi, quod ei adueniat, aut ei vniatur hypostaticè. Hæc ponitur contra plures modos dicendi, neq; probabiles, neque sanos. Alex. q. 38. m. 2. & Bona. hac. d. nu. in. referunt duos. Vnus dicebat, quod forma panis in corpore Christi transibat, materia manebat sub accidentibus: Alter ex opposito, quod manebat forma sub accidentibus, materia transibat in corpus Christi. Qui modi coincidebant cum Luthero, quia in quocumq; eorum aliquid panis manebat. Quidam Ioannes cuius liber dicitur fuisse inuentus Parisijs tenebat qd panis & vinum vniebantur Verbo hypostaticè, sed ne concederet per talem vniionem ex communicatione idiomatum Deum impanatum, & Deum panem, sicut concedimus Deum hominem, & humanatum, aiebat, quod non vniebatur immediatè, sed mediantè corpore vniebatur substantia panis: mediantè sanguine substantia vini. Contra hæc vide in Durando. d. 10. q. 1. Quidam concionator prædicauit in Eucharistia Deum impanatum, sed alia ratione; quoniam impanari dicunt Hispani cooperiri pane, vt cooperiuntur carnes vel pisces; ideo ille inuitas populum ad Eucharistia, quanti; Deus hominè fecisset, exhortabatur ad esum Dei impanati, cuius mens erat sana tantum volentis asserere Deum esse sub speciebus panis cū corpore velatū: verba sapiebant cū hoc Ioanne, vel cū Valerano ponente panem manere, in prima. p. & sub illo cooperiri corpus Christi, sicut ponebat Nestorius duo supposita in Christo, & suppositū Verbi cooperitum humanitate. Sæpè concionatores, vt deliniant prurientes aures populi loquuntur quod nō decet. Durand. hac. d. q. 3. dicit, quod saluo meliori iudicio corrupta forma panis materia Diuina virtute subito est sub forma corporis Christi, sicut materia alimentū fit sub forma nutriti virtute naturæ, conceditque hanc conuersionem esse miraculosam, non quantum ad substantiam facti, sed quantum ad modum faciendi. Contra eum arguunt communiter omnes scholastici tanquam non sanè sapientem. Primò, in qualibet consecratione

tionem Christus susciperet aliquid quod non habebat, videlicet illam materiam, quæ si non manebat cum corpore Christi in cælo, quotidie etiam dimitteretur tam in hoc modo Durandi, quam citati Ioannis: Si manebat cum illo in cælo; igitur materia corporis Christi fieret quotidie in cælo maior. Itè suscipientes corpus Christi iuxta maiorem vel minorem panis materiam præcedentem reciperent etiam corpus maioris vel minoris materiæ, & sic reciperet vnus quod alter non reciperet. Tertio hæc conuersio quantum ad substantiam facti esset generatio, sed generatio vnus est alterius corruptio, & è conuerso, igitur caro corporis Christi generaretur quotidie, quæ si corruptis speciebus non maneret cum eo in cælo, etiam quotidie corrumpereetur. Si dicatur, quod ait Durandus ex Beda, quod Christus vere comedit post resurrectionem, in cuius corpus cibus fuit conuersus, habes in. 3. dist. 22. p. 5. duplicem modum, quid factum est de tali cibo. Si resoluebatur in præiacentem materiam primam, quæro à simili de illa materia panis quando à Christi corpore soluebatur, igitur dimitteretur, vt est argumentatū. Dici potest, quod nō transierat in corpus Christi suscitati, ideo per virtutem caloris resoluebatur. Sed si teneatur, quod nutriebatur & augebatur corpus Christi suscitati, cum nutritio & augmentatio sint ex materia quanta, per simile materia panis cum quantitate sua transibit sub forma corporis Christi, & alia accidentia non manebunt in sacramento fundata in quantitate, quod est falsum. Si dicatur, quod sola materia sine quantitate fit sub forma corporis; mirum videtur quomodo anima intellectiua, aut forma corporeitatis informet tantam materiam, quanta fit quotidie sub forma corporis in Eucharistia.

Hæc conuersio vocatur ab Ecclesia & à Catholicis doctoribus vocabulo cōgruentissimo transubstantiatio, vnde Magister in litera approbat sententiam doctorum dicentium hanc conuersionem esse substantialem. Hæc est contra Lutherum irridentem hoc vocabulum, quasi nouum inuentum. Eius sententiam damnauit concil. Trident. sess. 13. cap. 4. & cano. 2. dicens conuenienter & propriè appellari ab Ecclesia

tran-

*Propo. 3.*

transubstantiationem: vsa sunt hoc vocabulo ante Trident. concilium Florent. imo & Lateranense sub Innocentio. III. referuntur extrin. c. Firmiter de summa Trinit. & fide Cath. Fuit hoc Conc. antiquius scholasticis doctoribus, neque Magistris suis ascribant vsa. Concilia illorum proprijs terminis. Antiqui & sancti Doctores vtuntur ad hanc conuersionem vocabulo, conmutationis, mutationis, versionis, affert ad hoc Magister in fine. dist. 10. aliquas autoritates, habentur de consecra. d. 2. Panis: Quia corpus: Forte: Est & cap. Cum Marthæ. de celebra. Missar. Conueniendo in re non est inconueniens, quod vnaquæque res publica imponat sua vocabula, vocando eadem officia diuersis nominibus: ita fecit Ecclesia expressura vim huius conuersionis. Scotus hac. d. q. 1. litera. E. dicit, quod propriè loquendo transubstantiatio non est mutatio: ad quod erit consequens, neque transubstantiari esse mutari: extendendo autem mutationem ad transubstantiationem, est dicendum, vt dixit Aristo. 5. Physi. tex. 7. esse triplicem mutationem, & accipitur ibi subiectum pro ente positivo: non pro priuatione entis, habes lib. 2. d. 1. p. 4. sic in versione super naturali, quæ est à subiecto in non subiectum, est annihilatio: à non subiecto in subiectum creatio: à subiecto in subiectum transubstantiatio. Est transubstantiatio dicit Scot. hic. q. 1. transitio totalis substantiæ in substantiam: per hoc excluditur alteratio, in qua totum subiectum manet, variatum tamen secundum accidens: excluditur & generatio, quæ est transmutatio totius in totum nullo sensibili manente, vt subiecto eodem, manente verò materia prima, quæ nullum habet actum substantialem ex natura sua, neque est sensibilis.

*Argum.*

Contra hoc arguitur. Sequeretur quod quælibet creatura posset transubstantiari in qualibet, consequens est falsum, quia eadem ratione posset caro transubstantiari in spiritum, & ita creatura in Deum: possetque quantitas panis conuerti in quantitatem corporis Christi, & sic totum corpus Christi, esse in minori loco, quàm sua quantitas requireret, quod est impossibile. Probat sequella, quia nulla creatura potest conuerti magis in vnam, quàm alia in aliam.

Hoc

Hoc arg. conceditur: Vide Scotum. q. 2. quælibet enim *Solutio.* creatura est a que subiecta Diuinæ potentia: sicut panis, & vinum, & corpus & sanguis Christi, ideo sicut transubstantiantur, ita possunt & aliæ transubstantiari. Idcirco potest homo transubstantiari in angelum, & è conuerso: puta desinendo esse vnum, & succedendo ibi alterum secundum totam substantiam. Neq; obstat quod angelus sit immaterialis habens esse per creationem, quia in hac transubstantiatione inciperet esse nõ simpliciter, sicut habes. d. præcedenti. p. 14. Creaturam in Deum fatetur idem Scotus nõ posse transubstantiari, quia hæc transubstantiatio requirit vtrunque: scilicet transubstantiatum, & illud in quod fit transubstantiatio esse sub Diuina potentia, cuius obiectum est possibile: modò Deus non est possibilis, sed necesse esse, ideo repugnat aliud transubstantiari in ipsum. Ad quantitatem litera. E. respondet latè de quantitate corrupti & geniti, esse probabilius nullam quantitatem corrupti manere in genito: In proposito dicit, primò q; licet quantitas panis conuerteretur in quantitatem corporis Christi, nõ maneret ibi quantitas ex vi conuersionis: Vel secundò, quod vbi fuit quantitas panis maneret quantitas corporis Christi, non tamen in vbi præciso, & sic esset pars vbi fuit quætitas panis, pars in vbi circumstantes. Vel tertio, quod esset tota quantitas corporis vbi fuit quantitas panis, neque tamen esset localiter, & dimensiuè.

Transubstantiatio, hoc est res per eam significata, non continetur expresse in sacra Scriptura: neque deducebatur euidenter, ita quod non remaneret locus aut tegiuersatio, ante interpretationem Ecclesiæ: facta iam per Ecclesiam interpretatione, ipsam constat in scriptura contineri. Hæc ponitur in gratiam doctoris subtilis de cuius mente est expresse, quidquid aliter velit Dominicus de Soto in. 4. d. 9. q. 2. art. 2. iam ad finem, dicens asserere Scotum, quod ista conuersio non est tam antiqua in Ecclesia, quàm fides præsentia corporis: & art. 4. parum ad principium refert cum Caietano Scotum dist. 10. q. 1. & hac. d. q. 3. quasi dicentem non solum nomen transmutationis esse nouum, verum & rem ipsam conuersionis dicunt Ecclesiam recepisse à doctoribus. Hæc Dominicus.

*Propo. 4.*

nicus. Quantam habeat veritatem lector attende (neq; ago causam pro Caieta.) citata. d. 10. q. 1. dicit Scot. litera. A. esse de substantia fidei, quod corpus Christi est tibi realiter, & hæc veritas à principio fuit expresse tradita ex quo Eucharistia fuit instituta. Fundamentum est Matth. 26. & Lucæ. 22. Hoc est corpus meum: Hic est sanguis meus. Idem dicit. d. 8. q. 1. litera etiam. A. Si per rem versionis intelligit corpus & sanguinem, tanquam terminum in quem versio fit, constat Scotum nunquam id asseruisse: verba quæ Dominico potuerunt occasionem dare sunt citata. d. 10. q. 1. litera. E. dum ad probandam possibilitatē existentiae corporis in Eucharistia ait, non videtur necesse recurrere ad conuersionem, cum à principio quo res huius sacramenti fuit credita fuit creditū, quod corpus Christi non mutatur de loco suo in cælo, vt fit hic, & tamen non fuit in principio ita manifeste creditum de ista conuersione. Nota bene ita manifeste: Per hoc id tantum volebat asstruere, quod ratio perimens & conuincens Christum de cælo non moueri non esset, quia aliud conuertebatur in ipsum. D. 11. q. 3. ante literam. A. facit argumentum pro tenentibus panem manere cum corpore Christi. Nihil est tenendum de fide nisi quod potest expresse haberi de scriptura, vel expresse declaratum est per Ecclesiam: vel euidenter sequitur ex aliquo planè contento in scriptura, vel plane determinato ab Ecclesia. Respondet dici posse secundum vnum doctorem (videlicet Ricardum hac. d. quæst. 1. tam in corpore, quàm ad. 4. In margine Scoti citatur Tho. d. præsentis) quod dicens Christus, Hoc est corpus meum, insinuauit expresse panem non manere, quia tunc esset propositio falsa. Contra hoc doctor subtilis replicat: postea litera. G. soluens hoc argumentum dicit, quod Ecclesia declarauit istum intellectum esse de virtute fidei in Symbolo concilij Lateranen. quod refertur in cap. Firmiter citato p. præcedenti. Petens quare Ecclesia elegit intellectum ita difficilem, cum verba scripturæ possent saluari secundum intellectum facilem & veriorem secundum apparentiam? respondet. Dico, quod eo spiritu expositæ sunt scripturæ, quo conditæ. Et ita supponendum est, quod Ecclesia Catho-  
lica

lica eo spiritu exposuit, quo tradita est nobis fides, ideo hunc intellectum eligit, quia verus est. Non enim in potestate Ecclesiæ fuit facere istud verum, vel nō verum, sed intellectum à Deo traditum Ecclesia explicauit. Attende lector si à doctoribus dicat Scotus Ecclesiam recepisse rem conuersionis; an magis asstruat omnino præfatam hanc conclusionem, ad quam facit quod diximus supra. d. 9. p. 11. de probatione per confessionem ad hoc sacramentum. Solenne fuit me iuuenē uiuentibus adhuc magistris Dominico antiquioribus Salamanticensi scholæ fingere Scotum quem debellarent. Citato art. 4. carpit idem Dominicus Scotum, quia dixit inter literam. C. & D. quod siue Christus diceret, Hic vel hoc est corpus meum nihil ad. b. id est, ad propositum, & exponit Soto hic, id est in hoc loco, Scotus nō pro loco, sed pro contento sub speciebus dixit se loqui, quod siue demonstraretur per terminationem neutram, aut masculinam, demonstrabatur contentum, & sic licet maneret panis, non hoc quod est substantia panis esset corpus, sed hoc quod est cōtentum sub pane esset corpus, tamen veritas magis exprimitur per hoc, quàm per hic, licet vtrunq; foret verū. Pro hoc asserto Scoti recurre. d. 8. ad. p. 12. quod illa pronomina demonstrant singulare entis ex proferentis intētionē, vide & Bona. ea. d. 8. nu. 33. vbi tenet ly hoc, demonstrare substantiam panis: ly, est, non signare identitatem nec simultatem, sed hoc totum transire in corpus, & dicit hæc verba in ore alterius, quā sacerdotis esse falsa, quia alius nō habet potestatē conuertendi panē. Est igitur mēs Bona. φ. Hoc est corpus meū, valeat, panis fit corpus meū. Cū modera mine quo Bon. intelligit nō est sua sententiā reprobāda, est enim opinio sicuti sunt alię circa demonstratiōnem & intellectu formarū. Neq; sanctus Bona. inuertit formam traditam à Christo, vt ei Dominicus ipse imponit hac d. q. 1. art. 5. nam exponere sensum formæ, non est inuertere formā: neq; Bona. negat per hoc, quod ista panis fit corpus Christi fit falsa in ore non sacerdotis, imo & in ore sacerdotis quando non consecrat. Multo minus concederet Bona. quod dicendo sacerdos panis fit corpus meum consecraret; quia in re tam graui, cum sint opiniones de æquipollentia  
ver.

verborum, non est asserendum fieri consecrationem, nisi per ipsa verba Christi quamuis alijs æquipollerent. Non etiam obstat, quòd fiat conuersio in instanti, quia vt supra. d. 8. p. 13. & 14. conceptus orationis habetur in vltimo instanti prolationis, pro quovnit copula prædicatum cum subiecto, ideo non habet falsitatem per hoc intellectus Bona. quia nõ facit ly est explicatum per fit, quòd conuersio fiat successiuè, sicut fiunt naturæ conuersiones.

*Prop. 5.*

Panis & vinum in ista conuersione nõ annihilantur. Conclusio est omnium scholasticorum, refert Magister hac. d. cap. 4. quosdam quos nõ nominat dicentes distinctiue, quòd substantia panis & vini, vel resoluuntur in præiacentem materiam, vel rediguntur in nihil. Magister ipse nihil circa hoc asseruit, vel negauit. Alex. tenet nostram conclusionem. q. 38. m. 3. Tho. 3. p. q. 75. art. 3. Bona. Scotus. Ricard. hac. d. Probatur. Panis & vinum transubstantiantur, igitur non annihilantur. Patet consequentia, quia terminus ad quem annihilationis est purum nihil, sicut terminus à quo creationis. Confirm. Quod in aliud conuertitur non annihilatur, sed tam sancti, quàm concilia dicunt fieri conuersionem totius vnus substantiæ in aliam, ergo non est annihilatio.

*Scot. male audit de duobus.*

Circa hanc attendes, quòd Scotus hac. d. q. 4. male audit à multis de duobus. Vnum est, quòd licet videatur dubius si panis annihilatur tamen magis est in eo, quòd annihilatur, quàm in oppositum. Secundum est, quòd terminus ad quem huius conuersionis non est substantia, sed præsentia corporis Christi hinc.

Ad primum Dico, quòd Scotus videtur mihi magis propensus in citata. q. panem non annihilari, quia cum litera. B. ponat hanc conclusionem. Panis non annihilatur: vel saltem ista conuersione non annihilatur: & soluat argumenta principalia intentantia probare annihilationem, potius debet iudicari fuisse in eo, quòd nõ annihilatur, quàm in oppositum, quid quid arguendo videatur subtilizasse. Quod quæ apud me ponderis multi est ad hoc de Scoto iudicandum, est, quòd in scripto Parisiensi, hoc est, in reportatis, nihil meminit de tot mutationibus, quas subtilissimè arguendo in Oxoniensi

lectura

lectura fuerat speculatus. Placet verò quoniam lectura Parisiensis, videlicet quam scripsit Parisijs theologiæ professor, aut Magister, non baccalaureus vt Oxoniæ, passim non habetur eius literam hinc referre. Hac. d. quæ sit. etiam. 4. post citatas opiniones Henrici & Aegidij cum suis fundamentis, quas recitauerat in scripto Oxoniensi ad quæstionem sic respondet.

Dico igitur, quòd substantia panis non annihilatur, quia creatio & annihilatio sunt per se oppositæ versiones; igitur idem est terminus à quo vnus, & ad quem alterius. Sed terminus à quo creationis est nihil, hoc est, non est aliquis terminus positius corruptus, sed negatio mera extra genus. Negatio panis in conuersione est negatio in corpore Christi, & non omnino extra genus. Contra: Corruptio vt corruptio non est annihilatio pro eo, quòd habet negationem in supposito communi, igitur cum ista mutatio, vt est mutatio panis sit tantum ab esse panis, & non esse panis, & non habeat aliquod positium commune, igitur erit annihilatio panis.

Dico, quòd non est simile de conuersione, & alijs mutationibus, quia licet in generatione ignis ex aere possent distingui duæ mutationes: quarum vna est ab esse aeris ad non esse aeris: alia à non esse ignis ad esse ignis, & virtute Diuina posset esse vna sine alia, tamen non sunt hinc duæ mutationes, sed vna simplicior, quàm generatio vel corruptio: quia si hinc essent duæ mutationes substantiales, essent hinc quatuor termini, & tunc esset hinc vna mutatio à non corpore Christi ad corpus Christi, & tunc corpus Christi per illam mutationem acciperet esse simpliciter. Ideo dico, quòd non possunt esse hinc nisi duo termini per se, scilicet panis & corpus Christi, & quælibet alia potest habere proprios terminos, vt priuationem, & formam; & cum dicitur, corruptio esset annihilatio nisi relinqueret subiectum commune, verum est loquendo de ipsa solum, vt est ab esse aeris ad non aeris extra genus: sed hinc non est talis mutatio ab esse panis ad non esse panis, sed versio panis in corpus, quæ tantum est inter duos terminos positius. Vel aliter

S potest

*Litera Scoti.*

*Argum.*

*Solutio.*



potest dici (si quis velit dicere, quod sunt duæ mutationes, magis tamen est difficile) quod mutatio quæ est ab esse panis ad non esse panis non est annihilatio, quia non est ad negationem extra genus: Et si non esset subiectum commune, vt ignis conuertatur in aerem, adhuc licet non maneret materia termini à quo nec forma, quia tamen non terminatur ad negationem extra genus, ideo non est annihilatio.

Ad primum principale dico, quod non sequitur panis præfuit & nihil eius manet, igitur annihilatur. Sed oportet addere, quia neque conuertitur in terminum positium. Hæc est litera Scoti in præfato scripto, in quo nihil aliud inuenies ad quæstionem de mente doctoris, nisi cæteras solutiones arguuntorum principalium: quam si conferas ad Oxoniensem inuenies refecuisse doctorem tam illas mutationes, quàm esse terminum huius conuersionis præfentialitatem: & sic abiicisse distinctionem illam de duplici transubstantiatione: vnam quæ sit aqua terminus accipit simpliciter esse: aliam qua accipit hinc esse: quam distinctionem ibidem fecerat quæst. 3. litera. N. cuius etiam in illo Parisiensi quæst. 3. neque meminit. Quod autem afferunt contra Scotum distinct. 10. quæst. 1. ad idem, quod dixerit corpus Christi in sacramento non esse aliter, quàm per respectum præfentia extrinsecus aduenientem, rogo lector attendas quid Scotus loco illo probet. In illa quæst. artic. 1. non intendit Scotus aliquid de transubstantiatione quid sit; sed probare esse de fide, quod sit corpus ibi præfens. Deinde in artic. 2. inquirens modum huius præfentia, intendit contra magistrum suum Varronem, & contra Thomam, quod non est causa huius præfentia transubstantiatio alterius in ipsum, quia posset fieri transubstantiatio panis sine præfentia, vt in corpus habens esse in coelo sine hoc, quod fieret præfens speciebus panis remanentibus: Posset etiam fieri præfens sine transubstantiatione, & postquam est iam præfens transubstantiare panem in ipsum, igitur transubstantiatio non est ratio præfentia quare corpus Christi sine mutatione de coelo sit sub speciebus.

Imo

Imo magis debebat conuersum in ipsum acquirere præfentiam in coelo, quàm corpus Christi præfentiam in Eucharistia, quia panis conuertitur in corpus, non corpus in panem. In hoc totos neruos Scotus intendebat, atq; ad probandam præfentialitatem sine mutatione in coelo, dicit illam esse respectum extrinsecus aduenientem, sicut vocationem in corporibus quæ sunt in loco circūscriptiue. Distinguit etiam doctor ipse ibidem litera. H. hanc præfentialitatem simplicem ab esse circūscriptiue, & diffinitiue, ita quod Christus in Eucharistia neque est diffinitiue, neque circūscriptiue, vt allegaui supra. dist. 10. p. 8. respondendo ad dubium. In præfato scripto Parisiensi. d. 10. quæst. 1. in qua tractat idem quod in scripto Oxoniensi, vt ostendat mutationem in Christi corpore adquisitiuam nouæ præfentia, aut quia nomen mutationis videtur inconueniens in proposito, vt ostendat respectum extrinsecus aduenientem, ponit triplicem mutationem sic. Ponatur vnum corpus circūscriptiue in duobus locis, illud corpus deperdit locum, & acquirit locum: ponatur quod fiat talis mutatio sine expulsionem alterius corporis, sed sint simul & penetratiue, ecce vnam mutationem corporis ad vbi circūscriptiue: cum illis corporibus ponatur angelus diffinitiue: ecce secundam mutationem: ponatur cum illis corpus Christi per simplicem præfentiam absq; mutatione ad vbi circūscriptiue vel diffinitiue, tunc est ibi tertia mutatio cuius est præfentia, loquiturq; Scotus in hac tertia, quod ponatur & non sacramentaliter: de sacramentali modo, vt nunc est subdit hæc verba quæ rogo lector ad meum propositum excusandi Scotum probè attendas & libes. Sic imaginor, hinc (scilicet in sacramento) quia non potest transitus esse à contradictorio in contradictorium (intellige à non esse præfens ad esse præfens) sine omni mutatione: & probatum est, quod præfentia corporis Christi sub speciebus non est per se terminus transubstantiationis, igitur, vt videtur, erit hinc alia mutatio, vt tertia prius posita, cuius per se terminus est præfentia corporis Christi cum speciebus, quia species illæ non se habent aliter ex se quàm prius, quia si conuerteretur panis in corpus Christi,

S 2 vt



vt est in cœlo, non aliter se haberent accidentia per se loquendo, quàm nunc. Hæc Scotus. Si dicas vbi probauit præsentiam corporis non esse per se terminum transubstantiationis? nam hoc est quod in eius liberationem ab aduersarijs inquirimus: ibi non citat locum, videtur ideo quod in argumento quod ibi facit contra Thomam, & Varonem quinto; quod tamen in scripto Oxoniensi est secundum, videlicet quod posset esse præsens panis, & postea conuerti per consecrationem panem in corpus, & sic non esset sub speciebus de nouo per istam conuersionem: ponit quod in scripto Oxoniensi non habetur videlicet. Si dicas non fit tunc hic de nouo, quia præfuit: tunc habeo propositum, quod est (lege pro est) esse corporis Christi in hoc vbi, non est per se terminus transubstantiationis. Hæc Scotus. Vbi & annotabis, quod ad opinionem Thomæ atque Varonis in hoc scripto deducebat sequi, quod si erat hic præfens sine mutatione in cœlo, quia aliud conuertebatur in ipsum, igitur præsentia est per se terminus transubstantiationis. Nam aliter panis debuerat acquirere præsentiam in cœlo. Neque est malum argumentum contra illos. Dato verò, quod de per accidens sit præfens quando panis conuertitur in ipsum, ratio perimens & conuincens præsentiam sub speciebus non esset transubstantiatio. Currit præfata illatio contra tenentes, ideo corpus Christi sacramentaliter esse in pluribus locis, quia in pluribus locis panis conuertitur in ipsum: & maximè contra concedentes idem de quolibet alio corpore, nam forte Alexand. euaderet illationem vide. Id. præcedenti. p. 16. Propter ea, quæ allata sunt mallem Scotistas in Scoti fauorem negare ipsum in illa sententia perstitisse, quàm defendere præsentialitatem esse terminum huius conuersionis: aut etiam concedere, quod panis annihilaretur, quamuis non hac conuersione. Et quidem de annihilatione facilius liberatur etiam in scripto Oxoniensi: de termino præsentialitatis multò difficilius. Ad vtrumque tamen dicendum videtur ipsum disputatiuè tantùm processisse, quoniam argumenta quæ excogitabat erant acerrima, neque alio ingenio; vt suo digna,

*Autoris  
mens pro  
Scoto.*

digna, quæ illum non vt firmiter adhæreret fecerint, ita vt argumentatiuè, & dubitatiuè ad præsentialitatem dixerit. q. 3. litera. N. Potest dici, quod transubstantiatio potest poni duobus modis intelligi: ad annihilationem. q. 4. litera. I. dicit, potest teneri secundum membrum disiunctiuè, quod licet desitio panis sit annihilatio absolutè, non tamen hac conuersione; vtroque ponit, potest, cumque habeamus alibi eius mentem expressam, & firmam, ly. potest, non asseueranter dictum capiamus. Nam dicere præsentialitatem esse terminum transubstantiationis, neque verum reputo, neque sanam doctrinã: vnde in prouincialis officio existens quendam lectorem theologiæ propositionem illam in exercitio conclusionum sustentantem repressi, admonitq; ab ea discipulos reuocaret. Contra eam sic arguitur. Mutatio sumit denominationem ex termino ad quem, nam quæ est à subiecto in subiectum vocatur generatio: à subiecto in non subiectum corruptio: sed si hæc conuersio haberet pro termino præsentiam debebat vocari transpræsentatio, & non transubstantiatio, quod est contra Ecclesiam & Concilia. Secundò vbi sunt duæ mutationes, simul vt ad substantiam, & accidens prior est mutatio ad substantiam, quàm ad accidens, qualibet habente suum terminum ad quem distinctum, ex quo recipiat denominationem: Patet in generatione, & augmentatione: simul generatur caro ex alimento, & alitum augetur, & alia est mutatio ad substantiam, alia ad quantitatem. Sed substantia corporis Christi est prior, quàm præsentia: igitur hæc conuersio habet pro termino substantiam, & non præsentialitatem. Confirm. Transubstantiatio, quæ est totalis transitio substantiæ in substantiam non habetur nisi vna substantia desinat totaliter esse, & alia succedat, igitur terminus ad quem per se talis conuersionis non est præsentialitas, verum ipsa substantia.

Confirm. secundo. Si præsentialitas est terminus per se huius conuersionis, conuersio est accidentaliter & non substantialiter, quod credo esse plusquàm falsum.

Confirm. tertio ex casu Scoti. Si corpus Christi fuisset præ-

*Præsentia  
nō est ter-  
minus.*

*Argu. 1.*

*Argu. 2.*

*Confir. 1.*

*Confir. 2.*

*Confir. 3.*

ens substantiæ panis: & postea ille panis consecraretur, fieret conuersio panis & non in præsentiam, quæ iam erat propter illa duo inconuenientia, quæ idem Scotus ponit. d. 10. q. 1. litera. C. nam fieret præsens quando iam erat præsens: & præsentia esset terminus duarum mutationum distinctarum, videlicet mutationis ad præsentialitatem priusquam consecraretur, & transubstantiationis in consecratione: igitur præsentia non est per se terminus huius conuersionis. Si dicatur, licet sit præsentia eiusdem corporis non tamen est eadem, vel saltem est alterius modi, quia ante conuersionem est in vbi circumscripitiuè, aut diffinitiuè, post consecrationem est præsentia ad supplendam substantiam panis, vel præsentiam.

*Solutio.*

*Replica.*

Contra, si est præsentia corporis Christi ad supplendam substantiæ panis existentiam, igitur sicut terminus à quo transubstantiationis est panis substantia, ita terminus, ad quem est conuersio, erit substantialis existentia corporis Christi, quod est intentum, & non ipsa præsentia: Si ad supplendam solam panis præsentiam, igitur sicut prior est substantia panis, quàm eius præsentia, sic debet dari alia conuersio per quam: vel aliud in quo: suppleatur substantialis existentia panis.

Per hæc potest responderi ad instantias & difficultates huius materiæ. Ex eo quod dicimus corpus Christi suppleri substantialem existentiam panis soluitur instantia posita à Scoto hac. d. quæst. 3. litera. O. & quodlib. 10. litera. M. de Sole, quia si annihilaret Deus aliquid, aut corrumpere, diceretur conuersum in Solem, quia Sol manet in suo esse: non enim Sol succedit ad supplendam existentiam substantialem corrupti aut annihilati. Ex hoc eodem possunt liberari Alexand. & alij tenentes, ideo corpus Christi esse in Eucharistia aut pluribus locis, quia plura conuertuntur in ipsum: licet enim ad hoc non sufficiat conuersio, aut transubstantiatio: quia tamen hæc conuersio & transubstantiatio est ad supplendam existentiam panis debet corpus esse in omni loco vbi fuit panis. In hoc est discrimen inter Scotum & Ocham, quia Scotus dicens, quod transubstantia-

*Alexan.  
exponitur.*

stantiatio est transitio totalis substantiæ in substantiam, hæc duo tantum requirit, videlicet, panis desinat esse: substantia corporis Christi succedat: Ocham in .4. q. 6. innuit tertium modò positum, quod successio substantiæ sit in loco vbi fuit substantia desinens, & hoc saltem in Eucharistia: describit enim sic. Transubstantiatio, in proposito; intellige, Eucharistica; est successio substantiæ ad substantiam desinentem esse simpliciter in se sub accidentibus aliquibus proprijs substantiæ desinentis. Fundando in hoc tertio tanquam requisito soluent aduersarij argumenta doctoris subtilis. d. 10. quæst. 1. litera. B. quæ nihilominus habebunt adhuc vim ad intentum, scilicet, quod ratio conuincens præsentiam ibi, non est conuersio de ratione sua. Quoniam autem hæc panis desitio ex vi suæ desitionis intenditur à Deo tanquam à principali agente huius conuersionis supernaturalis ad successionem corporis Christi, ipsa non est annihilatio. Hoc est de mente Scoti quodlibet. 10. litera. O. vbi ponit exemplum de corruptione, quia si totus aer secundum materiam & formam conuertetur in ignem, licet non maneret materia communis, adhuc non esset annihilatio, quia talis corruptio ordinabatur ad successionem termini contenti sub ente, & non ad negationem extra genus, id est ad purum nihil, sed ad negationem ignis qui non erat ante conuersionem, à simili in proposito. Per hoc soluitur instantia posita à Scoto hac. d. quæst. 4. litera. E. quod desitio panis est de per se, hoc est transitus de esse panis ad non esse panis: Successio corporis Christi, hoc est transitus de non præsentia corporis, ad esse præsens est de per accidens, ideo non variat, vt illa desitio non sit annihilatio. De per se vtrunque intenditur à conuertente Deo. Arg. illud, quod fecit ipse Scotus hac. d. q. 3. litera. L. & M. quod transubstantiatio non potest fieri in iam præexistens, & q. per eam debuit terminus, puta corpus Christi, esse nouus, quia terminabat nouam actionem: cui respondit per distinctionem transubstantiationis, vt in principio responsionis ad dub. 2. dixi supra, recurrendo ad præsentialitatem, in citato quodlib. sic soluit litera. M. Actio positiua, vel est

productiua termini simpliciter, vel æquiuenter: ista conuerſio ſecundo modo eſt productiua, quia quantum eſt ex parte ſua ipſa ſufficeret ad hoc, q̄ termin⁹ acciperet eſſe per eam, ſed ſi non accipit eſſe, ideo eſt, quia iam præhabet illud eſſe. Hæc Scotus. Subditque litera. N. Nunc autem ſubſtantia corporis Chriſti eſt per ſe terminus tranſubſtantiationis, licet concomitetur præſentia qua de nouo eſt præſens ſpeciei panis: quid clarius? & ibi oſtēdit quòd præſentia nō includitur in per ſe termino tranſubſtantiationis: & quòd poſſet corpus eſſe terminus ſine præſentia. Ex his habes, quare vocetur tranſubſtantiatio, quam Scoti mētem & ſolutionem imitatur Gabriel hac. d. q. 1. dub. 2. videbis etiam ex citato quodlib. quomodo Scotus, neque in annihilatione, neque in præſentialitate vt termino per ſe cōuerſionis, permanſerit. Haberem gratiſſimum ſi hoc meum iudicium ad aſſerendum Scotum Scotiſtis arrideret, aut preſius ipſi circumſpicientes eruerent ex eius doctrina quomodo in his duobus articulis neque tam male audiret, neq; ab omnibus impugnaretur. Mirè nanque huius doctoris ingenium quotidie magis ac magis me ad ſe rapit. Non illum tam aridum, ieiunum, aut ſterilem ſum arbitratus, quàm arbitratur plurimi nondum ingreſſi, ſed à foris æſtimantes eius abundantiſſimum promptuarium.

*Prop. 6.*

Has propoſitiones Lutheri: panis eſt corpus Chriſti: vinum eſt ſanguis Chriſti reprobauit Magiſter in litera. cap. 3. Sunt enim hæreticæ, ad quas in bona conſequentia ſequitur vna hæretica, quòd non eſt facta tranſubſtantiatio. Denotat enim ly eſt vnionem extremorum eſſentialem, vel accidentalem pro illo tempore quod aſſignat ait Scotus hac. d. q. 5. vide & ſupra, d. 8. p. 13. igitur debuit panis manere, vt hæc vnio extremorum ſit vera.

*Prop. 7.*

Quod erat panis, ſeu quod præfuit panis eſt corpus Chriſti: ſimiliter & de vino: fuit propoſitio ab aliquibus conſeſſa, vt dicit Magiſter citatus: quos ſequutus fuit Henricus Gandauenſis, imo & Caiet. 3. p. q. 75. art. 4. dicens hanc eſſe veram: Quod erat panis eſt corpus Chriſti, & etiam ſua conuertens. Corpus Chriſti eſt quod erat panis: imo addit quòd

quòd hæc ſit vera corpus Chriſti eſt, quod erat iſte panis. Contrarium docet Scotus hac diſt. q. 4. vbi impugnat Henricum: tunc enim debuit ſua de inelle fuiſſe aliquando vera, quæ reprobata eſt in præcedenti: & panis debuit manere. Dicit itaque Scotus. q. 5. quòd hæc conuerſio nullo modo poteſt exprimi per verbum, eſt. Neque ſi Ambroſio licuit ſic loqui: quod erat panis ante conſecrationem, iam corpus Chriſti eſt poſt conſecrationem, habetur de conſecra. d. 2. cap. panis. licet modo quando propter hæreticos eſt periculum: neque Ambroſius ſic nudè fuit loquutus, ſed addendo & inquirendo multa de iſta conuerſione, in quibus vſus eſt verbo mutationis & factionis. Neque ſolutio Thomæ Vvaldenſis libro de ſacramentis. cap. 48. quam videtur innuere Magiſter in litera omninò ſoluit argumenta, quòd ly, eſt, ſumatur ibi pro fieri, vel commutari eruendo, ex virtute verborum Ambroſij, ſicut ly, eſt, in termino à quo, denotat factionem, Genef. 3. Terra eſt, id eſt, terra ſis, vel fiebas. Caietanus enim & Henricus in re non diſcordant ab Eccleſia, vt Vviclephus & Lutherus, ſed dicunt poſſe nos loqui, ſicut Ambroſius. Quomodo ly, eſt, ſumatur pro fit, habes ſuprà. p. 4.

Iſta conuerſio explicatur benè addendo termino à quo præpoſitionem. De, vel, ex: dicendo, de pane, vel ex pane fit corpus Chriſti: vel addendo termino ad quem præpoſitionem in. vt panis tranſit in corpus Chriſti, mutatur, conuertitur, & ſimiles. Ita Scotus hac. d. q. 5. Negat verò, mutatur in corpus, ſed habes ſuprà. p. 3. vſos ſanctos hoc termino, ſeu vocabulo.

*Propo. 9.*

Aqua miſcenda eſt vino de neceſſitate miniſtri, quamuis non ex neceſſitate ſacramenti, Magiſter in litera, & eſt contra Græcos qui, vt idem ait, aquam vino non apponunt. Aſſert ad hanc Magiſter aliquas autoritates, quæ habentur de conſecra. diſtin. 2. in principio: ex quibus id eſt aduertendū, quòd tam Cyprianus quàm conc. Carthaginènſe tertium dicens in ſacramento corporis & ſanguinis Domini nihil amplius offeratur, quàm quod ipſe Dominus tradidit, hoc eſt panis, & vinum aqua mixtum, innuūt Chriſtum ita inſtituiſſe & obtuliſſe: in eo etiam eſt concilium Florent. & Trident. ſeſſ. 22. cap. 7. dicens aquam admiscendam vino, quoniam

iuxta sanctorum patrum testimonia creditur ipsum Domini-  
num in vino aqua permixto hoc instituisse sacramentum.  
Datur alia ratio à concilijs propter representationem Do-  
minicæ passionis, quando ex latere Christi sanguis & aqua  
profluxerunt. Hæc datur ab Alexandro Papa, cap. In sacra-  
mentorum, de consecra. dist. 2. ad hanc vide supra. dist. 2. p. 2.  
Datur tertia tam à concilijs, quam à Magistro in litera, ad si-  
gnificandam vñionem populi cum Christo, quoniã per aquã  
populus significatur, Apoc. 17. Aquæ populi sunt, & gentes,  
& linguæ. Sexta synodus generalis, cap. 32. dicit Armenios nõ  
miscere aquam vino, quam hæresim ibi damnat cum alia  
aquariorum, de qua supra. d. 8. p. 7. Dicit etiam concilium,  
quod Iacobus frater Domini & Basilius Cæsariensis Archie-  
piscopus, cuius gloria omnem terrarum orbẽ peruasit pera-  
gendum in sacro ministerio ex aqua & vino sacrum poculũ  
ediderunt, & qui Carthagine conuenerunt sancti patres. Vbi  
citatum Carthaginensẽ conciliũ approbari videtur. Contra  
has duas hæreses est citata autoritas Cypriani in litera. Aqua  
debet esse modicissima, dicit conc. Floren. imò debet tempe-  
stiuè apponi, quia dicit Scotus hac. d. q. vlt. nisi fuerit in vinũ  
conuersa, neque in sanguinẽ Domini cõuertetur. In cap. Per-  
nitiosus, de celebr. Miss. reprehẽdit Honorius. III. illos qui  
apponebãt aquã in maiori quantitate quã vinum. Ratio  
textus est, quia nõ conuerteretur in vinũ sed è cõtra, & defi-  
ceret materia. Ratio glossæ ibi non placet, quia vinũ est dele-  
tabilius, & si plus de aqua apponeretur nõ trãfret suauiter,  
& generaret horrorẽ, & immineret periculũ, quia aqua facit  
malum stomachũ: neque sola consuetudo, quã ibi allegat san-  
ctorum patrũ apponentiũ plus de vino est in hoc casu preem-  
ptoria causa, sed quæ dicta est, ex qua introducta fuit cõsue-  
tudo. Nam si maneret materia vini, fieret consecratio non  
obstante quantacunque aqua, sicuti in solo vino verè confi-  
citur sine aqua, quia habetur vera materia, idcirco aqua non  
est de necessitate sacramenti. Per idem debet dici si æqualis  
aqua vino admisceatur, quoniã diluetur vinum quo speciem  
suam non retineat, nisi forsan vinum foret tam vigorosum,  
quod aquæ virtutem ad se conuerteret. In cap. Cum Marthæ.  
de

de celebr. Miss. §. Quæ fuisse, ponit Innocentius opiniones  
de aqua, si conuertitur in vinum & in corpus Domini, dicen-  
tibus Physicis, quod per artificium possit à vino separari, ap-  
probatque opinionẽ tanquã probabiliore dicentẽ aquã cum  
vino in sanguinẽ transmutari. Neque sufficit aquam fuisse  
appositã in dolio: quoniã debet à sacerdote in calice misceri,  
propter dictas rationes & significationes, quas in dolio nõ ha-  
buit. Christus etiã Dñs qui fuit tẽperatissimus illã est cre-  
dendus admiscuisse. Facit Prouerb. 9. Sapientia (id est, Chri-  
stus sapientia Patris) ædificauit domum (Ecclesiã) excidit co-  
lumnas septẽ (sacramẽta) im molauit victimas (seipsum) mis-  
cuit vinũ (hoc sacramentum admixta aqua) subdit: Venite  
comedite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis.

Christus Dominus consecrauit in pane azymo. Contrariũ *Prop. 10.*  
huius est hæresis Græcorũ dicentium, Christũ consecrasse in  
fermentato, & fermentatũ esse de necessitate sacramenti, adeo  
q̃ non licet in azymo consecrare. Latinos vocãt azymitas, al-  
taria sua, si celebrauerint in eis Latini, lauant, dicũt ea polluta  
falso Latinorũ sacrificio. Vide in cap. vlt. de Baptismo, de cõ-  
clusionẽ vide Scholasticos hac. d. Alex. 4. p. q. 32. m. 3. Tho. 3.  
p. q. 74. ar. 4. Probatur ex Matth. 26. Marci. 14. Lucæ. 22. vbi  
tres Euangelistæ docent, q̃ prima die azymorum, quando Iu-  
dæi azyma comedebant Christus cœnauit, & sacramentum  
instituit. Respondent Græci tres Euangelistas errasse, & fuisse  
correctos à Ioanne, qui posterior scripsit. Probant ex eius *Argu.*  
cap. 13. Ante diem festum Paschæ igitur ante diem azymo-  
rum: & sic in fermentato confecit. Item. 18. Iudæi non in-  
trauerunt in prætorium Pilati, vt non contaminarentur, sed  
mãducarent pascha: igitur Christus passus fuit quartadecima  
luna Martij, in qua Iudæi manducabãt pascha, id est agnum  
paschalẽ: & per consequens, tertiadecima luna, id est vno die  
ante Pascha instituit Eucharistiã, & cõfecit in fermentato.

Respondent Latini, pascha vno modo sumi pro solẽnitãte *Solutio.*  
diei azymorũ, quæ septẽ diebus durabat, Leuit. 23. & Iudæorũ  
festiuitates erãt à vesperã in vesperã, lib. 2. d. 14. p. 12. de agno  
specialiter, Exo. 12. alio modo sumebatur p panibus azymis.  
De illis intelligitur id ne cõtaminarẽtur, sed vt manducarent  
pascha,

pascha, id est, panes quos septem diebus comederant: nam agnum præcedente nocte comederant. Et in. 13. sumpsit Ioannes pascha pro ipsa prima die solennitatis. Alij Euangelistæ vocauerunt primam diem azymorum à vespera ante primum diem: quia in illa diei vespera agnus occidebatur, & exinde incipiebat solennitas. Et sic nulla est cōtrouersia Euāgelistarum, quin Christus quartadecima luna comederit pascha, id est, agnum paschalem, & luna quintadecima passus fuerit. Latini tam azymum quàm fermentatum reputant sufficientē materiam. Vide in Anselmo Epistola de fermentato & azymo. In cōci. Flo. ita est definitum. Definimus in azymo siue fermentato pane, corpus Christi veraciter cōfici, sacerdotibusq; in altero ipsum Dñi corpus cōficere debere, vnumquēq; scilicet iuxta suæ Ecclesiæ, siue Occidentalis, siue Orientalis consuetudinem. Ex quo habetur non peccare Græcos, quia in fermentato conficiunt, sed quia illud sic reputant necessarium, quòd in alio non verè conficiatur. Scotus hac dist. q. 6. in vltimis verbis dicit, quòd fortè grauitèr peccant Græci, qui non se conformant Ecclesiæ Petri: Ratio quare Scotus dubitauit, fuit quia tempore Leonis Papæ Ecclesiæ consecit in fermentato ad extinguendam hæresim Ebionitarum dicentium seruanda legalia cum Euangelio: cessante illa causa Ecclesiæ Latina reuersa fuit ad pristinum totius Ecclesiæ ritum conficiendi in azymo, Græca non, sed permansit in fermentato, ideò licitum fuit dubitare si remansit cum peccato. Post conc. Florent. quod fuit post Scotum, certum est ipsos non peccare, id permittente concilio: Aut quia cōsuetudo, licet vitiosè, introducatur sua iam introductione præscripta est licita, declarauit hoc præfatum concil. Alexan. vbi suprà ad. 15. dicit Græcos tanquàm superbos noluisse reuerti ad pristinū Ecclesiæ ritum: vt superbiam excusarent, dixerunt id se à patribus accepisse, ne iudaizarent, Videntes se reuinci per tres Euangelistas dixerunt Christum in fermentato confecisse & errasse Euangelistas ideò correctos à Ioanne. Sic peccata concatenantur.

Ad id quod dicunt Ecclesiam Latinam iudaizare: debet dici quod respondet Anselmus esse falsum, quia non ita cōficit

ficit vt legem obseruet, tunc est iudaizare quando fit animo legali, & non aliàs. Imò in tantum abhorret Ecclesia à Iudaismo, quòd post illam dissensionem inter Orientales & Occidentales Episcopos de celebratione Paschæ dicētib; Orientalibus debere celebrari à Christianis quartadecima luna Martij, quacunque die fuisset: è contra Occidentalibus quòd erat celebrandum die Dominico in memoriam Dominicæ Resurrectionis, quam litem diremit concilium Nicenum præcipiens celebrari Dominico die, vt est li. 2. hist. tripertita. c. 12. quoniã iam ex coniunctionibus lunæ ac solis computum defecerat procedente anno decem dies vltra, nequando accideret Christianos eodem die suum Pascha celebrare cū Hebræis annum dies decem retrò vocauit, auferendò illos in mēse Octobri anni millesimi quingentesimi octuagesimi secundi post festum sancti patris nostri Francisci, ita vt dies post festum sancti Francisci, qui est quintus Octobris, eo anno foret quintus decimus. Quæ anni correctio facta est Gregorio XIII. Romano Pontifice, Pontificatus sui anno decimo. Hæretici qui dixerunt necessariò fore celebrandam Pascha ipsa luna quartadecima vocati sunt Tessarescæ decatitæ, id est, quartadecimani, autorem dicunt fuisse quendam Blatum, quamuis neque Isidorus. 24. q. 3. cap. Quidam, ei nomen ait autorem, neque Augustinus lib. de hæresibus, tantum dicit in ea fuisse Anthropomorphitas, de quibus supra lib. 1. d. 42. p. 2. Hæc de controuersia Latinorum cum Græcis.

De Iudæis dicit Rupertus Abbas Tuitiensis supra. 26. cap. Matth. Ex traditione seniorum, si quintadecima luna erat ante sabbathum differebant solennitatem ad sabbathum, ne continuarent duo sabbatha in quibus vacarent, quia difficile & molestum erat cadauera insepulta expectare in tertium diem propter foetorem: imò & olera cocta debebant seruare in regione illa calidissima. Fecerunt igitur illo anno Iudæi secundum seniorum traditiones, non secundum mandatum Domini, idcirco tractauerunt illa feria sexta iudicia de morte Domini, quæ in die solenni tractare non poterant. Paulus Burgenfis in additione ad idem cap. 26. in eadem sententia est cum Ruperto. Est discrimen quòd illa translatio lunæ quin-

quintadecimæ iuxta Rupertum fuit illicita & contra legem Dei, iuxta Burgensem licita. Discordant à Græcis: Græci nõ duas quintasdecimas ponunt, sed quòd anticipatio per Christum fuit ad lunam tertiamdecimam. Fundamentum Burgensis pendet ex quadam computatione vñitata inter Hebræos, quæ si contra scripturam non est, vt in præfentiarum non esse apparet, multum iunat ad interpretanda loca aliqua Euangelistarum de re hac. Nouilunium, ait, apud Iudæos non potest esse feria secunda, neque quarta, neque sexta, si accidisset illis ferijs transferetur ad diem sequentem: anno mortis Christi nouilunium Martij, vt ipse Burgensis cum peritis Hebræorum computauit, fuit feria quinta post decem & nouem horas cum certis minutis (incipiebat verò dies naturalis apud Hebræos ab occasu solis diei sabbathi, & terminabatur in occasum solis diei Dominicæ, & sic de alijs iuxta id. A vespera in vesperam celebrabitis sabbatha vestra, Leuitici. 23.) erat idèò transferendum in feriam sextam, quia si coniunctio luminarium, scilicet solis & lune, transcendebat decem & octo horas illius diei transferetur ad nouilunium in diem sequentem ad quam magis declinabat, tunc enim post decem & octo horas transferant tres partes illius diei, & attingebant ad quartam. Talis coniunctio vocatur apud eos. Nouilunium vetus. Feria sexta non poterat figi, sed hoc erat propter ordinem ad festa sequentia videlicet cenophegiæ, seu tabernaculorum, quia debebat concurrere in die Dominica, & sic forent sabbathum & dies Dominica duo dies vacandi, etiam à præparatione ciborum, & essent pericula posita à Ruperto: fuerunt igitur in anno mortis Christi duæ lunæ quartadecimæ, vna in feria quinta, quæ translata ad feriam sextam à feria quinta post occasum solis incepit, quæ si non fuisset translata propter illas horas decem & octo deberat incepisse ab occasu solis feriæ quartæ. Hanc obseruauit Christus Dominus, quæ erat vetus & antiquum nouilunium. Aliam translationem à feria sexta ad sabbathum non fecit, quia festa futura in eius morte erant cessatura. Iudæi illam secundam translationem seruauerunt, & ab occasu feriæ sextæ inceperunt solennitatem. In prima quartadecima

cima luna Christus comedit agnum Paschalem, & instituit Eucharistiam: in secunda verus agnus Christus fuit immolatus & agnus typicus comestus à Iudæis. Per hoc exponuntur loca scripturæ, non introierunt in prætorium, vt manducarent pascha: quia illa feria sexta ipsi agnum comederunt. Illud Ioan. 19. erat magnus dies ille sabbathi, quia concurrabant duo magna festa sabbathi, & Paschæ.

Ad hanc Burgensis opinionem faciunt, quæ ipse asserit, Nicodemus & Ioseph curauerunt sepulturam Domini feria sexta ante solis occasum, sed si illa fuisset prima dies Paschæ vñitata apud Hebræos non licuisset illis curare funus, cum à solis occasu feriæ quintæ, id est, lunæ quartadecimæ, debuerunt abstinere, Exod. 12. Septem diebus azyma comedetis. In die primo non erit fermentatum in domibus vestris. Quicumque comederit fermentatum peribit anima illa de Israel à primo die vsque ad diem septimum. Dies prima erit sancta atque solennis, & dies septima eadem festiuitate venerabilis. Nihil operis facietis in eis, exceptis his quæ ad vescendum pertinent. In hoc solo differabat à sabbatho, in quo neque cibaria licebat præparari. Ratio discriminis iusta erat, quia in prima die azymorum erat agnus assandus, idcirco fuit concessa ciborum præparatio agni, & aliorum. In sabbatho neque ignem accendere licebat, Exod. 35. De sanctis mulieribus dicitur Lucæ. 23. quòd reuersæ à sepultura Domini parauerunt aromata & vnguenta, id est, in illo spatio remanente post Christi sepulturam vsque ad occasum solis, emerunt aromata, quæ in festo emere non licebat: sabbatho quidem siluerunt secundum legem. Cum transisset sabbathum, dicit Marcus. 16. emisit aromata, quia post occasum solis diei sabbathi, emerunt quæ ante non potuerunt omnia emisse in feria sexta occidente iam sole. Vide super Lucam gloss. ordina. ad hanc concordiam. Igitur feria sexta non erat solennis dies prima azymorum ipsis Hebræis, quamuis fuerit Christo Domino propter dictam rationem. Neque est dicendum quòd Ioseph & Nicodemus hoc fecerunt Diuina inspiratione intelligentes cessasse legem Christo expirante. Nam neque

*Arg. pro Hebræis.*  
Apo-

Apostolis fuit facta talis reuelatio ante aliquem temporis processum: vnde fuit facienda Nicodemo etiam legis doctore, qui neque verba Christi de baptismo intelligebat, Ioan. 3. neque Iosepho laico & militi? Potest etiam confirmari, eò quòd beata Virgo credenda est curasse funus tangendo filiù, consuendo syndonem, quæ non erant minora, quàm vngere illum sabbatho, quòd mulieres facere non sunt ausæ contra legem. Quòd si dicatur illam sciuisse cum Christo expirasse legem, quòd ego credo verissimum, quia & credo intellexisse prophetas & legem exactissimè, etiam viuente filio: tamen quæ sine obligatione legis filium circumcidit, & se in templo purificauit, non erat credenda quæ secundum legem alijs non licebant cum eorum nota & scandalo factura; cum dixerit Paulus de licitis esca. 1. Corinth. 8. Si esca fratrem meum scandalizat, non manducabo carnes in æternum. Sed tam contra Græcos, quàm contra Hebræos currit argumentum, quòd facit Eutyminus supra. 26. Matth. quare Iudæi hac, de anticipatò Paschate, accusatione manifesta relicta alia falsa testimonia contra Christum quærebant? ipse quia Græcus respondet, non erat poena contra præuenientes definita præuidente Deo quòd futurum erat per Christum, nihilque de hoc statuente. Sed pro Hebræis alia est responsio, quòd celebravit Pascha in occulto cum discipulis, quos solos & hospitem sibi deuotum ac fidelem informauit. Quòd si Iudas tale factum denunciavit principibus sacerdotum: postquam retulit triginta argenteos viderunt se habere contra Christum in discipulo testem infirmum: hospitem aut suspectum pro Christo habuissent, aut quasi potentem & nobilem ausi non fuere adducere illum coram iudice gentili. Tum etiam illa accusatio erat merè contra legem, quam forsitan Romanus iudex non audiret, qualis non erat destructio seu dissolutio templi de qua accusauerunt Matth. 26. quasi in rerum damnificationem, & reipublicæ.

*Pro Latinis.*

Ad Latinorum sententiam vltra ea quæ dicta sunt contra Græcos dici potest, quòd cum festum inciperet ab occasu solis, tres Euangelistæ vocant primam diem azy morum illum diem in cuius vespera incipiebat solennitas: Ioannes eandem vesperam

vesperam vocat ante diem festum Paschæ: quia totus dies sequens vsque ad solis occasum erat festus & festiuus, idè speciatim dixit & expressè diem festum: neque est inconueniens de eodem die diuersè loqui ex diuersis respectibus. Iuxta Hebraicam consuetudinem amplius extendenda erant verba Ioannis, vt ipse vocauerit festum Paschæ Hebræorum, distinguendo à festo seu Paschate à Christo celebrato: quoniã verò computus eorum non est nobis certus, data modo solutio, interpretatio, siue concordia, facit stare Euangelij veritatem, Latina & Hebræa opinione permanente.

## DISTINCTIO .XII.

*De accidentibus remanentibus in Eucharistia: de hoc sacramento prout est oblatio, sacrificium & Missa: de eius frequentatione.*



**F**ACTA consecratione, in eodè instati, quo *Prop. 2o* ibi est corpus Christi species panis, hoc est, accidentia, seu qualitates tangibiles & sensibiles, vt color, odor, sapor, pondus remanent sine subiecto: si militer in vino. Ita tenet Magister in litera. Scholastici hac. d. Alex. 4. p. q. 40. m. 1. Tho. 3. p. q. 75. ar. 5. & q. 77. art. 1. Vocamus subiectum substantiam, quæ subest & subiicitur accidentibus. Ad hanc facit quòd est dictum in præcedenti substantiã panis & vini non manere, tamen sentimus qualitates manentes, per quas corpus Christi neque est quantum, neque quale, quia illis qualitatibus panis & vini nõ afficitur dum sit beatum, & sint illæ qualitates corruptibiles. Facit etiã qd hoc non implicat, & apud Deũ non est impossibile omne verbũ, Lucæ. 2. id est, omnis res, vt exponit aliqui, iuxta. 4. Reg. 20. non fuit verbũ quòd nõ monstraret Ezechias, & Lucæ. 2. Videamus hoc verbũ quòd factũ est. Vel omnis conceptus possibilis in intellectu



intellectu qualis est, in quo non includuntur contradictoria; ut explicat Scotus quodlib. 10. ante. K. & habes in li. 1. d. 42. p. 7. Sed nos possumus concipere accidens sine subiecto, & subiectum sine accidente: igitur illud potuit Deus facere. Hæc est communis doctrina definita in concilio Constantien. contra secundum errorem. Vnde philosophi dicentem, accidentia panis non manent sine subiecto in sacramento: & sic hæc conclusio est de fide, patet ex concilio Trid. sess. 13. c. 2. Vide supra. d. 5. p. 4. q. accidentia non sunt de essentia subiecti, alioquin homo albus non esset ens per accidens. Vnde infert Scotus hac. d. q. 1. litera. E. quod philosophi non negarent accidens posse esse sine subiecto, ex eo quod accidens fit de essentia subiecti, vel de conuerso, sed quia poneret ordinem causarum, quod prima non potest causare causatum, causam secundam sine ipsa causa secunda, subiectum habet aliqualem causalitatem respectu accidentis, puta materialem non ex qua, sed in qua fit. Notanter explicui nomine subiecti substantiam propter opiniones de quantitate videlicet si ipsa sola est sine subiecto, cetera accidentia sunt in quantitate, quæ quæstio non est Theologica, ipsam tamen cum suis opinionibus habes à Scoto hac dist. q. 2. & à Gabriele lect. 44. super can. litera. C.

*Argu.*

Si contra conclusionem dicas, quod talia accidentia ducerent in errorem, quia representant substantiam panis & vini quæ ibi non est, & sic erit falsitas in sacramento. Respondetur iuxta sanctum Bonaventuram. hac. d. n. 18. & 37. quod illa accidentia habent suas naturales operationes in sensibus, ut in visu, gustu, & tactu, atque in his nullus est error. Neque etiam est in intellectu, quia intellectus fidelium post consecrationem non iudicat ibi esse substantias panis & vini. Si per ignorantiam consecrationis id iudicaret, sicut infidelis, non foret ibi falsitas ex parte sacramenti, licet erraret intellectus sumpta occasione ex natura accidentium. Nam obiectum intellectus est ens, & non restrictè accidens, igitur manente verò iudicio de accidentibus, & eorum notitia sensitiva, variatur notitia iudicativa intellectus per fidem aut ignorantiam consecrationis.

*Propo. 2.*

De modo existendi accidentium sacramenti variæ sunt sententiæ doctorum, Ad earum intellectum præmitto aliud esse

esse existere, aliud esse rei: vel aliud esse existentiam, aliud essentiam, vide supra in 3. dist. 7. p. 4. & patet, nam de sola rei existenti est notitia intuitiva: de essentia rei est abstractiva, siue existat, siue non existat: unde scientia est de re, non ut existit, nam rosa non existente, est scientia de illa, quia existentia etiam sit ratio intellecta circa obiectum scibile, non tamen necessario requiritur, ut ei actualiter conveniens. Vide Scotum quodlib. 7. litera. G. Esse igitur existentia est, quod essentia rei actu est, aut ponitur in rerum natura. Inde dicit idem Scotus li. 2. d. 3. q. 3. litera. B. quod existentia est ultimus actus, sed posterior tota coordinatione prædicamentali: quia hic homo non individuatur, & est hic homo per actualè existentiam: sed ipsa existentia actualis sequitur rationem individuante hunc hominem. Modo ad propositum est sententia Scoti loco citato in præcedenti; quod accidens sicut habet esse essentia, distinctum ab esse subiecti, ita habet actualem existentiam, distinctam ab actuali existentia subiecti, & sic factis, per miraculum accidentibus sine subiecto, per se illa existunt. Non enim habent distinctum modum essendi, siue in subiecto, siue sine subiecto. Habent quidem aptitudinem ad inhaerendum, quæ aptitudo nihil absolutum aliud est à natura. Inhaerentia verò, ut idem ait ibidem, est respectus extrinsecus adueniens. Vide eum loco citato litera. C. specialiter, & in fol. primi. Vnde habes quod inhaerentia aptitudinalis est ipsum esse accidentis, inhaerentia actualis, respectus, variabilis tamen, essentia accidentis permanente. lib. 3. dist. 6. q. 1. ante literam B. est ad hoc expressè dicens, quod facta transubstantiatione, quantitas panis nullum esse acquirit de nouo, intellige neque essentia neque existentia, quia non per aliquam transmutationem positivam, ut generationem vel creationem in quo antecedenti credo conuenient omnes, aut ferè omnes docti, ergo in subiecto habebat actualem existentiam, & eandem quam post. De ly, eandem, erit controuersia inter ipsum & alios.

*Opinio  
Scoti.*

Est alia opinio, quod facta transubstantiatione accidentia accipiunt per Diuinam potentiam nouum modum essendi, ita quod in pane & vino non erant, sed inierant substantia, & erant quoque substantia

*Opinio  
Thome.*

substantia erat talis: post consecrationē dimensiones quantitatis, seu quātitas habet modū essendi substantiæ, vt iā non sit quia subiectū est tale, sed sit quod est, videlicet cōponatur ex esse, & quod est, qui est modus essendi substantiæ. Et sic quantitas quæ in substantia erat solum subiectū receptiuum aliorū accidentiū, existēdo sine subiecto, & receptiuū & sustentatiuum, sicuti sustentabat prius substantia siue subiectū, fitque quantitas alijs accidentibus vice materiæ. Hæc videtur mens Diui Thomæ. 3. p. q. 77. ar. 1. Vide ad. 4. & artic. 2. vide ad. 1. eumq; sic interpretatur Caiet. Alij discipuli Diui Thomæ, vt Soto in. 4. d. 10. q. 2. ar. 2. negant hanc esse mentē Thomæ, sed Henrici impugnati à Scoto hac. d. q. 1. & Thomas, dicendo q; quantitas perdit esse quo, & acquirit esse quod, non vult dicere, quod aliquid noui acquirit, aut amittit, sed q; per miraculum fit, vt non insit, sed per se stet. Illud etiā in hoc secundo modo est aduertendū: ita cōcedit quantitatē sustentare cætera accidētia, quod per Diuinā potentiam illa nō possunt stare per se, sed necessario in quātitate: sic videtur concedere Tho: quodlib. 7. art. 10. dicens posse fieri per miraculū, vt natura albedinis subsisteret absque quātitate; tamen illa albedo non esset sensibilis, sed quædam forma intelligibilis ad modū formarū separatarū. Propter hoc alij eius discipuli citato, ar. 2. in. 3. p. interpretantur eum quādo dicit, necesse esse, quod alia accidentia quæ remanent in hoc sacramento sint in quantitate sicut in subiecto, quod intelligat, sicut in quodlib. Hanc opinionem siue sit Thomæ, siue non impugnat Scotus hac. d. q. 2.

**3. opinio.** Est alius modus dicendi conueniens cum Scoto in eo, q; *Bañes* siue quantitas & alia accidentia per transubstantiationem non *per. 1. p.* adquirunt nouam existentiam, sed habent eandem quam habebant ante in pane & vino, differt tamen quia dicit illam *Tho. q. 4.* esse existentiam panis. Vult enim quod eādē existentia panis substantia existat per se primò, & eādē accidentia in pane existant aut inexistant secundariò. Definēte *Inf. p. 4.* verò substantia panis per miraculum definunt inexistere, & manent per se cum existentia, quam adquisierant in pane & vino. Neque talis existentia distinguitur realiter à seipsa

à seipsa per hoc quod sit in pane ante consecrationem, & in se post consecrationem. Neque per hoc remanet aliquid de substantia panis, & vini, sed accidentia sola, quæ eo ipso quod remanent, remanura sunt cum propria sua natura, neque hoc specialiter vnquam Ecclesia negauit in concil. Trident. sess. 13. can. 2.

Est quartus modus quod illa accidentia existunt existentia corporis Christi non formaliter, sed effectiue: hoc est, quod corpus Christi sustentat illa non per formalem inhærentiam ad se, sed per efficientiam, dum illa conseruat ad suam præsentiam. Exponitur. Substantia sustentat accidentia dupliciter, videlicet: secundum genus causæ formalis, ideo per illa accidentia substantia dicitur talis, vt quanta, alba & sic: in hoc genere corpus Christi non sustentat accidentia, quia ipsum non afficiunt ei inhærendo. Secundo, in genere causæ efficientis, quia accidentia neque creantur neque generantur, sed concreantur & generantur cum substantia, quæ prior est quàm accidentia. Corpus igitur Christi existendo sub illis accidentibus supplendo vicem panis, & eius existentiam conseruat illa accidentia ibi, quæ conseruatio reducenda est ad causam efficientem. Dum enim ibi est corpus Christi manent illa accidentia, & illis definitibus definit esse ibi corpus Christi: sic existente substantia panis sub illis prius conseruabantur. Quapropter prædicata quædam pani conuenientia per accidētia, prædicatur de corpore Christi, vt quod frangitur. Si dicas quod ita posset Christus conseruare accidentia non existendo sub illis, sicut existendo, verum est, sed tunc non foret supplendo existentiam panis, cuius vicem ibi modò tenet. Hæc de opinionibus.

Species sacramentales habent eandem actionem & passionem, & denique quidquid habebant existente sub illis substantia panis & vini: ita quod sapiunt, nutriunt, franguntur, sicut prius, tam diuque sub illis est corpus Christi, quā diu substantia panis & vini sub illis conseruaretur. De fractione affert Magister in litera, cap. 4. confessionem Berengarij habetur, de consecr. d. 2. Ego Berengarius, quod verè frangitur,

T 3 & den-

4. Opin.

Palacios  
in hoc. 4.

Prop. 3.

& dentibus atteritur: corpus Christi, quod esse constat ratione specierum, ut modo diximus: nam essentialiter ibi corpus Christi quod est incorruptibile frangi, aut partiri non potest, ut bene deducit Magister in litera contra quosdam asserentes contrarium motus hac Berengarij confessione. Tum etiã ut supradictum est, corpus Christi ibi non est sub modo quantitatis. Refert etiam Magister alios duos errores de fractione: vnus dixit non esse ibi veram fractionem, sed apparentem: alius quod est vera fractio ex parte frangentis, non tamen esse aliquod subiectum illius fractionis. Hos tres errores impugnat Alex. 4. p. q. 42. m. 1. & 2. Bona. hac. d. nu. 41. & 46. Tho. 3. p. q. 77. ar. 7. Competit autem fractio quantitati, & per eam ceteris qualitatibus. De actionibus proprijs dictum est. p. 1. in sol. arg. De generatione substantiæ, ut in nutritione, aut in generatione vermium diuersæ sunt opiniones quomodo possit esse ibi noua materia.

1. opinio.

Vna opinio dicit, quod illa materia fit ex aere circumstante. Hanc impugnat Tho. citata. q. 77. art. 5.

2. opinio.

Secunda opinio dicit, quod in corruptione specierum redit materia panis & vini, quæ prius erat, & hoc Diuina virtute. Hæc fuit Innocentij, sequitur Alex. q. 40. m. 2. ar. 2. Bona. hac. d. num. 25. Impugnant eam Scotus hac. d. q. 6. & Ricard. hac. d. ar. 2. q. 2. atque Tho. loco citato.

3. opinio.

Alia opinio est, quod ex quantitate remanente generatur materia non panis & vini, sed illius compositi, aut vermis, aut aliti, in quod si panis mansisset conuerteretur. Nam cum quantitas ex vi primi miraculi habeat modum substantiæ, sine alio nouo miraculo habet omne illud, quod pertinet ad materiam: ideo quidquid posset generari ex materia panis si adesset, potest generari ex prædicta quantitate. Hæc est sancti Thomæ citato, art. 5. de cuius intellectu variant sui. Illam aliquorum interpretationem, quod manente quantitate in suo esse accidentis possit ex ea generari substantia impugnat Scotus citata. q. 6. & certè mirabile videtur quomodo accidens manens accidens possit suscipere formam substantialem, quæ non potest educi de potentia dimensionis, sed de potentia materiæ. Debent etiam actus & potentia

rentia esse eius generis, sed forma est de genere substantiæ, dimensio accidentis.

Quarta opinio est, quod sicut materiæ per creationem data fuit possibilitas transmutabilis in formam: ita per transubstantiationem communicatur accidentibus per creationem possibilitas transmutabilis non solum in formam, sed etiam in infimum gradum actualitatis, quæ est materia. Quæ quidem possibilitas licet fuerit communicata supernaturaliter, tamen reductio eius in actualitatem est per naturam, quæ de accidentia corrumpuntur. Hæc est Ricardi citato, artic. & q. 2. impugnata Scoti citata. q. 6.

4. opinio.

Quinta opinio est Scoti loco citato, litera. D. quod corruptis accidentibus redit de facto substantia, sed illa substantia, cui conuenirent illa accidentia noua, quam & ipsa accidentia corrupta afficiunt, & hoc in instanti corruptionis, reditque immediate à Deo. Redit ergo secundum Scotum non materia sola, sed substantia composita ex materia & forma. Sanctus Thomas loco citato non reputauit improbabilem opinionem Innocentij tenendo, quod materia panis & vini crearetur, sed quia creatio debet esse ex nihilo, visum est illi non esse ponenda miracula, nisi quæ habentur ex consecratione. Neque tamen si crearetur, dicenda esset redire propriè loquendo, quia ibi Thomas non admittit annihilatum redire idem numero. Contrarium docet Scotus infra, d. 43. q. 1. Circa hanc verò opinionem suam de reditione substantiæ per Diuinam actionem, dubitari posset, qualis esset mutatio specierum in substantiam? posset dici quod conuersio, ita quod sicut panis non annihilatur, quia conuertitur in corpus Christi: ita neque illa substantia creatur, sed fit per conuersionem accidentium in materiam & formam. Hunc modum Bona. reputat probabilem: Scotus autem aperte dicit q. citata, litera. H. quod solus Deus creat ibi substantiam compositam primò. Sed si vltior debeat sequi generatio, ex illa substantia potest agens naturale agere ad formam substantialem: & sic relinquit problematicum si redeunte substantia illa per Diuinam actionem, quod sit quanta, vel qualis habeat ab agente naturali, vel ab ipso Deo.

5. opinio.

*Propo. 4.* Qua virtute agant accidentia illa sine subiecto dubiū est. Alex. q. 40. m. 2. artic. 2. §. 2. & artic. 4. §. 1. dicit, quod virtute substantiæ panis & vini quæ fuerunt: eum sequitur Thom. citata. q. 77. artic. 3. & sui discipuli. Fitque ex hac opinione apparentia pro tertio modo existentia accidentium supra. p. 2. quia si agunt virtute sibi relicta, quam habebant in pane, quare ergo non existent existentia panis? Hunc modum impugnat doctor Subtilis hac distin. quæst. 3. tenet. verò ipse, quod illa accidentia separata, neque sunt causa instrumentalis, neque principalis generandi substantiam. Vide eum præcipue sub litera. D. & F. quoniam agens instrumentale agit virtute agentis principalis, sed agens principale quod est substantia iam ibi non est: agens etiam principale vniuocum, non causat effectum perfectiorem se: imò neque causa æquiuoca totalis, videlicet, quæ se sola sine vniuoca producere potest effectum, producit illum perfectiorem, quam ipsa sit: patet in Deo, qui potest producere sine causa secunda vniuoca, & tamen non producit, neque producere potest effectum se perfectiorem: æquiuoca non totalis vt sol qui non potest producere hominem, sine homine: producit effectum perfectiorem se: at substantia est perfectior accidentis: igitur non potest ab ipso generari. Confirmatur, quia nihil potest agere ultra suam speciem. Idcirco tenet Scotus, quod sicut in animatione corporis organici sine miraculo Deus infundit animam: sic in proposito dispositis qualitatibus facit esse substantiam, quia regulariter omnem impotentiam totius naturæ creatæ Deus supplet. Vide ibi litera. P. Ad hanc Scoti mentem, vide eum latissime loco citato, & supra in breuior. q. 2. distin. 18. p. 7. & distin. 25. p. 3. Hæc conclusio non loquitur de actionibus proprijs in sensum, aut intellectum quæ sunt intentionales, vt dictum est supra. p. 1. in argumen. vnde est quod tales species per quantitatem naturaliter occupant locū, replent stomachum, & vinum euaporizat in caput, & inebriat. Qualitates enim actiue siue cōiuncte subiecto, siue separate similem habent & eundem modū agendi. Loquitur ideo conclusio de actione quæ est corruptiua seu generatiua substantiæ.

Ex

*Prop. 5.* Ex prædictis sequitur hæc quinta: quod si vino consecrato misceatur alius liquor, si talis liquor potest corrumpere qualitates seu species vini consecrati, definit ibi esse sanguis Christi, aut corpus in pane: Hoc non per se sed per accidens ad specierum corruptionem: Si tamen qualitates liquoris admixti corrumpantur à qualitatibus vini consecrati, vt si liquor aqua fuerit, manet tanta materia illius aquæ corrupta forma & conuersa in vinum: sub cuius speciebus sanguis non est, sed est verum vinum, manet tamen sanguis sub quantitate & qualitatibus alijs. Ratio est, quia corpus aut sanguis Christi non fit sub speciebus nisi per consecrationem, consecratio non fit aliqua noua, igitur in illa parte, sanguis non fit de nouo, sed est corruptio aquæ & generatio vini iuxta positos modos dicendi varios in. 3. p. Neque rationes quas alij dant valent, vt illa Angelicæ verbo aqua, quod non conuertitur in sanguinem, quia sanguis est in venis. Nam si hæc foret ratio præcisa, in triduo mortis quando sanguis non erat in venis fieret permixtio si vino consecrato adderetur aqua. Siluestrina etiam verbo aqua dat aliam, quod sanguis Christi non est in sacramento localiter. Vult dicere, non habet modum quantitatum, vt agat conuertendo aliud in se: neque tamen est omnino præcisa ratio, quia si per modum quantitatum esset potens conuertere vinum additum in sanguinem, nullo modo conuerteret, quia talis conuersio esset generatio & non transubstantiatio qualis est conuersio in Eucharistia. Angelicam sequitur Rosella. Si autem admixtio esset alterius vini, siue nigri, siue albi, cum qualitates sint similes & corruptio fiat non à simili, sed à contrario, duplex opinio refertur à Ricardo hac. d. art. 4. q. 1. Vna dicit, quod in quantacunque quantitate, addatur vinum semper manet sanguis Christi non sub speciebus vini additi, sed sub speciebus vini consecrati. Hanc sequitur Durand. hac. d. q. 3. Alia dicit, quod si vinum additum sit in maiori quantitate, aut æquali quamuis non esset corruptio, neque aliquod verè mixtum constitueretur, tamen fieret diuisio in partes ita paruas, quod in neutra saluaretur sacramentū. Pro huius intellectu recordandum ex. 1. de Gener. cap. 8. seu à tex. 85. vsque ad finem

T 5 libri

Opin. 1.

Opinio. 2.

libri q̄ propriè mixtio est miscibiliū alteratorū vñio. Tex. 90. in ea se inuicem corrumpunt & fit vnum tertium: Alia est mixtio impropria, quæ magis est iuxta positio, vt mixtio granorum hordei cum granis tritici, de qua Arist. ibi tex. 85. in qua nulla est actio neque passio granorum inter se. Alia est mixtio impropria etiam actiuorum & passiuorum ex quibus non fit aliquod tertium, vt si gutta aque multis congijs vini addatur, vbi soluitur forma & mutatur in vinum, non est ibi mixtio propriè, sed augmentatio, vt idem tex. 88. Secunda igitur opinio dicit illam additionem vini ad vinum esse similem secundæ mixtioni in qua non est actio vini in vinum, sed est diuisio specierum inter se, vt non sit manifestum sensui quæ sint vini consecrati, aut non consecrati: tunc dicit, quod non est ibi sanguis Christi. Hanc sequitur Thom. 3. p. quæst. 77. art. 8. ex cuius mente est quod in hac mixtione quamuis non fiat tertium distinctum specie à miscibilibus fit tamen aliud differens numero. Tunc autem argui possit de vino albo & nigro, quia nigrum intingeret album, & sic respectu nigri esset iudicandum, quia si illud non erat consecratum nõ esset ibi sanguis Christi secus alias. Credo, quod qualitas coloris nihil facit ad propositum, sed quatuor actiue qualitates quæ concurrunt ad mixta: imo, quod omnia vina sunt eiusdem speciei specialissimæ, dico naturalia. Ideo si vinum vnus calicis consecrati infundatur alteri calici consecrato verè ibi est sanguis Christi, quamuis vnum sit album aliud nigrum: vnum spissum aliud liquidius, quia non fieret aliquod medium tertium, nisi in colore, aut raritate seu spissitudine quæ non variant substantiam speciei. Ricardus nulli opinionum adhæret. Mihi magis placet secunda ad quam facit ratio Bonauenturæ supra dist. 9. p. 1. quia ex tali additione non fit vinum consecratum aptum cibationi sacramentali & spiritali hominis fidelis, quia discerni non potest. Aduuat etiam sententia Alexandri ibidem, quia non permanent species, salua sua forma ad hoc vt dignoscantur, igitur definit ibi esse sanguis Christi. Benè tamen concedo cum sint opiniones & res tantum momenti quod si calici consecrato admisceretur quantacunque

*Argum.**Solutio.*

quæ quantitas vini & vas habeatur tam certum & determinatum in quo mansit vinum illud consecratum, non esset profanè effundendum, sed à sacerdote post sumptam communionem recipiendum. Ex quo crederem mortaliter peccare sacerdotem, qui primam calicis ablutionem quæ fit ex vino effunderet super terram. *Corol.*

Hostia diuisa per sacerdotem in tres partes triplicem habet significationem. Primò significat mortem Christi in qua fuit anima diuisa à corpore. Cum frangitur de consec. distinct. 2. Secundò significat corpus Christi secundum tres status, pars in calicem missa corpus Christi quod surrexit, comesta, dum per terram ambulabat, seruata in altari vsque ad finem Missæ, iacens in sepulcro, quia corpora sanctorum vsque ad finem sæculi erunt in sepulcris. Ita docet cap. Triforme de consec. d. 2. Has duas tangit Magister in litera. Dat tertiam Bona. hac. d. num. 48. quod significant partes corporis Christi mystici, tincta significat beatos, sicca viuos, seruata sepultos. Iam tamen non seruatur propter periculum, nihilominus partes suam retinent significationem: vnde si sacerdoti dum frangeret, tota media hostia caderet in calicem debet manentem frangere, vt tres partes sint: quarum vna sit ad honorem sanctorum: alia pro animabus purgatorij: alia pro viuis. Hanc etiam vide in glossa, cap. Triforme. *Propo. 6.*

Eucharistia nõ solùm est sacramentum, verum etiã oblatio & sacrificium, quod vocatur Missa, & à sacerdote consecratur, offertur, & immolatur. Magist. in litera. c. 7. Circa hanc conclusionem multi hæretici errauerunt. Vicleph. dixit nõ esse fundatum in Euangelio quod Christus Missam ordinauerit & est quintus error ipsius damnatus à concil. Constant. Lutherus in eodẽ fuit errore, addens, q̄ neq; est sacrificiũ: neq; opus bonum: neq; posse offerri pro peccatis: neq; prodesse viuis, aut mortuis, sed soli sacerdoti. Ad quos errores multæ aliæ impietates admiscentur, vt quod Missa tantum sit Dominicæ coenæ commemoratio, aut tantum commemoratio sacrificij Christi in Cruce peracti: quod Christi sacrificio in Cruce per nostras Missas derogetur: quod non sit Missa in honorem sancto-

*Propo. 7.**Errores.*1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8

9

*Quæ de  
sacrificij  
substan-  
tia.*

sanctorum celebranda : neque aliqua Missa priuata dicenda vbi solus sacerdos communicet . Quæ omnia cum similibus concil. Trid. sess. 22. quæ est de sacrificio Missæ damnauit. Ad intellectum huius nota , quod tria sunt de substantia huius sacrificij & illa sunt à Christo instituta , & quando Ecclesia damnat hereticos negantes Missam à Christo institutam est, quia negant ea quæ sunt de substantia ; nam negare alias ceremonias, aut orationes fuisse institutas à Christo non est error. De substantia sunt consecratio ; oblatio Deo in memoriam Christi : & sumptio. Lucæ. 22. dixit. Hoc facite in meam commemorationem vbi eos instituit sacerdotes vt. d. 8. p. 10. in dubio. & præcepit in sui memoriam offerre : de sumptione supra. d. 9. p. 3. & infra. d. 13. p. 3. de sacerdote celebrante, quod tenetur sumere, & d. 9. p. 9. vnde Isidorus lib. de Ecclesiasticis officijs cap. 18. dicit. Sacrificium quod à Christianis Deo offertur primùm Christus Dominus noster, & Magister instituit quando commendauit Apostolis corpus , & sanguinem suum priusquam traderetur : & subdit. Hoc ergo sacrificium Christianis celebrare præceptum est relictis ac finitis Iudaicis victimis. Hoc itaque fit à nobis quod pro nobis ipse Dominus fecit. Et in cap. 15. de alijs dicendis, aut faciendis in Missa sic ait. Ordo Missæ vel orationum quibus oblata Deo sacrificia consecrantur primùm à sancto Petro est institutus, cuius celebrationem eodem modo vniuersus peragit orbis. Ex quibus Isidori locis vide, quod vocat Eucharistiam oblationem, quia dicit quod offertur , & sacrificium, & Missam. Sunt alia multa sanctorum patrum decreta , quæ Missam nominant & sacrificium, vt cap. primum de consecr. d. 2. cap. Nocte sancta. ibidem. d. 1. & cap. Iacobus ead. d. docetur ex sexta Synodo generali, quod Iacobus & Basilius addiderunt Missæ celebrationem. Nomina autem explicemus.

*Oblatio.*

Oblatio, à verbo offero significante idem quod presento, & voluntariè do, speciatim sumitur esse de ijs rebus, quæ Deo exhibentur & donantur, quæ lib. 3. d. 40. p. 33. in sol. arg. diximus vocari anathemata. Omnia itaq; ad Dei honorè exhibita nullo facto discrimine vocantur oblationes. De quibus vide re potest Alex. 3. p. q. 51. 52. & 53. Tho. 2. 2. q. 86.

Sacri-

Sacrificium, vt habetur. 1. q. 1. Multi sæcularium: est quasi sacrum factum, refertur. d. sequenti cap. 1. à Magistro. Addit supra oblationem: quia omne sacrificium est oblatio, non è contra. Patet in veteri lege Exod. 25. aurum, argentum & cætera quæ iubebantur offerri ad faciendum tabernaculum vocantur oblationes; & non sacrificia. Quando aliquid fiebat circa oblata, vt occisio, combustio animalium, benedictio, fractio, comestio vocatur simul sacrificium & oblatio. Leuitici. 1. de holocausto quod vocatur sacrificium. Exod. 29. de duobus agnis dicitur. Sacrificium est Domino Deo oblatione perpetua in generationibus vestris. Annotat in hoc passu Lyranus sacrificium propriè esse de rebus viuentibus: oblationem de non viuentibus, aridis tamen vt pane & similia: libamen seu libatio de liquidis, vt oleo; & vino. Dixit propriè; quia Leuitici. 2. vocatur simila (quæ est farina delicatissima ex tritico purgato) oblatio sacrificij.

*Sacrificium.*

*Libamè.*

*Missæ.*

Missæ, vt dicit Magister. d. sequenti cap. 1. ex Augustino, dicitur eò quod cœlestis nuncius ad consecrandum viuificum corpus adueniat, iuxta dictum sacerdotis dicentis. Omnipotens Deus iube hæc perferri per manus sancti Angeli tui in sublime altare tuum. Alij deducunt ab emittendo. Nam tempore, quo sacerdos incipit consecrare corpus Domini cum dicere solebat diaconus post Euangelium: Si quis Catechumenus est procedat foras: emittebantur itaque Catechumeni ad offertorium, propter quod vsque ad illum locum dicebatur Missa Catechumenorum. In hanc deductionem solet citari Isidorus: nequiu tamen inuenire in libro etymologia- rum, neque de Ecclesiasticis officijs. Alij dicunt neque esse Græcum, neque Latinum vocabulum, sed Hebræum, sicut Pascha: dici verò apud illos Micza valens quod oblatio, & sit litera. Zamach. cum puncto Daghues verso apud nos in duo. ff. sic pro Zion dicimus, Sion. Deut. 16. vbi litera nostra habet, oblationem spontaneam manus tuæ, quam offeres iuxta benedictionem Domini Dei tui, Hebraicè habetur. Micza, seu Missach. lingua illa mihi est ignota.

Eucharistia igitur seruata in pyxide est sacramentum duntaxat: in Missa post consecrationem verè est oblatio & sacrificium,



ficiū, quia circa illam fit aliquid sacrum: panis & vinū ante consecrationē sunt oblationes, quādo ante consecrationē dicuntur dona, munera, sancta sacrificia: non ad solum panē referas, sed ad corpus & sanguinem Christi, ad quorū transubstantiationem offeruntur. Offeruntur autem soli Deo, Patri, Filio, & Spiritui sancto (vide epistolam Marcellini Papæ ad Salomonē contra hæreticos negātes Filio offerri sacrificium, quia erat minor Patre) nō enim dicit sacerdos, offero tibi Petre, vel Paule sacrificium. Quonia sacrificia pertinet ad latrā quæ soli Deo exhibetur; ideo Exodi. 22. Qui immolabit dijs occidetur, præter dño soli, & Iudicū. 13. dixit angelus Manuē. Si vis holocaustum facere, offer illud Deo. Act. 14. Paulus & Barnabas nō permiserūt sibi sacrificari, vide Alex. 3. p. q. 58. m. 5. vnde patet falsa calumnia Caluini hæretici imponentis Catholicis q̄ offeramus sacrificiū imaginibus; aliud est ipsas adorare, aliud illis sacrificare. Habuere vnaquæque gens è solo lumine naturali suos sacerdotes, & sua sacrificia, identidem habere debuit populus Christianus. Lex & sacerdotium se inuicem consequuntur iuxta illud Pauli. Hebr. 7. Translato sacerdotio necesse est, vt legis translatio fiat. In lege veteri tria genera sacrificiorum instituta fuerunt à Domino. Primum fuit holocaustum quod totum incendebatur, iuxta nominis interpretationem, in deuotionem & reuerentiam Deo pro perfecta vnione hominis ad ipsum, de quo Leuitici. 1. Secundum fuit hostia pacifica in gratiarum actionem pro beneficijs acceptis, & alijs impetrandis, de qua Leuitici. 3. Tertium pro peccatorum expiatione Leuit. 4. Omnia veteris legis sacrificia in hoc vno complectuntur, vnde orat Ecclesia in secreta Dominicæ. 7. post Pentecost. Deus qui legalium differentiam hostiarum vnus sacrificij perfectione sanxisti. Ex omnibus illis maximè exprimit virtutem holocausti. Lutherus dixit esse sacramentum remissionis peccatorum, vt ei Roffensis imponit in libro contra illum Lutheri de captiuitate Babylonica, vide ad hoc supra. d. 8. p. 1. autoritatem concilij Florentini, & Tridentini, & p. 6. De hoc sacrificio, & non de alio dixit Malachiæ. 1. Deus. In omni loco sacrificatur nomini meo oblatio munda; igitur

non

*Holocaustum.**Hostia pacifica.**Hostia pro peccato.*

non in sola Iudæa: neq; solū in cruce quādo Christus se obtulit. Prophetiā de iugi sacrificio auferēdo Daniel. 11. Christus Matth. 24. dixit implendā in futuro, igitur in Ecclesia Evangelica est aliquid iuge sacrificium, & non aliud nisi hoc.

Pro scripturarum intellectu notandum q̄ Christus patenter se immolauit. Primò typicè comedēs agnum Paschalem. Exod. 12. immolabit eum multitudo filiorū Israel. Secundo, per modum sacramenti gratias agens, benedicēs, ac frangens panem, danſq; discipulis Matth. 26. Tertio per modum victimæ & hostiæ cruentæ in ara crucis. Esaiæ. 53. oblatus est, quia ipse voluit. Hebræ. 5. 7. & 9. de hac oblatione loquitur Paulus dicens q̄ semel se obtulit, per quas & similes auctoritates nihil periudicatur sacrificio incruento Eucharistiæ, in quo representatur vtrunq; Christi sacrificium, videlicet illud quod obtulit in coena secundum ordinem Melchisedech offerendo panem & vinū, & illud crucis quod quidem nō fuit secundum Melchisedech. Missa igitur non est commemoratio solius coenæ Dominicæ, sed etiam passionis, dicente Paulo. 1. Corinth. 11. Quotiescunq; manducabitis panem hunc & calicem bibetis mortem Domini annuntiabitis. Per cruentum fuimus redempti, non per illud incruentum, dicente Paulo Heb. 9. Sine sanguine non fit remissio. Sicut etiam in humanis tragœdijs fit representatio, ita in præsentī sacerdos non solum commemorat passionem, sed ipsam representat & agit, propter quod illa pars Missæ in qua id agit vocatur actio. In die Parasceues quando hostia non consecratur, neq; offertur quæ iam erat cōsecrata, quia tantum ponitur super corporali, fit solum commemoratio, & licet quidam dixerit illo die verum peragi sacrificium, oppositum credo, & quod Ecclesia tantum commemorat Christi sacrificium, desunt quippe duo de substantia sacrificij. Similiter quando laici communicantur. Neque per hoc sacrificium incruentum derogatur sacrificio illi Christi cruento, neque eius sacerdotio æterno, sicut ipse est qui baptizat baptizantibus ministris, supra dist. 5. p. 1. ita ipse est, qui transubstantiat suum corpus & sanguinem. Vide supra. d. 8. p. 9. autoritatem Eusebij: neque cruentum eius sacrificium iteratur quod est initerabile, quia

*Missa actio.*



iam nō moritur. Rom. 6. quōd mortuus est peccato mortuus est semel: & Heb. locis citatis. Quantuncunq; etiam sacerdotes sacerdotibus succedant, succedunt vt ministri ministris permanente ipsi Christo suo æterno sacerdotio, vide cap. Semel immolatus, quod est beati Augustini, & cap. In Christo, quod est beati Ambrosij de consecr. d. 2. referuntur à Magistro in litera. c. 7. Lutherus, vt ei præfatus pater sanctissimus & Dominus Ioannes Fischerus episcopus Roffensis imponit loco citato, dixit calicem Christi esse testamentum Christi, quod esse falsum ille sanctus martyr probat. Non enim sunt nisi duo testamenta, videlicet lex Moyſis & Christi, de quibus Hierem. 31. Ecce dies veniunt & feriam fœdus nouū, non secundum pactū quod pepigi cum patribus vestris, vbi traductio septuaginta, pro fœdere, & pacto ponit testamentum. Paulus Hebr. 9. vtranque legem explicuit nomine testamenti. Quadrant eis definitiones seu notificationes testamenti. ff. de testamen. l. 1. quod est voluntatis nostræ iusta sententia de eo, quod quis post mortē fieri velit, addit glossa cum institutione hæredis: explicat iusta, id est legitima, aut solennis, hoc est iuris solennitate firmata, alioquin nō valet. Glossa extra de testamen. cap. 2. dicit quōd est testatio mentis, qua disponitur quid de rebus suis aliquis fieri velit post suum decessum, & sunt verba Melchiadis Papæ habetur. 13. q. 2. placuit. Testamentum appellatur, quia eo quisque liberè testatur, quod post suum decessum de proprijs rebus fieri voluit. Lutherus sic definiuit. Testamentum absque dubio est promissio morituri, qua nuncupat hæreditatem suam, & instituit hæredes. Quæ in idem est cum præcedentibus, neque aliqua huic sacramento quadrat. Nam Christus loquens de corpore suo in cœna non dixit illud esse testamentum, cuius consecratio tam est de essentia huius sacramenti, quam consecratio sanguinis. Sanguinem verò dixit esse noui testamēti Matth. 26. & Marci. 16. id est nouæ ac æternæ promissionis confirmatorem, vt exponit Innocen. in cap. Cum Marthæ, de celebr. Miss. quia iuxta Paulum. Heb. 9. testamentum in mortuis confirmatum est. Similiter Lucæ. 22. Hic est calix nouum testamentum in meo sanguine: supplendum; calix confir-

confirmans. Sic etiā suppleri debet in verbis Moyſis Exo. 24. & Heb. 9. Hic est sanguis fœderis, seu testamenti, quod mandauit ad vos Deus, id est, confirmatiuus. Legis veteris præcepta quæ fuerint habes lib. 3. d. 40. p. vlt. & que promissiones. Nouæ legis præcepta ibidem cum suis promissionibus. Illius promissionis hæredes fuere descendentes ab Abraham per Iacob: Euangelica promissionis hæredes sunt illi quos Christus Matth. 5. per illas beatitudines explicuit. Eis regnū cœlorum pro hæreditate nuncupauit, non remissionem peccatorum, vt Lutherus contendebat. Remissio peccatorū via est ad regnū cœlorum nō regnū ipsum, conditio est consequens filios regni hæredes. Missa itaque non est testamentum. Nouum testamentū sic definiuit beatus ille pater Roffensis. Testamentum nouum est lex noua à Christo lata, & eius sanguine obſignata, cuius professores hæredes instituuntur cœlestis regni. In hac definitione concurrunt omnes causæ: lex pro materiali: noua pro formali: Christus pro efficiēti: sanguis pro instrumētali: regnū cœlorum pro finali. Ad hoc vide citato lib. 3. d. 40. à p. 56.

De frequentatione huius sacramēti recipiendi, & communicandi, Magister in litera citat Augustinum, & habetur de consecr. d. 2. c. Quotidie, quōd quotidie communicare neq; laudat, neque vituperat, omnibus tamen Dominicis diebus communicandum hortatur. Fuit decretum Fabiani Papæ de ter in anno, scilicet in Paschate, Pentecoste, & Natali Domini, refertur in litera & de consecr. d. 2. c. Et si non: ibidem cap. Sæculares ex concilio Agathensi. Nunc per cap. Omnis vtriusq; sexus de pœnitent. & remiss. semel in anno. De frequentatione vide Alex. 4. p. q. 51. Bona. hac. d. nu. 82. Qui Bonauentura in tractatu de processu religionis, processu vltim. c. 21. habetur in. 2. parte opusculorum dicit, quōd vix aliquis ita religiosus videtur esse & sanctus exceptis sacerdotibus, quin semel in hebdomada sufficiet ei ex consuetudine communicare. Excipit tamen infirmitatem superuenientem, singularem solennitatem, & inusitatæ deuotionis feruorem. Hæc ille. Vno die bis communicare omnino est illicitum per argumentum cap. Sufficit, de consecr. d. 1. quia si sacerdoti suffi-

*Missæ nō est testamentum. Testamētinouū definitio.*

*Propo. 8.*

*Vide Clementinā. 1. de statu monachorum. §. Sanè et inf. d. 16 p. 20.*

V cit

cit vnam Missam celebrare in vno die, maiori ratione debet dici de cōmunionē laica. Vno die post alterum cōmunicare laicos indecens est, quod neque in religionibus, permittitur etiam diaconibus. In nostra religionē datur publicē, nō sacerdotibus de quindena in quindenā. Tempore ieiuniorū Quadragesimæ, atq; aduentus aliquibus fit licentia, vt quolibet die Dominico: in festis etiam præcipuis Christi Dñi, & matris eius, & omnium sanctorum datur intra quindenam, atq; in festo patris nri Francisci, & nihilominus datur in sua quindena: Intra octo dies datur bis: in Feria. 5. in coena Dñi, & in die resurrectionis: in die circuncisionis, & in die epiphaniæ. Quando festum principale est vno aut duobus diebus ante, vel post quindenam illa cōmunitio pro vtraq; computatur. Dubiū verò esset de sacerdote, qui præcedenti die celebravit aut de laico qui communicavit, si sequenti die incidat in mortale febrin, si debeat cōmunicare maxime nō ieiunus? q̄ nō teneatur habes. d. 9. p. 7. Ieiunus nō est dubium quin possit, & infirmitas mortalis obstabit indecētia: de pranso, in tali casu quidquid dicatur non video periculum: regulariter fortē melius foret abstinere. At verò cū hoc sacramentū fuerit figuratum in Manna, quod cōuertebatur ad quod quisq; volebat Sap. 16. propter quod reddidit hominē promptiorē in virtutem illam, in cuius auxilium dirigit sumptionē, licet heri sumptū fuerit ex deuotione, hodie sumptū vt viaticū maxime disponet ad exitū. Quo fructu qui desiderat & petit nō est facilliter fraudandus. Quod verò post semel sumptū vt viaticum à nō ieiuno, iterū in eadem infirmitate sumatur à pranso credere non licere, nisi magna foret distantia vnus cōmunionis ad alteram.

### DISTINCTIO XIII.

#### *De ministro Eucharistia: & de hæreticis.*

Propo. 1.



OLI Sacerdotes Euāgelici possunt consecrare Eucharistiam. Hæc est de fide definita in cōcilio Lateranensi, refertur de summa Trinita. & fide catho. c. Firmiter. Hoc sacramentū, ait, nemo potest

test conficere nisi sacerdos, qui ritē fuerit ordinatus secundū clauēs Ecclesie. Ad hæc videatur scholastici hac. d. Alex. 4. p. q. 35. Thom. 3. p. q. 82. ar. 1. Lutherus dixit omnes Christianos esse sacerdotes, vide contra eū infra. d. 25. Licet quātum ad bonitatem formale & sanctitatē plus habeat bonus laicus, quā malus sacerdos, quātum ad potestatem non est sic. Diaconis dispensatio calicis cū sanguine, quia nō requirit nisi tactū calicis qui diacono licet, potuit cōmitti & credita fuit beato Laurentio. Dispensare corpus cognite necessitate potest diaconis cōmitti, vt in. c. Diaconos: & c. Præsentē præbytero. 93. d. Glossa ibi dicit, q̄ talis cōmissio potest fieri tam à sacerdote, quā ab episcopo: imo addit q̄ vbi necessitas exigit, & præbyter est absens potest diaconus etiā iure suo baptizare & corp⁹ Christi erogare infirmis si consecratū est. Hæc glossam sequitur Angelica verbo Diaconus, & alij plurimi. Nō desunt qui teneant non pertinere ad diaconū ex officio siue ordinatione sua calicē dispensare. De quorū numero videtur Ricar. hac. d. ar. 1. q. 3. dicens q̄ dispensatio huius sacramēti ex officio non cōuenit nisi præbyteris, neq; distinguit de corpore, siue de calice: secus ex cōmissione. Ricardū sequitur Rosella. Tho. loco citato ar. 3. ad. 1. videtur tenere q̄ dispensatio sanguinis pertinet illi ex officio, sed nō corporis. Casus glossæ cōtingere potest vbi solus vnus sacerdos est, qui & abesse potest. Si ex officio conuenit diacono, posset dispensare inuito parrocho, qui ex officio aut irrationabili causa nollet q̄ dispensaret: Si autē non cōuenit, etiā si irrationabiliter sit inuitus nō posset dispensare iniustus, multominus poterit prohibitus. Cogēte necessitate in absentia præbyteri sine licētia expressa poterit ex præsumpta, & rati habitione futura. Laico neq; ex cōmissione licet dispensare per. c. Peruenit de consecr. d. 2. Quoniam si calix & corporale, vt tangant hoc sacramētum consecrantur, nō debent illud tangere manus prophanæ. Facit exemplum Ozæ percussit. 2. Reg. 6. quia posuit arcam super plaustrum, quæ humeris Leuitarum portanda fuit. Leuare corpus Christi ex luto liceret laico, quia tunc facit illi reuerentiam.

Contra hanc arguit quidam ex cap. penultimo de consec. Argum.

V 2

Eccle.

*Vide inf. p. 29. in fine.*  
*Solutio.* Eccle. vel alt. quòd Papa habet ratam consecrationē Ecclesiæ per simplicem sacerdotem, ergo etiam poterit committere laico quòd consecret corpus Christi. Verùm nota, quòd ibi non ratificat consecrationem, sed reconciliationem Ecclesiæ pollutæ quod minus est. Neque est simile, quoniam consecratio est de iure humano pro Ecclesijs, & multo magis reconciliatio. Ratihabitio illa Papæ non fecit aliquid quod ante non fuerat, sed ex quo ratum habuit æquiparata est pro futuro ratihabitio reconciliati: Non sic in Eucharistiæ sacramento, quod nisi per cōsecrationis verba in persona Christi confici non potest.

*Propo. 2.* Quilibet sacerdos quantūcūq; malus & peccator potest consecrare Eucharistiā. Ita docet Magist. in litera citato Augustino: & refertur. i. q. i. c. Intra catholicam, & de consec. d. 2. vtrum sub figura. Imo hæreticus, schismaticus, & degradatus licet malefaciant, si attentent consecrare verè consecrant, seruata forma & intētiōe Ecclesiæ, sup. d. 3. p. 2. in arg. 2. & d. 5. p. 1. hoc est contra Magistrū, qui tamen in eo sicut in alijs nō tenetur. Bona hac. d. q. 1. nititur saluare Magistrū exponēdo, q̄ non possit excōmunicatus vel hæreticus licitè & sine peccato, secus de factō. Ioann. V vicleph. in. 4. art. ex damnatis à conc. Const. dicebat. Si episcopus vel sacerdos est in peccato mortali non ordinat, non conficit, non consecrat, non baptizat: & in art. 15. Nullus est dominus ciuiliis, nullus est prælatus, nullus est episcopus, dum est in peccato mortali. Idē hic articulus. 15. fuit. 30. Ioannis Hus in eodē Concilio damnatus. De potestate laica q̄ non amittatur per peccatū, vt dicunt hæretici, atq; V valdenses, patet ex Diuina scriptura vocante homines malos reges, vt Saulē, Nabuchdonosorē. Hier. 27. Dedi terras istas in manu Nabuchdonosoris regis Babylonis serui mei. Neq; valebit euasio Ioannis Hus dicentis in ar. 22. ibidē dānato. Papa vel prælatus malus & præscitus est æquiuocè pastor, & verè fur & latro. Nam vt reges nominantur, ita & verè sunt, alioquin Dauid non vocasset Saulē regem, & ipsum adorasset. i. Reg. 24. De sacerdotibus malis, quòd verè consecrent seruando essentialia requisita, definiuit Concil. Tridentinum. sess. 7. cano. 12. & sess. 14. cano. 10. Ratio est

est quia potestas consecrandi est inseparabiliter annexa characteri sacerdotali, vnde ex ordine suo habet quòd sit nūtius sponsæ ad sponsum, id est, Christi ad Ecclesiam, vt ait Scotus quodlib. 20. litera. I. Propterea à quocūq; sacerdote dicatur Missa est meritoria, & satisfactoria virtute meriti Ecclesiæ: ibidem, & hac. d. q. 2. litera. C. & Q. Attamen quia concurrunt etiam meritum ipsius sacerdotis, dicit quòd plus valet Missa boni, quàm mali.

Quomodo fiat degradatio habes in. c. 2. de pœnis lib. 6. q̄ *Degradatio.* sacerdos omnibus vestibus indutus exiit à Proprio episcopo incipiente ab vltimo vestimento dicendo verba opposita verbis, quæ fuere in consecratione. Requirebatur assistentia sex aliorum episcoporum. Conc. Trid. sess. 13. c. 4. decreuit quòd adsint totidem abbates, vel totidem personæ cōstitutæ in Ecclesiastica dignitate in defectu episcoporum. In crimine hæresis ante hoc Concilium proprius episcopus solus degradabat, per. c. 1. de hæret. lib. 6. *Inf. p. 29*

Sacerdos quoties cōsecrat tenetur cōmunicare, & sicut tenetur consecrare corpus & sanguinem, ita sub peccato mortali vtrunq; tenetur suscipere. Probatur ex decreto Gelasij Papæ refertur de consecr. d. 2. cap. Comperimus: Relatum: Peracta, & ibi. d. 1. cap. Episcopus. Facit in hæc. 1. Corinth. 10. Nonne qui edūt hostias participes sunt altaris? Sic in lege veteri dempto holocausto, quod totum comburebatur, de alijs sacrificijs partem sumebat sacerdos & comedeat. Leuitici. 2. 3. 4. & 7. Filij Heli peccabant grauè nimis, quia non comedeant, sed extorquebant antequā offerrentur. i. Reg. 2. Agnus à Iudæis prius immolabatur post comedeatur Exod. 12. Peccaret Iudæus non comedens. nu. 9. Hac ratione Christus Dominus in nocte cœnæ cōmunicauit. Ita docet Alex. 4. p. q. 44. m. 1. post beatum Hieronymum, refertur de consecr. d. 2. Nec Moyfes. *Prop. 3.*

Hac eadem ratione ad perfectam & completā rationem sacrificij requiritur comestio illius. Scot. hac. d. q. 2. litera. D. hostiam non consecratam, sed oblatā, vocat sacrificium, vide supra. p. 7. d. 12. Ex hac habes quòd etiam si gratis concederemus de sumptione sub vtraq; specie esse præceptū, illud satis *Christus communi cauit.* *Corol.* adim-

adimplebatur per sacerdotes, sicut obligatio communitalis per aliquos adimpletur, ut cantatio Missæ in Ecclesijs cathedralibus & collegiatis, vide infra. d. 26. p. 5. de matrimonio.

*Propo. 4.*

Et sola ordinatione non tenetur sacerdos ad celebrandum, ideo si per totam vitam a celebrando cessaret non peccabit. Hanc tenet Alex. 4. p. q. 51. m. 2. Bona. hac. d. nu. 76. est contra Ricard. hac. d. ar. 2. q. 2. contra Tho. 3. p. q. 82. art. 10. De cuius intellectu pro suo arbitratu variant sui. Caieta. dicit Thomam velle, quod talis peccet solum venialiter. Soto hac. d. q. 1. art. 10. dixit velle Thomam quod peccet mortaliter, quia propter solum veniale non mouisset tam serio quaestionem: quasi non mouerit alias minoris momenti. Taxant ergo discipuli diui Thomae ad celebrandum festum Paschæ, Pentecostes, Natalis Domini, festum assumptionis Virginis, & omnium Sanctorum, quando & foeminae religiosae communicant. Sed cum talis contra nullum praecipuum faciat non est quare peccet, neque venialiter: exhortationes scripturae, ne gratiam Domini in vanum recipiamus. 2. Corinth. 6. non probat praecipuum. Matth. 25. seruus ille habuit praecipuum negotiandi cum talento. Dicitur e sola ordinatione propter episcopos, & parochos, & alios habentes beneficia propter quae obligantur: Similiter si non adesset qui sacerdotem communicaret in die Paschæ, aut a quo audiret Missam die festo, quo est obligatus. Per hoc intelliges cap. Dolentes de celebr. Missar. quod multa reprehendens tam in praelatis, quam in simplicibus clericis: Quae sunt de praecipuo reprehendit ut peccata: Alia eod quod non tendebant ad meliora, & sic praelati peccabant non celebrando nisi quater in anno. Conformiter ad hanc dicit Alexan. quod magnus aliquis litteratus non peccat se transferendo ad vitam solitariam non imminente periculo fidei, aut alterius damni in Ecclesia, ponit exemplum in beato Francisco, qui se simulauit simplicem, sed aptius erit in beato Antonio de Padua, qui doctus erat, & sub indocti facie tantum diu gratiae lumen abscondebatur, ut de eo canimus.

*Propo. 5.*

Quod possint plures eandem hostiam consecrare multi tenent. Vide supra. d. 6. p. 7. & in. 3. d. 3. p. 8. ad finem. Alij quos Ricard. refert, hac. d. art. 2. q. 1. tenent contrarium, & quod in ordi-

ordinatione quando sacerdotes concelebrant solus episcopus consecrat: in hanc declinat Caieta. 3. p. q. 82. art. 2. adducens ad hoc quod Ecclesia non adorat hostiam donec episcopus verba finierit. Durandus tenens hac. d. q. 3. quod qui primo finit verba consecrat alij nihil faciunt, dicit quod propter periculum iterandi verba consecrationis consuetudo esset tollenda. Alij sicut refert Ricard. vbi supra ad vltimum, tenent quod intentio omnium refertur ad vltimum instans prolationis omnium. Verum cum non sit in potestate consecrantis suspendere verborum suorum effectum, verè qui prius finierit consecrabit, aut ex defectu intentionis nihil faciet.

Si sacerdos intendat consecrare vnã hostiam praecise, & ex errore sint duae, nulla manet consecrata. Deducitur ex Ricard. d. 10. ar. 8. q. vltimis dicente de sacerdote intendente consecrare medietatem hostiae, neque explicante quam siue dextram, siue sinistram, quod nullam consecravit, cum non sit maior ratio de vna, quam de altera. Idem esset de consecrante plures planetas, nisi aliunde posset constare intentio, ut quia intendebat duas rubras & interposita fuit alteri coloris, quia licet color nihil faciat ad substantiam facit ad dignoscendam intentionem, si intendebat duas & non sunt inuentae plures nihil obstat quod crediderit esse rubras, aut virides. Fertur melius intentio super omnes hostias quas habet praesentes, sint quot fuerint.

De quantitate materiae quam potest sacerdos consecrare varij sunt modi dicendi. Alex. 4. p. q. 34. m. 1. ar. 3. tenet quod solum potest consecrare illam quantitatem, quae est de intentione ordinata cum intentione Ecclesiae, quae nullo modo vult consecrare omnem panem qui est in foro, sed illum qui potest sumi a fidelibus, citat pro ea Hugonem. Sequitur eam Bonauen. d. 10. num. 52. & Angelica. Eucharistia. 1. §. 25. Alius est omnino oppositus, quod quantuncumque materiam potest transubstantiare. Hanc tenuit Tho. in. 4. d. 11. q. 2. ar. 1. quaestiuacula. 3. Ad quam reducitur a suis. 3. p. q. 74. ar. 2. licet non desint qui in partibus eum reducere voluerint ad Alex. Ricard. d. 10. ar. 7. q. 1. ambas refert faciens pro vtraque ratione & soluens. Requiritur semper quod materia sit praesens, quae possit demonstrari per pronomina, unde crederem quod

brare, aut orare: similiter pro benefactoribus generalibus & specialibus, ubi ipsi suis beneficijs determinata suffragia non taxauerunt, possumus per alias orationes, & per pauciores Missas satisfacere.

*Corol. 2.* Hinc alia duo apparent: Inscitia aliquorum religiosorum, Prælatorum præposterus zelus, qui tanti æstimant has gratiosas applicationes, quòd eas præponunt obligatorijs. V.g. sese offerunt eodem die applicatio ex gratia pro aliquo fratre defuncto, & alia necessaria pro priori dotati capellaniam: credunt se facere religiosius præponendo gratiosam obligatoriæ, cum secus foret faciendum: in quos quadrare posset illud Christi. Matth. 15. irritum facitis mandatum Dei propter traditionem vestrâ. Item aliquorum religiosorum extortum, aut errans iudicium, qui se credunt perfectiores, quia pietantias pro Missis non recipiunt, sed eas pro benefactoribus generaliter applicant. Hoc annuntiato populis ampliore recipiunt elemosynam, putantibus dantibus maiorem sic ex Missis fructum sibi obuenire. Nam liberior est ab obligatione, qui recepta pietantia Missam pro dâte dixit cui amplius in nullo tenetur: neque recipere talem pietantiam est simonia, vel turpe lucrum: neque qui non recipiunt denarios pro Missis desinunt ex libere oblatijs prouideri, sicut facerent ex datis pro Missis, maiorque illis dantibus quandoque fit labor, & onus querere alia victualia fortè maioris pretij, quàm forent Missarum consuetæ pietantiæ. Idcirco neque alios iudicare, aut damnare debent, aut hoc solo se reputare sanctiores. Bene quidem euitare per hoc possunt suspicionem de nimia & immoderata susceptione Missarum.

*Solutio. 2.* Potest etiam negari apparentia & simile ex alio simili, quoniam præfata regula iuris habet locum in his quæ habent par ius, & parem causam, nam si datur imparitas, cessat. V.g. promissor aut venditor rei certæ, quam non tradidit, si alteri donet aut vendat tradens in eius dominium, est secundi emptoris, quamuis sit posterior. Huic simile in proposito est. Traditio fit quando celebrans applicat, & sic non obstante promissione aut pacto, quod transgressori cedit in peccatum.

peccatum, pro illo acceptatur, pro quo immediatus offerens applicat. Exemplum est in capit. 1. de sponsa duorum: si quis vnâ desponsauit de futuro, & cum alia contraxit, peccat, tenet tamen matrimonium & præualet sponsalibus. Posset dari alia disparitas in hac traditione spiritali ex ratione paupertatis, quidquid aliud faceret iudex in foro exteriori & contentioso de officio suo implorato. Nam si prior est diues, posterior pauper, & sum a mbobus debitor ex equa culpa furti, maius detrimentum fit pauperiori, & debeo secundum aliquos doctores prius soluere pauperiori, seu restituere, quia debeo damno maiori occurrere. Ad propositum qui fundauerunt capellanas à centum annis pro suis animabus, aut posterorum, non tantum recipiunt damnum, quos iam probabile est suffragijs non egere: posteri nihil de suo dederunt. Hic posterior pro quo talis applicat modo viuus, aut recens mortuus pauperior est & suffragijs egentior: igitur pro eo acceptabit Deus. In casu quod interueniret error in obligatione, posset dum offertur pro vno à Deo acceptari pro alio. V.g. Prælatus alicuius monasterij obiit relictis Missis, successor Missas illas postponit, præponendo quas de nouo sibi commendat, quia credit se plus teneri ad dicendum illas, falsitur ex regula supradicta, acceptabuntur à Deo eo ordine quo tenetur monasterium persoluere, quia talis ignorantia causat inuoluntarium, & talis prælatus virtualiter vult quòd melius & acceptius Deo est. Aliter volebat ille præposterus & culpabilis applicator, cuius mala voluntas, non tollit fructum Missæ magis, quàm alterius peccatoris in peccato celebrantis. Propter hoc tutissimum est applicare dicendo. Digneris Domine acceptare hoc sacrificium in illorum utilitatem, quorum scis, & vis, & velle, & teneri me nosti, & eo modo quo tibi est gratior, & obligationi animæ meæ salubrior. Neque propter hoc debet non specialiter pro aliquibus applicare, sed hanc facere, & quasi coronidam post omnes commendatos super imponere.

Missæ oblata pro pluribus non tantum valet singulis, quantum si pro vno offerretur. Hanc docet Scotus in quodlib. 20. quod

quod multi neque iniuria, existimant penè Diuinum. Post Caietanum qui.3.p.q.79.art.5. & in.q. quodlibetica, de celebratione Missæ. q.2. aliam viam est ingressus, multi multa & variè loquuti sunt cōtra Scotum instantes. Nota tamē quòd conclusio non loquitur de ipso celebrante aut orante, qui citra dubium plus caritatis ostendit se habere orando pro pluribus, ideo ceteris paribus plus meretur: neque loquitur de pluribus cum sacerdote offerentibus, qui fructum habebunt propriæ eorum deuotioni respondentem. Loquitur conclusio de Missa, vt à sacerdote offertur & sacrificatur. Ad quam intelligendam notari debet triplex effectus orationis, atque Missæ apud Deum: Primus, quòd est meritoria, propterea requirit orantem esse in gratia: Secundus, est satisfactoria relaxans poenam debitam in præsentis & in futuro: Tertius: est impetratoria. Hæc impetratio est ex sola Dei liberalitate: qui effectus non consequitur omnem orationem, quia neque Christi orationem in horto. Propter duos priores benè dixit Christus, Psal.21. Clamabo per diem & non exaudies, & nocte, & non ad insipientiam mihi. Nunquam est insipiens, qui orat licet non impetret, meretur enim, & satisfacit siue pro se, siue pro alio. Impetratio non est omnimodum testimonium Diuinæ acceptationis, cum & diabolus petierit & impetrauerit potestatem contra Iob. 1. Ad decipiendum Achab Regem Israel. 3. Reg.22. Dixit & Aristoteles.2. Rhetoricæ.c.24. explicans locum à causa non vera. Multis non ex benevolentia Deus ingentes præstat prosperitates, verum vt nobiliores suæ fiant calamitates. Psal.77. Desideriū eorum attuliteis: subdit de condimento seu saltamento mortis. Adhuc escæ erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos, & occidit pingues eorum. Psal.72. Deiecisti eos dum alleuarentur. Iob.30. Eleuasti & elisisti. Ego, vt vera fatear omnem orationem meritoriam, credo impetratoriam, dicente Christo. Matth.21. Quæcunque petieritis in oratione accipietis. Quod ex Christi oratione disco, non impetrauit calicis transitionem, sed angelus apparuit confortans. Non impetrauit Paulus a motionem stimuli.2. Corinth.12. qui non abs re creditur ab aliquibus fuisse carnis passio de sancta Tecla, quam

*Notabile*

1.

quia baptizauerat, secum ferebat, quò discant confessores non multum filiabus confessionū vt familiariter, impetrauit tamen sufficientem gratiam ad resistendum, quam quia prædicatores & confessores incauti non impetrant, vix aut nullus in prædictis familiaritatibus fuit, quin præcipitare tur infandum. Impetrat igitur omnis oratio, vel quod petit, vel effectum ad quem petebat, sed alia via, aut impetrat quid melius petito, vt diligentibus Deum omnia cooperentur in bonū. Rom.8. Secūdo sciendū ex eodē Scoto citato quodlibet. O. quòd Christus in hoc sacrificio non se offert immediate, quia non se offert sæpè. Hebr. 9. Alioquin vna Missa æquiualeret eius passioni, valet ergo Missa ratione bonæ voluntatis offerentis. Hic offerens non potest dici, quòd est solus sacerdos, neque solus ille qui Missam pro se aut alijs petiuit. Ratio datur à Scoto, ibi litera. A. nam alioquin Missa sacerdotis in mortali existentis, nulli proficeret: similiter die de petente offerri. Primum dicit Scotus reputari communiter inconueniens, & rationabiliter: igitur & secundum de petente. Possent ergo dici quòd Missa habet aliquem valorem ex opere operato, & ea virtute qua sacrificium est. Hoc vel ex oblatione Christi se offerentis in cruce, & hoc sacrificium instituentis, vbi cuncta hæc nostra sacrificia, quia sibi simul nota erant, obtulit: vel Ecclesiæ, cuius est sacrificium. Et est mens non solius Scoti, sed sancti Bonauen. infra. d.45. num.30. vbi dicit quòd valet pro defunctis malis, quia est opus Dei. Facit in Missa Pauli Apostoli secreta oratio dicens: quæ tibi tuo placita sunt instituta. Si dicas cuius, triumphantis, aut militantis? respondet Scotus litera. P. quòd militantis, cuius est sacrificium hoc. Idem potes dicere de omni oratione instituta ab Ecclesia generaliter, vt sunt horæ canonicæ, processiones, ita si fiant & dicantur à malis sint Deo acceptæ, secus videtur de particularibus ipsorum dicentium. de quibus dicit Psal.49. peccatori. Quare tu enarras iustitias meas? Dicent & spiritus maligni quod Act.19. Iudæis exorcistis, Iesum noui, & Paulum scio, vos qui estis: At verò eo ipso quòd sit meritum totius Ecclesiæ, cum non sit corpus sine capite, concurrent meritum Christi, sed finitè applicatum etiam ab ipso

*Notab. 2**Notab. 3*

ipso, quia neque sic æquivaleret eius passioni, vt idem Scotus ait citata litera. P.

*Notab. 4.* Debet etiam sciri quòd Ecclesiæ meritum, siue alterius hominis potest alteri communicari dupliciter. Vno modo per viam communionis, siue vnionis, vt negotiantes communicant inter se lucra per societatis contractum. De hoc est articulus ille fidei, sanctorum communio, communicant siquidem membra Christi suas inter se operas, sicut si dolet vnum membrum compatiuntur alia. 1. Corinth. 12. Psal. 118. particeps sum omnium timentium te. Hic modus cum fit inter membra, non se extendit ad præciosos & excommunicatos, neque ad illos qui non sunt de Ecclesia. Communio hæc est, quòd vni propter alium Deus faciat benè secundum diuitias bonitatis suæ, & non requirit quòd de vnus merito, aut satisfactione aliquid detrahatur dandum alteri. Sic Deus propter Abraham liberauit Loth. Gen. 19. eidem Abraham dixit de Hismæle, ibi. 21. Faciam eum in gentem magnam, quia semen tuum est. Alio modo applicantur ex intentione ipsius applicantis, quæ intentio vel est ad id solum, quod habetur ex vnione & communionem, ita quòd fiat eadem communio maiori vinculo, sed non extendatur intentio ad plura. Potest etiam fieri extensio ad satisfactiones, quòd opera vnus satisfaciunt etiam pro alio, & sic inter ipsos fiat partitio & diuisio. Hæc extensio intentionis ad satisfaciendum nisi habeatur expressè non est præsumenda, sed sola prior, talis credenda est quæ fit in confraternitatibus, & cum recipiunt prælati ad beneficia ordinis: quantum cunque exprimant quòd recipiunt ad ieiunia, vigiliis & similia, non recipiunt ad satisfactiones, quæ sunt detrahendæ particularibus, qui pro se merentur & satisfacere volunt, neque credo ipsis particularibus inuitis posse prælatos dispartire satisfactiones quibus ipsi subditi egēt pro seipsis.

*Notab. 5.* Aduertendum etiam quod sacrificium Missæ cum sit sacrificium Ecclesiæ non potest offerri pro his qui non sunt de Ecclesia: orationes particulares possunt fieri etiã pro infidelibus, atque perfidis Iudæis. Nam Ecclesia pro eis orat in die Parasceues, & Paulus. 1. Timoth. 2. volebat fieri orationes spe-

specialiter pro regibus, qui tunc erant infideles, vt sub illis Ecclesia tranquille viueret.

His prænotatis facile constat propositio, quia Missa est valoris finiti, tam ad merendum alteri gratiam, sicut de congruo potest vnus mereri pro altero, quàm ad satisfaciendum, quàm ad impetrandum: & hoc vndecunque consideretur prouenire Missæ valor, siue à Christo, eam instituyente, & dante sibi, valorem & acceptationem: siue ab Ecclesiæ communionem, siue ab ipso sacerdote, qui est nuncius sponsæ ad sponsum. Qui petit pro se offerri petit à sacerdote illam applicationem, quæ ipse facere potest de illo sacrificio, si sacerdos inter plures dispertiat minus capiet singuli, & fiet iniustitia danti pro Missa pietantiam, aut recipiendo pro eadem Missa duas pietantias. Valor Missæ nõ venditur, esset quippe simonia, sed datur quasi stipendium subuentionis debitum ministrantibus spiritualia, sicut dantur decimæ, de quibus lib. 3. d. 40. p. 45. vide ibi ex Paulo. 1. Cor. 9. & Ro. 15. de collatione quæ faciébant Macedones & Achaici quos dicit esse debitores pauperibus in Hierusalẽ, quia participabãt eorum spiritualia, ex quibus duobus locis constat nõ esse puras elemosynas prædicas pietantias. Neque tenetur petens Missam, sacerdotem illo die atque familiam eius sustentare, & multo minus ad fastum prouidere, sed duntaxat subuenire per pietantiam solitam & consuetã in illo Episcopatu, aliunde sibi quærat sacerdos omnimodum sumptum, aut non ordinaretur. At vero quoniã participatio per vnionem, & intentionem, vt in. 4. notabili nõ minuitur ex pluribus, neque crescit ex paucioribus cum incertum sit quomodo respicietur à Deo possumus extendere intentionem: imò & tenemur ad totã Ecclesiã, possumus & ad alios dummodo habeamus intentionem satisfaciendi plenariè illi pro quo Missam tenemur offerre. Huc tẽdebat Scotus citato quodlib. litera. L. ponendo gradus, ita quod poterat offerri pro illo principali in primo gradu, vt obligatur ei sacerdos, pro alio & alijs in cæteris gradibus. Credo quippe quod licet impetratio & ille Dei respectus ad vnũ propter alium innaturatur suæ liberalitati, adeo quòd sæpè ob eandem Missam principali pro quo offertur non tantum dabitur à Deo, quantum

*Vide etiam  
infra. d.  
16. p. 67.*



quantum pro alio impetrabitur, cum vtroque concurrat dignitas celebrantis, aut orantis, tam respectus quam impetratio suam habent: finitatem finitati dignitatis respondentem. Respectus Dei ad Hirmaëlem propter Abraham, atque propter peculiarem Abrahamæ orationem non ad centum, sed ad duodecim duces fuit extensa. Genes. 17. Propter David non tres tribus, sed duæ remanserunt Regibus Hierosolymitanis. 3. Reg. 11. Idcirco ea confidentia, quod potest esse respectus & impetratio extensa ad plures propter Dei liberalitatem, non est tutus sacerdos obligatus vni, offerendo simpliciter pro pluribus, nisi ea sit intentio, quæ dicta est de satisfaciendo plenarie illi cui principaliter est obligatus, alijs valeat quod valere potest.

**Prop. II.** Ritus Missæ celebrandæ integratur ex pluribus: vt ex persona ad celebrandum habili: ex loco: ex tempore: ex vestibus, & alijs requisitis, quæ singula suas possunt habere difficultates & dubia. De personarum habilitate, vide infra distin. 25. p. 11. De loco sciendum quod requiritur quod sit Ecclesia ab Episcopo consecrata, De consecratione. d. 126. Nullus. cl. 1. quod est Syluestri Papæ. Ibidem cap. Missarum solennia, ex concilio Triburiensi dicitur, quod non vbiq; sed in locis ab Episcopo consecratis, vel vbi ipse permiserit, celebratur. Concilium Trident. sess. 22. in primo decreto mandat Episcopis, quod non patiantur in priuatis domibus, atque omnino extra Ecclesiam, & ad Diuinum cultum dedicata oratoria ab eisdem ordinarijs designanda & visitanda sanctum sacrificium à secularibus aut regularibus quibuscunque peragi. Episcopi quia non debent transire aliquo die sine celebratione, vel auditione Missæ absque causa rationabili, possunt celebrare cum altari viatico, siue portatili, aut facere celebrare, modò non violent interdictum. Ita deciditur in cap. final. de priuilegijs, lib. 6. Idem poterant fratres Minores & Predicadores, etiam sine licentia Episcoporum per capit. In his, extra de priuilegijs, seruato iure Parochialis Ecclesiæ, quod consistit in decimis, primitijs, & oblationibus solum, prout declarauit Gregorius IX. Vide Angelicam Missa. §. 39. & hoc ante concilium Trident.

Tempus

Tempus siue hora celebrandi est ab aurora vsq; ad horam nonam. Hora nona est tertia post meridiem, antequam nullus de iure prohibetur celebrare, licet referatur Ioan. And. in. c. 1. de celebra. Missarū, q; post horam sextā, id est duodecimā diei, quæ vocatur meridies notabiliter præteritā, est illicitum celebrare. Hęc opinio Ioan. Andr. quia est cōmuniter recepta facere potest, q; propter notam & fortè scandalū abstinendum sit à celebratione ante ipsam nonam. A signari potest pro trāsitu notabili meridiei hora altera, ita q; ante horam primā post meridiem possit incipi celebratio sine scandalo & nota. Vide Nauarrū in Manuali latino. c. 25. nu. 83. Aurora vt habes in Scoto hac. d. q. 2. litera. N. computatur ab illa hora ex qua radij solares illuminant nostrū hemispheriū. De hac dari non potest credo certa regula propter ascensum solis & descensum, & propter distantiam aut propinquitatem ciuitatum ad æquinoctialem. In his partibus extremæ horæ, quæ vocatur vulgò Estremadura, videtur, q; parum plus aut minus in solstitio hyemali incipiat aurora hora sexta post mediā noctem, quāuis radij solares non appareant, neq; videantur ob densitatem nubium, aut lunæ claritatem maiore quam ipsi tunc super nos habent. In solstitio æstiuo ad horam secundā post mediam noctem. In qualibet quindena, vel saltē vt alij numerant in tribus hebdomadibus augetur dies, vel minuitur per vnā horam dimidiam manè, dimidiā vespere. Vnde post quindecim dies, aut saltem viginti duos solstitij hyemalis poterit celebrari hora media inter quintā, & sextā & sic deinceps. Vide supra. d. 9. p. 9. q; non omnia horologia sonant ad idem punctum. Neque omnes aspicientes de nocte stellam polarem discernunt ad idem punctum quæ hora sit, sed plus aut minus. Quod non peccetur celebrando antè dictas matutinas supra. p. 8.

De alijs vt vestibus, vasis, require in summis verbo Missa. Calix tornatilis in quo separatur ciphus à pede, si per artem ita factus est quāuis totus simul consecretur, si postea separatur non indiget consecratione. Ita autor summe Armille, quāuis alij sentiant oppositum. Vide illum verbo Calix. §. 2.

X De

De heresi: hereticis: & propositionibus  
damnabilibus.

Prop. 12.

**H**Aereticus est qui post susceptam Christi fidem aliam quam positionem catholicæ veritati contrariam pertinaciter tenet. Licet enim hæresis ut habetur ex Hieronymo. 24. q. 3. cap. Hæresis: sit græcè quod latine electio, unde & sectæ philosophorum dicebantur hæreses, tamen apud catholicos strictius est usurpata, prosecta contra Catholicam fidem. Ex hac descriptione constat requiri tria ad esse hæreticum. Primum, quod fidem catholicam susceperit aliquando, quare Gentiles & Mahometani non sunt hæretici, sed infideles. Neque; distingo si suscepit baptismum in re, vel tantum fidem cum voto baptismi, cum per quodlibet horum factus fuerit membrum Christi. cap. Veniens de presby. non baptiz. Secundum, quod teneat aliquid contrarium fidei, seu catholicæ veritati. Nam errare in alijs non facit hæreticum. Tertium est pertinacia de qua Augustinus contra Manicheos. Habetur. 24. q. 3. Qui in Ecclesia. Pertinacia in proposito non sumitur pro obduratione, ut distinguitur contra infirmitatē, seu passionem, sed prout æquivalet vero consensui præsupposita notitia de errore in fide. Qui sine tali pertinacia peruersam tenet sententiā, præsertim a seductis parentibus acceptā paratus corrigi, non est hæreticus, quem admodum Augustinus dixit, & habetur ibidem. ca. Dixit apostolus. Unde verosimile crederē esse multos in Ecclesia græcorum qui non sint hæretici excusante illos ignorantia, quia non tenentur omnes illorum ad eadem credibilia explicitē. Neque; credo illis necessariā esse reuelationē, sicut ignorantibus Euangelium. Maxime circa illos errores qui non habentur expressē, sed per deductionē conuincuntur per scripturam. Et si teneant & credant quæ sufficiunt explicitē simplicibus, vel itaque; Ecclesia latina eorum mores & ritus sustinere quantum cum Domino potest, supra. d. 3. p. 2. excusabit Ecclesia illorum ignorantiam quæ apud Dominum erit excusabilis. Neque; rustici aut simplices foeminae obligantur sunt venire ad discutiendam Ecclesiæ suæ ritus cum latinis.

nis. Facit cap. vnicum de summa Trinit. & fide Catho. lib. 6. vbi dicitur. Sacro approbante concilio damnamus & reprobamus omnes qui negare præsumpserint Spiritum sanctum ex Patre & Filio procedere: Simples non præsumunt quia præsumptio notat dolum & temeritatem infra. distinct. 23. propos. 5.

Corol.

Ex hac descriptione satis constat errasse hæreticos dictos Rhetorios, quia dixerunt omnes hæreticos bene sentire. Sic enim vera essent omnia quæ sunt contra Catholicam fidem, quam runcunq; inter se pugnarent, & sic contra lumen naturale contradictoria & repugnantia vera forent.

Notificationes hæretici positæ à Magistro probè pensatæ magis dicunt causas unde nascuntur hæreses, quæ definiat hæreticum. Patet in illa Augustini, quæ & refertur à Gratiano. 24. q. 3. Hæreticus. Hæreticus est qui alicuius temporalis commodi, & maxime vanæ gloriæ, principatusque; sui gratia falsas, ac nouas opiniones vel gignit vel sequitur. Hæc trahit causas intrinsecas hominum animos inducentes ad hereticandum. Prima est auaritia, quia respicit commodum temporale. De qua Paul. 1. Timoth. 6. Radix omnium malorum est cupiditas quam quidam appetentes errauerunt à fide. Propter hanc græci excusant vsuras tanquam licitas. Multi Indeorum non recipere Catholicam fidem conuicti per scripturas existimantur, eorumque; vsuras cogendi sint restituere. Vide in. 3. d. 40. p. 43. Alii hæretici ut Viclephus & Lutherus negauerunt licere Ecclesiasticis possidere diuitias, unde eorum sectatores expilant possessiones ecclesiasticas, & illas in suos prophanos vsus conuertunt. Auaritiam consequitur luxus, & carnis delicia iuxta illud Ezechiel. 16. Hæc fuit iniquitas Sodomæ, saturitas panis & abundantia, & manum egeno & pauperi non porrigebant. Ecce ex auaritia immisericordia ad pauperes, ut sibi sit unde luxurientur, ex qua luxuria in hæreses cadunt Paulo dicente Roman. 16. Rogo vos fratres ut obseruetis eos, qui dissensiones & offendicula præter doctrinam, quam vos didicistis faciunt, & declinate ab illis. Huiusmodi enim Christo Domino nostro non seruiunt, sed suo ventri, & per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium.

X 2

Ex

Prop. 13.

Hæresum  
1. causa.Vide sup.  
d. 4. ad finem.  
p. 10.  
Inf. d. 18  
p. 8.  
2. causa.

Ex hoc fonte prodijt hæresis ponentium foelicitatem in carnis delicijs infra. d. 49. p. 3. & hæresis illorū quos habes lib. 32 d. 40. prop. 40. Alia causa est vanæ gloriæ cupiditas, & principatus ambitio. Dum enim mala semel prolata gloriæ cupidi verentur recātare, pertinaci errore illis adhærent nō attendentes illud Eccles. 4. Est confusio adducens gloriā & gratiā. Nesciunt subijci & prælatis obedire. Indē negant obedientiā Romano pontifici, & pullulant multæ hæreses iuxta didicimus Cypriani quod habes in. 3. d. 25. p. 21. Qui ambiuere episcopatus & non sunt assequuti Aerius, & Vviclephus inciderunt in id, quod episcopi nō sint superiores alijs sacerdotibus. Reducuntur hæ tres causæ ad illa tria vitia generalia ex quibus oriuntur omnia, de quibus Ioann. 1. cap. 2. Omne quod est in mundo concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorū, & superuia vitæ.

1. causa  
intrinsicæ.

Sunt aliæ causæ hæresum extrinsecæ, quas tægūt aliæ notificationes Magistri: vt illa Hilarij. Extiterūt plures, qui celestiū verbōrum simplicitatē, non veritatis ipsius absolutiōnem susceperunt, aliter interpretantes, quā dīctorū virtus postularēt. De intelligentia enim hæresis, nō de scripturā est: & illa Hieronymi. Ex verbis inordinate prolatis incurritur hæresis. His concinit Augustinus super Ioan. Tractatu. 18. Neque natæ sunt hæreses & quædam dogmata illa queantia animas & in profundū præcipitantia, nisi dū scripturæ bonæ intelliguntur non benè, & quod in eis non benè intelligitur, etiam temerè & audacter asseritur. Ex hac oriuntur aliæ duæ videlicet translatio scripturæ in linguam vulgarem. Cum enim in ea sint multa intellectu difficilia, Simples & prauī homines ad sensus suos detorquebunt. Vide in prologo. p. 6. propter quod concil. Trident. Sess. 4. prohibuit verba scripturæ ad prophana, & scurrilia detorqueri. Hinc & alia causa perniciosissima fit, promotio idiotarum ad officia concionandi, & confessiones audiendi. Vix primis labijs theologiam sine logicæ & phycas exacta notitia pertingunt, cum iam ad prædicandum instituuntur eo frētī, quod codices sermonum scriptos manu retinent, tabellas siue indices ad libros in materna lingua editos vt inde queant, prædi-

3. causa.

ca.

prædicationes conficere. Si consilio meo agenda res foret omnes tales indices imprimi non debuissent, & impressos comburi expediret. Similiter est de parochis & curatis. Dicit Ecclesiastici capit. 10. Rex insipiens perdet populum suum. Et Matth. 15. Si cæcus cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt.

Problema est, si apostata à fide sit dicendus hæreticus. Partem affirmatiuā tenet frater Alfonso Castro, lib. 1. aduersus hæreses vltimæ editionis, ca. 9. quia si discessio à fide in vno artic. facit hæreticū, discessio ab omnibus faciet hæreticū. & lib. 1. de puniti. idem tenet cap. 7. Caietan. 22. q. 11. artic. 1. dicit quod in hæresi contingit apostatate. Partem negatiuam credo tenebat frater Andreas Vega motus sententia Augustini. 18. de ciuita. cap. 51. quod hæretici sub vocabulo Christiano doctrinæ resisterent Christianæ, sed apostata non aduerfatur sub nomine Christiano, facit ad idem lib. 16. cap. 2. Item Grego. lib. 5. Moral. cap. 11. ex Lucæ. 17. ostendentis per leprosos intelligi hæreticos, dicit eos, per sani coloris apparentiam occultare errores. Item quia Iulianum Imperatorem sancti doctores. nō hæreticum, sed apostatā appellabāt.

Contra hanc est arg. quia tantum sunt tres species infidelitatis, videlicet Iudæorum, Paganorū, & hæreticorū. Apostata non est Iudæus neque Paganus: ergo hæreticus. Dantur duæ solutiones. Vna est, quod est talis infidelis, qualis est secta ad quam transit, vel Iudaismi, vel Paganismi. In hæc facit quod denominatio sumitur ex termino ad quem, & non ex termino à quo. Alia quod non esset inconueniēs concedere quartam speciem infidelitatis apostasiam. Pro hac est apparentia, quia creatio denominatur ex termino à quo, qui est purum nihil. Ita in proposito apostasia nomen est sumptum ex termino à quo valens quod discessio, seu digressio à duce Christo, atque ab eius confessione tam actu elicito si dei interiori, quàm ab actu imperato exteriori, manente tamen baptismi caractere. Igitur talis trāsitio ex vno ad aliud suam habebit distinctam denominationē: & quia tales fuere de Ecclesia, in quibus & character manet, pœnis subiacent hæreticorū & iustè grauioribus. Alex. 2. p. q. 183. m. 1. in fine

Prop. 14.

Argu.

Solutio. 1.

Solutio. 2.

dicit quòd cum sit apostasia perfidia, & apostasia per inobedientiam, & apostasia à statu religioso, vt monachi à religione, & clerici ab ordine suscepto, apostata à fide & hæreticus realiter idem sunt, ratione verò differunt: quia hæreticus se diuidit ab vnitatem fidei catholicæ: apostata recedit à statu bono fidei quam habuit, & melius erat viam veritatis nõ agnoscere, quã post agnitam retrocedere. 2. Petri. 2. Apostata à statu regulari realiter differt ab hæretico & schismatico. Hæc Alex. de hac triplici apostasia, vide gloss. in. c. 1. de Apostatis.

*Prop. 15.* Paruulus baptizatus, nutritus tamẽ inter infideles in eorum ritu, non est dicendus hæreticus. Hanc tenet frater Alfonsus Castro, lib. 1. de punit. hæret. cap. 8. Quoniam sicut sola fides infusa non sufficit ad credendum, vt libro tertio, distinctione. 24. p. 2. ita neque recedere à sola fide infusa debet facere hæreticum.

*Prop. 16.* Paruulus baptizatus non in vera forma baptismi, sicut nõ est de Ecclesia: ita neque si recedat, est hæreticus aut apostata. Docet idem Alfonsus ibidem contra Ocham. De adulto aliud est iudicium, quia debet recurri ad hoc si saltem recepit baptismum flaminis, talis enim esset hæreticus, patet ex. p. 12.

*Prop. 17.* Dubius in fide ex imbecillitate, aut infirmitate quadam animi non est infidelis, neque hæreticus. Propterea neque incurrit poenas hæreticorum, vt excommunicationẽ, etiam si Papa & Ecclesia possent punire actum hæresis interioris. Hæc est communis, vide Angelicam. Hæreticus ante. §. 1. & infidelis. §. 10. quia talis non adhæret pertinaciter & voluntariè alicui errori. Imò accidit sæpissimè hæc dubitatio animis scrupulorum, quos non adhæsisse pertinaciter fit testimonio, quòd eos dolet. de tali dubitatione ipsos impetente. Imò si mortaliter peccarent ex mora aliqua dimittetes propulsare talem dubietatem, idem videtur, quia remissio voluntatis in tali dubitatione, non est firma & expressa adhesio erroris contrariantis fidei.

*Prop. 18.* De dubio in fide pertinaciter & deliberatè, hoc est, adherente voluntariè tali dubitationi, duplex opinio est an sit hæreticus: partè negatiuã tenet August. de Anthona, à qua nõ

abest Antoninus Florent. 3. p. ti. 22. cap. 5. §. 10. Citatur pro ea Ioan. Andr. & Panor. in. c. 1. de hæreticis. Fundamentũ huius est: quia dubitatio non opponitur contrariè fidei, sed priuatiuè, habes in Alexandro. 3. p. q. 71. m. 3. ar. 1. q. est vacillatio intellectus inter vtranq; partè contradictionis, ideò mediat inter fidẽ & opinionem, nam opinio acceptat vnã partem cum formidine alterius, fides acceptat sine formidine. Idem dicit 2. p. q. 135. m. 1. ar. 4. quod dubium in neutram partè inclinãt. Et sanctus Bona. lib. 3. dist. 17. nu. 6. dicit. Dubitatio proprie dicit indifferentiam iudicij rationis respectu vtriusq; partis contradictionis, ita q. neutrum præligat alteri. Habes sup. p. 2. auctoritatẽ Augustini, q. hæreticus falsas ac nouas gignit opiniones, dubitans non opinatur, vt patet, quia neque assentit neque dissentit: fides autem assensus est: & hæresis est assensus vel dissensus falsus: igitur dubitans non est hæreticus, neq; dubitatio opponitur fidei contrariè. In hanc posset adduci Scotus, cuius mentem habes explicatam in. 3. breuil. dist. 25. p. 3. Pro solutione argumentorum, contra hanc opinionem est dicendum quòd infidelitas capitur tripliciter, purè negatiuè valens non fidelitas, qualis est illorum, qui de fide nihil audierunt: sumitur secundo secundum contrarietatem, qua opponitur fidei, vt Iudæorum & hæreticorum. Tertio modo ex tarditate ad credendum, hæc inuenitur in dubitante. Iuxta hanc interpretantur capit. 1. de hæret. quòd dubius in fide est infidelis, id est, tardus ad fidem. Mediat quippe hic modus inter alios duos. Clementina vnica de fide cath. in. §. porro, quamuis damnet doctrinam vertentem in dubium, si anima rationalis sit forma corporis humani: quãdo censet hæreticum, de illo loquitur, qui asserere, defendere, tenere pertinaciter contrarium præsumpsit, quem constat esse infidelem secundo modo dicto. Pars affirmatiua tenetur communius, in quam est Alex. 2. p. q. 189. m. 3. ad finem dicens, quòd est quoddam dubitare, in quo homo recedit à fide, & loquitur de dubitatione deliberata, prout distinguitur à dubitatione surreptionis, neque deliberatæ rationis, quia in hac, vt dicit, non est peccatũ: in eam est & Gabriel lib. 3. dist. 23. q. 2. litera. F. Adrianus quodli. 2. fol. 29. in libris paruus,

*Videatur  
Cano. de  
locis. lib.  
12. ca. 9.*

*Prop. 19.*

Alfonfus Castro lib. 1. contra hæreses, cap. 9. Reuera licet tales dubitantes possent defendi per Logicen & Metaphysicem quod non sint hæretici, tamen Theologicè atque moraliter sua dubitatio interpretanda est æquiuale re falso dissensui, aut assensui, qualiter non est interpretanda dubitatio morosa illius & non repressa, de qua in præcedenti, licet talis morosa fuerit ad peccandum sufficiens, quare dubitantes de quibus modò loquimur poenis hæreticorū erunt puniendi.

Apostoli non fuerunt hæretici ex eo quod resurrectionē, aut alia mysteria fidei tardè crediderunt. Hanc tenebat pater Andreas Vega, quam tenet & Turrecremata lib. 3. de Ecclesia cap. 61. est contra Alfonso Castro loco modò citato, ubi de Thoma Apostolo id concedit. Probat, quia nullus sanctorum doctorum videtur eos tali nota ferisse. Tum etiam, quia idem pater Vega dicit super decretum lib. 14. c. 9. Hæreticus est, qui cū esset Christianus amittit fidem, sed Apostoli nō amiserūt fidē infusam, sicut de Petro habes breuioloq. 3. d. 23. p. 5. corol. 2. quia vbicunq; sonuerit eos amisisse fidē potest exponi de fide actuali, & exteriori. Cōstat etiā ex Euāgelio ipsos fuisse hebetes & rudes ad ea quæ dicebantur à Christo, & sic ex ignorantia processisse illorū incredulitatē, vt Luc. 18. de passione & resurrectione loquente Christo, dicitur. Erat verbum istud absconditum ab eis, & nō intelligebant quæ dicebantur. Marci. 16. quādo increpauit incredulitatem eorum non dicitur, quia ipsi Christo nō crediderūt, qui est prima & summa veritas, sed quia his qui viderāt eum resurrexisse: igitur nō fuerūt increduli Deo, sed hominibus narantibus, quæ incredulitas nō faciebat hæreticos. Huc alludit Alex. 3. p. q. 82. m. 3. ar. 2. distinguēs incredulitatē infidelitatis Iudæorū ab incredulitate tarditatis discipulorū euntium in Emaus, Lucæ vlt. Eandē distinctionē facit Bona. lib. 3. d. 25. nu. 4. ubi dicit Theophylactus. Hæc quasi dubitantes dicūt, & videntur mihi hi viri in valdè ambigua esse sententia, & neque valde discredere, neque rectè credere. Talis etiam videtur dicenda Thomæ incredulitas, siue infidelitas, videlicet tarditatis. Perturbatio de repentino successu mortis Christi, & admiratio de nouitate resurrectionis, eos quasi

oblitos

oblitos & attonitos faciebant ad ea, quæ ab ipso Christo audierant. Ps. 76. Turbatus sum, & non sum loquutus, & Ps. 106. de quibusdam. Turbati sunt & moti sunt sicut ebrius; & omnis sapientia eorum deuorata est. Hanc rationē dat Chrysost. Homil. 41. super Ioan. quare in Exodo. 4. cap. Dominus interrogauit Moysen de virga quam manu gestabat, & Ioan. 6. attentos fecit discipulos de panum insufficientia, ne repentina mutatio virgæ in serpentem oblitum rederet fuisse virgam quam gestauerat, & magnitudo miraculi panum an plures, quàm quinque panes & duos pisces habuissent in societate. Ad hanc dubietatem tarditatis potes interpretari Basilium Homil. de poenitentia dicentem Abraham fidelis fuisse inuenitur, tamen inuenire est ubi dubitauerit, videlicet quando dixit Genes. 17. Putas ne centenario nascetur filius? Vide & Hieronymum cum Basilio sentientem lib. 1. contra Pelagianos, quod illa cogitatio fuit pars infidelitatis. At verò postea credidit. Lyranus dicit, quod non dubitando sed admirando dixit.

Qui sciretur lapsus in hæresin, neque esset hæreticus, quia non pertinax, prius est fraternè corripendus, quàm denuntiandus Ecclesiæ. Ita Castro lib. 2. de poenitentia. cap. 25. Facit hæc pro lingua labentibus, qui probè sciuntur ab audientibus non esse pertinaces. Nam si scirentur ex proposito ad hæresin denuntiandi forent. Neque hæc propositio licet vera est populo incautè prædicanda, ne sibi quisque idiota sumat iudicium dignoscendi animos proferentium. Dicitur lapsus solum in hæresin qui labitur ignorans malitiam quam habet propositio.

Si dicas ab albedine vocatur homo albus, igitur talis etiam si ignoret, ab hæresi dicitur hæreticus. Respondeo, quod potest dici hæreticus materialiter, non formaliter, Habet enim errorem in intellectu, Errare quippè vt Augustinus ait, & refertur à Gratiano. d. 38. cap. Quamuis; est falsa pro veris approbare, qui error in his quæ sunt fidei vocatur hæresis: pertinacia autem quæ est voluntatis est quasi formale, qua caret ignorans. Hinc doctores catholici solent suis scriptis, verbis, aut disputationibus præfigere se omnia Ecclesiæ iudicio, quæ

X 5 de

*Prop. 20.*

*Argu.  
Solutio.*

de doctrina hæretica aut sana iudicare habet, subijcere. Quæ generalis protestatio ostendit eos si errauerint sine pertinacia voluntatis errasse, idèq; hæreticos nō esse. Apud Deum qui inuenerit cor illa protestatio sufficiens est excusare de hæresi si talis in corde verè sit, sicut foris manifestatur, Deo enim cor mundum, non verba sola placent. Apud Ecclesiam quæ de cordis secreto non iudicat talis protestatio excusat de hæresi, si illud quod asserit procedit ex vera ignorantia, quia talis illud scire seu credere non tenetur, qualia sunt abditissima theologiæ: sin autem res talis est quam scire tenetur, qualia sunt communia credibilia quæ proponit Ecclesia, aut quæ communiter mediocres theologi sciunt iam ab Ecclesia esse definita, non excusabit protestatio quæ ex animo fallaci & duplici oriri est iudicanda. Debet igitur post illam protestationem attendi qualitas asserti, qualitas personæ asserentis, & obligatio qua illud quod asserit tenetur scire vt excusatus habeatur, vel non.

*Prop. 21.* Iustum est & necessarium hæreticos puniri ab Ecclesia, & à principibus Ecclesiasticis. Probatum exemplo Pauli, qui Act. 13. Elimam magum percussit cecitate, eo quod nitentur auertere à fide proconfulem Sergium Paulum, sed hæretici faciunt similiter igitur sunt puniendi. Ad hæc sunt in iure integri tituli de hæreticis. Et cum cæteri malefactores sint puniendi iuxta illud Exod. 22. maleficos non patieris viuere, puniendi etiam erunt hæretici qui peiores sunt. Leuitic. 20.

*Ad hoc vide inf. d. 19. p. 116.* Anima quæ declinauerit ad magos & ariolos interficienda denuntiatur. Rex Iofias. 4. Reg. 23. occidit omnes sacerdotes excelsorū, vt didicerat ex inuento libro Deuteronomij. c. 13. & 14. quod occideretur propheta, frater, filius, vxor, amicus, inducens ad deos alienos: & qui loqueretur in nomine Dñi, quæ Dñs non præcepit, quod faciunt hæretici deprauantes, & detorquentes intellectum scripturarum. Alii multa fecit contra idololatriam. Quem imitati reges Catholicis & Christianis hæreticos morte puniuerunt, atq; igne, sicut Iofias illorum hominū ossa super altaria ipsa combussit: quod faciunt cum maxima laude. Nam & principes Gentiles acerbissimè Christianos vexauerunt prætendentes deorum suorum iniurias

inurias vendicare. Ita quod solo naturali lumine docemur iniuriam Dei & Christi non tolerandam. Hæc conclusio est contra quendam lutheranum nomine Othonem Brunfelsium dicentem hæreticos non esse comburendos, sed rationibus conuincendos.

Hæreticorum poena est multiplex, vt est videre in iure in *Prop. 22.* titulis de hæreticis. De quibus vide Alex. 2. p. q. 181. m. 11. & Alfonso Castro lib. 2. de punit. hæret. à cap. 5. & deinceps. Summa Angelica enumerauit quatuordecim verbo hæreticus. §. 1. Eisdem & totidem refert Siluestrina hæresis. 1. §. 8. Reduco illas impræsentiarum ad quinq; quæ sunt: Excommunicatio: Depositiō ab omni dignitate: Confiscatio bonorum: Infamia: Poena mortis, ad quam reduces quando imponitur perpetuus carcer, quæ est mors civilis. Alia imponuntur ad arbitrium iudicis, aut mitigantur iuxta qualitatem delicti. Modus procedendi ad damnationem hæreticorum propriè pertinet ad iurisperitos, sunt tamen aliqua dubia ad conscientiam circa præfatas poenas, quæ sint & per theologos discernenda.

*Prop. 23.* Qui animo nō discredit, etiam si timore neget Christum, non incurrit has poenas in foro Dei. Vide in Breuiloq. 3. d. 23. p. 7. coroll. 2. Idcirco, qui timore poenarum accusatus à falsis testibus mentitus est confitendo se hæreticum, si bona sua occultet non tenetur in conscientia illa restituere fisco, quia sicut in veritate non fuit hereticus, ita neq; bonis spoliandus, nisi in foro Ecclesiæ, quæ de occultis non iudicat.

*Prop. 24.* Damnatus pro hæretico ab Ecclesia per falsos testes debet à confessore in conscientia & secreto de alijs peccatis absolui. Ratio est, quia sicut inquisitor aut episcopus non tenetur in suo foro stare foro conscientie & confessoris: ita neq; confessor foro iudicij exterioris, quia dicitur cap. Dilecto de præbend. Res inter alios acta alijs non obsistit, idem dicit cap. Inter dilectos de fide instrum. Sed quoniam hæc regula patitur aliquas fallentias (quæ tamen in hoc casu locum non habent) vide gloss. in c. penul. de senten. & re iudica. Dixi in secreto, ne absoluendo in publico iniuria fiat exteriori foro, iudicante vulgo iudices præuē sententiasse.

Propter



*Prop. 25.* Propter hæresin mentalem nemo incurrit excommunicationem. Hæc probatur, quia Ecclesia non iudicat de occultis, ad quod sunt multi textus in iure. 31. d. cap. Erubescant: dicit Urbanus Papa quod sacerdotes, diaconi, & subdiaconi, qui castè nō vixerint sunt excludendi à suorum graduum dignitate, & subdit: De manifestis quidem loquimur, secretorum autem & cognitor Deus & iudex est, ubi glossa dicit. Ex hoc patet, quod Ecclesia non iudicat de occultis. Et. 2. q. 5. siue. 4. Consultuisti: dicit Stephanus Papa. Publicata delicta sunt commissa regimini nostro iudicare. Occulta & incognita illi sunt relinquenda, qui solus nouit corda filiorum hominum. Ad idem. 6. q. 1. Si omnia. Et. 15. q. 6. cap. 1. Loquitur hæc conclusio de facto, nam de iure an possit illos Ecclesia excommunicare. p. sequenti. Ex eo autem quod sunt de iure opiniones diuersæ præfata conclusio roboratur per regulas iuris lib. 6. In obscuris minimum est sequendum: In pœnis benignior est interpretatio faciendâ: Contra eum qui legem potuit dicere apertius est interpretatio faciendâ. Quâuis hæc regula videatur proposito non quadrare, quia in legibus, vt ibi dicit glossa, nihil est obscurum vel ambiguum, & recurrendum est ad legistatorem, qui solus potest quæ condidit interpretari, si qua videretur ambiguitas: posset ex ea sic argui: Pontifices in citatis textibus afferunt ex libris Diuinæ legis, quod soli Deo cōuenit iudicare corda, nihilq; in aliquo casu excipiunt, igitur decreta pōtificum, quæ excommunicationem ferunt, contra opera exteriora sunt interpretanda, & non cōtra actus cordis, idque similiter in alijs.

*Prop. 26.* Si Ecclesia possit punire actus cordis interiores, grauis quæstio est controuersa inter canonistas, & theologos. Tenent communiter canonistæ partem affirmatiuam: ita tenet glossa in Clem. 1. de hæreticis. §. verum. in verbo, eo ipso incurrant, ubi citat canonistas contra præcedentē, quod mentalis hæreticus est excommunicatus. Ex theologis tenet cum eis Adrianus in. 4. q. 2. de confessione, fol. 241. in libris paruis, & quodlib. 8. in eisdem paruis, fol. 157. Tenent partem negatiuam theologo; Summa Angelica hæreticus. §. 2. & quamuis ibi loquatur de facto, vt dixit præcedens, tamen verbo.

verbo Obedientia. §. 1. dicit quod non tenetur homo obedire homini in his, quæ pertinent ad interiorem motum voluntatis, nisi opus intrinsecum non posset perfici perfectè sine applicatione animi. Hoc dicitur propter recitationem Diuini officij & similibus, quia ex quo præcipit illud recitare quod est opus exterius; est illi annexa obligatio attentionis interioris. In hanc sententiã potest & Thomas adduci dum. 1. 2. q. 91. ar. 4. dicit, quod iudicium hominis non potest esse de interioribus motibus quæ latent, & 2. 2. q. 104. ar. 5. dicit quod modo citauit in Angelica. Conclusionem tenet expresse Almainus in. 4. d. 18. q. de excommunicatione. Caieta. 2. 2. q. 11. ar. 3. & in Summa. Hæresis. Siluestrina. Excommunicatio. 7. §. 2. Frater Alfonsus Castro lib. 2. de potest. leg. pœna. cap. 15. tenet præcedentem, dicitque se nolle quæstionem huius. 26. definire, vide Antoni Florent. 3. p. q. 24. cap. 4. pro theologis, & 7. pro canonistis. Pro vtraque opinione facit rationes Metina Complutensis, codice de oratione. Fundamentum pro theologis est. 1. Reg. 16. Non secundum intuitum hominis ego iudico. Homo enim videt ea quæ parent, Dominus autem insuetur cōr. Igitur iudicium humanum non est de secretis cordium, sed de his quæ apparent sensibus. Item. 1. Corinth. 4. Nolite ante tempus iudicare quousque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, ubi dicit Ambrosius. Iniuria enim iudicis est, si ante cognitionem eius à seruo procedat iudicium aut sententiã. Et Chrysostomus. ibidem Hom. 11. Quid igitur, nonne & magistrus hoc facere oportet? Oportet quidem, verum in manifestis criminibus & cōfessis, & hoc si temporis commoditas expostulabit. Ecce quomodo Paulus prohibet iudicium de occultis, quæ soli Deo sunt cognoscibilia, nam iudicium de exterioribus modò fieret in Ecclesia & nō apud infideles ibidem cap. 6. probauit. Faciunt & textus iuris citati ad præcedentem. Ratione probatur. Ecclesia non potest punire crimina nisi in quantum sibi nocent, aut nocere possunt: sed crimina interiora cordis dum ibi sunt, neque nocent Ecclesiæ neque possunt nocere, ergo de illis nō potest iudicare. Maior patet, quia potestas ciuili criminã illa solùm punit, quæ



quæ impediunt pacem temporalem, ergo similiter Ecclesiæ  
quæ impediunt pacem spiritualem in membris eius. Secun-  
do probatur. Nullus potest esse iudex in causa quam nõ po-  
test cognoscere iuxta illud. Prouerb. 12. Qui loquitur quæ  
nouit iudex iustitiæ est: sed actus cordis sunt exempti à co-  
gnitione humana, ergo & à iudicio humano, & sic à iudicio  
Ecclesiæ. Confir. per .c. Tua nos de Simonia, vbi dicit Inno-  
centius: Nobis datum est de manifestis tantum modo iudi-  
care: et explicat quòd Simoniacos mentales iudicabit Deus.  
Confir. 2. ex vsu Ecclesiastico, qui non exercet iurisdictionem  
in actus merè interiores.

*Ad arg.* Ad argumenta canonistarum ex quàm plurimis textibus

respondent theologi, omnia illa præcepta, prohibitiones, &  
excommunicationes non ferri nisi pro actibus exterioribus  
agendi aut omittendi, quibus sunt annexi interiores. Sunt  
verò alia argumenta præter textus. Primò arguitur. Chri-  
stus dedit clauis Ecclesiæ Matth. 16. dicens, quæcunque li-  
gaueris super terram: & Ioan. 20. sicut misit me pater mitto  
vos, & cætera, & nihil excepit de actibus interioribus, ergo si-  
cut ipse à patre habuit plenariam iurisdictionem, sic habet &  
Ecclesia.

*Argu. 2.* Secundò data opinione theologorū, neq; sacerdotes, neq;  
Papa possent absoluerè à peccatis cordiū, neq; talia peccata  
essent necessariò confitenda.

*Argu. 3.* Tertiò. Papa potest dispensare in voto interiori, putà si quis  
uouisset meditari quotidie in passione Christi vnā horam,  
ergo habet Ecclesia iurisdictionem in actibus cordis.

*Argu. 4.* Quartò. Papa potest præmiare tales actus cordis putà dā-  
do pro illis indulgentias, vt pro tali meditatione dicta.

*Argu. 5.* Quintò, si quis dixerit amico suo se incidisse in hæresim  
mentalem, quòd Christus non esset Deus & homo, iam verò  
ab illa resipuisse, si talis qui audiuit denūtiaret inquisitoribus  
iustè procedent cõtra illum. Confir. quia si talis sola cõscien-  
tia ductus fateretur hæresim in tribunali inquisitorū, licet fa-  
teatur, se resipuisse, procedent contra illum.

*Ad. 1.* Ad primū respondetur, quòd est in Ecclesia duplex forus:  
alter secretus conscientiæ, & alter publicus, & conceditur  
quòd

quòd pro vtroq; sunt datæ Ecclesiæ clauis: de quibus infra. d.  
18. & 19. Modò quæstio non est de foro illo interiori, sed de  
exteriori, ad quæ pertinet excommunicare: et quia Christus  
præcepit confessionem omnium peccatorum, vt infra. d. 16.  
p. 15. dedit etiam iurisdictionem cognoscendi & sententiandi  
in actibus cordis interioribus, sed in foro illo secretissimo: in  
quo possunt referuare etiam peccata cordis; quia hæc non est  
poena, sed limitatio illius iurisdictionis fori secreti.

Ad tertium & quartū, posset negari, quòd Papa valeat di-  
spensare, neq; præmiare indulgentijs actus merè cordis. Pos-  
set tamen indirectè habendo respectum ad actus exteriores.  
V. g. qui meditatus fuerit quartā horæ genibus flexis coram  
crucifixo, tot annos indulgentiæ lucretur. Similiter præcipien-  
do pro illo tempore voti aliquem actum exteriorem incom-  
possibilem actui meditationis. Sed contrà quia pater potest  
irritare votum filij minoris, & vir votū vxoris, vt infra. d. 38.  
p. 9. nulla exceptione si est votum mentale aut exterius, sed  
non est minor potestas Papæ ad dispensandum, ergo etiam  
poterit in tali dispensare.

Respondetur, quòd irritatio non requirit iurisdictionē po-  
testatis ciuilibus, aut Ecclesiasticæ, sed dominiū in materia voti,  
ideo cū per dictum Domini pater sit dominus materiæ voti,  
& vir respectu vxoris possunt illa etiam cordis irritare: Papa  
non, quia non est dominus: et sua iurisditio fori exterioris est  
ad actus exteriores.

Ad quintū dico primò qd talis audiens nõ tenetur denun-  
tiare, quia nõ est sibi magis notū qd hic est hereticus, quàm qd  
catholicus: Ex eadē quippè cõfessione cognoscit vtrūq;. Da-  
to, qd denūtiaret dicebat frater Andreas Vega (si quodam scri-  
ptum manu exaratū erat eius) qd cum talis nõ incurrisset poe-  
nas iuris, & essent opiniones, non debebāt inquisitores cõtra  
illū procedere, quia mitior opinio erat sequēda iuxta regulā  
iuris. Odi sunt restringenda, vide in præcedēti. Sed hoc non  
sufficit quia dicrent inquisitores hoc esse fauorabile fidei,  
& ideo ampliandum & procedēdum, maximè si sunt cano-  
niste. Dicendum ergo quòd cū multa habeāt inquisitores  
constituta per suas instructiones, etiam habebūt quid in casu  
agere

Ad. 3. C

4.

Replica.

Solutio.

Ad. 5.

agere debeant, & in quo contradixerint opinioni theologorum dicent theologum sequutos fuisse opinionem canonistarum, & ex eo non conuinci falsam esse mentem theologorum. Metina Complutensis loco supra citato addit ad casum, quod si talis confiteretur inquisitoribus suum actum cordis, & quod in ipso adhuc permanet, quod talis confessio non facit hæreticum vocalem, sed adhuc semper est hæresis mentalis: in quo nescio quis theologorum ei consentiet. Quia ille professens se solo in cubili conceptam hæresin iam non est omnino occultus, sed per accidens, quia caret testibus, & incurret poenas iuris, igitur multo magis in iudicio inquisitorum, quia ratificat & publicat mentem suam interiorem. Nec valet ratio Metinæ, quod manifestare voce quod corde tenet, non est errare, sed dicere quod corde credit. Declaro ut supra de dicere significatiue, aut recitatiue, non dicit significando ita esse, sed recitando ac si aliorum facta seu hæreses narraret. Dico, quod si ab illo errore iam resiliisset ut est casus argumenti, est verum, diceret recitatiue, quando dicit in hoc persisto recitatiue & significatiue, & est verè hæreticus vocalis. Aliqui theologum ex eo concedunt posse inquisitores punire hæreticum mentalem confitentem hæresin apud ipsos, quia ipse se subiecit eorum iudicio voluntariè, quando ei satis erat confiteri suo confessorio, vide infra de confessione delicti. d. 19. p. 125.

*Dist. 8. p. 11.*

*Prop. 27.*

Ab excommunicatione lata contra hæreticos solus Papa absoluit, & quibus ipse delegauerit. Patet quia est casus Bullæ cœnæ.

*Prop. 28.*

Concilium Trid. sess. 24. c. 6. de reformatione concedit absolutionem hæretici occulti episcopis sub hoc verborum tenore. In hæresis crimine in eodem foro conscientiarum episcopis tantum non eorum vicarijs sit permissum absoluere delinquentes sibi subditos: et ex superioribus constat, quod loquitur de occulta hæresi. Hæc concessio fuit piētissima, quia nihil fauorabilius foro animæ, & inquisitores, qui habent Papæ commisionem vix aut nunquam audiunt, neque audire volunt in foro animæ: neque etiam committere absolutionem ad talem forum, sed audire ante notarium & formare processum, & cum nemo teneatur se diffamare, tali occulto in conscientiarum foro

foro vix erat remedium, quia nequeunt omnes adire curiam, quare talis debebat se habere sicut ille qui non haberet bonam confessionem. Sunt tamen circa istam conclusionem aliqua dubia ad qua disputatiue duntaxat respondebo, præmissis quod ubi de Concilijs est aliquod ambiguum pro declaratione est ad summum Pontificem recurrendum, in quod facit quod est super præmissis de ambiguitate circa legum intellectum. Dicit & Gregorius refertur à Gratiano. d. 17. cap. Nec licuit. Quoties aliqua de vniuersali Synodo aliquibus dubitatio nascitur ad recipiendum de eo, quod non intelligunt rationem ad Apostolicam sedem pro percipienda ratione conueniant. In idem facit idem concilium Trident. ad calcem sessionis. 25. vbi ipse Concilij est iam finis.

Primo circa præfatam concessionem dubitatur, quis sit ille occultus. Dico, quod non est ille omnino & de per se occultus qui hæresin corde tenuit de quo est. 25. p. Sed est occultus de per accidens: qui dicitur dupliciter. Vno modo, quia licet percipi sensu possit, tamen accidit quod nemo aderat, qui perciperet: et de hoc nulla est ambiguitas quin possit ab episcopo absolui. Alio modo dicitur occultus de per accidens, qui est penè occultus, quia tantum vni, aut saltem paucis est notus. Et quidem de illo qui tantum est notus vni facillimè concedere, quod possit ab episcopo absolui, cum testis vnus non probet in iure, ut dicitur in cap. Veniens, & cap. Licet, de testibus: vnde dicitur communiter, dictum vnus est dictum nullius. De illo qui est notus plusquam vni, hoc est paucis, tenet quod nequeat absolui ab episcopo, quia iam habet vnde possit in iudicio probari, non repugnabo. Nec etiam illi qui dixerit contrarium fundans se in regula iuris lib. 6. Odi restringi, fauores conuenit ampliare: quia ut est modo dictum nihil fauorabilius foro animæ. Item, per talem absolutionem non præiudicatur foro exteriori iuxta allegatum supra. p. 24. Res inter alios acta alijs non obstat, liberum siquidem restat inquisitoribus procedere absolutione tali non obstante. Item tertio, quia cum sint opiniones de censuris suspensionis, & irregularitatis si incurratur propter crimen occultum, quibusdam dicentibus quod incurrantur, alijs è contra, ut

*Solus Papa declarat dubia Conciliorum.*

*Dub. 1. Solutio.*

Y potest

potest videri in Alfonso Castro lib. 2. de potest. legis poenal. c. 15. Sed nota quod ibi Alfonso conclus. 3. ponens præfatas opiniones loquitur, & refert eas de crimine occulto omnino de peccatis accidens, videlicet quod nullus scit, tam frater Antonius Cordubensis in suo quaestionario lib. 1. q. 35. refert eas de extendendo ad penam occultam. Cum igitur sint de hoc opiniones, & conc. Trid. citatum committat earum dispensationem episcopis excepta illa, quæ oritur ex occulto homicidio, in quo circa ipsas opinionum libere diremit, excipiat & alias deductas ad forum contentiosum, protinusque committat episcopis in casibus occultis Apostolicæ sedis reservatis, etiã in hæresi occulta absolute, ut in foro hæretico, videtur ubique accepisse occultum uniformiter: sed in irregularitatibus omnino occultis de peccatis accidens, atque etiã in penam occultis videtur probabilius quod possit dispensare: modo non sint deductæ ad forum contentiosum, igitur à simili poterit in similibus occultis absolueret. Quæcumque mens hæreticorum videtur probabilis dum per sedem Apostolicam neutra fuerit approbata plusquam alia. Circa opiniones citatas vide Angelicam Etiam dididum. 3. §. 1. Siluestrianam Homicidium. 3. §. 8. Vide & bullas coenæ maximè Gregorij. XIII. & Sixti. Vbi referuntur hæreticorum absolutionem non obstante cuiuslibet Concilij decreto. Ex quibus videtur ablata episcopis autoritas absoluerendi, nisi de mente Pontificum aliã constet quod pro dictis & mox dicendis attendi valde debet.

*Nota bul  
las Greg.  
& Sixti.*

*Dub. 2.*

Secundo dubitatur, si potest episcopus hæc absolutionem committere saltem pro sanctimonialibus aliqua, aut muliere, aliove tam paupere & abiecto quod inoraliter in impossibilitatis adire curiam timebitur in sua excommunicatione diu permanens? Quod non possit absolueret per vicarium suum generalem, qui vocatur prouisor, bene patet ex verbis Concilij dum in alijs casibus Papæ reservatis dat ei facultatem absoluerendi per se aut vicarium ad id specialiter deputandum, igitur non per prouisor, ut prouisor est, & vicarius generalis. Petit igitur difficultas de commissione alicui speciali confessori petenti ex parte alicuius poenitentis absolutionem sibi committi pro tali poenitente. Nam quod possit deputare vicarium speciale ad alios casus

casus Papales occultos, ita quod talis commissio non includatur, in commissione generali quæ totam suam auctoritatem committat, videtur ex Concilij verbis deduci. De dabo sic exposito est sententia fratris Antonij Cordubensis in summa Hispana. q. 8. quod potest committere. Ratio sua est, quia Commissarius ex privilegio perpetuo ratione dignitatis potest vices suas committere: & etiam ordinarius cui iam ius tales vices concessit, ut in cap. Eis quibus, extra de officio ordinarij, & cap. Quod translationem de officio legati. Vide glossam in citato cap. Eis quibus. Facit cap. Mulieres de sententia excommunicati ubi docetur quod mulieres & plures persone quæ sui iuris non sunt possunt per diocesanum absolui ab iniectione manuum in clericum. Similiter & moniales, ut ibidem cap. de Monialibus. Item & pauperes ac senes graui senectute confecti quod nequeunt adire curiam vbi in cap. Quod de his, verum tamen est quod dicitur textus solere iniungi his vltimis, ut oportunitate concessa curiam adeant. De pueris, idem habetur ibidem. c. xli. Sed omnes has absolutiones poterat episcopus committere etiam ante concilium Trident. per citatum cap. Eis quibus, igitur & absolutionem de qua est sermo. Facit & ratio æquiuocis, quia monialis, & alij qui sui iuris non sunt, nequeunt exire domos, adire Romanam, aut locum distantem ubi est episcopus.

*Dub. 3.*

Dubitatur tertio, si habentes casus episcopales per bullam Cruciatæ, aut virtute iubilæorum, aut casus bullæ coenæ possint absolueret tales hæreticos? Ad hoc dico primo, quod si excipiantur in eiusmodi facultatibus crimine hæresis, non possunt absolueret: Neque per talem exceptionem aufertur episcopis potestas absoluerendi concessa eis per concilium Trident. Quoniam talis exceptio non præiudicare debet speciali episcoporum commissione iam eis per ius & decretum Concilij acquisita, nisi de illa fecerit memoriam. Potest deduci ex cap. Si propter de rescriptis lib. 6. Et ex cap. Qui ad agendum, & c. Qui generaliter eo lib. de procuratoribus. Quando expresse non excipitur duplex opinio est: prima negatiua, quod non possint absolueret. Hæc tenet Couarruías episcopus Ciuitatis, qui postea fuit & Segobiensis super cap. Alma mater de sentent.

*Attende citatas bul  
las Greg.  
& Sixti.  
Opin. 1.*

sentent. excom. lib. 6. parte. 1. §. 11. nu. 15. vbi pro ea citat multos autores: tenet eam & Nauarro in manuali Latino. c. 172. num. 272.

- Argum.* Pro hac regula iuris lib. 6. In generali concessione non veniunt, quæ quis non esset verisimiliter in specie concessurus: sed absolutionem hæresis non esset Papa verisimiliter concessurus. Primo ex. 6. Frater noster. 16. q. 1. vbi generalis commissio per Papam facta legato non extenditur ad causam aëduam fidei. Secundo, quia in prædictis literis & iubilæis excipiuntur alij casus minores. Pape referuntur: igitur a fortiori excipiendus est casus hæresis. Tertio, quia aliqui summi Pontifices hanc exceptionem quamuis tacitam declararunt esse subintelligendam, sic dicitur fecisse Innocentius. VIII. quod absolutio ab excommunicatione quacumq; concessa per Romanum Pontificem, cui fit collatio beneficij Ecclesiastici, non haberet effectum in excommunicatione imposita iure canonico ex causa hæresis. Citatur in hoc Felinus in cap. Apostolicæ de exceptionibus. Gregorius. XIII. & Pius. V. summo pœnitentiario negauerunt eiusmodi facultatem nisi cum certis modificationibus, & maxima causa: igitur per illam clausulam generalem non est concessus casus hæresis. In hac opinionem facere videtur ex theologis Antoni. Floren. 3. p. tit. 24. c. 77. iam ad finem dum ait. Nota q; si episcopus committit alicui absolutionem ab omni excommunicatione, nõ propter hoc potuit absolvere illum excommunicatum ab episcopo, cuius absolutionem non comisset in speciali, fortè quia erat excommunicatus propter damnum illatum episcopo, vel aliquid huiusmodi: refert citatam regulam. In generali.
- Opinio. 2.* Alia est opinio opposita quam tenet Dominicus Soto in. 4. d. 22. q. 2. ar. 3. fol. 1028. citatur in eam Siluestrina Absolutio. 4. §. 4. Sed non video, q; ibi loquatur de præsentis dubio, tantum dicit ad propositum quod iam supra allegavi in dubio præcedenti, de illo qui habet ex privilegio perpetuo commisionem ratione dignitatis, & de ordinario q; possint vices illas committere, nõ verò explicat si quando committunt tales vices sine exceptione subintelligi debeat aliquid exceptum. Item eadem Siluestrina citatur excommunic. 7. casu. 2. sed

sed nihil ibi video ad propositum: casu. 32. loquitur de bulla cœnæ per Sixtum. III. & dicit illos casus remanere in dispositione iuris communis, ac si de eis mentio habita non fuisset, & idem posse absolvere de illis cui de iure competeret remota bulla cœnæ, sed neque aliquid explicat de casu proposito. Frater Antonius Cordubensis loco citato in præcedenti hanc secundam tenet. In eam citat Couarruias Abbatem in cap. De cætero. extra de sentent. excom. & alios quos refert Felinus in cap. Quamuis, eo titulo. Qui hanc secundam tenere voluerit fundabit se in eo, quod talis concessio est favorabilis animæ: idèo latissimè interpretanda, quia vt dicitur in. c. Olim de verbo. signif. beneficia principum sunt interpretanda largissimè: item in. c. Dilecti, de donatio. dicitur quod in contractibus plena, in testamentis plenior, in beneficijs plenissima est interpretatio. adhibenda. Facit citata regula iuris ad primum dub. Odiã. Attède ad bullas cœnæ Gregorij & Sixti citatas in fine primi dubij, quibus extratibus cessare videretur opinio in fauorem Cruciatæ.

Ad ea quæ pro altera parte sunt adducta facilliter respondet. Ad regulam iuris dicitur quod non habet locum in presenti, quia verisimiliter potius est credendus, quod concederet ad forum animæ, quia cum rescriptorum verba sint iuxta commune ius intelligenda, vt deducitur ex cap. Causam extra de rescriptis adiuncta ibi glossa, & in cap. Quia circa de privilegijs, dicatur quod qui potuit excipere & non excepit etiam cõtra se in beneficijs recipit amplissimam interpretationem: in dicta concessione, quæ in nullius est præiudiciũ, neq; est alicui odiosa verisimiliter tam in generali præfatos casus concessit, quàm in speciali concederet bene aduertens de fauore fori animæ. Quod talis nemini sit odiosa neq; præiudicet patet, quia nõ præiudicat foro inquisitorũ, qui eo non obstante procedere possunt, vt dictum fuit in dub. 1. Est enim latum discrimen inter vtrunq; forum, quia in foro animæ proceditur ad emundationem conscientie coram Deo pœnitendo & satisfaciendo: in foro exteriori ad vindicandum publicè delictum, & satisfaciendum Ecclesiæ. Si in bullis, aut iubilæis diceretur q; etiam in foro iudiciali exteriori dicto confesso-

*Nota*  
quod sup.

*Ad argum.*  
prioris opinio.

*Solutio.**Cap. Frater noster nost.*

ris, atque eius absolutioni staretur, quia præiudicium fieret foro exteriori Ecclesiasticæ iurisdictionis non dubito. quin talis concessio generalis non includeret crimen hæresis quoad hoc, vt inquisitores non procederent in suo foro. In hoc bene facit. c. Frater noster quod de hæresi loquebatur, quoad forum exterius. Episcopus enim ille Thebanus de sententia lata in foro iudiciali cõquerabatur, & sententia quam sibi, & suis responsalibus Papa referuabat & aduocabat in exteriori erat iudicio. Per eundem interpretaberis cap. vlt. de officio vicarij lib. 6. quod vicarius generalis episcopi per illam generalitatem, nequit beneficia conferre: quia, id est in foro exteriori neque ampliandum sine speciali episcopi concessione.

*Ad. 2.**Ad. 3.*

Ad aliam probationem de exceptione casuum minorum non est immorandum, cum exceptio pendeat ex voluntate excipientis, aut concedentis. Similiter ad illud de mente Innocentij aliorumq; Pontificum. Quibus & posset addi ad Innocentium, qui dicitur id expressisse in regula sue Cancellariæ, quod forte habuit respectum ad forum exterius, ne impetrans se tueretur tali absolutione, sed probato hæretico eius impetratio haberetur nulla, quia impetrata & collata excommunicato non absoluto. Poenitentiaris curiæ cum possit quotidie Pontificem consulere nõ eget tam ampla concessione. In remotis vbi periculose differtur absolutio, quæ dilata forte nunquam quæretur expedit benigna & largissima beneficij interpretatio.

*Prop. 29.**Secunda**poena.**Depositio*

Circa secundam poenam hæreticorum, quæ est depositio ab omni dignitate tam Ecclesiastica, quam laica, vide aliqua supra hac. d. p. 2. Primò quomodo sacerdos etiam hæreticus non amittit potestatem consecrandi. De Papa si ipso facto amittat potestatem Papalem de iure Diuino, vide in Breui- loq. 3. d. 25. p. 22. Voco potestatem Papalem potestatem iurisdictionis, quia potestatem ordinis episcopalis, neque ipse, neque alius episcopus vquam amittit, sicut neq; sacerdos: & hoc siue episcopatus imprimat nouum characterem, siue ampliet sacerdotatem, vt infra. dist. 24. p. 13. Ad hoc vide in Alex. 2. p. 93. 10. 7. & 6. in quod citat Augustinum, qui refertur à Gratiano, quæst. 1. cap. Quod quidam. Vbi Augustinus

Augustinus probat tripliciter contra quosdam dicentes remanere in hæreticis sacramenta, non tamen potestatem dandi illa. Primò, quia cum ordinantur datur illis potestas conferendi sacramenta, igitur sicut non auferitur ab eis sacramentum quod receperunt, ita neque potestas illud conferendi. Secundò, quia tales redeuntes ad Ecclesiam non ordinantur de nouo, igitur ordinatio ipsi manfit integra. Tertiò probat ex simili in falsantibus monetam, quia licet illi grauius puniantur, moneta ipsa habens regale signum thesauris regalibus congregatur: ita quamuis tales perniciose faciant sacramenta conferendo, at sacramenta verè sacramenta sunt. Potestatem iurisdictionis, quid quid sit de Papa, episcopi hæretici verè amittunt, ita docet citatus Alex. memb. 5. §. 1. ad. 5. argum. citat cap. Remissionem. i. q. 1. quod cap. ibi exponit de excommunicatione, ita quod episcopus hæreticus non potest excommunicare, ideo cum in eo cap. dicitur, foris nec ligare aliquis potest nec solui, est intelligendum foris, id est, in foro exteriori ad quod sunt illæ clauës, non autem foris, vt hæreticus qui est extra Ecclesiam amittat potestatem clauium, vt sunt ordinis. Ideo differentia quam subnectit Gratianus, quod sacramenta quæ sunt de necessitate, quia initerabilia, non debent auferri, vel amitti: illa autem quæ sunt dignitatis vt ordines desinunt esse dignitatis, non est intelligenda quod desinant esse sacramenta: sed quia desinunt habere illorum executionem. Vnde & ipse subdit: non vt minuatur veritas sacramenti, sed vt cesset officium ministrandi, vel loco, vel tempore, vel promotione. Ad idem ibi cap. Audiuius, dicit Alexan. scribens Valeriano episcopo, quod non curet de excommunicatione lata contra se ab Archiepiscopo Rauennate hæretico, quia excommunicare non potuit. Ligandi nanque vel soluendi potestas veris non falsis sacerdotibus à Domino tradita est. Episcopus hæreticus incidit in priorem poenam excommunicationis, & ex consequenti in illas poenas & incommoda quæ sequuntur ab excommunicatione.

At Papa nullam excommunicationem humani iuris incurrit, *Papa non*

Y 4 quia

*incurrit  
excom-  
micatione* quia nullis præceptis humanis est obligatus, non enim habet in terris superiorem cui teneatur parere, neque sui præcessores in eum habuerunt potestatem, quia par in parem non habet imperium, extra de elect. cap. Innotuit. & Exijt qui seminat lib. 6. de verb. signif. Neque potest ipse Papa, imò neque alius superior prelatum dare potestatem suo inferiori, ut se superiorem excommunicet, ita docet Bona. infra. d. 19. num. 36. Inde inter Papam & episcopum quoad iurisdictionem magna erit differentia, quia Papa propter heresim cum non incurrat poenas iuris positivi & humani poterit quoad illud ius retinere & exequi iurisdictionem; Episcopus cum incurrat excommunicationem erit priuatus iure humano omnibus illis actibus quibus alter excommunicatus ipso iure priuatur. Si tamen sit Diuino iure priuatus suo episcopatu eadem est questio, que de Papa. Tenendo cum Alfonso, quod Papa factus hereticus ipso facto est priuatus Papali iurisdictione, incurret excommunicationem iuris, quia iam non ab inferiori, neque à pari, sed à superiori excommunicatur. Glossa. 24. quest. 1. cap. Achatius el primo dicit, quod in casu heresis Papa incurrit excommunicationem canonis, quia factus hereticus est minor quolibet Catholico. De vitiatione episcopi excommunicati propter heresim vide infra dist. 19. p. 81. quomodo sit vitandus excommunicatus. De poenis ipso facto incurrendis infra. p. 41. Quod omnes Ecclesiastici lapsi in heresim sint dignitatibus & beneficijs Ecclesiasticis priuandi docet cap. Ut commissi de hereti. lib. 6. Quod Ecclesiastici pertinaces in heresi, aut relapsi sint degradandi, & seculari iudici relinquendi declarati primo quod sint omni priuilegio clericali nudati, docet cap. Ad abolendam de heret. Et cap. Excommunicamus eo titulo. §. Dammati. Et in cap. penultimo eo titulo. Dicitur notanter relinquendi & non tradendi, quia eos Ecclesia ante secularem iudicem non accusat: imò pro eis intercedit: neque secularis iudex eos punit tanquam Ecclesie minister. Possunt etiam Ecclesiastici verè dici tradi foro seculari, quia relaxati à foro Ecclesie, traduntur ut fiant de foro laico: non tamen traduntur, ut accusati ad punitionem, vide infra. p. 50. citatum cap. Nouimus.

Hoc

Vide inf.  
p. 50.

Hoc dico propter hereticum Ioannem Hus dicentem in artic. 14. ex triginta, quos eius damnauit concil. Constantiense, quod Doctores dicentes, quod incorrigibilis est tradendus iudicio seculari sequantur pontifices, scribas, & phariseos, qui tradiderunt Christum Pilato. Longè aliter fit in Ecclesia: neque si qui Doctores dicant tradendos, pro relinquendos male dicunt, quia talis est questio verbalis, cum in re tam lata sit differentia: & ille hereticus tam apertè iniurietur Ecclesie, ordinem iudicij ecclesiastici equiparans accusationi scribarum, & pontificum. De dignitate laica. 24. q. 1. Qui contra Ecclesie pacem sunt, si dignitatem aut cingulum militie habent, nudentur eis.

Contra ea que dicta sunt de episcopis aut sacerdotibus qui non amittat ea, que sunt ordinis, posset argui ex multis textibus, quos habes à Gratiano. 1. quest. 1. sed ex iam dictis habes unde exponas, quod tales non dant licitè sacramenta: ab eis recipientes si sciunt eos esse hereticos, aut suspensos etiam contaminantur, quia peccant recipiendo ab eiusmodi.

Aliud arg. ex cap. Daibertum. 1. q. 7. vbi dicit: Urbanus quod Daibertus ordinatus diaconus à Nezelone heretico, nihil recepit, ideo sine iteratione sacramenti ordinis, diaconus factus est, quia qui nihil habuit nihil dare potuit, exponitur, quod ille Nezelon non erat episcopus, quia fuerat ordinatus ab hereticis non in forma Ecclesie: imò & ipsum Daibertum ordinauerat extra formam Ecclesie. Vtrunque intellectum inuenies in glossa addita: in antiquiori, solus erat secundus quod Daibertus extra Ecclesie formam fuerat ordinatus. Frater Alfonso Castro de punit. heret. lib. 2. cap. 22. non bene aduertit glossam: que neque in fine, neque in principio dixit. Daibertum non fuisse baptizatum, quamuis citet opinionem. Io. quod baptizatus ab eo, qui recipit vltimam manus impositionem extra Ecclesiam nihil recipit, quam ipsa glossa reijcit.

Per idem respondet præfata glossa argumento, quod potest fieri ex cap. Ecclesijs de consecra. d. 1. vbi concilium Nicenū iubet consecrari Ecclesias consecratas ab eis qui fidem Trinitatis non tenuerunt: quod in cap. sequenti dicit Ioannes

Y 5 Papa

Argum.

Argum. 2.

Argum. 3.



Papa & martyr se fecisse Constantinopoli, quādo illūc missus fuit à rege Theodorico Arriano, quōd scilicet Ecclesias Arrianorum catholicas consecrauit. Respondet, & explicat glossa, quōd quidam Arriani in sacramentis Ecclesiae formā obseruabant: Alij non seruabant. Ecclesias igitur non consecratis in Ecclesiae forma praecipiant ibi denuō in Ecclesiae forma consecrari.

*Nota.*

Alij de quorum numero est pater à Castro citatus, dicūt, quōd sacramentalia, quae sunt de iure positio & humano potest Papa auferre ab episcopis, & sacerdotibus, quales sunt consecrationes altarium, calicum, ecclesiarum, benedictiones vestium & similia: Priuati collatione talium sacramentalium si faciant, nihil faciunt: Sic fuit in proposito, quōd tales facere priuati eiusmodi facultate consecrandi. Potestas circa haec sacramentalia, neque est iurisdictionis, neque intrinsecè annexa ordini, aliās non posset Papa concedere illam vt concedit praelatis religiosorum, quōd vestes, & corporalia benedicant. Posteaquam semel ritè fuerunt consecratae, aut benedictae non iterum benedicuntur, aut consecrantur eō quōd illis haeretici vsi fuerunt vt docet cap. A nobis: de sacramentis non iterandis. Vide & supra prop. 1. hac distinct.

*Differen-  
tia depositio-  
nis, &  
degradatio-  
nis.*

Depositio & degradatio quāuis aliquando pro eodem sumantur latè differunt. Depositio est priuatio beneficiorū, atque officiorum absque spe restitutionis retento tamen priuilegio clericali: si fiat cum spe dispensationis, etiam si fiat simpliciter, vel ad tempus, vocatur proprius suspensio, licet saepe nōminetur depositio. Tales sunt communiter priuationes officiorum in religionibus; quae verè sunt suspensiones. Hanc depositionem clericorum concil. Tridentin. Sessio. 13. cap. 4. dixit posse fieri ab episcopo, seu ab eius vicario generali. Degradatio cum sit priuatio eorundem officiorum & beneficiorum, atque etiam priuilegij clericalis non poterat fieri antiquitus à solo episcopo, vt habes supra, prop. 2. sed requirebatur assensus aliorum exposita eis causa, quibus assentientibus episcopus pronuntiabat suam sententiam. Auctoritate Dei, Patris, & Filij, & Spiritus sancti & no-

stra

strate degradamus. Haec pronuntiatio erat: degradatio verbalis: Deinde procedebat episcopus ad actualem & solennem: vt citata prop. 2. Ad episcopi degradationem plus requirebatur. Vide summas si vis verbo. Degradatio.

Tertia poena haereticorum, quae est priuatio dominij probatur ex cap. vltim. extra de haereticis. Vbi dicit Gregorius. IX. Absolutos se nouerint à debito fidelitatis, dominij, & totius obsequij, quicumque lapsis manifestè in haeresin aliquo pacto quacunque firmitate vallato tenebantur adstricti. Dominium intelligitur quodcumque, siue naturale quod habet pater in filium, quae vocatur patria potestas sup. distinct. 4. proposit. 10. Filij namque haereticorum eo ipso fiunt emancipati, & sui iuris, patet in cap. 2. de haereticis. §. vltim. lib. 6. Dominium despoticum, quod habet dominus in seruum: ideō serui haereticorum non iam amplius sunt eorum serui. Audiui quōd antiquitus ipso facto erant liberi, nunc autem re magis circumspecta, serui illorum, si legitime sunt serui, quia sunt vt dominorum peculia deueniunt ad fiscum sicut alia bona. Priuantur & dominio politico, seu ciuili, quod habent principes in subditos & vassallos. Talis principatus deuenit ad fiscum si principes habent regem superiorem, vt. v. g. in Hispania Ducatus, aut Marchionatus domini haeretici deueniet ad Regem. Si est regnum quod ab vno in alium haereditate successionis deuoluitur, quia in iure nihil est definitum de regno regis haeretici, deueniet regnum ad successorem catholicum cui tale regnum pertineret rege decedente ab intestato. Quod si illud regnum deueniat per electionem electio deuoluetur ad electores sicut & imperium: si tamen regnum, aut electores sint etiam haeretici pertinebit ad Romanum pontificem prouidere. Vide infra d. 13. prop. 66. & patrem de Castro lib. 2. de punitione haeretica cap. 7. Priuantur etiam dominio economico, id est communi bonorum possessione, quae à die commissi criminis ipso iure confiscantur, ita docet cap. Cum secundum de haeret. lib. 6. Et supra citata sententia Gregorij. IX. inferes quōd Papa potest absoluerè laicum à iuramento

fidei-

*Prop. 30.  
3. Poena  
priuatio  
dominij.*



fidelitatis, ideo in casu præfenti, qui iurasset hæretico solvere ad certum tempus aut diem, si præfato die non solueret non peccaret, quia iam est absolutus ab obligatione per eius hæresin: ita glossa in eo cap. & Angelica hæreticus. §. 15. Intelliges si eius hæresis sit manifesta per sententiam; aut saltē quæ possit probari ut ibi tenet Angelica, quia licet nondum sit processum ad probandum illum hæreticum, possunt nihilominus debitor est tueri se exceptione hæresis contra eius petitionem, & cum per citatum cap. ipso iure sint absoluti non peccabunt, neque iuramento suo contravenient.

*Prop. 31.*

Bona hereticorum antiquitus relinquiebantur filiis catholicis. Patet in concilio Toletano. 4. cap. 59. refertur à Gratiano. 1. q. 4. Iudei baptizati. Cum verò iuxta varietatem temporum statuta varientur humana, præsertim cum vrgens necessitas, vel evidens utilitas id exposcit, ex cap. Non debet, extra. de consanguini. & affinit. & d. 29. per totam; illud iustè fuit variatum: vide in Alfonso lib. 2. de punit. cap. 10. Ratio inde sumitur, quia pater non minus est dominus bonorum suorum quia filios habet, quam si non haberet, ideo cum filius in tali confiscatione nullis bonis priuetur, respectu filiorum non est quare parentes timore poenarum non retrahantur à peccando iuxta illud Horatii in epistola ad Quintium. Oserunt peccare mali formidine poenæ.

Inter poenas non reputatur minima, paupertas; quam sibi & filiis timent parentes, qui ad thesaurizandum filiis naturaliter, aut quasi naturaliter inclinantur.

*Bartholomæus Alvarus præfatus Toletanus in summa cõ. eili. Præfatus dicitur voluisse scribere.*

Alfonso Castro loco citato refert se vidisse multos in Flåndria qui Hispaniam hac de causa impetebant, quod omnia iura contra hereticos tam rigidè obseruaret. Nec defuit in Hispania qui canonem citatum concilij Toletani desideraret obseruari, seu innouari. Durante lege quæ bona est nequeunt iudices inferiores lege, quia illi subduntur, nisi secundum eam iudicare, sicut dixit Augustinus, lib. de vera religione refertur à Gratiano. d. 4. cap. In istis. Tunc enim non ipsi hereticos priuant bonis, aut alios damnat sed lex. Hieronymus super Hieremiam ait refertur à Gratiano. 23. q. 5. Homicidas, sacrilegos, & venenarios punire, non est effusio sanguinis, sed legum

legum ministerium. Vnde in cap. De causis, extra. de officio iudicis delegati præcipiebat. Alexan. III. cuius est ille textus, quod certa poena expressa in canonibus, ea infligetur, ubi non erat expressa, pro delicti qualitate, & causæ arbitrarie imponeretur, & in cap. vlti. de transact. Inquisitoribus nullæ poenæ, aut saltem paucissimæ remanent in arbitrio, quæ vel per canones, vel peculiare instructiones habent illas iam taxatas. Si à legum vel canonum conditoribus profilijs catholicis aliquantum rigoris minueretur fortassis non absere fieret, neque desineret præ se ferre pietatem. Primò, quia quandoque expedit seueritati aliquid detrahere, in cap. citato de transactionibus. Secundò, quia cum fiscus succedat in bonis, & sæpè filij tam sint parui, quod nisi elemosynis sustententur nulla eis alia sint remedia, eiusmodi elemosyna si defalcaretur ex fisco non desineret esse piura. Tertiò, quia cum inter iurisperitos non satis conueniat si portio legitima, quæ de iure naturæ conuenit filiis in bonis parentum, possit confiscari, quibusdam affirmantibus, quibusdam negantibus. Vide in Angelica, verbo Legitima. §. 17. tenente cum eis qui negant, quid quid sit de subtilitate iuris in contrarium: & in Rosella. §. 19. quæ videtur transire cum tenentibus quod possit confiscari, eum quibus est & Siluestrina. §. 5. saltem si hæc relinqueretur filiis catholicis loco alimentorum, vel pro parvulis vsque quod perueniant ad ætatem qua se possint sua industria alere, cessaret cautela filiorum tuentium se opinione contraria, quod saltem in foro animæ possunt autoritate sua sibi capere legitimam & retinere. Quod alia iurisperitorum opinione tueri nituntur, videlicet, quod in dubio semper contraria fiscum sit iudicandum. Dixit enim quidam Modestinus in lege decima de iure fisci, se non putare delinquere illum qui in dubijs contra fiscum facillè responderit. Nam quoties fiscus de lucro confiscationis litigat, aduersus fiscum est in dubio iudicandum. Habetur & de reg. iuris lib. 6. In pari delicto vel causa potior est conditio possidentis: Idcirco semel ablatum pro alimentis restituere nolunt, neque ad excõmunicationem pro manifestandis bonis damnati parentis respondere. Alfonso Castro lib. 2. citato cap. 26. duò contendit.

**Ynum**

Vnum ad propositum, quod si filius catholicus sit, qui patrem denunciauerit hæreticum iudicibus, absoluendus ab omni poena sit, quæ à iure infligitur filiis hæreticorum, & sic suam habebit legitimam: potest inuari, ex capit. Caritatem. 12. q. 2. & d. 79. cap. Si quis Papa. secundum quod talis Pater à filio delatus mitius puniatur.

Prop. 32.

Bona, quæ confiscantur, sunt bona mobilia, immobilia, se mouentia, iura, actiones, atque etiam iura sepulcrorum: ius patronatus cum sit ecclesiasticum, & natura sua transeat ad hæredes extraneos, quorum loco succedit filius, filii esse debuit: dicitur vero iam obtentum, quod non publicetur sed Ecclesia libertatem consequatur, sicut liberantur alij obligati hæreticis supra. p. 30.

Prop. 33.

Bona aliena inuenta inter bona hæretici non sunt confiscanda, sed suis dominis restituenda: quia non debet vnus spoliari bonis proprijs ex alieno peccato. Neque multum interest, dicitur in cap. Sæpè de restitu. spoliat. quoad periculū animæ, iniuste detinere, aut inuadere alienum. Prohibitio nanque septimi præcepti non est solum de accipiendo alienum, sed de retinendo: Inde & in cap. Indignè. 12. quæst. 2. æquiparatur inuasio rerum ecclesiasticarum, & iniusta possessio; & iniqua, vel iniusta defensione in eis perdrare.

Corol.

Hinc deducitur quod confiscatis bonis viri, non confiscatur ex eius delicto dos vxoris nisi scienter nupsisset hæretico: deciditur in cap. Decreuit de hæreticis lib. 6. Vbi ait glossa, quod præsumuntur ignorare nisi probentur scire iuxta regulam iuris eo lib. Præsumitur ignorantia ubi scientia non probatur. Idem iudicium esse debet de alijs bonis vxoris, quæ verè bona illius sunt, vt paraphernalia atque dimidia pars bonorum lucratorum, quæ in his regnis mulieri deueniunt, sunt enim lucra viro & vxori communia, vnde decunque cuius illorum ea lucretur, siue ex negotiatione, siue ex opificio.

Corol. 2.

Indè etiam deducitur, quod legitima quæ obuentura est filio mortuo patre, si filius fiat hæreticus patre viuente non potest confiscari, neque à viuente patre extrahi, quoniam

niam pater dum viuit est verè dominus & non filius: Secus foret in legitima ex bonis maternis matre id temporis iam defuncta, quia illa iam est filij & non patris. Alioquin quædò bona patris confiscarentur, vel alia eius debita forent soluenda; legitima illa fieret fisci, & alijs debitis obnoxia, quod in contrarium fieri videmus.

Corol. 3.

Hinc etiam ego non credo veram indistinctam opinionem Calderini quam sequitur Dominus Didacus Septimancensis in lib. Suarum institutionum. cap. 9. quod cum bona Ecclesiæ non sint propter hæresin clerici publicanda, alioquin publicantes seu confiscantes incurrunt excommunicationem à qua non possunt absolui ante satisfactionem nisi in mortis articulo, deciditur in Clementina. 2. Nolentes de hæreticis, quod in eo, qui confiscat libros monachi Franciscani, prædicta sanctio non habet locum, quia non sunt monasterij, quod nihil proprium habet. Ego dico quod nisi habeatur Romani pontificis concessio, aut declaratio prædictæ Clementinæ, cū res quibus fratres minores vtuntur ad vnum de duobus dominis pertineant, vel ad dante, si dominium reseruauit sibi, vel ad Romanam Ecclesiam si à se dominium abdicauit, aut donado: nihil explicuit, vt declarauit Nicolaus in cap. Exijt qui seminat de verbor. significa. ante confiscationem talium librorum, si probetur donantem sibi retinuisse dominium eis sunt restituendi, sicuti alia bona aliena: si non sibi retinuit, cum talia bona sint Ecclesiæ Romanæ non possunt in sæcularem fiscum deuenire, sed ipsius Romanæ Ecclesiæ permanent Romani pontificis arbitrio disponenda, cuius dispositio si non habeatur noua, iuxta communem, & antiquam est, quod manente dominio sedi prædictæ vsus illorum à prælatis dispensetur. Neque obstabit quin restituantur vero domino reseruanti sibi dominium quod in ordine sunt constitutiones contra fratres ea conditione recipiæ res libros, quia præsumitur talis dominij reseruatio fieri in fraudem procurarij; à fratribus, vt eis liceat liberius sine prælatorum scientia & assensu alieno nomine de illis disponere: quia esto frater nisi ex poenam statuti incurrat, si à parte rei verum sit reseruasse dantem sibi dominium verus dominus illorum

illorum permanfit. Bene ad opinionem Calderini, confifcās libros illos referuati domini poffet nihil Ecclefiafticum: cō-  
fifcare, fi libri laicorum funt: Qui etiam tales libros Romanæ  
Ecclefie confifcaret, nihil alterius Ecclefie Romanæ Eccle-  
fie applicabat, fed fuos libros Ecclefie Romanæ dabat.

*Prop. 34.*

Bona quæ apud Hispanos vocantur Maioratus, fiue Ma-  
ioria, quæ latine dici poffunt primogenitura, quia deueniūt  
filij primogenitis hæreditaria fucceffione, quorum bonorū  
tales filij funt vfructuarij duntaxat, permanentibus ijs bo-  
nis in fuis radicibus pro futuris & fucceffentibus, an poffint  
confifcari, & quomodo quæftio eft, in qua non conuenit in-  
ter Doctores. Frater Alfonsus Caftro lib. 2. de punitione. c. 7.  
cenfet idem de primogenituris, quibus annexum eft vincu-  
lum, quod fupra de regno hæretici regis dictū eft. p. 30. quod  
deuenient non fifco fed fucceffori. Subdit vtro prudenter, qd  
de hac re nihil certum definire vult, fed iuris ciuilibus peritis  
relinquere quorum hoc proprium eft munus. Ego, quoniam  
ex ea quæftione funt aliqua dubia in conscientia, non nihil  
fum dicturus. Primò, quod talium maioratum: institutio,  
non eft tam prophana, aut inutilis, quantum quidam autu-  
mant. Quod liceat patribus filios meliorare, aut alijs filijs  
alium præferre in aliqua hæreditatis portione exemplū eft  
Iacob patriarcha Genef. 48. meliorans Iofephum dicens ei.  
Do tibi partem vnā extra fratres tuos, quam tuli de manu  
A morræi in gladio & arcu meo. Quod primogenitis maior  
pars deueniret in bonis paternis, quam alijs filijs docet Lyr-  
anus fuper cap. 49. Genefis in benedictione Iudæ. ibi Prior in  
donis: ait: fcilicet deberes efle ratione primogenituræ, ratio-  
ne cuius debebatur tibi duplex portio in hæreditate ac bonis  
paternis refpectu fratrum tuorum. Hæc fuit poftea Diuinæ  
legis difpofitio. Deut. 21. Si habuerit homo vxores duas, vnā  
dilectam & alteram odiofam, genueritque ex eis liberos, &  
fuerit filius odiofe primogenitus, volueritque fubftantiam  
inter filios diuidere: non poterit filium dilectæ facere primo  
genitum, & præferre filio odiofe: fed filium odiofe agnofcet  
primogenitum, dabitque ei de his quæ habuerit cuncta du-  
plicia. Iste eft enim principium liberorum eius, & huic de-  
bentur

*Institu-  
tio maio-  
ratū nō  
eft vana.*

bentur primogenita. Ex hoc loco poffumus refpondere  
calumniantibus, vt afignatio primogenituræ, id eft, ma-  
ioratus de qua modo loquimur, penes parentem efferet quo  
non maiorem fed meliorem eligeret ad fucceffionem: item  
cum etiam ante legem Moyfis hæc duplicata portio deue-  
niret primogenitis, fiebat inftinctu naturæ, aut faltem quali  
de iure gentium. Neque libertas parentum ad remouen-  
dum Maioratum ex vno in alium defineret habere incon-  
uenientia plurima. Si in Diuinis libris translata videmus  
primogenita, Dei nutu factum eft quod Ifaac præferretur  
Hifmaeli. Genef. 17. & 21. In Ifaac vocabitur tibi femez:  
Iacob Esau. 27. Ephraim Manaffe. 48. Iudas ex delicto ami-  
fit primogenita, afcendit enim cubile patris. 49. id eft, dor-  
miuit cum Bala Iacob vxore, vt, ibidem capit. 35. Duplica-  
tam portionem in bonis patris habuit Iofeph, cuius duo filij  
Ephraim & manaffes facti funt duarum tribuum capita, de  
quibus dixit Iacob filio Iofeph. ibi. 48. Duo filij tui, qui na-  
ti funt tibi in terra Aegypti antequam venirem ad te, mei  
erunt, Ephraim & Manaffes: ficut Ruben & Symeon repu-  
tabuntur mihi. Reliquos quos genueris tui erunt, & nomi-  
nefratrum fuorum vocabuntur in poffeffionibus fuis. Inde  
in Apocalypfi Ioannes. cap. 7. vtranque tribum nominauit;  
tribum Ephraim patris nomine tribum Iofeph: tribum Ma-  
naffe nomine proprio. Alias primogenitorum dignitates vel  
prærogatiuas debitas Ruben, Deus etiam tranftulit: impe-  
rium, & regni honorem in tribum Iudæ, fic prophetauit  
Iacob. ibi. 49. Non auferetur fceptrum de Iuda: ipfe nanque  
Deus elegit fibi Dauid. 1. Reg. 16. Merita fuit tribus Iudæ  
regnum, quando diuifo mari rubro in tot diuifiones quot  
erant tribus. Pfalm. 135. diuifit mare rubrum in diuifiones:  
feu quod probabilius eft in vnā duntaxat, quæ per fyn-  
dochen vocatur plures, cunctis expaufcentibus, aquas hinc  
inde quali murū Exod. 14. & tranfire timentibus, princeps  
tribus Iudæ, qui fuit Aminadab aut filius eius Naafon qui  
numeratur princeps primo die mensis fecundi anno altero  
egreffionis ex Aegypto, num. 1. cum tribu fua primus intra-  
uit poft Moysen. Vnde illud cantico. 6. Anima mea contur-  
bavit

Z

bauit me propter quadrigas Aminadab. Admirata quippè fuit Ecclesia illa fidelium animositate principis Aminadab, si fuit qui tunc principabatur; si fuit filius Naafon iam patre mortuo, quadrigæ adhuc parentis nomen tenebant. Expositores catholice aliter hunc canticorum locum interpretantur, vt Aminadab non sit nomen proprium, sed appellatiuum, mihi in præfenti priorem interpretationem dare placuit. Sacerdotium (quod etiam primogenitis obueniebat vt dicit gloss. ordin. sup. Genes. 27. in illo verbo. vestibus Esau valde bonis induit Rebecca Iacob. gloss. Hieronymus, & in hoc loco tradunt Hebræi primogenitos functos officio sacerdotum, & habuisse vestimentum sacerdotale, quo induti victimas offerebant, antequàm Aaron in sacerdotiũ eligeretur) Deus in tribum Leui transtulit. Non itaque definit esse conformis antiquæ Diuinæ dispositioni melioratio primogeniti.

*A maioribus possunt excludi feminae. Potest prohiberi eo vñ alienatio.* Ex alijs duobus nituntur carpere hos maioratus, quia imponitur vinculum iniquissimum omnem prætergrediens vanitatem, ne illa bona diuidantur, permutentur, aut alio quouis modo alienentur: Deinde à multis excluduntur foeminae, quo nihil iniquius potest excogitari: Quod talia bona permanere possint non intermixta alijs, neque cum eis. confusa exemplũ habemus in Diuina dispositione ordinante, quod possessiones filiorum Israel ex vna tribu in aliam non transferrentur in perpetuum, sed tantum vsque ad annum iubi-  
lei, quo anno ad dominos reuertebantur. Leuitici. 25. &c. 27. Filia Salphaad videntes ad diuisionem terræ promissæ per Moysen ex iussu Domini viros tantum numerari, Num. 26. conquestæ sunt Moysi se exclusas ab hæreditate patris sine filijs maribus de mortui, cum id pater non fuisset commertus, qui contra Dominum rebellis non fuerat in seditione Chere, propter quod Moyses, consulto Domino de dando iudicio in hac petitione, præcepit Domini iussu quod in defuncti marium succederent foeminae in possessione parentum, Num. 27. cum viri illius tribus conquererentur quod si filia Salphaad non possent aliter tribus viris ad alienam tribum possessio sua tranfere: respondit Moyses Domino præcipien-

te quod nubere viris tribus suæ: quod & de quibuscunquẽ viris ac foeminis præceptum fuit ibi cap. vltimo. Vbi translatio nostra videtur discordare ab Hebræica sicut ibi notat Lyranus & multo magis Paulus Burgenfis, quia in Hebræo non habetur: omnes viri ducent vxores de tribu & cognatione sua, sed habet, Omnis filia quæ hæreditabit hæreditatem, vni de cognatione patris sui erit vxor, & cum hac lectione transit Sanctus Pagninus in sua traductione. Transit cum ea & litera græca Septuaginta interpretum, vnde lex illa comprehendebat duntaxat foeminas in patris hæreditatem succedentes. Sed quia traductio nostra rejicienda non est habes in breuiloquio. i. in prologo. p. 7. potest dici, quod nostra litera dum ponit: omnes enim viri ducent vxores de tribu & cognatione sua, sit hoc reducendum ad præfatæ petitionis filiarum Salphaad intentum, vt scilicet viri tunc essent obligati accipere vxores de suis tribubus: quando tales filie in paternam hæreditatem succederent, & cum talis eam duxisset, alij præcepto non erant astricti, quia non super omnium singulos id præcipiebatur, sed indistinctè in omnes, & per aliquem illorum tale præceptum adimpleretur: Ex his patet non esse tam vanum, & iniquum hæreditates Maioratum manere impermixtas, & non alienatas: neque etiam tam iniquum filias excludi per quas facillè deoluuntur hæreditates ad alienos, maiusque onus, & in finem conseruandorum talium bonorum incertius foret obligare eas ad nubendum viris familiæ suæ. Propter quod satis illis prouidetur cum in alijs bonis liberis patrum succedunt, & ijs deficientibus legitima, aut alimenta ex eisdem bonis vincularis dantur, remanent verò illi maioratus in successoribus maribus eorum qui Maioratus instituerunt.

Secundò videndum est quomodo in Hispanijs ij Maioratus institui soleant? Dico quod tripliciter: aut privilegio Regis: aut beneficio legis disponentis quod parentes possint filios in tertiam & quinta bonorum parte meliorare impositis quibusuis grauaminibus: Vel donatione vnius potentis donare, qui ea lege donat siue inter vivos siue causa mortis alij, vt ea bona cum grau-

*Quomodo instituantur.*

mine succedant semper filijs maioribus neque vnquam alienentur.

*Prop. 35.* Maioratus priuilegio Regis instituti confiscantur possessore incidente in aliquod trium criminum videlicet, hæresis, læsæ maiestatis, nefandæ Sodomix. Patet, quia hæc tria crimina semper excipiuntur, ideò ille qui deberet succedere delinquenti post vitam nihil bonorum illorum poterit occultare in conscientia, neque retinere.

*Prop. 36.* De maioratibus institutis beneficio legis, quando instituens excipit quòd propter nullum illorum criminum confiscantur, controuersia est inter iurisperitos an conditione non obstante possint confiscari. Dominus Iacobus Septimancensis tenet partem affirmatiuam. lib. suarum institutionum catholicarum capit. 9. citat pro se collegam suum Franciscum Galindum in regia disputatione cap. 18. non cito numeros ubi hanc tractat quæstio. Septimancensis, quia tres illius libri feruntur editiones. Rationes suæ sunt. Prima, quia nemo potest facere dispositionem contra statum legis: sed est contra legem quòd bona hæreticorum non confiscantur: igitur tales Maioratus possunt confiscari. Secundo, ille primogenitus est vere dominus illorum bonorum, igitur eo facto hæretico possunt confiscari. Probat antecedens quia aliàs vacaret dominium & nullius esset. *Confir.* Neque est lex, neque aliud iudicium auferens ab eo dominium. *Confir.* secundo. Quando rex dat facultatem obligandi, permutandi, vendendi, alienandi talem maioratum non dat de nouo dominium, sed liberat possessorem à vinculo & obligatione. Neque posse aut non posse alienare est de diffinitione, seu intrinseca ratione dominij, cum iuxta Paulum Galat. 4. quanto tempore hæres paruulus est nihil differat à seruo, cum sit dominus omnium sed sub tutoribus & actoribus est, qui tamen alienare non potest. *Alia opi.* Aliorum opinio est in contrarium refert eam ipse tanquam falsissimam tacitis autoribus, tenent tamen illam Gregorius Lopez super sextam partitam legum Hispanarum titul. 11. lege. 6. qui senator fuit regij senatus India-

Indiarum, tenet cum eo quidam Tellius Fernandez aduocatus Granatenfis prarorij supra leges Tauri. leg. 27. qui post dominum Septimancensem scripsit, eiusque opinionem impugnat: ipsi pro se alios citant iurisperitos. Rationes ad hanc sunt. Primo, quia confiscatio non debet fieri cum iniuria alterius, supra propos. 33. sed bona eiusmodi Maioratus sunt obnoxia restitutioni, quia debent restitui sequenti successori igitur non possunt confiscari. *Confir.* quia talis prohibitio alienationis, & quòd non deuenirent ad fiscum ratione delicti, fuit facta in fauorem alterius, & non ipsius delinquentis, quia si ipsius delinquentis possent vere confiscari: igitur ille alius non debet propter delictum possidentis puniri. Secundo: In hac vocatione ad Maioratum vocantur & substituuntur plures personæ, ex qua plurimum personarum vocatione fit tot esse donationes quot personæ substitutæ, quia sic fit donatio, ac si cuiusque particulari donaretur, & hoc ab instanti ipsius donationis, quando ipsa suam consequitur effectum: igitur delictum vnus possessoris non euacuat alterius donationem, & per consequens illa debet permanere, & non transire ad fiscum. *Confir.* Fiscus occupat bona tanquam successor illius delinquentis, sed nemo plus iuris transfert in alium, quàm sibi competere dignoscitur: de reg. iuris lib. 6. Et ibi alia regula. Is qui in ius succedit alteri, eo iure quo ille uti debet: igitur si fiscus non potest illa bona publicare, & in se incorporare, sed alij donatario restituere: si non haberent illa bona conditionem quòd protinus commisso delicto transeant ad alium, posset fiscus vtens iure delinquentis gaudere illis bonis pro delinquentis vita, & non amplius. *Confir.* secundo. Fiscus succedens in bonis tenetur ad debita legitima illius cui successit: igitur à simili in proposito. *Confir.* tertio: Alij donatarij non succedunt possessori delinquenti sed fundatori, igitur nõ sunt fraudandi bonis relictis à fundatore. Tertiò principaliter probatur: Illa bona Maioratus receperunt conditionem & limitationem per voluntatē instituentis, atque donantis, sed institutor non fecit donatarios absolute & simpliciter dominos, verum cum conditione, &

*Argu. 1.**Argu. 2.**1. Confir.**2. Confir.**3. Confir.**Argu. 3.*

*Ad arg.  
alterius  
opin.*

ad tempus vitæ, igitur ex vnus delicto non amittitur domi-  
nium conditionatum & temporale aliorum. Atque hac ra-  
tione soluitur fundamentum alterius opinionis, quia domi-  
nium non vacat, neque est absolutè illius hæretici, neque  
confiscato tali Maioratu confiscantur bona hæretici, sed bo-  
na aliena restitutioni obnoxia: neque donatarij substituti at-  
que vocati succedunt hæretico, sed fundatori, ideò non de-  
bent alterius odio prægruari vt habetur de reg. iuris lib. 6.  
Ex consulto non recitari leges quas vtraque opinio pro se  
citatur, quia id est iuris peritorum: Differentia tamen Maiora-  
tus instituti facultate Regis, atque huius tertij & quinti fa-  
cultate legis ea mihi videtur esse ad propositum de quo lo-  
quimur, quòd institutus facultate Regis fit in maiori quan-  
titate idcirco quòd excipiantur crimina propter quæ amit-  
tantur est consentaneum: Qui fit in tertio & quinto non ita  
grauat filios, neque defalcatur ex paternis bonis. Tertia enim  
pars est in qua filius vnus præfertur alteri, quinta liberè po-  
test etiam extraneis legari, idcirco filius qui melioratur in  
quinta parte, legata ad pias causas, & funeralia, & legata libe-  
ra soluere atque adimplere tenetur. Hac prouidentia vrun-  
tur habentes regiam facultatem, quòd expriment se respec-  
tu tertie & quinte velle vt beneficio legis, respectu super-  
abundantis facultate Regis, & denique meliori via & potesta-  
te qua possunt, talis actus qui potest geri ex duplici potesta-  
te sustentetur ex illa qua melius & fortius valere potest. Fa-  
cit cap. Nisi essent extra de præbendis. & capit. literas. de  
præsumptio. vbi habentes potestatem delegatam & arbi-  
trariam possunt simul vtrâque vti. Tunc conditio apposta  
quòd non confiscentur, sed in successorem transeant, non ha-  
bebit locum in superabundanti, sed in tertio & quinto; illud  
superabundans confiscabitur ex delictis exceptis in faculta-  
te regia.

*Prop. 37.* Maioratus institutus ab eo, qui bona sua donare, atq; libe-  
rè alienare potuit in quem vellet, siue laicus is fuerit, siue cle-  
ricus multò minus possunt confiscari appostis præfatis con-  
ditionibus. Patet ex prædictis: Atq; etiam ex eo, qd talis do-  
natio cum fit, vel maxime appropinquet iuri naturæ, secun-  
dum

dum quòd dominus potest rei suæ dominium in alterum trans-  
ferre, minus patitur interpretationem, quam illa quæ facta  
beneficio legis prætenditur regulari ad factam facultate Re-  
gis. Quod in his & similibus quibus homo prudens considera-  
re debet, est: Vbi opiniones sunt, incertissimus fit euentus  
litigiorum, vnde potest in vno tribunali obtinere victoriam,  
in alio ad quòd fuerit appellatum succumbere. Id maxime  
locum habet apud Hispanos in prætorijs Granatensi, atque  
Pintiano, quia illorum prætoriorum senatores nec latum  
vnguem discedere à legum litera solent: Supremi Regij se-  
natus senatores latius disponunt, cum ibi & condantur le-  
ges, atque exponantur conditæ, sæpè non tam verborum ri-  
gorem, quam vel mentem, aut rationem, siue finem pacifi-  
ci conuictus, & totius regni bonum, regimen attendentes, re-  
uocant inferiorum prætoriorum sententias. Inde admirati plu-  
rimi litigantes atque aduocati acclamant iniustas sententias,  
se aut suos clientulos damnatos cum iniustitia. Ex varietate  
opinionum ferè nulla est causa, quæ aduocati patrocinio ca-  
reat promittentis parti suæ victoriam. Deberent certè meo  
iudicio aduocati clientes suos informare de opinionibus, &  
vario euentu, cum ignoretur cui Iudex adhærebit, ne locus  
remaneat querelæ se deceptos, expensas & principale perdi-  
diffe. Hinc & aliud incommodum oboritur, quòd allecti iu-  
dices fauoris expectatione, aut aliqua vtilitate nunc in hanc,  
nunc in illam opinionum declinati variant in sententiarum  
pronuntiationibus, dum in vna causa hanc sequuntur, in alia  
alteram. Ad conscientiam vero attendentes, quia multi oc-  
cultant bona contra fiscum, & se tueri opinionibus nituntur  
fit sequens conclusio.

Qui Maioratum, aut similem rem de qua sunt opiniones *Prop. 38.*  
posuit in litigio, data sententia contra se nihil illius potest li-  
cité vsurpare aut retinere, sed restituere tenetur. Proba-  
tur. Tanta est iudicialis autoritas, vt pro ea semper debeat  
præsumi, cum iudex non ad vnam solam probationis speciem  
applicet mentem suam, sed ex multis animum suum  
informet, quæ omnia in sententijs proferendis non expri-  
muntur, docetur in capit. Sicut: extra de sententia & re



iudicata: & in capit. Cum ad sedem. de restitut. spoliatorum: & in cap. In presentia: de renunt. & in cap. Bonæ, de electione. Igitur post sententiam iudicis nihil potest contra illam usurpare. Confirmatur. Talis subiecit se iudicis sententiæ, igitur illi tenetur obedire. Confirm. secundò, quia ubi est opinio rigorosa, & æqua, sequenda est æqua altera dimissa, dicit enim capit. vnico. de rerum permutat. lib. 6. Bonifacius. VIII. cuius est ille textus se ita facere præferreque æquitatem rigori, sed est æquissimum stare iudicis sententiæ quæ probabilis nititur opinioni; igitur quantumcumque altera in rigore verior esset parendum est iudici.

*Prop. 39.* Qui ante litigium fretus opinioni, quod talia bona confiscari nequirent, aliqua illorum occupauit occultè, & retinuit, si post sententiam teneatur restituere maius dubium est. Ad quod recurrendum est, pro sciendo si in tali occupatione peccatum fuit, ad ea quæ dicunt summæ, & præcipue Angelicæ, verbo. Compensatio. §. 2. & Furtum. §. 40. & 41. Videtur quod talis (non tractando si peccauit aut non) si opinionem illam habuit pro vera, & res quas occupauit bona fide consumpsit, quia erant consumptibiles, restituere non teneatur quia talis persuasio probabilis quod res est sua (hanc in præfenti vocò bonâ fidē non obstante aliqua formidine ad oppositam opinionem, quia proprium est opinionis quantumcumque veræ formidare alteram partem) dedit tali possessori, quod dat emptori rei furtiue durante existimatione quæ erat propria vendentis: primò quod non tenetur restituere dum credit propriam: secundò, quod fructus consumptos ea durante nunquam teneatur restituere. Vide Angelicam restitution. i. §. 4. Rosellam. restitutio. 7. §. 19. Siluestrinam. eo verbo. 3. §. 7. Alia etiam dat quæ vide ibi. A simili igitur dicendum mihi videtur in sequentibus probabiles opiniones doctorum quod res sua sit. Quando res occupata extat, aut ex illa factus est ditior, dicenti, quod post sententiâ moti litigij restituere teneatur non resistere propter rationes factas in præcedenti, addendo quod iudicis sententia sit non solum contra ea, de quibus litigatur, sed se extendat ad fructus, aut alia bona occulta.

occultata annexa, siue egredientia ex bonis confiscatis: quia si de illis iudex resciret in eis condemnaret. Facit regula iuris lib. 6. Accessorium naturam sequi congruit principalis. Glossa ibi ponit casum ex cap. De prudētia, extra de donat. inter virum & vxorē: ubi iudices delegati ad cognoscendum de impedimēto affinitatis eo ipso quod cognoscere poterant de matrimonio dicitur, quod accessorie poterant cognoscere de dote. Si quis autem dixerit contrarium, eò quod talis habet pro se sufficiens iudicium doctorum, & sententia lata potius debeat coarctari, quàm extendi, neque supra alia feratur, quàm super ea de quibus motum fuit litigium, atque in illis condemnet à solo tempore incepti litigij, res autem illa occupata non fuit occupata post sententiam, neque post motum litigium, quia tunc accessorie videretur sequi sententiam de principali fuit autē occupata quando tam occupantis, quàm fisci erat par causa, dicitque regula iuris lib. 6. In pari delicto vel causa potior est conditio possidentis, non audeam per hæc philosophanti aut similia contradicere, neque talem occupantem condemnare si non restituat.

Fit autē dubium in casu quod occupans bona talis maioratus, aut vinculi habentis clausulam quod nequeat confiscari occupauerit maiorem quantitatem, quàm sint fructus potentes deuenire sibi: primò, si tenetur illa bona conuertere in radices pro successore: secundò, quid faciet de illo superabundanti. V.g. fructus talis vinculi valent ducatus ducentos, occupauit ipse mille. Dico ad primum, quod si mille ducatus quos occupauit fuerant demãdati à fundatore ad emēda bona immobilia, quorū fructum caperet usufructuarius, nō potest nisi emere, & bonis emptis apponere easdē condiciones quas apposuit fundator illis, quæ fiscus usurpauit, & hoc secreto & valde occultè. Sin autē illa bona occupata nō habēt talē obligationē, sed possunt cōputari in fructus, occupans nō potest totā illam quantitatem absumere, nisi duntaxat respectiue pro tempore sui usufructus, putà vixit duos annos, habebit quatercentū ducatus: sexcentos reliquos legabit successori, appositis conditionibus occultè, vt successor non habeat nisi etiā fructus sibi correspondētes: & sic deinceps alter sequens.



*Prop. 40.* Olim bona hæreticorum tripliciter diuidebatur ex Pontificijs cõstitutionibus. Vna pars dabatur domino temporalit: Secunda officio sanctæ Inquisitionis: Tertia Ecclesiæ Romanæ. Vide Siluestrinam Hæresis. 2. §. 12. Hodie in Hispania bona hæreticorum sæcularium confiscantur officio sanctæ Inquisitionis pro salarijs, & alimentis, alijsque expensis necessarijs. Ex quibus bonis de vno loco, seu territorio in quo confiscantur, prouidetur inquisitioni etiam alterius territorij, si eger. Patrimonium clericorum, & alia eorum bona propria confiscantur, quia sunt bona hæreticorum: secundum aliquos pertinebant ad episcopum, vt in pios vsus distribueret, dicitur verò quod ex quadam extraneaganti Bonifacij applicantur fisco pro alimentis eorundem clericorum: poenitentium, & aliorum pauperum, & salarijs, alijsque expensis officij inquisitionis. Audiui à quodam inquisitore, quod cum bona memoriæ Paulus. IIII. quandam summam ducatum legasset in testamento officio inquisitionis Hispaniarum, quibus insectaretur hæreticos, extulerat enim in cõlucuram & diligentiam Hispaniæ contra hæreticos, is contractus intercessit inter Hispaniæ Regem & inquisitores, quod demptis iuribus quæ hæretici super patrimoniũ regium habebant quod liberum permaneret, aliorum bonorum partem fisco regio debitam ipsi haberent loco illius summæ, in quo plus commodi officio inquisitionis accreuit. De his cõfiscationibus, quomodo, & quibus fiat ipsi inquisitores in suis habebunt instructionibus, alijsque iurisperiti discutient, quorum est proprium.

*Prop. 41.* Hæreticus ante iudicis condemnationem non tenetur bona sua reddere fisco. Hæc est communis cõtra Alfonso de Castro lib. 2. de punit. hæret. cap. 6. qui ad probandam & roborandam suam opinionem, quia videbat ei ab omnibus contradici, postea duos libros illos edidit de potest. legis poenalis. Pro se ipse pater Alfonso lib. 2. de potest. cap. 8. citat quatuor theologos, diuum Thomam, Adrianum, Caietanum & Ioannem Metinã Complutensem: citat pro se multos iurisperitos quos nescio quorsum alleget, cum dixerit in epistola nuncupatoria ad episcopum Conchensem, se hæc rem libenter & amice

& amice cõ iuris humani peritis partiturũ, vt legum humanarum interpretationem illis theologis relinquat, ipsi theologis concedant de illarum potestate atque iustitia disputare, quia illa sine legis Diuine cognitione nequaquam recte intelligi potest. Cum igitur questio sit, an lex continens sententiam latam obliget ad poenam ante iudicis cõdemnationem theologum non iurisperiti citandi erant iuxta suam partitionem. Hanc nostram communem tenet Angelica Assafinus. §. 4. & poena §. item. 4. Rosella Assafinus. §. 1. refert Panor. tenentem quod Alfonso, & dicit in hoc reprehendi ab omnibus. Ad idem vide Siluestrinam Assafinus. §. 5. & hæresis. 1. §. 8. Ex iunioribus scripserunt pro hac nostra cõmuni post Alfonso, dominus Septimancensis citatus. c. 9. Dominicus de Soto de iustitia & iure lib. 1. q. 6. ar. 6. Ad conclusionem est vna ratio aut altera. Iudex & legislator differunt, quod vel ex nomine constat, quia legislatoris est cõdere leges: iudicis iudicare, absoluere, aut condemnare ad poenam: igitur legislator condendo legem non damnat aut sententiat transgressorẽ. Dixit enim Grego. c. 1. extra de causa possessionis. Nos contra inauditam partem nihil definire possumus, & per consequens sententia legis ante cõdemnationem iudicis nõ obligat transgressorem vt illam subeat. Alias enim idem esset reus, & iudex. Secundo. Lex non debet obligare ad impossibile, seu ad tam difficile, quod reputetur impossibile. Aristoteles enim. 5. Metaph. cap. 12. Nimis difficilia vocat impossibilia dicens. Impassibilia sunt quæ vix & parũ patiuntur: impassibilia sunt quæ non facile moueantur. Et Hieronymus quod Deus nõ præcepit impossibilia, vide in 3. d. 40. p. 61. Act. 19. dixit Petrus de lege Moyse. Quid tãtatis imponere iugum super ceruices discipulorum, quod nec nos, nec patres nostri portare potuimus? Constat verò legem Moisaicam non fuisse simpliciter impossibilem, sed nimis difficilem, ad eamque Deum obligasse: esset verò nimis difficile si homines per legem humanam obligarent reum, vt ipse sibi poenam infligeret ante iudicis condemnationem, neque consonaret suauitati iugi Euangelici. Nimis enim est difficile hominem priuare seipsum omnibus bonis, deicere se à statu suo honorifico, in extremam paupertatem

se ponere, & totam suam familiam. Difficillimum etiam totam substantiam suam restituere, sine hoc quod peccatum suum prodat, cum nullus teneatur seipsum diffamare: ut habes ex Chrysostomo refertur de poenitentia. d. 1. e. Quis alio quando, ait enim. Non tibi dico, ut te prodas in publicum, neque apud alios te accuses.

*Arum.*

Quod arguitur ex lege confiscationis, in cap. Cum secundum leges de hæret. lib. 6. Bona hæreticorum ipso iure de fratrum nostrorum consilio decernimus confiscata: habent interpretationem conclusioni communi non aduersantem: tibi enim nihil decernitur de executione faciendâ per ipsum reum, neque in dubio est in tam rigidam partem accipiendâ, cum in obscuris minimum sit sequendum de reg. iuris lib. 6. Quando ex verbis aliquid absurdum sequitur non sunt verba attendenda sed mens; dicit enim sanctus Gregorius lib. Moral. 26. cap. 7. refertur à Gratiano. 22. q. 5. cap. Humanæ. Non debet intentio verbis deferri, sed verba intentioni. Extra de verbo signi. cap. Propterea. Plerumque dum proprietates verborum attenditur, sensus veritatis amittitur. Exponitur ergo ipso iure, aut ipso facto non quod reus talem poenam sibi infligat, sed quod ad illam incurrendam non est necessaria alia sententia condenans ad poenam, sed solum declaratoria talem incurrisse eiusmodi delictum: eodem enim ipso quod iudex dicit Ioanem fuisse hæreticum à tali die, bona eius ab eodem die ipso iure fiscus occupat nulla noua sententia expectata, ita habes in Rosella verbo Assassinus. Non enim potest fieri occupatio talium bonorum per potestatem sæcularem, antequam per episcopum, aut aliam personam Ecclesiasticam, quæ super hoc habeat potestatem fuerit sententia super eodem crimine promulgata, ut dicitur in citato cap. Cum secundum. Datibi Rosella vnam cautelam quam dicit optimam, quod si lex vel statutum adderet, quod priuatis bonis ipso facto, ita quod nulla requiratur declaratio etiam super facto: tunc sine sententia declaratoria ligaret. Affert extrauagantem Pauli secundi. Incipit. Ambitiosæ. Vbi beneficia clerici alienatis bona Ecclesiæ absque declaratione aliqua vacant, & ipse tali beneficio ipso facto priuatus existit. Sequitur hoc Siluestri-

*Cautela.*

na. Ex hac extrauaganti licet sumatur argumentum apparen- s pro communi opinione, quod quando ponitur in rescriptis, atque decretis ipso iure, aut ipso facto, nisi addatur sine sententia super facto declaratoria, non incurritur poena ante illam: tamen si apponeretur non est vsquequaque certum, quod liceat legislatoribus humanis tali addito in omnibus obligare: unde pater Victoria relectione. i. de Indis. nu. 14. dicit. Cum priuari bonis in foro conscientie sit poena, nec debeat infligi ante condemnationem non satis scio an ius humanum hoc posset facere. Dico ergo quod in liberis donationibus valet talis clausula, & peccaret retinens bona, & restituere teneretur. V. g. relinquo pro construendo monasterio, aut collegio dotem sufficientem, appono conditionem ingressuris, quod pauperes sint, neque tantam bonorum quantitatem habeant: qui aliter intrauerint nolo ex hac mea donatione alantur, sed ea sine alia declaratione sint priuati: idem etiam esset si propter aliquod delictum eandem poenam imponere intranti collegium, quod qui tale faceret iure collegij sit eo ipso sine alia declaratione priuatus: Si quæ nouitia tale fecerit ante professionem nolo illam bonis meis alii, in casu quod sine dote recipienda fuit: Vbi tam manifesta non foret intentio fundatoris deberet reduci ad formam constitutionum communium, quod requiratur sententia. A simili potest dici de extrauaganti, quod licet collatio beneficii non sit proprie donatio liberalis, cum teneatur beneficii collator de necessitate officij illud conferre, neque semel collatum possit auferri propter ingratitude, sicut possunt aliarum donationes, tamen præ se fert gratiosæ donationis formam. Non enim si tenetur conferre beneficia Ecclesiastica tenetur regulariter conferre huic, sed illi vel alteri, vocatur & beneficia Ecclesiastica Gratia, De rescriptis in Clement. Gratia, & eo. tit. lib. 6. Idcirco Papa tamquam dispensator ministeriorum Dei. i. Corinth. 4. & multiformis gratia eius. i. Petri. 4. talem apponit quasi conditionem obtinentibus beneficia, ut si ea vel eorum aliquid alienare præsumperint, ipsis priuati existant, & illa sine declaratione vacare censeantur. Hoc verò ita est in foro anime; quauis in foro exteriori, quo illa beneficia provideantur alijs necessa-

necessaria est informatio & declaratio illius alienationis. Per idem possunt principes imponere conditionem eis, quibus de officijs prouident, si munera receperint vel in duplum restituant, vel eo ipso absque declaratione suis officijs priuati existant. De excommunicatione, cum ipso facto sine declaratione incuratur, non desunt qui ad idem referant, cum Papa sit dispensator gratiæ Dei, tali gratia in participatione sacramentorum priuat. In quod facit illa potestas specialis à Christo explicata. Matth. 18. Si Ecclesiam non audierit sit tibi tanquam ethnicus & publicanus, igitur ad excommunicationem nõ est necessaria declaratio, sufficit contumacia Ecclesiastici præcepti. Aliunde etiam alij philosophantur. Excommunicatio sic est poena, quod nulla actio ipsius rei exigitur ad eam, ideo cum ibi reus nõ fingatur duplici persona, vñ delicti rei, & iudicis, ipso facto incurritur.

*Aliud argumentum.*

Fit aliud argumentum ex dominio. Fiscus à die commissi criminis est dominus; igitur hæreticus priuatus est dominio. Alias fiscus nequiret donationes factas à tali hæretico reuocare, quas tamen reuocat à die criminis commissi.

*Solutio.*

Huic argumento inuenio duplicem solutionem: vna est theologorum dicentium, quod licet sit dominus ille hæreticus, tamen est priuatus potestate alienandi eo ipso, quod crimen commissit. Est exemplum in pupillo, in conuentu religiosorum, qui verè sunt domini, & tamen non possunt alienare, quod si absq; requisitis solennitatibus alienauerint contractus non valent.

*2. Solutio*

Est alia iuristarum, quod est duplex dominium: vnum civile proprium, & directum, quo sine alia obligatione prohibito voluntatis potest vti & frui donando & alienando, tale dominium habet hæreticus ante condemnationem: Aliud est improprium, & potest vocari vtile, quale habet emphiteota, usufructuarius, & feudatarius, tale est dominium viri in dote vxoris: quidam dicunt quod emphiteota habet civilem possessionem, vnde hoc dominium improprium potest vocari civile: Sed de nomine alij digladiantur, de re hoc fit, quod est dominium perfectum, quando est ius ad proprietatem & vsum rei: quando est ius ad vsum, quia est iuratum iuxta

iuxta aliquè modum, non vocatur dominiũ proprium, quia non est ad proprietatẽ. Dominiũ fisci in bonis hæretici ante condemnationẽ nullo modo est proprium, neq; directũ: imo neq; debet vocari vtile propriè & strictè, imitatur tamen secundum dominiũ, quoniam fiscus habet ius ad vsum & proprietatem: Sicut se cõpatiuntur dominium propriũ in vno; & dominium impropriũ eiusdem rei in alio. V. g. In seruo dotali vxor habet dominium proprium, quamuis secundũ limitationem, quia non potest sine consensu viri illam alienare: vir habet dominium improprium: ita in proposito eorundẽ bonorum fiscus est dominus, & hæreticus.

Ex dictis potest inferri quomodo in cõscientia valeat contractus & alienationes factæ ab hæretico. Stãdo in opinione, quod non est dominus, sed tenetur bona sua reddere fisco; nulla alienatio erit ei licita in cõscientia, quia distrahit res nõ suas. Stãdo in opinione cõmuni potest dupliciter dici: primò, quod nõ valent alienationes, quia licet sit dominus bonorũ priuatur iure alienandi sicut pupillus, & monasteriũ. Ita videtur sentire Rosella Absolutio. 1. §. 19. dum ait, quod ille cuius bona sunt ipso iure confiscata cum bona cõscientia potest retinere: subdit, quod alienatio facta per hæreticũ ante damnationẽ non tenet. Verbo Affasinus. §. 1. & donatio. r. §. 7. facit ad idem, sed est citãdo opinionem Bartoli, quod à die commissi criminis amittit dominium, & administrationẽ bonorum, quæ fuit opinio Alfonso. Aliter respõdet Angelica Poena. §. 3. quod titulo oneroso nõ potest alienare, putã vendẽdo, aut dando in dotẽ, quia cũ fiscus possit occupare, neq; teneatur pretiũ reddere, quod ille alius dedit, possitq; vendicare etiam sibi fructus in edj temporis, decipit hæreticus emptorem: nõ tamen deciperet si esset permutatio hæreditatis pro hæreditate, quæ inueniri posset in bonis hæretici alteri restituenda, ex qua vel simili permutacione bona etiam hæretici fierent meliora. Titulo gratuito posset alienare, quãuis talis alienatio reuocaretur, quia tunc nulla est alteri facta deceptio. Similiter si pro vitæ necessarijs vt victu, & vestitu, quia talis alienatio non prohibetur cum sit necessaria, sed solum voluntaria etiam secundum Bartolum citatũ. Hæc alienatio gratuita daret accipientibus; quod

quod est dictum supra. p. 39. de emente ignoranter rem fur-  
tiam. Addit Angelica, quod si esset delictum totaliter im-  
probabile, quod esse posset in eo, qui nullos testes habet, tunc  
posset alienare titulo etiam oneroso. Idem est dicendum ubi-  
cunque cessaret periculum confiscationis, ut cessat in eis qui  
in Germania & Gallia sunt, cum quibus contractare licet  
emendo, & vendendo. Sed est dubium: Hæretici expilant  
Ecclesias, & diuendunt calices, vestes sacras, & alia, qui eas  
emit Catholicus probè scit esse furtiuas, an teneatur illas re-  
stituere, si non Ecclesiæ à qua furati sunt, saltem Ecclesijs alijs  
Catholicis? Videtur quod qui talem contractum haberet cum  
hæreticis suspicionem de se daret: Qui calicem aliquem, aut  
vestem pro se emerit, quia est sacerdos, aut Ecclesia, maximè  
illo animo ut eas ab hæreticis assereret non peccaret, neque  
ad aliquam restitutionem teneretur: posset etiam emere ut  
Ecclesijs restitueret, quæ ipsum seruarent indemne reddendo  
pretium & suas expensas, credo tamen ei esse illicitum nego-  
tium vendendo carius, quàm emerit, cum verè sciat esse fur-  
tias.

*Prop. 42.* Quarta poena hæreticorum est infamia. Est infamia con-  
traria famæ, sicut fama est illæsa dignitatis status vita & mo-  
ribus comprobatus: ita è contrario ille fit infamis, hoc est sine  
fama, cuius status est vita & moribus reprobatus. Distingui-  
tur infamia tripliciter: vna vocatur infamia facti: alia iuris:  
alia canonica; vide summas, præcipuè Angelicam. Regulari-  
ter omnes infames secundum leges, sunt etiam infames se-  
cundum canones, ut dixit Adrianus Papa refertur. 6. q. 1. c. 2.  
incipit. Omnes verò. Infamia facti multipliciter incurritur,  
& pono duos casus in quibus incurritur. Primus est quando  
incurritur à crimine, ita quod crimen est propria causa infam-  
iæ: inde secundum canones damnatus à iudice Ecclesiastico  
de quocunque crimine, si damnetur propter dolum efficitur  
infamis, non autem si damnetur propter culpam. Vide in  
Angelica verbo Crimen. §. 6. Alius casus est de illo de quo  
apud bonos & graues super aliquo facto est opinio læsa. Hanc  
infamiam non causant dicta paucorum, neque etiam multo-  
rum si sunt leues, maledici, aut maleuoli. Vide cap. Licet,  
el. 2.

*Dub.*

*Prop. 42.*

*4. Poena  
infamia.*

el. 2. de testibus. Personæ graues non dicuntur ex eo, quod sint  
constitutæ in dignitate: aliud est enim dignitas, aliud graui-  
tas, vocantur graues qui non sunt leues, sed bonæ opinionis,  
atque veridici, unde in cap. Qualiter & quando el. 2. de ac-  
cusationibus, dicitur de clamore & fama perueniente ad au-  
res superioris super aliquo delicto, quod non debet procedere  
à maleuolis, & maledicis, sed à prouidis & honestis, & non se-  
mel, sed sæpè. Quando qui diffamant constat sequuntur di-  
ctum vnus solius, omnes illi pro vno reputantur, quia quid-  
quid dicunt habent ab vno, & sic non causatur infamia.  
De infami hoc secundo modo melius & proprius dicitur, *Vide inf.*  
quod est infamatus, quàm quod est infamis. Tali infamato *d. 19. p.*  
si videtur iudici est indicenda purgatio canonica, in cap. *127.*  
Veniens de accusatio. & per cap. Moniales de purgatio:  
canonica.

Infamia iuris incurritur propter crimina publica. Voca-  
tur crimen publicum, quod potest accusari, vel denunciari  
à quolibet de populo: vide Siluestrinam Crimen. §. 3. Ange-  
licam Accusatio. §. 3. & Crimen. §. 6. tale est crimen læse ma-  
iestatis, parricidia, adulteria, atque hæresis, quod est omnibus  
illis grauius. Spectat enim ad publicam vtilitatem, quod ta-  
lia puniatur, ne respublica incommodetur eò, quod rema-  
neant impunita. Quoniam verò peccata omnia mortalia ad  
iudicium publicum Ecclesiasticum spectant punienda iuxta  
id. Dic Ecclesiæ, si Ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam  
ethnicus. Matth. 18. omnia illa dicuntur publica crimina, &  
inducunt infamiam, sed canonicam, quæ tollitur per poeni-  
tentiam. De hac infamia dixit. Fabianus Papa refertur. 6. q.  
1. cap. Illi: qui peccata perpetrant de quibus Apostolus ait:  
Qui talia agunt regnum Dei non consequentur, valde ca-  
uendi sunt, & ad emendationem, si voluntarie venire volue-  
rint, cõpellendi sunt, quia infamiæ macula sunt aspersi: vide  
ibidem cap. Infames ad idem.

De infamia iuris si incurritur sine sententiâ in illis casibus, *Prop. 43.*  
in quibus decernitur ius, ipso facto, aut iure incurri: idè prorsus  
est dubium, quod de bonorum amissione. Frater Alfonsus  
Castro lib. de puniti. 2. cap. 9. tenet partem affirmatiuam,  
A a lib. 2.

lib. 2. de potest. leg. poena. in ult. cap. ad calcem dicit, quòd non incurritur infamia propter delictum omnino occultum quia sicut fama ex publica bonorum operum notitia oritur, ita etiam infamia, quæ est illi omnino contraria, oritur ex publica notitia criminis perpetrati. In idem cum Alfonso videtur Angelica Infamia. §. 5. & Siluestrina. §. Item. 5. & 10. Qui tenere vellet contrarium exponeret verba iuris ipso facto, & ipso iure vt supra. p. 41. in arg. 1. & assumeret pro se, quòd effectus consequentes ex infamia, non sunt infligti sine sententia, igitur neq; infamia ipsa. Consequentia inde posset probari, quia accessorium sequitur naturam principalis de reg. iuris lib. 6. Item causa & effectus mutuo se inferunt, sed cessante causa effectus cessat, vt in cap. Cum cessante de appellationibus. Igitur cum effectus non sit ante sententiam, neque causa, puta infamia, erit sine illa.

Prop. 44.

Effectus sequentes infamiam est priuatio actuum legitimorum. Patet ex cap. Licet el. 2. de testibus. Vbi dicit Innocentius, quòd actus legitimi sunt infamibus interdicti. Ricardus. d. 25. huius lib. 4. q. ult. facit differentiam dicens, quòd infamibus infamia iuris, siue sit irrogata per sententiam definitiuam, siue cõtracta per aliquod illorum criminum, propter quæ iura ciuilia & canonica concorditer decernunt, & pronuntiant hominẽ esse infamem ipso facto, actus legitimi sunt ipso iure interdicti: tamen infamibus infamia facti actus legitimi non sunt ipso iure interdicti. Non enim est tam grauis infamia facti, sicut infamia iuris: quia multi infamantur hac infamia sine sua culpa: & dicit quod supra egor illa magis proprie dicitur infamatio, quàm infamia, & per illam proprius dicitur homo infamatus, quàm infamis. Sunt actus legitimi, actus qui obueniunt, vel firmanur lege. Vide Angelicã verbo Actus. §. 3. De hæretico pono tres, aut quatuor specialiter. Primò, quòd non potest esse testis, nisi contra hæreticum in fidei fauorem: ita in cap. In fidei fauorem de hæreticis lib. 6. Dixit enim Stephanus Papa in cap. 1. extra de hæreticis, quòd eis non est omnino credendum, qui fidem veritatis ignorant. Vide & 23. q. 4. cap. Ipsa pietas, quod est beati Augustini, Nam testis conditio est quòd

Actus legitimi.  
Testificati.

sic

sit bonæ famæ: quam neque hæreticus habet, neq; alij infames, vnde in cap. Præterea, extra de testibus cogendis, dixit Celestinus Papa. Testes publico iure possunt propter infamiam à perhibendo testimonio remoueri. A mendace, dixit Ecclesiasticus cap. 34. quid verum dicitur? Hæreticus Deo, & fidei, quam suscepit mentitus est.

Secundò, non possunt accusare, ita dixit Caius Papa referatur. 2. q. 7. c. Pagani. Vel hæretici, siue Iudæi nõ possunt Christianos accusare, vide ibi & c. Alieni. Facit quòd hæretici sunt excommunicati, patet per cap. Excommunicamus, extra de hæreticis: & supra. p. 27. excommunicatis autem prohibitum est accusare, patrocinari, & testificari per cap. Decernimus, de sentent. excommunicata. lib. 6.

Tertiò, sunt inhabiles ad beneficia & officia publica tam ipsi, quàm credentes, fautores, defensores, & receptatores ipsorum, ita deciditur in cap. Quicumque. §. Hæretici, de hæreticis lib. 6. Vocantur credentes non illi, qui explicitè alicui errori hæreticorum adherent, tales enim proprie sunt hæretici, vt dixit Gregorius. IX. in cap. penult. extra de hæret. Credentes eorum erroribus, hæreticos similiter iudicamus. Sed vocantur credentes, qui in vniuersali verbis aut factis eorũ doctrinam amplectuntur. Vt qui dicunt se in talis hominis fide mori velle: quando inquisitores aliquem capiunt propter hæresis suspicionem, vt captum excusent dicunt mea fides & illius, mea prædicatio & illius eadem sunt. Nam sicut ad catholicam fidẽ spectat non solũ credere explicitè, sed etiã implicitè, similiter ad hæresin satis est implicitè credere in omnibus hæretico. Neq; enim tã generaliter pro vnius hominis fide, qui errare potest corde aut verbis debet homo se affectũ ostendere: ad infamiam aliquis addidit quandoq; dicere, cum viro tam bono, vt ille est, etiam Lutheranus fierẽ. Quãdo ex ignorãtia credit homo aliũ esse catholicũ, piũ, & bonũ, qui postea cõprobatur hæreticus, aut ei verbis cõmunibus fauit nõ reputatur hæretico credidisse. Ad idẽ facit hæreticorũ libros retinere & legere frequẽter, nõ tamen si semel fiat & lectus liber mox cõburatur, quia nõ approbãt quod prius reputauerũt, licet peccauerint. Fautores & defensores Alfonso

Accusati.

Inhabiles ad beneficia & officia. Credentes.

Fautores.

lib. 2. de potest. leg. poena. in vlt. cap. ad calcem dicit, quod non incurritur infamia propter delictum omnino occultum quia sicut fama ex publica bonorum operum notitia oritur, ita etiam infamia, quæ est illi omnino contraria, oritur ex publica notitia criminis perpetrati. In idem cum Alfonso videtur Angelica Infamia. §. 5. & Siluestrina. §. Item. 5. & 10. Qui tenere vellet contrarium exponeret verba iuris ipso facto, & ipso iure vt supra. p. 41. in arg. 1. & assumeret pro se, quod effectus consequentes ex infamia, non sunt infligti sine sententia, igitur neq; infamia ipsa. Consequentia inde posset probari, quia accessorium sequitur naturam principalis de reg. iuris lib. 6. Item causa & effectus mutuo se inferunt, sed cessante causa effectus cessat, vt in cap. Cum cessante de appellationibus. Igitur cum effectus non fit ante sententiam, neque causa, puta infamia, erit sine illa.

Prop. 44.

Effectus sequentes infamiam est priuatio actuum legitimorum. Patet ex cap. Licet el. 2. de testibus. Vbi dicit Innocentius, quod actus legitimi sunt infamibus interditi. Ricardus. d. 25. huius lib. 4. q. vlt. facit differentiam dicens, quod infamibus infamia iuris, siue sit irrogata per sententiam definitiuam, siue contracta per aliquod illorum criminum, propter quæ iura ciuilia & canonica concorditer decernunt, & pronuntiant hominẽ esse infamem ipso facto, actus legitimi sunt ipso iure interditi: tamen infamibus infamia facti actus legitimi non sunt ipso iure interditi. Non enim est tam grauis infamia facti, sicut infamia iuris: quia multi infamantur hac infamia sine sua culpa: & dicit quod supra egor illa magis proprie dicitur infamatio, quam infamia, & per illam proprius dicitur homo infamatus, quam infamis. Sunt actus legitimi, actus qui obueniunt, vel firmantur lege. Vide Angelicã verbo Actus. §. 3. De hæretico pono tres, aut quatuor specialiter. Primò, quod non potest esse testis, nisi contra hæreticum in fidei fauorem: ita in cap. In fidei fauorem de hæreticis lib. 6. Dixit enim Stephanus Papa in cap. 1. extra de hæreticis, quod eis non est omnino credendum, qui fidem veritatis ignorant. Vide & 23. q. 4. cap. Ipsa pietas, quod est beati Augustini. Nam testis conditio est quod sit

Actus le-  
gitimi.  
Testifica-  
vi.

fit bonæ famæ: quam neque hæreticus habet, neq; alij infames, vnde in cap. Præterea, extra de testibus cogendis, dixit Celestinus Papa. Testes publico iure possunt propter infamiam à perhibendo testimonio remoueri. A mendace, dixit Ecclesiasticus cap. 34. quid verum dicetur? Hæreticus Deo, & fidei, quam suscepit mentitus est.

Secundò, non possunt accusare, ita dixit Caius Papa referatur. 2. q. 7. c. Pagani. Vel hæretici, siue iudæi nõ possunt Christianos accusare, vide ibi & c. Alieni. Facit quod hæretici sunt excommunicati, patet per cap. Excommunicamus, extra de hæreticis: & supra. p. 27. excommunicatis autem prohibitum est accusare, patrocinari, & testificari per cap. Decernimus, de sentent. excommunicata. lib. 6.

Tertiò, sunt inhabiles ad beneficia & officia publica tam ipsi, quam credentes, fautores, defensores, & receptatores ipso iure, ita deciditur in cap. Quicumque. §. Hæretici, de hæreticis lib. 6. Vocantur credentes non illi, qui explicitè alicui errori hæreticorum adhærent, tales enim proprie sunt hæretici, vt dixit Gregorius. I X. in cap. penult. extra de hæret. Credentes eorum erroribus, hæreticos similiter iudicamus. Sed vocantur credentes, qui in vniuersali verbis aut factis eorũ doctrinam amplectuntur. Vt qui dicunt se in talis hominis fide mori velle: quando inquisitores aliquem capiunt propter hæresis suspicionem, vt captum excusent dicunt mea fides & illius, mea prædicatio & illius eadem sunt. Nam sicut ad catholicam fidẽ spectat non solũ credere explicitè, sed etiã implicitè, similiter ad hæresin satis est implicitè credere in omnibus hæretico. Neq; enim tã generaliter pro vnius hominis fide, qui errare potest corde aut verbis debet homo se affectũ ostendere: ad insaniam aliquis addidit quandoq; dicere, cum viro tam bono, vt ille est, etiam Lutheranus fierẽ. Quãdo ex ignorãtia credit homo aliũ esse catholicũ, piũ, & bonũ, qui postea cõprobatu hæreticus, aut ei verbis cõmunibus fauit nõ reputatur hæretico credidisse. Ad idẽ facit hæreticorũ libros retinere & legere frequẽter, nõ tamen si semel fiat & lectus liber mox cõburatur, quia nõ approbat quod p̄tinus reprobauerũt, licet peccauerint. Fautores & defensores Alfonso

Accusa-  
re.Inhabili-  
tas ad be-  
neficia &  
officia.  
Credentes.

Fautores.

lib. 1. de punitio. cap. 17. existimat solo nomine differre vt fautor sit in verbis, aut in omissione: in verbis vt aduocari, & notarij, qui illos in iudicio defendunt, contra quos est cap. Si aduersus: extra de hæret. & intelligitur, quando sciuntur esse hæretici, nam quamdiu non constat, bene pro illis aduocatur. Hinc posset reduci vnus casus de illo, qui instruit proferentē aliquam propositionē, quomodo eam apud inquisitores explicet, vel excuset, quia si hoc facit vt celetur veritas puniendus est per captionem personæ, & alias poenas: Si religiosus est debet immurari per cap. Accusatus. §. vlt. de hæret. lib. 6. Si non facit vt celetur veritas, sed quò hominem instruat ignorantem, credo indiscretum & periculosum, quia sæpè simplices, & non multum docti de talium propositionum intellectu instructi tædio citationis, & timore, atque ipsa propria ignorantia turbantur, & deueniunt in fictos confitentes nunc vno modo, nunc alio confitendo. Quapropter inquisitores prudenter imperant ne quis pro consilio ad quenuis recurrat. Quod præceptum iuxta dicta videtur intelligendum, ne veritas celetur. Si verò consilium petant; doctor semper illos debet instruere, quòd simpliciter veritatem verborum & animi explicent Ecclesiæ mandatis partituri. Fauent etiam verbis qui pro eis notis hæreticis intercedunt ne puniantur, quia licet in alijs criminibus cum habetur spes emendæ hoc liceat in crimine læse maiestatis sub infamiæ poena id prohibetur. 6. q. 1. Si quis, & multo magis locum habet in crimine hoc læse maiestatis Diuinæ. Omissione fauent, qui tenentur capere, & non capiunt, vt potestatem habentes: etiam qui fauorem requisiti contra hæreticos non præstant vt in cap. Ad abolendam, & Excommunicamus el. 1. §. Moneantur: extra de hæreticis.

*Defenso-  
res.*

Defensores sunt, qui armis, potentia, viribus, & opere illos adiuuant, de quibus. 21. q. 5. per totam, & 24. q. 3. c. Apostolica, & c. Qui aliorum. 27. q. 1. c. Si custos. Idcirco inquisitores iuste procedunt contra prebentes hæreticis equos ad fugam, aut pecunias: aut eis reuelantes processus, depositiones, admonentes de captura, vt fugiant. Qui, audito rumore de alio quò contra ipsum inquisitores procederent, admoneret quòd audiuit, & spon-

spontaneè, si quid errauit, se præsentaret tribunali, & peccatum confiteretur, is non est fautor: etiam si alter fugiat, & bonum rejiciat consilium.

Receptatores sunt, qui hæreticos scienter notos tales domi tenerent, aut reciperent occultando, alimoniam præbendo. *res.* Nam receptare in iure ciuili est latenter recipere & celare vt manus iudicis effugiat. Neque tam attendenda est frequentia actus receptandi, quam finis. Vide Angelicam Hæreticus §. 23. neq. differt ad hoc cõsanguineus ab alieno, par de omnibus causa est.

Officia publica, quæ solent eis interdici nominatim sunt, *Officia pu-  
blica.* ne sint numularij, publicani, procuratores, notarij, medici, chirurgi, pharmacopola, neque alijs officijs vtantur quibus populo nocere possint.

Indignitas hæc, seu inhabilitas ad beneficia, & officia publica transit in posteròs, ita quòd per lineam masculinam extenditur ad primam & secundam generationem, videlicet si pater sit hæreticus filij, & nepotes remanent infames & inhabiles. Per lineam foemininam, hoc est maternam ad primam duntaxat, videlicet quòd matre hæretica soli filij, non nepotes ea laborant infamia, & inhabilitate. Intelligitur verò si parentes damnati fuerint vt hæretici: nam si resipuerint, & conuersi reconciliati fuerint Ecclesiæ, tales filij & nepotes, neque sunt infames neque inhabiles de iure. Ita docet cap. Statutum el. 2. de hæret. lib. 6. Hoc est notandum contra communem vulgi opinionem, quæ de reconciliatis, eò quòd habitum poenitentium detulerint, non aliter loquitur, quam de damnatis. Dixi hoc esse de iure, quia in voluntarijs constitutionibus collegiorum, Ecclesiarum, religionum, confraternitatum latior fit extensio iuxta instituentium arbitrium. In quibusdani extenditur non solùm circa damnatos, sed etiam circa reconciliatos & quomodocunq. punitos, siue ab inquisitione, siue ab aliqua alia potestate cù dedecore, ad quartam vsque generationem. In alijs, neq. generationis gradus attenditur, sed quomodocunq. ab hæreticis, Mahumetanis, Hebræis quiuis descenderit etiam si à ducentis, trecentis vè annis, etiam si tam pij omnes progenitores præcesserint



rint quòd neque damnatio, neque captio, neque aliqua alia poenitentia eorum alicui per inquisitores fuerit irrogata, neminem illorum ad suam communitatem, officia, beneficia voluit admitti. De his statutis & constitutionibus conqueruntur plurimi, quasi schismaticis, & personarum vultus accipientibus. De quibus sint duæ, vel tres conclusiones.

*Prop. 46.*

Expellere Hebræos, aut quosuis alios iam factos Christianos propter solum genus, ab eis communicationibus, quæ cunctis debentur siue in temporalibus siue in spiritualibus culpa est & vitium acceptionis personarum, generans scandalum, & schisma in membris Ecclesiæ. Hæc de se satis pater: quoniam apud Deum non est acceptio personarum Ephes. 6. & Coloss. 3. neque debet esse in corpore eius, quod est Ecclesia. Huc tendit omnis scriptura, & totius Euangelij structura. Est quippè Ecclesia vnum ouile, vnum & eundem habens pastorem. Ioan. 10. Quidquid modo potest adduci contra descendentes ab Hebræis potuit in primitiua Ecclesia adduci contra Gentiles, cui seditioni Deus ipse imposuit silentium ostenso diuo Petro vase omnium animalium pleno Act. 10. vbi de hac dubitatione & questione fit dilucidatio. Apostoli commotam seditionem inter Græcos gentiles conuersos, & Hebræos, quoniam despicerentur viduæ Græcorum, sedauerunt Act. 6. electis septem diaconibus, quorum licet sex fuerint Hebræi, vnus fuit Gentilis Nicolaus aduenæ Antiochenus. Qui tametsi à tantis viris vt Apostolis electus, in vera fide non permansit, reuersus ad vomitum Hæreseos Nicolaitarum autor fuit, de qua supra, in. 3. d. 40. p. 40. Quo nemo miretur si electiones humanæ factæ de bonis, qualis ille credendus est quando electus fuit, postea frustrentur, neque lætos habeant exitus: aut etiã quia potuit reputari bonus & plenus Spiritu, qui tamen electionis tempore non erat. Neque personarum vitia sunt generi, aut naturæ tribuenda. Scio nõ defuisse, qui & hunc Nicolaum non profelytum, ad Iudaismum conuersum: sed verè Iudæum crediderint, ideo dictum aduenam, quia licet ex parentibus Hebreis tamè Antiochiæ inter Gentiles natus fuerit, atq; educatus, Diuus Paulus epistolam

stolam ad Romanos ea de causa scripsit, quod Iudæi aduersus gentes inflarentur, gentes etiam aduersus Iudæos (sicut potest per totam epistolam, & eius interpretes videri) quos ad concordiam reducere procurat, docens quòd nõ sit distinctio Iudæi & Græci, ibi. 12. cap. 10. & 15. Multi etiam vnum corpus sumus in Christo, ibi. 12. Ephes. 2. quòd Christus est lapis angularis faciens vtraq; vnum. Galat. 6. in Christo neq; circumcisio aliquid valet, neq; præputium. Non opus est plures scripturas afferre, quæ in immensum crescerent.

Ex decretis Ecclesiæ facit in hanc Basiliense concil. sess. 19. quòd licet non habeat vim generalis Concilij, nõ definit esse multiponderis in decreto ad hanc materiam, tanquam à viris doctissimis pronuntiato. Extat bulla Papæ Nicolai V. data Fibriani Camerinenis diocesis, anno. 1459. quam qui totam ad literam legere voluerit videat in quæstionario fratris Antonij Cordubensis. q. 54. Facit cap. Eam te: extra de rescriptis, vbi Papa Alexander mandat Episcopo Tornacensi, quòd recipiat in canonicum quendam Iudæum conuersum & subdit. Pro eo, quòd Iudæus extiterit, ipsum dedignari nõ debes, videatur. 32. q. 4. c. Recurrat, quòd est Augustini. In. c. Ad decorem: extra de institutionibus. Innocen. III. cuius est ille textus reprehendit archiepiscopum Constantinopolitanum tanquam acceptatorem personarum, quia ex alienis & extraneis solos Venetos recipiebat ad suæ Ecclesiæ officia, & beneficia. Non enim loca natiuitatis, aut generis dignitas sunt attendenda. d. 40. cap. Nos qui, & c. Non loca. Vide & c. Venerabilis: extra de præbendis. Ratione etiam probatur, quia præbendæ, dignitates, officia & beneficia tam Ecclesiastica, quam laica non sunt conferenda solo sanguinis, & cognationis intuitu: ergo neque propter similitudinem sunt deneganda.

Dicere quòd propter solum genus, aut nationem liceat *Prop. 47.* aliquos repellere ab Ecclesiasticis gradibus, & non admittere ad Ecclesiæ, Ecclesiasticorumque communionem, est hæreticum & Christianæ fidei contrarium. Hæc differt à præcedenti sicut differunt mala operari in moribus, & dicere quòd talia sint licita in conscientia. V. g. fornicari non est hæreticum, est verò hæreticum dicere fornicationem licitam.

Hæc probatur per citatas auctoritates scripturæ, & per citatam bullam Nicolai, in qua inter multa sic habetur. Percepimus quosdam novos Zizanix seminatores, veritatis & fidei nostræ salutare documentum contemnere, & quod per vas electionis Paulum Apostolum stirpatum fuerat diffidum, in diuersis partibus, maxime in regnis carissimo filio nostro Ioanni Castellæ & Legionis regi illustri subiectis renouare, ausu temerario asserere, quod qui ex Gentilitate, aut ex Iudaismo, aut alio quouis errore Christianæ fidei veritatem cognouerunt, & baptizati sunt ( & quod grauius est, eorum filios) propter nouam assumptionem fidei non debere ad honores, dignitates, officia, tabellionatus, & ad testimonium in Christicolarum, causis admitti: & eos verbo & facto contumelias afficientes. Quæ cum à Redemptoris nostri institutis aliena sint eodem Paulo testante, cum dicat, Gloria honor & pax omni operanti bonû, Iudæo primû & Græco. Non enim est acceptio personarum apud Deum. Rom. 2. Allatis alijs Pauli auctoritatibus subdit. Hos, vt à veritate fidei Catholicæ aberrantes ad viam veritatis reducere, ac quatenus excefferunt animaduertere cupientes: Et cætera.

*Prop. 48.* In merè liberis & gratiosis, vbi non est acceptio personarum, si fiat sine scādalo, & sine specie mali, potest quis expellere hos & recipere illos. V. g. ad matrimoniû possum è solo genere velle hanc, & nolle illam. Similiter propter solam patriam aut nationem: perinde ad famulitium, ad fodalitium, ad officia siue moechanica, siue libera, vt ad docendum filios, & alendum. Patet, quia nemini fit iniuria, & facit quis de suo, quod vult. Matth. 20. Facit Genes. 27. vbi dixit Rebecca marito suo Iacob. Tædet me vitæ meæ propter filias Heth. Si acceperit Iacob vxorem de stirpe huius terræ, nolo viuere, vbi Chrysostomus Hom. 54. super Genes. Scis quomodo vitam meam amaricauerunt vxores Esau, & quomodo propter illarum malitiam in omnes filias Chet malè afficior, & propter illas omnem illam gentem exofam habeo. Poterit à simili in merè gratiosis vel natio, vel mores nationis, vel patria, vel genus postponi, aut præponi modo

sue

sine scādalo, vt dictum est, fiat. Ex hac ratione libertatis philosophatur Caietanus in opusculis tomo. 2. quæst. 6. religiones condere posse statuta sine peccato, per quæ non recipiantur aliqua personæ talis conditionis, vt descendentes ab Hebræis, ait enim. Actus recipiendi ad religionis statum, vt à prælatis ipsarum egreditur & terminatur ab aliquem indeterminate, licet habeat rationem debiti ( quoniam: religiones institutæ sunt non solum propter præsentis, sed etiam futuros ) vt tamen terminatur ad hanc vel illam conditionem personarum, vel hanc aut illam personam caret debiti ratione, nisi necessitas aliqua debiti rationem inducat.

*Prop. 49.* Propter aliquam rationabilem causam, quæ verè rationalis existat, bene repelluntur ab aliqua communitate, ab aliquibus officijs, & muneribus ecclesiasticis, aut sæcularibus aliqua personæ ratione generis, aut nationis, aut patriæ, maxime auctoritate superueniente summi pontificis, aut aliorû principum statuta confirmatum. Vnde iure idem prædicator, de quo in. 3. d. 3. p. 9. eodem anno & die retractauit, quod prædicauerat: statutû Ecclesiæ Toletanæ de non admittendis descendentes ab Hebræis in eam, esse hæreticum, & confirmatam fuisse Romæ hæresin eo confirmato: Hæc exemplis monstratur: Nam illegitimè nati repelluntur licite ab ordinibus, patet in cap. 1. extra. de filijs presbyter. & lib. 6. eo titulo. Ratio est duplex, vna quia præsumuntur paternæ incontinentiæ futuri imitatores. Transit enim præsumptio patrum in filios: quam quia purgât ad religionem transeundo actum heroicæ castitatis egressi, facti religiosi licite ordinantur. Secunda ratio, quia reputantur viles; Nam vt dicit glossa. in cap. Consuluit. extra de seruis non ordinan, eorum pater est vulgus, neque possunt ostendere patrem, vel ostendunt verecundum quem habere non licet. Dictum est etiam super prop. 45. de filijs damnatorum quod habentur viles, & infames propter modo dictâ præsumptionem. De qua præsumptione vide cap. Si gens Angelorum. d. 56. sed sicut ius extendit infamiam illam ad primam & secundam generationem, ita potuit extendere ad quartam, secundum id Exod. 20. Ego

Aa 5

Dominus

Dominus fortis zelotes visitans iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me. Sic Innocentius in capit. In quibusdam extra de poenis extendit vsque ad quartam generationem poenam patronorum, aduocatorum, vice dominorum, feudatariorum occidentium clericum, vt tales non admittantur in clericorum collegium; neque facti monachi, praelati esse possint. Solet etiam vsque ad has generationes parentum memoria in succedentibus filijs permanere ipsique parentes viuere in tot generationes plus minus, sicut de Tobia iuniorre dicitur. Tobia vltim. Vidit quintam generationem filiosque filiorum suorum. Vt ergo parentes in filijs puniantur, quos vnicè diligunt, quorumque infamiam plusquam propriam timeant, & dolent videre, quousque ab hominum memoria peccata illorum deleantur, filij vsque ad quartam generationem licetè possent reddi infames & inhabiles. Vide lib. 2. d. 33. quomodo filij portent, aut nò, peccata parentum; in quod refert Gratianus. l. q. 4. cap. Homini; & Ecclesia; Gregorium. Et de consecr. d. 4. cap. Quæris; Augustinum. Deuter. 23. precipiebat Deus. Nò ingredietur mazer, hoc est, de scorto natus, in Ecclesiam Domini vsque ad decimam generationem. Ammonites & Moabites etiam post decimam generationem nò intrabunt Ecclesiam Domini in æternum, quia noluerunt vobis occurrere cum pane & aqua in via quando egressi estis de Aegypto, & quia conduxerunt contra te Balaam filium Beor, vt malediceret tibi. Hæc autoritas habet triplicem intellectum de ingressu in Ecclesiam. Nam primò intelligitur secundum Hebræos de contractu matrimonij, ita quòd non intrarent in ecclesiam Hebræorum ex gentes contrahendo matrimonium vsque ad præfatas generationes. Hæc expositio fauet propositioni præcedenti. Si contra arguas quòd Ruth Moabitidis nupsit Booz, & antè nupsit filio Noemi. Vide gloss. ordin. citantem aliam editionem vbi habetur. Non intrabit Ammonites & Moabites Ecclesiam Domini, & vsque ad decimam generationem non intrabit Ecclesiam Dei, & vsque in æternum. Quæ litera est septuaginta in interpretum; & ait glossa. Fortè mysticè prophetauit intraturam, eo quòd ait vsque ad

Vide &  
inf. d. 16.  
p. 76.

Argum.

ad decimam generationem. Computat verò generationes ab Abraham & Loth, ex quo Ammonites & Moabites decem vsque ad Salmon patrem Booz, ita quòd dempto Booz sunt decem personæ; Abraham, Isaac, Iacob, Iudas, Phares, Esron, Aram, Aminadab, Naafon, Salmon, & dicit quòd additum est in æternum, vel quia postea nulla anima de Ammonitis & Moabitis intravit in illam Ecclesiam Hebræorum, vel per denarium intellexit vniuersitatem, & exposuit dicens, vsque in æternum. Diximus quippè in. 2. d. 19. p. 9. quòd æternum valet in multum tempus. Erit igitur secundum hoc numerus decem generationum tam multum tempus, vt dici possit in æternum. Vitæ quippè naturalis, vt dicitur codice de Sacrosanctis Ecclesijs, lege finali est longissimum tempus ceterum annorum. Ad idem Eccles. 18. Numerus dierum hominum vt multum centum anni. Psalm. 89. Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni, si autem in potentatibus octoginta. Quauis parentum vita concurrat cum vita filiorum adhuc anni decem generationum dici potest tempus æternum. In scriptura, vt dicit Augustinus super Psalm. 89. Sæculum pro æterno, æternum pro sæculo ponit latinus interpret. Sæculum autem est vitæ alicuius duratio, vt sæculum legis Mosaicæ, sæculum presentis vitæ, vita futuri sæculi. Etiam erat sæculum quinquaginta anni iubilei. Exod. 12. Erit ei seruus in sæculum, id est, per totam vitam. Vel, vt ibi Lyranus, vsque ad annum iubilei. Priuilegium concessum alicui priuatæ personæ ad agendum, si eo non vtitur per decem annos tale priuilegium amittitur. l. ff. de nundinis, vbi dicitur, quòd si princeps concessit ciuitati priuilegium nundinarum, & eo per decennium non vtitur illud perditur. Secus est de concessis Ecclesiæ. Vide de Rosellam. Priuilegium. §. 3. & glossam in cap. Cum accessissent extra de constitutio. in verbo. Contrauerent. Addit gloss. ordina. citata, quòd viros prohibuit intrare non foeminas, quæ est sententia Hebræorum vt ibi dicit Lyranus, ideo Ammonitas & Moabitas, masculinè posuit, non Ammonitidas & Moabitidas foemininè. Secundus intellectus est, de ingressu in atrium templi, vbi orabatur sole personæ mundæ, à quoprefatæ gētes vt immūde expellebātur. Potest dari exemplū in

Æternū

Tēpus lō-  
gissimum  
quod.

Sæculum  
quid.

in

in choris religiosorum, vbi non admittuntur sæculares in religionibus benè institutis. Diuus etiam Ambrosius, vt est videre in Antonino. 2. p. historiali titu. 9. cap. 8. imperatorem Theodosium poenitentem post cædem illam factam Thessalonica, ob quam eum excommunicauerat, vt est in decretis. d. 96. cap. Duo sunt & .ii. quæst. 3. cap. Cum apud Thessalonicam, non permisit intra cancellos Ecclesiæ permanere, quod ei Constantinopoli permittebatur, dixitque ei. O imperator interiora loca tantum sacerdotibus sunt collata, quæ cæteri, nec ingredi, nec contingere permittuntur. Ad quæ loca cum postea Constantinopoli vocaretur ab Archiepiscopo Nectario respondit se vix discere potuisse differentiã imperatoris & sacerdotis, solumque Ambrosium nouisse dignè vocari pontificem. Hierem. Thren. cap. 1. Vidit gentes ingressas sanctuarium suum, de quibus præceperas ne intrarent in Ecclesiam tuam. Fuit hoc vnum de peccatis propter quæ venit illa captiuitas, quia hoc præceptum non obseruabant, ita exponit Bonauentura hunc passum Hieremiæ de Ammonitis, & Moabitis super Threnos. Tanta enim familiaritate erant illis foederati, eos in templũ adducebant, vt dixit Ezechiel. 44. Sufficiãt vobis scelera vestra domus Israel eo, quod inducitis filios alienos incircuncisos corde & carne, vt sint in Sanctuario meo, & polluant domum meam. Quoniam ergo vidit Dominus illas gentes ingressas tradidit in manum hostium omnia desiderabilia. Tertius intellectus est, quod loquitur de ingressu ad regimen populi, ad esse magistratus, iudices, tribunos centuriones, à quo regimine excludebantur eunuchi, & patientes defectum natalium, & alienigenæ, de quibus non est confidendum, sicut de indigenis. Nam dicitur Eccles. 11. Admitte ad te alienigenam, & subuertet te in turbine, & ab alienabit te à vijs proprijs. Vnde & Arist. lib. 5. polit. cap. 3. dicit quod mutantur respublice quando fiunt ad summam potestatem eos assumi qui non sunt amici status eorum. Propter quod quicumque inquilinos susceperunt, vel aduenas, omnes ferè seditionibus iactati sunt. Hæc Arist. Ad ritum & legem Hebræorum omnes qui volebant admittentur, patet Exod. 12. de peregrino volente in Iudæorum

rum transire coloniam, quod circuncisus admitteretur ad faciendum Phasè. Idem habetur, Num. 9. Quod aduenas & peregrinos tractarent bene, memores quod ipsi peregrinati fuissent in terra Aegypti, habetur Exod. 22. & Leuitic. 19. Per quæ tamen non iubebat eos Dominus ad gradus præeminẽtes promoueri. Præfatum præceptum Deuteron. 23. constat fuisse iudiciale, & cum Christo expirasse, supr. d. 3. ante. p. 12. posse tamen illud Ecclesiam vsurpare, vel contra Gentiles conuersos, vt ibi erat contra Ammonitas, & Moabitas: vel contra Iudæos conuersos est dubium; cum loco citato dictum sit Ecclesiam id posse in multis alijs. Ratione solius generis id non esse licitum dixit. p. 46. ob alias causas rationabiles dicit hæc præfens quod potest. Verũ quidem est quod cum Deus sit omnium dominus, & imperij absolutissimi, potuit ex voluntate sua concurrente quacunque causa etiam faciliori tale condere iudicium, quale vel Ecclesia seu congregatio particularis aut Ecclesia ipsa vniuersalis cõdere nequiret sine causa vrgentiori. Ibi data fuit causa contra Ammonitas & Moabitas, quia non occurrerunt Hebræis cū pane, & aqua, quod est intelligendum vel datis gratiosè, vel saltem venditis. Nam quod habetur in eodem Deut. cap. 2. filios Esau & Moabitas dedisse eis transitum, videtur etiam quod alimenta pretio vendita: dicitur, quod mulieres Moabitidæ sunt quæ vendiderunt propter quæ illæ non excludebantur prædicto mandato, & per cõsequens neq; earum filij descendentes ab Hebræis vt ex Ruth, Obed, Iesse, Dauid, & reliqui ad regimen excellens fuere assumpti. Datur alia, de conductione Balaam. Propter causas similes ex peccatis antiquis parentum non videtur quod possint repelli. v. g. ex occisione Christi: ex idololatria: ex sacrificijs hominum innocentium idolis suis oblati. Omnia enim illa per baptismum fuere deleta & multo magis in filijs. Vide cap. Regenerantes de consecra. d. 4. & supr. d. 4. p. 8. Est vnus defectus omnibus conuersis cõmune, scilicet, nouitas cõuersionis de qua Pau. 1. Timoth. 3. docet episcopum non debere esse neophytum, ne in superbiam elatus in iudiciũ incidat diaboli. Vbi Chrysost. homil. 10. dicit. Aetatem adolescentiæ significari noluit, sed cum

Neophytus  
quis.

cum

eum qui nouiter esset instructus. Nec ipse quidem cum ad Timotheum scriberet ætatē in episcopo summopere inquirendā monuit, cum dicit. Nemo adolescentiam tuam contēnat. Si enim antequā discipulus esset, magister assumeretur, quāprimum attolleretur in arrogantia factum: Si priusquā subijci disceret, in rectorum ordine locaretur, citō intumesceret. Anselmus. Non neophytum, idest rudem conuenit eū esse. Non sit, neophytus, idest nouiter ad fidem conuersus, qui ordinatur episcopus, ne in superbiam elatus, idest præ ceteris digniorem se putās, quasi eo indigeat Christiana religio. Subdit. Nec nuper baptizatus, nec nuper à secularibus negocijs vel malitia separatus, fieri debet episcopus, quia vnusquisq; talis est neophytus. Nec congruit vt heri catechumenus hodie sit pontifex & cetera quæ ab eodē Anselmo vsurpat ibi gloss. ordin. & Gratian. d. 48. toto cap. 1. Paulus quāuis per reuelationem edoctus fuisset Euangeliū Gal. 1. tamen ascendit Hierosoly mā. ibi. z. collaturus suam Euangelij prædicationem cum Petro, Iacobo, & Ioanne, qui videbantur columnæ esse. Vide ad hoc citatam. d. 48. & 49. ipsius Gratiani & 60. & 61. Quibus consonans Bonauētura in de alis Seraphin, qui tractatus est vltimus. 2. tomi opusculorum. in cap. 5. dicit inter alia, quæ religiones & monasteria obfuscant, esse vnum præproperam promotionem iuuenum, & nondum probatorum ad ordines, & officia confessionis, prædicationis, & prælacionis. Est alia causa quæ plurimis rationabilissima videtur, ad condenda statuta per quæ ab Hismaelitis & Iudæis trahentes originem expellantur à collegijs, religionibus officijs præminentibus, & hoc maxime in Hispania. Nam vt dictum fuit supra distinct. 4. proposit. 10. in sexto dicto. Iudæi, & Sarraceni, siue Mauritanii (à quibus Mauritanis suspicor per syncopen dictos Hispanos Marranos, quasi mauritanis commixtos, & non qui à Iudæis descendunt, quod voluit Alfonso lib. 1. de punitio. cap. 7. quam Alfonso interpretationem vulgus in nominando complectitur: iniuria verò illius nominis potius in descendentes ab Hismaelitis, meo iudicio quadrat: Neque idem Alfonso punctualiter tetigit ibidem vnde sint Hispani dicti Mopfarabes. Videtur

detur tamen quòd cum in illa Hispaniæ vastatione regnaret in Africa quidam Mopfa, siue Muza loco & vice sui imperatoris nomine Vlid residentis in Arabia, qui Mopfa consulto prius imperatore in Hispaniam cum Iuliano comite regni proditore destinauit quendam Sarracenum nomine Tarif, à quo Tarif, Calpe promontorium vocatum fuit Gebal Tarif, idest mons Tarif Gebal enim Arabicè dicunt valere idem, quod mons: vulgò dicitur hodie Gibraltar: ciuitas Carteia, quæ Tartessus, ab eodem vsque hodiernum diē vocatur Tarifa: post Tarif idem Mopfa siue Muza Hispaniam ingressus per ciuitatem Sidiam quam Arabicè Medinam Sidoniam appellauerunt, conquisiuit ciuitates Carmonam, siue Carmoniam, Hispalin, Emeritam, & tandem completa fuit lugebris illa totius Hispaniæ vastatio, atque per Sarracenos occupatio: à Mopfa Christiani remanētes oppressi inter Sarracenos dicti videntur Mopfarabes, quasi sub ditione Mopfae aut Muzæ Arabis, qui ritum Missæ, vt sanctis antiquis in Hispania moris fuit, obseruauerunt vsque ad tempus ibi notatum à patre Alfonso) Iudæi ergo & Sarraceni, vt est in loco citato, indirectis minis fide suscepta sæpè tam in Diuinam quam in Regiam maiestatem existunt rebelles: ex qua frequenti rebellionem notam inconstantia; atque relapsus, & quandam ciuilem maculam, si non de iure, tamen de facto communiter apud omnes contractam habent, ex qua in collegijs, & religionibus timetur de decoris incōmodum propter quod ipsa collegia nō tanti æstimabuntur, neq; de facto æstimantur si tales personæ intrant, quæ notæ sint ab Hebræis, aut Mahometanis originem ducere, qualis memoria adhuc extat de illis conuersis per indirectas minas cum vix quartā aut quintam generationem ab eo tempore trāscenderint, & multo magis de rebellibus ad vomitum reuerfis quorum delicta habentur in processibus; & publica dānatio ad mortē, siue ad publicā poenitentia affixa est in ecclesiarū postibus & parietib⁹ in propria eorū patria, vel vbi inquisitionis tribunal residet. Vbi de præfata descēdentia iam nō extat memoria, quia neq; de parētibus, auis, proauis, at auis est qui rationē reddere queat, tales pro mūdis & purgatis habent ad omnia,

Ex hac

Ex hac parte philosophatus Caietanus in opusculo. 17. respō-  
sionum. q. 6. allegata supra. p. 48. ait: Cum natio eorum qui  
ex Iudæorum genere sunt, conditionē habeat quibusdā mi-  
nus gratam, propter tot eiusmodi publicas apostasias in Hi-  
spaña, si religionis alicuius presentī statuto, vel opere eos re-  
culent recipere ad habitum, vel ignoranter receptos nolint  
ad professionem admittere, nullum ex hoc mortale peccatū  
ē suo genere incurrunt. Quibusdam excipiendę videntur illę  
personę quę talem maculam factis illustribus purgauerunt,  
vt militia, literis, moribus spectatissimis, aut ipsamet conuer-  
sę ex regio genere, aut aliās illustri pronatę forent: quia nota  
bilis excellentia, milites agricolarum filios nobilitat, simili-  
ter literatura, & sanctitudo. Sic Paulus de sancta Maria spon-  
taneē à Iudaismo conuersus insignis literature factus fuit epif-  
copus Carthaginensis, deinde Burgenfis, & Regis Castellę &  
Legionis Archicancellarius. Fundatores collegiorum excep-  
tionem non faciunt, quia illa facta timeretur ampliatio,  
& descensus ad alios minores; propter notam & expertam  
multorum illorum ambitionem, & seditionis inquietudinē,  
& affectu sanguinis adducti dispensati facilē collegia imple-  
rent similibus & abiectionibus.

*Prop. 50.  
5. pœna  
mors.*

*Vide inf.  
dist. 18.  
p. 1.*

Quinta pœna hereticorum est mors. Hanc ius canonicum  
nullibi imponit, tantū precipit hereticos ab Ecclesię gremio  
relaxari. Vide supra. p. 29. & annotabis quod illa intercessio  
quam precepit Innocentius fieri apud iudicem secularem vt  
citra mortis periculum sententia moderetur, fienda tantum  
est pro clerico degradato: vt habetur extra de verbor. signif.  
cap. Nouimus. Dixit enim Augustinus & refertur à Gratia-  
no. 17. quęst. 4. cap. Reum. Rei ad Ecclesiam confugientis re-  
tores Ecclesię pacem, & vitā, & membra eius obtinere stu-  
deant, tamē ipse legitimē componat, quod iniquē fecit. Lai-  
cus, quia semper est de foro seculari non traditur, sed clarius  
relinquitur foro suo de quo est, neque pro eo debet Ecclesia  
intercedere: si facit, superabundanter faciunt ecclesiastici iu-  
dices. Tantū circa illum iudex ecclesiasticus pronuntiat sen-  
tentiam de heresi, & pertinacia in ea, quia tale iudicium non  
pertinet ad laicos, sed ad ecclesiasticos. Ciuile ius pœnam  
mortis

mortis infligit hereticis. Codice de heret. cap. Arriani: di-  
citur, quod sunt vltimo supplicio tradendi. Et ibi cap. Qui-  
cunque. Vltimo etiam supplicio coercentur qui illicita do-  
cere tentauerint. Vide in hanc Alexand. 3. part. quęstio. 34.  
memb. 1. artic. 3. Genus mortis diuersum infligitur iuxta na-  
tionum diuersitatem: Obtinet consuetudo quod igne cre-  
mentur, sicuti Deus igne consumpsit illos qui Chore, Da-  
thām, & Abiron, in schismate illo adhæserunt, Nu. 16. Hæ-  
retici ergo qui seipos, & alios ab Ecclesię vnitatem scindunt &  
separant iustē vltore igne consumuntur. Hūc alludit in epi-  
stola sua beatus Iudas, qui cum vellet confirmare fideles con-  
tra hereses Apostolorum tempore exortas (vt fuit illa Simo-  
nis Magi, & Nicolaitarum, de promiscuo vsu foeminarum li-  
cito. Vide lib. 3. dist. 40. propositi. 40. Illa Ebionis & Cherinti  
quod Christus nō fuerit Deus, neque ante Mariam matrem,  
propter quam Ioannes Euangelium scripsit æternam eius  
natiuitatem & Diuinitatem edisserens. Item illa eiusdem  
Cherinti quod post resurrectionem regnum Christi futurū  
esset terrenum, & homines acturus vitam in delicijs & con-  
cupiscentijs) ponens exemplum ad eorum punitionem, re-  
tulit pœnam Sodomorum & Gomorreorum fuisse igneam  
in exemplum ignis æterni, vt sicut igne temporali fuere con-  
sumpti, ita per illum accipiatur signum æterni quo sunt in  
perpetuum cremandi, subdidit de præfatis hereticis, & per  
consequens de cæteris. Similiter & hi qui carnem quidem  
maculant (vt Simon & Nicolaitæ: & Cherintus post resur-  
rectionem) Dominationem autem spernunt (vt ipse Che-  
rintus regnum spirituale ipsius Christi Domini) maiesta-  
tem autem blasphemant (vt ipse Cherintus & Ebion negan-  
tes Christi Diuinitatem: atque ipse Simon qui blasphemē  
asseruit mundū factum fuisse ab angelis: à quo Simone Cer-  
don & Marcion sumpserunt Deum à lege, & prophetis annun-  
ciatum non esse patrem Domini nostri Iesu Christi.) Cum  
igitur sanctus Apostolus pœnas horum hereticorum assimi-  
lauerit pœnæ Sodomorum, quæ fuit in præsentī ignis, si-  
gnum æterni & futuri, tacitē innuit, si quando in hoc mun-  
do puniri debuissent & potuissent heretici iustum esse  
Bb tradi

tradi eos igni. Ad finem epistolæ dicit de hæreticis incorrigibilibus qui se gregant semetipfos ab vnitæ fidei, & Ecclesiæ. Hos quidem arguite iudicatos: de corrigibilibus tamen illos vero saluate de igne rapientes, idest de igne gehenne per bonam & sanam doctrinam reuocantes: atque ex consequenti potest dici ad propositum, & de igne simili Sodomorum in præsentia, quo signetur ille æternus in quem vadunt ab hoc tanquàm à principio suarum poenarum. De cæteris peccatoribus qui hæretici non sunt, ait. Alijs autem miseremini in timore: De qua misericordia, & timore Paulus Galat. 6. iubet præoccupatos in aliquo delicto instruendos in spiritu lenitatis considerando & timendo nos ipsos ne & tentemur: Homines quippe fumus. Diuus Gregorius lib. 1. dialog. cap. 4. refert quendam monachum Basilium nomine magum Romæ fuisse crematum in quo laudat zelum exardescens populæ Christiani. Quod ipsorum libri cremantur, facit Act. 19. quia iussu Pauli combusti sunt libri eorum, qui fuerat curiosa sectati, idest, artis Magicæ, vt ibi glo. ordin. ex Beda, licet magni empti, qui vendi potuissent alijs Magicis, quibus noluerunt esse occasionem mali, neque dignum pretium ad pedes Apostolorum sicut neque merces pro stibuli erat offerenda Deo, Deuter. 23. In codice: citato. c. Quicumque, iubent imperatores Valentinianus & Martianus chartas & libros hæreticorum cremari, vt immanissima sacrilegia par poenæ magnitudo percellat: quod ipsemet hæretici occiduntur & cremantur ex dictis patet: & ex. p. 21. supra: & ex ratione posita in breui loq. 3. d. 40. p. 33. de occidendo fure in Sol. arg. patere potest, quia talis incorrigibilis cum desperetur emendandus iuste præsumitur quotidie peior futurus. Inde Ambrosius lib. de bono mortis. c. 4. ait. Inuenimus mortem finem esse peccati, ne quod esset vita diuturnior, eò fieret culpa numerosior. Et cap. 7. Grauius est ad peccatum viuere, quàm in peccato mori, quia impius quãdiu viuuit peccatum auget, si moriatur peccare desinit. Paulus etiã dixit de malis quæ thesaurizant sibi iram in die iræ Rom. 2. & ad Timoth. 2. c. 3. Mali homines & seductores proficient in peius, errantes (quoad se) & in errorem mittentes (quoad alios) quæ est alia iusta causa vt è vita tollatur.

Homines

*Libri hæreticorum cremandi.*

*1. causa. occidendi hæreticos*

*2. causa.*

Homines enim pestilentes dissipant ciuitatem dicitur Prouerb. 29. Facit Hieronymus refertur à Gratiano. 24. q. 3. cap. Resecandæ, vbi dicit scabiosam ouem repellendam, & putridas carnes resecandas ne corpus & pecora corrumpantur: quia Arrius non statim fuit oppressus totum orbem eius flamma populata est. Datur alia causa generalis in omnia delicta vt ceteri timorem habeant. 1. Timoth. 5. Dicitur enim, Prouer. 19. & 21. pestilente flagellato stultus & paruulus sapientior erit. Rebellis sacerdoti iubeatur occidi Deut. 17. vt cunctus populus audiens timeret, & nullus deinceps intumesceret superbia. Regina Vasthi de consilio sapientum repudiata fuit ne fieret exemplum inobediencie vxorum ad maritos Hester. 1.

*3. causa.*

Hæretici si continuo post deprehensionem erroris conuertantur & errorem suum abiurent, poenitentiam & satisfactionem condignam exhibeant, non relinquuntur foro seculari, neque vltimo damnantur supplicio. Ita habes in cap. Ad abolendam: extra de hæret. Vide & Alexand. 2. part. q. 181. m. 13. Est dubium propter verbum Continuo, illico, statim, confestim, quam celeritatem significant, & quidem è vi sua videntur non admittere interuallum temporis. Vnde Arist. 5. physic. text. 26. siue cap. 4. Dico esse continuum cum idem fiat, & vnus vtriusque terminus, quibus tangunt. Hoc est quod continua sunt quorum vltima sunt vnum, ita vt quod est finis vnus sit principium alterius, & ibidem, text. 23. Continuum mouetur quod nihil aut paucissimum intermittit rei, non temporis: igitur dictio illa continuo non admittit interuallum temporis, licet admittat aliquam tepiditatem in recognoscendo se, quæ in principio non fit tantæ efficaciam & virtutis vt requiritur. Glossa in cap. Litigatoribus. Codice de appellationibus, vbi conceditur litigantibus appellare vna voce sine scripto tam in ciuilibus, quàm in criminalibus illico, exponit illico, antequàm ad alia diuertat faciendam. Ibi in eodem codice in cap. Eos qui dabantur ad appellandum duo, vel tres dies: & in autentica ibidem correctiuè dantur decem dies. Quos dies refert Gratian. 2. q. 6. in. c. Anteriorum: vide ibi & c. Propter. Vnde, illico interuallum temporis admittet. Et. 1. q. 1. c. Constat: dicit Innocentius episcopis Macedoniae &

*Prop. 51.*

Bb 2 vi con-



vi consentientes hæreticis si statim abrenunciant colore habent excusationis: Si post mensem rei sunt, igitur factum in mensem fit statim in Diuina scriptura. Quandoq; significant sine tēporis interuallo; Gen. 15. statim sermo Domini factus est ad Abrahā. & 31. statim emarcuit neruus foemoris Iacob ad tactū angeli. Quandoq; cū interuallo temporis: vnius diei. ibi. 17. Abraham circumcidit carnem præputij Hismaelis & aliorum statim in ipsa die sicut præceperat ei Deus. Deuterono. 24. iubebatur pignus pauperis restitui statim ante solis occasum: longioris quàm vnius diei. Deuterono. 7. Scies quia dominus Deus tuus ipse est Deus reddens odientibus se statim, ita vt disperdat eos, & ultra non differat, protinus eis restituens quod merentur: tamen sine huius veritatis præiudicio dixit ipse Dominus ibidem cap. 32. Et dixi, vbi nam sunt? Cessare faciam ex hominibus memoriam eorum. Sed propter iram inimicorum distuli, ne forte superbirent hostes eorum. Machab. 2. cap. 7. Multo tempore non sinere peccatoribus ex scientia agere, sed statim vltiones adhibere magni beneficij est indicium: ibidem cap. 8. Orabat Iudas & qui cum eo erant vt Dominus miseretur exterminio ciuitatis quæ esset illico complananda, & tamen non erat fiendum, imo neq; incipiendum statim sine temporis interuallo. Sapientia. 5. dixerunt impij. Nos nati continuo definimus esse, & tamen natiuitatis ad mortem longa solet esse distantia. Matth. 24. Statim post tribulationem dierum illorum Sol obscurabitur: tamen inter dies tribulationis per Antichristum factæ & consummatæ, antequàm appareant signa iudicij manifesta in obscuracione Solis, & alijs futurum est tempus saltem quadraginta quinque dierum, quò per eum decepti respiscant iuxta id Daniel. 12. quò eius persecutio durabit dies mille ducentos nonaginta. Beatus autem qui expectat & peruenit ad dies mille trecentos triginta quinque. Cum igitur tam in scriptura sacra, quàm in iure ciuili & canonico præfatæ dictiones admittant temporis interuallum, neque illud interuallum sit certum & taxatum, pro subiecta materia consideratis probè circumstantijs breuius, aut longius intelli-

intelligi & capi potest, vt quàm prius potuerit fieri dicatur factum statim. In quæstionis huius materia (cum sit consuetudo optima legum interpret ex cap. Cum dilectus de consuetudine) habetur quòd ante pronuntiatam sententiam admittantur ad misericordiam, sententia pronuntiatam, quia iudices ecclesiastici functi sunt officio suo, neque aliquis iudex post sententiam prolatam remanet iudex causæ, sed sententiæ executor, non amplius admittuntur. Hoc est contra Siluestri. verbo hæresis. 1. §. 12. & contra alios volentes quòd etià post condemnationem admittantur. Glossa in cap. excommunicamus el. 2. extra. de hæret. §. Si qui autem. vult damnatos si conuertantur admitti, ita tamen quòd in perpetuo carcere permaneant, quia Ecclesia non claudit gremium redeuntibus ad se. Tu dic quòd non clauditur quoad forum conscientia & animæ, secus post datam sententiam quoad communicationem in foro exteriori cum alijs membris. Ante datam sententiam recipitur ad exteriorem poenitentiam publicam, seruato quòd non relinquatur brachio seculari, neque propterea recuperat bona confiscanda à die commissæ hæresis, nisi ex benignitate principis aliquando concedantur bona redeuntibus intra tale tempus, quod vocari solet tempus gratia.

Conuersio hæreticorum de qua loquuta est præcedens, *Prop. 52.* debet esse vera, & non ficta, neque simulata, quod iudicium arbitrio sano perpendendum est, vt dixit Clemens. IIII. & habetur in capit. Vt officium: de hæret. lib. 6. Si aliquis redire voluerit ad Ecclesiam, iniugatis eidem, quod iniugati talibus consuevit: prouiso solerter ne simulata conuersione redeant fraudulentè, & vos (imo seipfos) fallentes sub agni specie lupum gerant. Ideo nil mirum si aliquos dicentes se conuerti relaxent, non satis fisci eorum confessioni: Vt sunt aliqui hæresiarchæ, aliqui dogmatizatores, & ficti confitentes, videlicet, qui vacillantes, iam contentur, iam negant delictum: aut diminuti confitentes, scilicet, qui aliqua fatentur delicta, aliqua negant testibus sufficientibus probata. Habes supra in. 3. distinct. *Diminuti.* 40. proposit. 33. quòd pro ingenti furto occiditur fur, ad *ti.*

*Relapsi**Prop. 53.*

*In hanc  
cōmuta-  
tionem si  
ue relem-  
ptionē est  
Nu. 3. de  
cōmutan-  
dis & re-  
dimendis  
primo ge-  
nitis. Fa-  
citq; pro-  
cruciata  
dante fa-  
cultatem  
pro tanta  
elemosy-  
na lacte  
vescendi  
& ouis,  
& alia si-  
milis.*

quod debet esse ratio, quia tam præsumentur ex ingenti quā-  
titate incorrigibilis, quā ex triplicato furto: à simili erit  
de hæresiarcha, & dogmatizatore: & multò clarius de re-  
lapso, qui semel lapsus, & absolutus ecclesiæque reconci-  
liatus, iterum labitur.

Hæreticis conuersis vltra solēnem & publicam pœnitenti-  
am, imponi solent aliæ pœnæ: vt perpetuus carcer ex  
cap. penultimo. extra de hæret. quem carcerem inquisito-  
res cum episcopo temperare aut mutare possunt, ita dicit  
cap. Vt commissi: de hæret. lib. 6. In Hispania talis com-  
mutatio reseruata est inquisitori generali, quæ fienda est in

opera pia, in ieiunia, atque elemosynas præcedente verò,  
vt par est, causa legitima commutandi. Antiquitus ex con-  
cilio Elibertino cap. 22. iniungebantur decem anni pœni-  
tentia. Postea concilium Agathense cap. 37. commutauit  
in biennium. Imponitur quidam habitus duplici cruce fi-  
gnatus, vt olim pœnitentes induebantur sacco. distinct. 50.  
cap. In capite: Sic Achab. 3. Reg. 21. indutus fuit cilicio, &  
dormiuit in sacco ad correptionem Helix. Refertur à Gra-  
tiano de pœnitentia, distinct. 3. cap. Achab. Sic fuere indu-  
ti. Niniuitæ. Ionæ. 3. Ille habitus non debet occultari, ne-  
que dimitti ante præfinitum tempus: parificantur enim ab-  
ijcere & occultare per argument. cap. Cum itaque: de con-  
secra. dist. 4. vbi paria iudicantur non recepisse sacramentū  
baptismi: aut receptionis illius non sciri esse aliquod vesti-  
gium, à simili non portare habitum, aut gestationis ipsius  
non apparere signum parificabuntur. Debet tamen cū mo-  
deratione intelligi, quia ad dormiendum, ad liberius & expe-  
ditius domi laborandum dimittere non est abijcere: sicuti  
neque abijciant religiosi habitum suæ religionis & pœni-  
tentia propter easdem causas ad horam deponentes. Pro-  
hibetur eis vsus armorum, & vestium pretiosarum, & qua-  
randam aliarum rerum. Sic Stephanus Papa refertur in  
cap. Admonere. 33. quæstio. 2. interdixit arma illi qui vxo-  
rem occiderat: Nicolaus habetur ibidem cap. Latorem, il-  
li qui matrem occiderat interdixit arma sumere nisi contra  
paganos, & quod quocumq; ire vellet nullo deduceretur vehi-  
culo,

culo, sed pedibus proficisceretur. Eandem pœnā imponit cō-  
cilium Vormaciense cap. 8. ei qui sacerdotem occidit: qui-  
bus exemplis interdicitur hæreticis vsus equorum mularum  
& armorum: interdicitur eis nominatim illa officia, quæ  
habes supr. p. 44. Hi cōuersi vocantur reconciliati cum Eccle-  
sia, à qua discesserant vt supr. p. 45.

Facta per iudices ecclesiasticos declaratione q̄ talis est he-  
reticus & ab Ecclesia tanquā membrū putridum abscisus, &  
foro sæculari relinquendus, nō potest iudex laicus, sine pecca-  
to mortali, & sine nota fautoris defensorisque hæreticorum  
desinere proferre sententiam mortis contra eū ipsamq; infli-  
gere. Vide supra propos. 44. qui dicantur fautores. Hæc  
probat: nam Leuitici. 20. dixit Dominus. Si quis dede-  
rit de semine suo idolo Moloch (id est sacrificauerit filium  
suum idolo illi) morte moriatur. Quod si negligens popu-  
lus terræ, & quasi paruipendens imperium meum dimise-  
rit hominem, qui dedit de semine suo Moloch, nec volue-  
rit eum occidere, ponam faciem meam super hominem  
illum, & cognitionem eius, succidamque ipsum, & omnes  
qui consenserunt ei vt fornicaretur cum Moloch. Idolola-  
tria in diuinis literis vocatur fornicatio. Psalm. 72. Perdi-  
disti omnes qui fornicantur abs te. Sunt nanque fideles de-  
sponsati Deo per fidem. Osée. 2. Roman. 1. Qui talia a-  
gunt digni sunt morte, & qui consentiunt facientibus. Vbi  
glossa ordina. Consentire est tacere cum possis arguere. Et  
in cap. 2. extra de hæret. dicit Leo Papa. Qui alios cum po-  
test ab errore non reuocat, seipsum errare demonstrat. Vi-  
de & in decretis dist. 83. cap. Error: & sequentia. Ad consen-  
sum vero culpabilem requiruntur duo, habes in breui loq. 2.  
d. 24. p. 7. quod scilicet possit, & teneatur: ita exponit Alex.  
præfatam autoritatem Pauli cum glossa, & decretalem. 3. p.  
q. 46. m. 1. §. 2. Nam qui cum non possit vtiliter resistere, vel  
cum non debeat rationabili ex causa, neq; consentit, neq; fa-  
cit mala, vt veniat bona. Rom. 3. Ad idē est Lyranus in citatis  
verbis cap. 1. qui consentiunt: inquit: isti sunt fauentes &  
præstantes auxiliū & illi qui tenentur corrigere & tacent: di-  
stinguēs correctionē punitionis, à correctione fraterna, dicit.

*Prop. 54.*

Non debet superior cessare à tali correctione propter obstinationem peccantis, sed punire debet obstinatum, etiam morte, si expediat pro bono reipublicæ. Quòd iudex laicus possit in casu punire datur pro supposito, quia cum reus sit in carcere inquisitorum, & deducatur in publicum spectaculum auditurus sententiam, pacata sunt omnia, & reus præsens: non est iudex laicus impossibilitatus ad suam officium exercendum. Quòd iudex laicus sit obligatus & teneatur facit supra proposit. 31. quòd iudices sunt legi subiecti atque in breuiloquio. 2. distinct. 44. prop. 5. ex quo enim sunt inferiores subditi potestatibus sublimioribus Roman. 13. sunt etiam eorum legibus & statutis subiecti propter conscientiam. Principes qui condunt ipsas leges tenentur eas obseruare, non ex eo quia illis tanquam inferiores subijciuntur, quòd est dicere, super eos leges non habent vim coerciuam, quam habent, ut condemnent inferiores, habent tamen vim eos obligandi, quam quidam vocant directiuam, eò quòd principem in rectum dirigit ex dictamine rectæ rationis, & naturalis, distantis. Quòd ab alio oderis tibi fieri, vide ne tu aliquando alteri facias Tobix. 4. & Omnia quæcunque vultis, ut faciant vobis homines, & vos facite illis Matth. 7. quòd hoc sit ius naturale habes in decretis. d. 1. in principio. Cum igitur princeps per legem latam constituat opus illud præceptum sub aliqua specie virtutis tenetur actum illius virtutis exercere, quò sit conformitas inter caput reipublicæ, atq; inter cætera membra. Idcirco dixit Isidorus lib. 3. de summo bono cap. 52. Principes legibus teneri suis, nec in se posse damnare iura, quæ in subiectis constituunt iustum est: refertur à Gratiano. d. 9. cap. Iustum est: ibi cap. Neq; quorundam, citatur Augustinus dicens. Talis ego sum in scriptis aliorum, quales volo esse intellectores meorum. Extra de constitutionibus. cap. Cum omnes: dicit Innocentius, quòd quisq; iuris in alterum statuit ipse debet uti eo, citat sententiam sapientis videlicet Catonis. Patere legem, quam tu ipse tuleris. Nec debent alijs legem imponere quàm ipsi negligunt obseruare. De præbendis. c. Pro illorum: aliòquin fient ut Pharisei imponentes onera graua,

grauiam, quæ digito nolunt mouere. Matth. 23. Alludens ad hanc libertatem à vi coerciuam legis dixit Dauid. Psal. 50. Tibi soli peccavi, ubi glossa Cassiodori, quia rex omnibus superior est, tantum à Deo puniendus est: Exponit Alex. 3. p. q. 40. m. 2. superior, non habens qui facta sua diiudicet in suo ordine potestatis sæcularis, sicut neque Papa in ordine potestatis spiritualis, tamen comparando potestates has, superior est spiritualis. Vide & Tho. 1. 2. q. 96. art. 5. ad 3. Hinc pater Alfonsus Castro in quadam concione illa verba, Psal. 149. Ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis exponens aiebat, reges multa mala facturos si vellent, nobiles si possent: pedes in scriptura affectus, manus opera designant. Vnde Prouerb. 21. Sicut diuisiones aquarum, ita cor regis in manu Domini, quocunque uoluerit inclinabit illud. Nam sicut Dominus seipso fecit aquarum diuisiones, illas super firmamentum diuidendo, ab illis quæ sunt sub firmamento Genes. 1. & seipso diuisit aquas sub firmamento & congregauit in locum vnum, quòd apparet arida repletur aere, ita se solo cor regis inclinatur, non per alium hominem superiorem: sicut per regem cogit nobiles. Ex alia etiam parte probandum est peccatum principum non puniendo secundum leges, videlicet ex damno reipublicæ, cui expedit omnia crimina publica puniri supra. p. 50. ad finem. Extra de collusionibus deteg. cap. 2. dicitur. Crimina semel audita Gregorius indiscussa nullo modo præteribat, etiam si accusatus cum accusatore in gratiam redisset. Verum quidem est, quòd princeps, qui nulli subest ut dicit Alex. 3. p. q. 40. memb. 6. art. 2. §. 1. potest de plenitudine autoritatis sententiam iuris mitigare, vel remittere, sed ex rationabili causa sine alicuius detrimento, & sine scandalo, ideo dicitur esse legibus superior. Si faceret in damnum tertij peccaret, & teneretur de damno dato. Licet enim petere iniuriæ satisfactionem siue à rege, siue ab altero iudice, ut in Breuiloq. 3. dist. 30. p. 3. neque sic petens vindicat seipsum cõtra præceptum Domini. Deut. 32. Mihi vindictam, & Rom. 12. Iudex enim minister Dei est. Rom. 13. à quo petendo vindictam à Deo petitur, & ipse non red-

dens iniustus est. Vidē extra cap. vltimum de iniurijs & damno dato.

*Argum.*

Contra hanc arguitur. Sequeretur ex ea, quod ipsi inquisitores peccant mortaliter intercedēdo apud iudicem sęcularē pro clerico hęretico supra. p. 50. quia inducunt illum ad faciendum quod ei non licet sine peccato quod de intercedentibus omnibus apud iudices videtur: Cuius falsitas apparet, quia multi pij, docti, & sancti faciunt contrariū intercedēdo pro pœnis delinquentium.

*Solutio.*

Ad hoc respondetur multiplici diuisione. Primō de illo qui potest legis rigorem & sententiam mutare, vt rex, non est dubium quin possit orari pro reis, quia nihil petitur illicitum. Inde apud Deum licitē Moyles pro populo intercedebat, pœnam remitteret. Exodi. 32. quia dicitur Sap. 11. Misereris omnium, quia omnia potes: Secundō, offensus cui facienda est satisfactio potest pro offendente intercedere, vt remittatur ei pœna, quę offenso debebat applicari: Sic ostēdit caritatem & mansuetudinem, illumque reducit in suam gratiam. Tertiō, quando pœna est arbitraria, quam potest iudex pro qualitate delicti & causis mitigare, vt supra. p. 31.

*Causa mitigandi pœnas.*

1. *Causa.*

2. *Causa.*

3. *Causa.*

4. *Causa.*

licitē interceditur mitiori pœna reum puniatur. Ex causa mitigatur pœna, dicente Augustinus, & habetur. d. 50. cap. Constitueretur: Cogunt multas inuenire medicinas multorum experimenta morborum, detrahendum est aliquid seueritati, vt maioribus sanādis malis caritas sincera subueniat. Item ex persona, quia Ecclesiasticis & nobilibus imponēda est minor pœna corporalis, pecuniaria verō, aut spiritualis maior ignobilibus, & qui vilia exercent officia ē conuerso maior pœna corporalis. Facit. 24. q. 1. cap. Qui contra. Propter ætatem minuitur & pœna, vt senectutis. 34. d. cap. Fraternalitatis: & d. 86. c. Tanta nequitia. Similiter & pueritię. Faciunt. 6. q. 7. c. Tempora, & c. Hoc fit. Ex doli defectu in peccando, in citato cap. Tanta nequitia. Vnde dicitur in cap. super literis extra de rescriptis: Qui malitiose expressit falsum, aut suppressit verum caret impetratis, si per simplicitatem vel ignorantiam, non caret, quando veritate expressa impetrasset literas, saltem in forma communi. De rerum permutatione cap.

cap. penult. tribuit veniam Innocentius. III. illius simplicitati, qui cum non posset, permutare intentauit prębendam, & quia deceptus, iubet illam sibi restitui. Ex paupertate minuitur pœna pecuniaria, plus enim est pauperi soluere nummum vnum, quā diuiti decem. Luca. 21. vidua mitens duo minuta in gazophylacium, plusquā omnes misit. Ex rationabili consuetudine, quia si consuetudo rationabilis & pręscripta habet vim legis, & legi derogat, multo magis derogabit pœnam legis. Facit cap. vlt. extra de consuetud. Si consuetudo minuendi pœnam est irrationabilis, neq; pręscripta, est corruptela, & damnatur tam citato modo. c. quā in cap. Ea quę de statu monacho.

5. *Causa.*

6. *Causa.*

7. *Causa.*

Datur alia causa à glossatore in cap. Nisi specialis extra de officio legati, videlicet amicitia. Dicit enim ibi Innocentius, q̄ nisi dilectio specialis quam ad legatum illum habebat iustum motū animi sui temperasset, pœna docente suū excessum ei faceret cognoscere: inde infert glossa, q̄ iudex ratione amicitię potest remittere pœnam: Quod absolutē assertum ansam pręberet iudicibus ad acceptionem personarū. Quando iudex posset pœnam remittere, & sine scandalo remitteret pensatis alijs obsequijs non sibi soli, sed officio suę iudicaturę pręstitis, aut pręstandis ab amico: vel quia si tam rigidus cum amicis foret, ab eis destitueretur, & vili habitus acrius impeteretur ab aduersarijs, locum dicere habere opinionem glossę, & habendo respectum ad aliquem intercessorem: ē similibus causis posset similiter fieri, quia reum subijci ad interpellandam intercessores, & merita intercedentium interponi, nonnulla satisfactio est. Sunt aliquę alię circumstantię quas iudex prudens circumspectet, & pius intercessor, quarum est pręcipua spes emendę in delincente, modo vera sit. Dixit enim sapiens Ecclesiasticus. 19. Est qui nequiter humiliat se, & interiora eius plena sunt dolo Augustinus ad Bonifacium, in citato cap. Vt constitueretur dinst. 50. dixit Expertus credo aliquorum fictas poenitentias per affectatas honorum potentias. Vbi glossa, per, exponit propter potentias, id est, dignitates. Solent ambitiosi ostendere se valde humiles ad assequendum ambita: capti

*Spes emē  
dę.*

*Poeniten-  
tię fictę.*

capti in culpis humiliter veniam supplicat, imponendas poenas easuri quo iterum ambitiose subleuentur. Hoc multos praelatos maximè in religionibus decipit, qui poenas ideo remittunt, superbos existimantes qui humiliter poenam sustinent crucem Christi ferentes, neque ab ea per talem fictam humilitatem descendentes ad terram, sed expectantes Dominum, qui per se aut per alios humiliati caput exaltare solet, & in medio magnatorum consedere facit Eccl. 11. Sicut Euilmerodach rex Babylonis, anno primo sui regni subleuauit caput Ioachin regis Iudæ. 4. Reg. vlt.

*Ad formam argumenti.*

Respondendo ad formam argumenti in præsentia materia ubi inquisitores intercedunt pro reo incorrigibili cõmerenti poenam mortis, dicitur id esse licitum. Non enim intercedunt quod ei omnis poena remittatur, esset quippè id illicitum, quia peterent crimina remanere impunita: Deũ etiã orare ut obstinato & impoenitenti parceret culpa esset, orandus est cor emolliat, præueniatque ad poenitendum. Huc posset reduci prohibitio illa, qua Dominus vetat Hieremiam orare pro populo. c. 7. & 15. Si steterint Moyses & Samuel coram me non est anima mea ad populum istum: eò quod essent obstinati & impoenitentes, quos gratiã suã præuenire volebat: aut fortè loquebatur de poenis, quas sæpè neque ad sanctorum preces desinit infligere: Ezechi. 14. Si fuerint tres viri isti in medio eius, Noe, Daniel, & Iob, ipsi soli liberabuntur, terra autem desolabitur. Intercedendo inquisitores pro reis ostendunt se, ut dictum fuit. p. 29. illos non accusare apud laicos iudices: ostendunt quod iudices laici non eos puniunt nomine Ecclesiæ: ostendunt etiã Catholicã, & Christianam mansuetudinem. Ad hunc modum orabat Augustinus Marcellinum comitem pro Donatistis refertur. 23. q. 5. cap. 1. ubi petit quod sine morte ipsorum supplicium fieret, sed viui, & nulla parte corporis truncati alicui vtili operi deputetur: ubi neque omnem poenã postulabat remitti, cum adderet: Non quod sceleris hominibus licentiã facinorum prohibeamus auferri. Cap. 2. ibidem: sic dicit: Poena illorum quãuis de tantis sceleribus confessorum, rogo te ut præter supplicium mortis sit, & propter conscientiam nostram, & propter Catholicam

*Inf. d. 18 p. 15.*

cam mansuetudinem cõmendandam. Ecce rationem mansuetudinis, quæ mouebat Augustinum. In citato cap. 1. dicit ab hac intercessione pro illorum interitu se potuisse dissimulare, quia non accusantibus nostris, sed illorum notarijs ad quos tuendæ publicæ pacis vigilantia pertinebat, præsentati erant examini. Ecce firmatam rationem propter quam inquisitores intercedunt, quia cum hæretici accusentur à promotore fiscali sui tribunalis, ab eisdem que declarentur hæretici, maximè expediuit hac intercessione monstrari, quod neque accusant, neque suo nomine puniuntur. Quod si, ut refert Gratianus. 6. q. 1. cap. Si quis. Imperatores multa uerunt infamix poena intercedentes pro factiosis, id fuit in suo foro, non tamen obligat in foro cõscientiæ etiã pro maiori crimine hæresis, cum potestas ciuili non possit prohibere Christianam caritatem de qua Christus Matth. 5. Orate pro persequentibus & calumniantibus vos.

In casu aliquo tolerandi sunt hæretici: videlicet quando non esset eorum malitia manifesta, quia tunc non debet eradicari zizania è sola suspitione, ne simul eradicetur & triticum Matth. 13. Secundus casus quando maius scandalum & turbatio immineret Ecclesiæ ex eorum punitione, quàm ex cessatione. Sic Dauid. 2. Reg. 19. retraxit Abisai ne amputaret caput Semei maledicentis sibi, quia timuit ex occisione regni turbationẽ, ideo dixit. Cur effici mini mihi hodie in Sathan? Hos duos casus ponit Alex. 3. p. q. 34. m. 1. §. 13. Atque in hunc secũdum dicit etiã notandum verbum Christi. Ne simul eradicetis & triticum. In his duobus casibus sunt intelligendi doctores Catholici quando dicunt posse tolerari hæreticos. Vide Ricard. hac. d. ar. 5. q. 4. ad primum. Thom. 2. 2. q. 11. ar. 3. & eũdem Alex. 2. p. q. 181. m. 11. Aliqui hæretici negauerunt peccata toleranda: vide in Breui loq. 3. d. 40. p. 41.

Qualitas propositiõnem damnabilium est multiplex, & circa illarum qualificationem nonnulla inter doctores varietas videatur Turrecremata in summa de Ecclesia lib. 4. parte 2. à cap. 8. vsque ad. 11. pater de Castro lib. 1. de punit. cap. 3. Cano. de locis lib. 12. à cap. 7. vsque ad. 11. frater Antonius Cordubensis in quæstionario lib. 1. q. 17 perstringẽdo pono octo: quæ

*Prop. 55.*

*Prop. 56.*

*Hæretica* quæ sunt. Propositio hæretica est, quæ repugnat catholicæ veritati fidei. Veritas catholica est propositio reuelata Deo lumine supernaturali ad communem utilitatem Ecclesiæ omnibus necessario credenda. Dicitur ad communem utilitatem, quia reuelatæ aliquibus particularibus, nõ sunt veritates catholicæ. Catholicum enim valet, quod vniuersale. Creduntur verò ab illis particularibus habitu fidei infusæ, vt dicit Vega lib. 9. cap. 3. & 7. Habent enim idem obiectum formale, quod aliæ catholicæ. De quo lib. 3. d. 24. Est contra Dominicum Soto lib. 3. de nat. & gratia cap. 11. volentem quòd credantur per aliam fidem particularem, quia illis discredēs non esset hæreticus. Vega vult quòd sit hæreticus & verè amittat fidem infusam. Antonius Cordubensis concedens cum Vega, quòd amittit fidem, negat quòd esset hæreticus; sed infidelis, aut perfidus. Hoc videtur durius quòd amissa fide infusa hæreticus non sit. Fortassè posset concedi, quod manente fide sit perfidus & infidelis, & peccet vt Zacharias nõ credens Gabrieli Lucæ. 1. sicut cum habitu se compatitur aliquis actus moralis contrarius: ita hæc infidelitas, quia nõ est contra catholicam veritatem. Vide ad hoc in. 3. d. 31. p. 3. *Dub.* Dubium est, vel quasi de nomine: si aliqua sit hodie veritas catholica, quæ ante non fuit, quò aliqua propositio secundum se sit hæretica? Scot. in. 1. d. 11. q. 1. litera. D. tenet quod veritas catholica declarata ab Ecclesia semper fuit de fide: Sequitur Adrianus in. 4. q. 1. de cõfessione. Alfonso lib. 1. de punitio. c. 1. Ad quod facit glossa in cap. Statuto de decimis lib. 6. dicens, qui declarat non statuit nouũ ius, sed declarat antiquum: ad idem lege: hæredes palàm. ff. de testa. Item veritas catholica, & hæresis illi contraria non dependet ab asserente, vt in vno sit hæretica in alio non, dicente Aristo. 1. periheme. c. 6. vel. 8. Non propter affirmare, vel negare res erit, aut non erit. Tertiò, qui propositiones qualificant in tribunali inquisitorũ, eas vt iacent termini illarũ qualificant, nullo habitu respectu ad proferentem, persona proferens & aliæ circumstantiæ examinantur à iudicib⁹ in processibus, ergo veritas, aut hæresis propositioni secundũ se inest. Quòd aliquæ hæreses dicantur nouæ aliæ veteres, vt. 24. q. 1. c. 1. Achatius; aut hodie vnus notæ

cras

cras alterius, non est ratione sui ipsius, sed ratione proferentis, quia incipit habere assertorẽ quem ante non habebat: & ratione declarationis, quò ad nos: quia declarauit Ecclesia, quòd nõ declarauerat. Contrariũ tenuit Caiet. 2. 2. q. 11. ar. 1. & Canonizatus. c. 8. Dicitur reuelata, vel immediatè à Deo Ioã. 1. Vni-genitus qui est in sinu Patris, ipse enarrauit nobis: vel mediate, vt per prophetas. De vtraq; Hæb. 1. Multipharie olim loquens Deus patribus in prophetis, nouissime loquutus est nobis in filio: alio modo, quia ex catholica veritate reuelata deducitur mediante syllogismo siue consequentiã. In. 3. d. 40. p. 16. retulimus mentem dicentium, quòd veritas consistit in indiuisibili: in prologo. p. 11. quod omnibus articulis assentimur æquali certitudine, nihilominus est ordo dignitatis inter veritates fidei. Turrecremata posuit septem gradus: Melchior Cano quatuor. Credo ad proferentis culpã nihil referre. V. g. ponitur primus gradus illarũ, quæ habentur expresse, in sacris literis: sed quod Abrahamã duos filios habuit habet expresse; descensus Christi ad inferos non expresse, tamẽ culpabilius hoc negabitur, quã primũ: igitur malitia proferentis & poena illi imponenda nõ è solo ordine dignitatis iudicanda est. Neq; præfati doctores cõcordant in præfatis gradibus ordinãdis: legat in eis qui voluerit. Conuincitur propositio hæretica per suam contradictoriam expressam in sacra Scriptura, vel deductam è sacra Scriptura in bona cõsequentiã: Vt filius Dei est homo lib. 3. d. 7. p. 1. Secundò cõuincitur per concilia generalia quæ non possunt errare, vt in. 3. d. 25. p. 22. Tertiò per totius Ecclesiæ, aut omnium doctorum consensum, quia talis concordia est à Spiritu sancto, qui dedit illos ne nos erremus & circumferamur omni vento doctrine Ephes. 4. igitur nõ possunt errare omnes dicẽdo aliquid esse de fide. Quartò per iudiciũ sedis Apostolicæ, quando Papa facit ea, quæ ad cathedram spectat, vt in. 3. loco modo citato. Quoniam hæresis, est in intellectu. p. 12. & 20. supra: in operibus proprie nõ est hæresis, licet aliquãdo vocentur hæreses, sicut supra. d. 11. p. 1. imago vocatur nomine imaginati. Castro lib. 1. punitio. c. 1. vult assignare regulam quare ex vno opere magis, quã ex alio sumatur præsumptio de hæresi: credo tamen quòd non possit dari

*Iudex de* dari certa regula: sed quòd prudens iudex, qui circa præsum-  
*bet se ha-* priones debet se habere sicut se habēt leges quarum est mi-  
*bere sicut* nister, ex indicijs, quæ in aliud trahi non possunt præsumet,  
*lex.* vt de circuncidente infantem: adorante idolum: flagellante  
 imaginem crucifixi. Communiter enim ita est, quòd talia  
 opera ex errore in intellectu, & pertinacia voluntatis profi-  
 ciscuntur. Idcirco sapiunt hæresin, vt infra.

*Erronea.* Erronea in fide iuxta Alfonsum est contra credibilia quæ  
*Vide lib.* probari possunt ratione naturali: vt quòd Deus nō est vnus.  
*1. d. 2. p. 6* Addit Cordubensis, aut quæ est contra Catholicam verita-  
 tem non apertè, sed secundum communem sensum docto-  
 rum. Cano cap. 11. triplicem acceptionem eius ponit: primò  
 quando sic opponitur catholicæ veritati, q̄ non tollit ipsam  
 fidem, sed eam obscurat: vt, orationes speciales applicatę per  
 prælatos vni personæ non profunt illi magis, quàm genera-  
 les. Sic theologi temperato vocabulo dicūt erroneum quod  
 non audent dicere hæreticum. Talem dixerūt aliqui istam:  
 Passio Christi nō est ploranda feria. 6. hebdomadæ sanctæ:  
 Melius est considerare alia beneficia Dei, quàm passionem  
 Christi: vniuersitas Parisiēsis hæreticam dixit illam Erasmi,  
 q̄ non liceret plorare passionem Christi: dicente Zacha. 12.  
 Plangent cum omnes tribus terræ. Secundò, quādo est con-  
 tra veritatem non planè ab Ecclesia definitam, sed quæ se-  
 cundum vehementem opinionem sapientū est veritas fidei.  
 Tertia, quando aduersatur certæ veritati fidei, nō manifestè,  
 sed secūdam omnium sapientium probabilem, ac fermè ne-  
 cessariam sententiam, quia grauitèr errat, qui defendit con-  
 tumaciter quod omnes viri docti sentiunt periculum grāde  
 fidei. Hæ acceptiones magis pertinent ad sapientem hære-  
 sin, vel ad temerariam, ait Cordub.

*Sapiens* Sapiens hæresin, iuxta Alfonsum, in prima significatione  
*hæresin.* verborum ostendit sensum hæreticum, piè verò intellecta  
 sensum habet verum, exemplificat in ista, Pater maior est  
 filio: Christus est creatura. Hoc sequutus. d. 1. p. 8. dixi hanc  
 Christus est filius Dei adoptiuus sapere hæresin; sanum tamē  
 sensum aperui. Idem videtur de ista, peccatum veniale non  
 offendit Deum: aut non est offensa Dei: quam lib. 2. d. 41.

p. 6.

p. 6. non simpliciter concessi, concesserat autem bona. loco  
 ibi citato, cuius mentē constat fuisse sanā. Ex cuius verbis, &  
 ex Thom. 12. q. 88. ar. 1. ad 1. & ibi Caietā. dicentibus veniale  
 esse peccatum secundum quid, posset quis negare paruum  
 furtum aut simile esse peccatum, quod esset periculosius &  
 magis declarandum. Alij dicunt sapere hæresin, quæ de-  
 ducitur ex vna hæretica, & alia vera per rationem natura-  
 lem. Vt omnes existentes Romæ sunt in mortali: quia est  
 hæreticum negare paruulos baptizatos esse in gratia: & ve-  
 rum est ibi esse paruulos baptizatos, ergo sapit hæresin, quia  
 contradictoria: sapit fidem, licet de intentione ministri non  
 habeamus euentiam. Cano. dicit: quid hæresin sapiat quid  
 nō, nō tam definitione & argumētatione speculatricis disci-  
 plinæ, quàm sensu quòdam, gustuque prudentiæ iudicatur.  
 Propositionum sapores causā non natura distinguit, non re-  
 gulis, sed prudentia, & sagacitate dijudicantur. Leges, Pater  
 maior me est in Euangelio, habes autorem cognitum nō hæ-  
 resin sapit tibi, sed modestiam: legebat Athanasius in libris  
 Arrianorum nouerat autores sapiebat illi hæresin, vt idem  
 vinum ex vno vase: sapit picem, ex alio non. Hæc ille. Per  
 modum secundum hæc sapiet hæresin. Christus non est risi-  
 bilis: quia sequitur ad hæreticam Christus non est homo, &  
 ad veram, homo est risibilis. Ad modum Alfonso esset erro-  
 nea in fide, quia credito, q̄ est homo, naturali ratione proba-  
 tur risibilis. Qui eam & similes negaret credens nō omnem  
 hominem esse risibilem; non esset hæreticus sed stupidus:  
 Ecclesia iudicabit illū potius negare Christū hominem, quā  
 omnem hominē esse risibilem, quod est natura notum. Sa-  
 piunt, & hæresin opera, quæ ex natura sua hæresin præse-  
 ferunt: vt rebaptizare.

Scandalosam, seu piarum aurium offensiuam vocat Castro  
 quæ pijs viris dat occasionem errandi: vt maioris meriti est  
 eleemosyna, quàm Missa: Cano pro eadem fumit piarum au-  
 rium offensiuam & male sonantē, & ponit in ea duos gradus:  
 primus est sapientium hæresin: secundus specialis, nō sapien-  
 tium hæresin, sed facientium sonum absurdū, & peregrinum  
 indignum pijs & religiosis auribus à doctrina sana & sincero  
 C c Ecclesię

*Opera hæ-*  
*resin Sa-*  
*pientia.*  
*Scandalo*  
*sa.*  
*Male so-*  
*nans.*



Ecclesiæ sermone discrepantē. Vt monachus nō est pietas: Papa nō debet dici sanctissimus propter officium: tales sunt: 29. 33. 37. 40. errores V. viclephi. Qui sonus prudentiam nō regulis est iudicandus: Scandalosam vocat vt Castro, ex qua possit notari scandalum; sed non hæresis; vt recensere plebi vitia monachorū: incommoda cōfessionis: abusus Romanæ Ecclesiæ: Tales sunt: Prælati malus est fur & latro: Per censuras Ecclesiasticas clerus populum suppeditat, & auaritiā multiplicat: Epistolis decretalibus studētēs sunt stulti: Dan-tes elemosynam fratribus mendicantibus sunt excommunicati: Confirmatio inueniunt, clericorum ordinatio reseruantur episcopis propter cupiditatem lucri & honoris, qui fuit error. 28. V. viclephi.

*Aures  
pie.*

Aures piæ sunt quæ recte callent sensum propositionis auiditæ, recteque de fide sentiunt. Male sonant, quæ communiter accipiuntur in malo sensu quem faciunt, licet habere possint bonum. Vt Christus peccat, quotidie quamuis sit verum declarando, quod Christus mysticus, id est eius corpus, quod est Ecclesia, quotidie in aliquo membro peccat: Christus orat pro nobis: verum est tamen, quod Christus homo orat, vide infra d. 4. p. 15. Male sonat aliquid in vno tempore, vel autore, vel proferente, quod non in alio.

*Temeraria in fide.*

Temeraria in fide est quæ omni ratione caret, & autoritate, qua possit probari, vt dies iudicij erit intra annum. Ad hanc spectat illa, quæ in doctrina fidei cum celebris vniuersitatis communi decreto, ac definitione pugnat, si talia decreta contemnantur elato & superbo animo, quia si reuerenter suscipiantur, & ratio aut autoritas apparens in contrarium adducatur non erit temeritas; errare enim possunt vniuersitates in fide. V. g. vniuersitas Parisiensis (vt in lib. 3. dist. 3. p. 8.) est pro conceptione Virginis, quod fuit sine originali, tenent tamen contrarium multi discipuli diui Thomæ, qui afferent extrauagantem Sixti, quo non sit illicitum ita sentire. Scotus lib. 2. d. 2. q. 6. protinus in principio: propositionem damnatam in aliqua vniuersitate solenniter, vocat suspectam in fide, quod intellige ex vi talis condemnationis: nam alias ex natura sua solet sæpe esse heretica erronea, aut alterius notæ.

*Suspecta in fide  
que.*

Frater

Frater Antonius Cordubensis loco supra citato temerariū iudicat negare reuelationes sanctæ Brigidæ, & historiā abbatis Vifini, quæ legitur in multis Ecclesijs de celebranda immaculata conceptione Virginis Mariæ: insuper credit erroneū & impiū reprehendere talem celebritatē in his temporibus secundum ritū Ecclesiæ Romanæ, vel etiam pluriū Ecclesiarū, ex quo Ecclesia Romana hoc recipit tenet & fouet quasi piū & probabile magis quā oppositū: de hæresi tacet propter extrauagantē Sixti: vbi nota; reprehendere, quia tenere oppositum nō est aliam opinionē reprehendere. Idē Cordubensis eo lib. 1. q. 44. refert retractationē cuiusdam Ioānis Veri, qui prædicauerat quod beatam Virginē asserentes in originali peccato conceptā non peccaret mortaliter, neque essent hæretici: imo qui dicūt illos mortaliter peccare, aut hæreticos esse, excommunicantur à Sixto: quā propositionē post longā litem, & appellationes tã ad summū Pontificem, quā ad parlamentū Parisijs retractauit quasi temerariè prædicatam, & piarū aurium offensiua, à deuotionē beatæ Virginis retractatiua. Vbi notabis, quod talis opinio licet verè sit opinio, tamē quia Romanæ ecclesiæ quæ, vt dicitur in c. A. recta. 24. q. 1. nunquā errasse probatur, neque hæreticis nouitatibus deprauata succubuit, aliā sicut magis piā amplexa est, quā & omnis populus iam hausit; nō est contraria prædicanda ne populus offendatur, & scandalizetur. Simili nota feritur hæc. Beata Virgo non fuit assumpta in cœlū cum corpore: quia pugnat cum cōmuni Ecclesiæ cōsensu: Alij eam feriunt nota Scandalosæ. Et quidē vt ipsa iacet est damnabilis: cū addito, velut quidā eam protulit, videlicet, quod virgo Maria assumpta sit cū corpore non est certum neque de fide, illud tamē Ecclesia tanquā magis piū tenet & amplectitur, non video scandalū neque temeritatē, qualem vidit quidā theologus, qui proferentē hoc addito tanquā scandalosum & temerariū qualificauit esse puniendū. Multæ piæ contēplationes, quæ nō habentur in biblia, quia innituntur alicui rationi nō sunt temerariæ, vide in. 3. d. 9. p. 7. ad finē. Dicere quod quidā prædicatores aliquando dixerūt, hūc sanctū aut illum essentiam Diuinam vidisse ego credo temerarium dēpto Paulo, & Moysē de quibus sunt opiniones: atque beata

Cc 2

Virgine

Schisma-  
tica.

Virgine propter regulam illam generalem allatam lib. 3. d. 3. p. 11. ad cuncta Virginis privilegia.

Propositio schismatica & seditiosa tollit unionem membrorum Ecclesie: vt malo prelato non est obediendum: Episcopus non est superior simplici sacerdote: Tyrannus potest licite occidi a vasallis. Inter schisma & heresin differentia est. Nam schisma est nomen Græcum nātum valens sicut scissura, habetur à Pelagio Papa. 2. 4. q. 1. cap. Schisma. Heresis quid sit habes supra. p. 12. Eadem. 2. 4. q. 3. c. Inter heresin; dicit Hieronymus. Inter heresin & schisma hoc interesse arbitror, q̄ heresis peruersum dogma habeat: schisma propter episcopalem dissensionem ab Ecclesia pariter separat. Alexan. 2. p. q. 182. m. 2. dicit, q̄ propriè schisma dicitur, quando pertinaciter receditur ab obedientia capitis Ecclesie. Hoc modo intelligitur id Thessal. 2. cap. 2. Nemo vos seducat, quasi in istis dies Domini, quoniam nisi venerit discessio primum: vbi per discessionem intelligitur schisma seu defectio Romani imperij. Quarum vna iam est facta, quando Romanum imperium, quod tempore Pauli florebat deficit à gentibus, & traslata fuit à Cōstantino sedes imperij ad Græcos remanēte Roma sub episcopo Romano Christi vicario: vide. d. 96. cap. Constantinus: & d. 63. c. Bgo Lodouicus. Alia defectio eiusdē imperij fienda est, quando tam Romano pontifici, quā imperatori pauci obediēt: quia in nouissimis tēporibus idē Paulus ait. 1. Timoth. 4. discedēt quidam à fide atēdentes spiritibus erroris: & quoniā abundabit iniquitas refrigescet caritas multorum. Matth. 24. Sicut caritas, ita & fides in multis deficiet, quò verum sit. Filius hominis veniens putas inueniet fidē in terra? Lucē. 18. De hac speciali acceptione schismatis sunt autoritates Cypriani. Vna ad Corneliū habetur lib. 3. d. 25. p. 21. Alia ad Rogatianum lib. 3. epist. 9. Hęc sunt initia hereticorum, & ortus atque conatus schismaticorum malè cogitantium, vt sibi placeant, vt prepositū superbo tumore contemnāt. Sic de Ecclesia receditur, sic altare prophanū foris collocatur, sic cōtra pacē Christi & ordinationem atq; vnitatē Dei rebellatur. Lib. 4. epist. itē. 9. vnde schismata & hereses obortē sunt, & oriuntur nisi dū episcopus, qui vnus est, & Ecclesie præest

præest, superba quorundam præsumptione contemnitur, & homo dignatione Dei honoratus ab indignis hominibus iudicatur? Hęc ille. Tale fuit Schisma Chore, Dathan, & Abiron. nu. 16. contra Moysen & Aaron. Quamuis etiam schisma, vel ab hæresi quandoque oriatur, vel hæresin pariat, vnde dixit Hieronymus citato cap. inter hæresin: cæterum nullum schisma non sibi aliquam hæresin confingit, vt rectè ab Ecclesia recessisse videatur, tamen Glossa ibi dicit, Omnis hæreticus est schismaticus, sed non conuertitur, vt V. g. quando salua fide gerunt se duo pro summis Pontificibus. Eo tempore adhærentes illi qui non est verus Papa, si id faciunt ignorantia inuincibili, quamuis materialiter sint schismatici, non sunt formaliter. Sicut de hæretico dictum est. p. 20. Hoc sonat citatum verbum Alexandri tam memb. citato, quā m. 1. pertinaciter. Nam qui ex ignorantia non affectata, neque crassa parati tamen illum habere pro Papa, qui verus fuerit, non pertinaciter summum Pontificem, sanctam Sedem, neque eius præcepta contemnunt, vel postponunt. Inde simplices qui suis prelatis & viris doctioribus adhærent excusantur à culpa schismatis cum dicat Paulus Hebr. vltim. Obedite prepositis vestris & subiaceite illis. Sunt maiores vt boues, simplices vt asinæ lib. 3. d. 25. prop. 15.

Propositio iniuriōsa detrahit alicui statui fidelium, seu alicui personæ illustri: Vt Papa est Antichristus: Monachi non sunt de religione Christiana, sunt ambitiosi, tyranni: Non vocentur hora mortis, ne rapiant bona: Papa concedit indulgentias indiscretas.

Hęc iniuria si sit in Deum vel in sanctos, vocatur blasphemia, habes lib. 3. d. 40. prop. 16. quandoque est simplex blasphemia, vt iurando per capillos Christi: Aliquando ei adiungitur hæresis, & vocatur blasphemia hæreticalis. Vt quòd Deus iniuste punit; insipienter agit: & hæc punitur ab inquisitoribus: Alia vel ab episcopis, vel etiam à iudicibus laicis. Potest namque eadem propositio pluribus notis inuri simul, hæretica, blasphema, schismatica, aut scandalosa. Neque tolerandi sunt qui has propositionum di-

Iniuria.

Blasphemia.

stinctiones aiunt esse inuentiones monachorum, aut scholasticorum. Concilium nanque Constantiense sess. 8. errores Vviclephi dicit alios esse notoriè hæreticos, alios non catholicos sed erroneos, alios scandalosos, quosdam piarum aurium offensiuos, nonnullos temerarios, & seditiosos. Sub eadem forma sess. 15. cõdemnauit errores Ioannis Hus. Sixtus etiam Papa. IIII. conclusiones Petri de Osma in extrauaganti cõdemnans protulit sententiam, quòd erant hæreticæ, scandalosæ, & male sonantes.

Notandum insuper quòd illa propositio, quæ in vno sensu est catholica & sana, in alio hæretica debet à proferente exponi, petendo ab eo in quo sensu protulerit. Examinatores librorum imprimendorum aduertere etiam debent quòd in expositione librorum Bibliæ, vel in sermonibus tales propositiones sine aperta expositione transire non patiuntur: in concertatione scholasticarum quæstionum, ubi præfatus sensus sanus vel in probationibus, vel argumentorum solutione aperitur non oportet esse morosos. Multi nanque ita quorundam doctorum opiniones imbibunt, vt aliorum opiniones quasi duras audiant, & protinus offendunt aures, vel scandalum gigni autument. In publicis disputationibus propter audientes, qui non omnes omnia capiunt, temperatè sunt opiniones etiam duræ defensandæ. Viris doctis & exercitatis nõ fiunt asperæ doctorum diuersæ opiniones probabilibus argumentis fultæ.

*Periculosa.*

Periculosa est, quæ absolutè & generaliter dicit fieri possibile quod non nisi ab aliquibus vix & cum multis circumstantijs fieri potest, vt manere diu solum cum sola in lecto: Nimis familiariter diu conuersari cum foeminis: Non est curandum pugnare contra tentationes: Exteriores actus, vt adorationis, aliarumque cæremoniarum non sunt necessarij, neque ad perfectionem expedientes, quia sunt actus imperfectorum. Hæc potest reduci ad scandalosam,

D I-

## DISTINCTIO .XIII.

*Ab hac. d. vsq; ad. 22. tractatur de sacramento pœnitentia. In hac ponitur pœnitentia necessitas: quid ipsa sit: unde concipiatur: Si sepe ab ea cadatur, & per eã pluries homo reparatur: Et de pœnitentia solenni.*



**P**œnitentia est necessaria post peccatum, vt peccatores ad Deum appropinquent & reuertantur. Hanc probat Magister ex Hieronymo, & refertur à Gratiano de pœnitentia d. 1. c. Secunda tabula. Nam post naufragium Adæ datus est nobis baptismus in quo, velut naufragi in tabula, liberemur; Quia baptismus nõ est iterabilis data est peccatibus pœnitentia, quasi secunda tabula. Vide conc. Trid. sess. 6. c. 14. approbã aptè nominatã secundã tabulam, & sess. 7. cano. 2. definit hoc sacramentũ cum alijs necessariũ. Christus Dñs prædicationẽ suam inchoauit à pœnitentia Matth. 3. & 4. item & Ioã. Baptista. Diuus Petrus post aduentũ Spiritus sancti in. 1. sermone Act. 2. prædicata fide in Christũ prædicauit & pœnitentiã. De eius obligatione inf. d. 16. p. 1. & 11. Per quã explodit error Caluini dicentis solã recordationẽ baptismi delere omnia peccata, cũ antiquis patribus recordatio circũcisionis, cui successit baptismus nõ sufficeret.

Pœnitentia dicitur à puniendo, qua quis punit illicita que commisit. Magister in litera. Scotus hac. d. q. 1. litera. R. post Augustinũ, refertur à Gratiano de pœnitentia d. 3. c. Pœnitentia el. 2. dicit, qd pœnitere secundũ etymologiam nominis tantũ valet sicut poenã tenere: et quia de ratione fructuosæ pœnitentiæ est qd sit voluntaria, & de ratione poenæ qd sit cõtra voluntatem ponitibi sub litera. N. quomodo tripliciter aliquid fit voluntariũ. Primò, contra quod voluntas nõ remurmurat, sed

Cc 4 patien;

patienter sustinet, sicut Iob suas pœnas cap. 1. & 2. quæ Chri-  
 stostomus Homil. 5. de patientia Iob, prædicat illustriorem fe-  
 rendo patienter amissionem bonorum, quam quando illa di-  
 stribuebat pauperibus pauperum factus pater cap. 29. de sua-  
 rum ouium velleribus eos vestiens cap. 31. & dicit vnum ver-  
 bum valde consolatoriū omnibus patientibus mala cum mā-  
 suetudine, quasi talis patientia æquiualeat merito voluntariæ  
 operationis, quod est tale. Tu igitur si quis tibi tuā furruperit  
 pecuniam, ac generose tuleris: ipsam, eorum, qui pauperibus  
 erogant vniuersam mercedem accipies. Igitur quæ sustine-  
 tur patienter pœna est voluntaria. Secundo est voluntarium  
 quod voluntas voluntariè acceptat. Sicut ipse Iob. cap. 6. iam  
 ex patientia in gratam acceptationem venerat quando dice-  
 bat. Quæ prius nolebat tangere anima mea præ angustia cibi  
 mei sunt. Vbi glossa ordin. id est mala sæculi iam sunt dul-  
 ces cibi præ amore coeli. Veniat petitio mea, qui cepit ipse  
 me conterat, &c. Hoc est auxilium de tribulatione quod pe-  
 tebat David. Psa. 59. & 107. Inde enim Deus subuenit vnde  
 putatur deserere. Nam ex tribulatione patientiam, inde pro-  
 bationem, inde spem donat Rom. 5. & spe gaudentes ibi. 12.  
 acceptat sancti passiones huius sæculi, quæ iam fiunt volun-  
 tariæ. Tertiò, quæ voluntariè causat, & hoc dupliciter vel vt cau-  
 sa proxima partialis & non intendens istū effectū; vel vt cau-  
 sa remota principalis & intendens effectum. V.g. tristitia est  
 dissensio animi ab his, quæ nobis nolentibus acciderunt. Ap-  
 prehensio rei & nolitio illius sunt partialis & proxima causa  
 tristitiæ, licet homo per illam nolitionem non intendat tri-  
 stitiam causare: Si intendat præcipiendo intellectui confide-  
 rare talem rem & nolendo eā ad hoc vt causetur tristitia, tūc  
 voluntas est totalis causa remota applicans illas duas causas  
 partiales tristitiæ, videlicet apprehensionem & nolitionem.  
 Secundum hæc potest dici facere pœnitentiam pro peccato,  
 qui pœnam ob illud inflictam patienter sustinet. Secundo;  
 qui gratanter acceptat, quod plus habet de voluntarij ratione,  
 quam solum ferre patienter. Tertiò, qui detestatur & nolle  
 peccatum fuisse. Quartò, qui vult & imperat sibi pœnam  
 applicando causas, vt scilicet consideret peccatum, &  
 nolit

nolit illud. Has quatuor acceptiones verbi pœnitere ponit  
 ibi Scotus citatus litera. R.

Pœnitentia capitur dupliciter, vno modo pro sacramento  
 pœnitentiæ; alio modo pro virtute pœnitentiæ, & vtraque  
 est causa salutis & iustificationis. Magister in litera. Hic po-  
 test addi de pœnitentia, vt est virtus, quod sicut de fide &  
 alijs theologalibus dictum est, possit sumi pro habitu, & pro  
 actu; actus etiam potest esse interior, & exterior.

*Propo. 3.*

### *De pœnitentia vt est virtus.*

**P**œnitentia prout est habitus, est virtus moralis. Proba-  
 tur quod sit virtus ex notificatione virtutis posita lib. 3. *Propo. 4.*  
 dist. 33. propof. 4. quod sit moralis tam ibi ex. p. 5. quam  
 ex dist. 26. p. 2. quia non est theologalis, cū non habeat Deum  
 pro obiecto: neque intellectualis cum eius obiectum non sit  
 verum, ergo est moralis.

Obiectum huius virtutis sunt peccata præterita vt sunt  
 emendabilia; ita docet Bonau. hac. d. Num. 8. & Scotus hac  
 d. q. 2. litera. C. quod eius obiectum est peccatum vindicabi-  
 le. Si dicas, quod cum virtus sit habitus bonus, debuit habe-  
 re obiectum bonum. Respondet Alexan. 4. part. q. 54. m. 1.  
 artic. 1. ad vltimum & idem Bonau. quod non omnis virtus  
 habet pro obiecto bonum in se, sicut pietas cuius obiectum  
 est miserabile; temperantiæ materia siue obiectum volupta-  
 tes; fortitudinis malum terribile. Sic pœnitentia non habet  
 obiectum bonum in se sed in ordine ad aliud; quia detesta-  
 ri malum, & emendare, bonum est; peccata igitur sunt in se  
 mala, detestatio & emenda ordinant illa in bonum. Ratione  
 huius boni est virtus specialis, non habendo rationem ad pec-  
 cata quæ sunt multiplicia. Ipsa enim imperat, & elicit actum  
 specialem, & sub ratione speciali, nā detestatur, vindicat pu-  
 niens peccatum & emendat vt offensiuum Dei. Aliæ virtu-  
 tes detestantur peccata specialia vt contraria bono speciali  
 quod ipsæ imperant & eliciunt. v.g. castitas repugnat volu-  
 ptati veneræ & (ita dicamus) illam detestatur, sed vt con-  
 trariam sibi, non vt offensiuam Dei. Iuxta hanc distinctionē

*Propo. 5.*

*Argum.  
Solutio.*

intelligebat Scotus citata. quæst. 2. litera. I. dicens, quod poenitere nullius virtutis specialis erat actus, sed cuiusque appetitiuæ; sumendo pro detestari peccatum & nolle: quâdo litera. H. dicebat, quod erat virtutis specialis cuiusdam iustitiæ sumebat pro velle punire & emendare propter obseruantiam Diuinæ legis: quod est proprium poenitentia. Vide Ricard. hac. dist. quæstio. 1. & 2. Thom. 3. part. quæstio. 85. artic. 1. & 2.

*Argu. 2.*

Præcepta non dantur de habitibus vt lib. 3. d. 27. p. 2. Sed de poenitentia est præceptum, infra. d. 16. p. 11. Igitur ipsa nõ est virtus. Respondet Alex. loco citato ad. 6. quod tale præceptum est de poenitentia actu, & non de habitu. Possit autem ex talium actuum frequentatione generari habitum est manifestum, & docetur à Scoto hac. d. q. 3. litera. F.

*Repl. 1.*

Si contra dicas igitur non est virtus infusa, neque fuisset in statu innocentia, neque in angelis, neque manebit in patria. Vide in. 3. d. 36. propos. 6. diuersas opiniones de virtutum moralium infusione: & dist. 23. prop. 12. quod ex actibus infusarum generatur habitus acquisitus: de acquisitione poenitentia vide specialiter Scotum hac. d. q. 2. ad arg. principalia & q. 3. à litera. C. & deinceps. Qui duos modos ponit dicendi, vnu quod non fuisset in statu innocentia, neque sit in angelis: & debet dici ex consequenti, quod neque in paruulis baptizatis erit in gloria, quia hac secunda tabula non indiguerunt, & virtutes quæ ponuntur ad supplendos defectus, maximè quæ pro obiecto non habent bonum in se, sed malum, non est cur sint in gloria statu, aut innocentia: Alius modus est quod cum poenitentia sit habitus inclinans ad faciliter vindicandum in se reum, vbi ly in se est materiale: Si committeretur talis vindicatio in alium reum eadem ratio formalis virtutis maneret, ideo in beatis & innocentibus talis habitus esset, sicut in Deo est iustitia vindicatiua in peccantes & non in se ipsum. Vide in. 3. dist. 33. propos. 3. quod virtutes morales in patria habebunt alios vsus quàm in via: & distinct. 31. propos. 9. quod non euacuabuntur quantum ad essentiam. Poenitentia igitur secundum hunc modum habebit in patria peccati recordationem & odium sine tristitia tamen, & sine dolore

lore abstergentè Deo omnem lacrymam ab oculis sanctorum Apocalyp. 21.

Poenitentia continetur sub iustitia. Ita tenet Alexand. cit. *Propo. 6.* tata quæst. 54. m. 1. artic. 4. videatur & q. 75. m. 3. & Bonauen. hac. d. num. 15. fatetur tamen quod sibi commiseri contingit actus aliarum virtutum. Tho. citata quæst. 85. art. 3. Scotus hac. d. quæst. 2. litera. D. & H. Ricard. ar. 2. quæst. 2. Prob. ex. i. Corinth. 11. vbi Paulus loquens de probatione nostra per poenitentiam ad sumendam Eucharistiam dixit. Si nos ipsos diiudicemus (videlicet poenitendo) non utique diiudicemur, id est puniremur eo modo, quo dicebat puniri Corinthios vt essent multi infirmi, & imbecilles, & dormirent multi, id est, morerentur; sed iudicium & punitio ad iustitiam pertinent, ergo & poenitentia. Vide in. 3. dist. 33. propos. 20. quomodo poenitentia est sub iustitia commutatiua puniendo se. vt. alterum. Nam commutatiua respicit punitionem & præmiationem. Nota quod hæc conclusio sumit poenitentiam in. 4. modo posito in propos. 2. pro voluntariè velle punire: quia primus modus potest esse patientia, secundus & tertius potest imperari à pluribus virtutibus. Virtutes enim, sicut dixit Bonaue. commiscetur, & voluntas dixit Scotus citata q. 2. litera. H. secundum diuersos habitus potest vt seipsa quasi circulariter, ex vno habitu imperando actum alterius virtutis. v. g. ex caritate Dei imperat actum poenitentia: & e contra. Item eleemosyna est actus misericordia & caritatis, qui tamè imperatur à voluntate ex habitu poenitentia ad peccatorum satisfactionem, iuxta id Daniel. 4. peccata tua eleemosynis redime. Virtus ideo illius obiecti dicitur esse specialis, cuius actum elicit: nõ cuius actum imperat, cum possit imperare, aut voluntas possit per eam imperare actus aliarum virtutum. Quod explicari potest alijs terminis: Actus vnus virtutis pro materiali potest imperari ab alia virtute seu inferiori, seu superiori: pro formali, qui est finis intentus in illo actu, & à fine sumitur denominatio, nõ potest imperari nisi à propria virtute, à qua elicitur, vel à superiori cui illa inferior subordinetur & subiugatur.

Potest

*Corol.*

Potest ex prædictis inferri quomodo poenitentia non est nobilissima virtutum moralium quæ sunt circa obiectum creatum, quia neque ipsa inter illas habet obiectum nobilissimū, & ex nobilitate obiecti attendenda est nobilitas actus. Ex consequenti patet quomodo viri sancti qui se exercent in actibus poenitentialibus, corporis maceratione, habitus asperitate, corporis nuditate, non se exercent in actibus nobilissimis, quia aliæ virtutes actus habent nobiliores, vnde Paul. 1. Timoth. 4. Exerce te ipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est. Pietas autem ad omnia utilis est. Vbi gloss. ordin. Datur intelligi quod vigilijs, ieiunijs, orationibus & bonis operibus se exercebat, non adeo intentus operibus misericordiae. Hoc notent episcopi, & quod infra subiicit; attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ, neque minus religiosi ne se reputent sanctiores alijs, quia ex his poenitentialibus exterioribus eos mundus præ cæteris admiratur, qui si confessores principum aut episcoporum fiunt in illa eos poenitentialia dirigunt, postposita pietate, & facere iudicium atque iustitiam ad quæ tenentur.

*Propo. 7.*

Poenitentia non est pars subiectiua iustitiæ, sed est pars potentialis. Hac tenent Bonau. hac. d. num. 14. Ricard. art. 2. q. 2. Probat; quia partes subiectiue cum subijciuntur secundum coordinationem prædicamentalem, lib. 3. d. 33. p. 15. includunt in se totam rationem superioris, vt species generis: nã plena ratio animalis, quod est genus & quasi vnum totū, inuenitur in homine in leone, boue & cæteris; sed tota ratio iustitiæ non inuenitur in poenitentia, quia iustitia est proprie ad alterum, & commutatiua reddit æquale pro æquali; sed poenitentia est hominis ad seipsum quasi ad alterum: in quantum est ad Deū non reddit ei æquale, quia ex nobis ipsis nõ possamus Deo reddere æqualem emendam culpæ, nisi ipse adiuuet & suppleat. Perditio quippe nostra ex nobis, auxiliū ex Deo est. Osee. 1. Pars potentialis nõ includit totam seu plenam rationem totius, sed participat aliquam eius partem; talis est poenitentia, quæ respectu sui ipsius quasi ad alteram, est quædam dolentis vindicta puniens in se quod doleret commisisse. De poeniten. d. 3. cap. Poenitentia, el. 2. & est  
Augu.

Augustini. Respectu ad Deum reddit ei, quod pro culpa potest reddere, se humiliando, sicut seruus ad Dominum. Ps. 122. Sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum: ita oculi nostri ad Dominū Deum nostrū donec misereatur nostri. Comparat seruo se peccator, qui manus domini flagellaturi se respicit si lora teneant & flagella: sunt & hæc verba iustorum expectantium beneficia ex Dei misericordia sicut serui & clientes in manus dominorum aspiciunt, si libertatem aut alia dona præstent. Humiliatur & poenitens sicut reus ad iudicem. Job. 9. Quantum sum ego, vt Deo respondeam, & loquar verbis meis cum eo? Etiam si habuero quippiam iustū non respondebo, sed meum iudicem deprecabor; Sicut & filius offensor patris: Lucæ. 15. Pater peccauit in cœlum & coram te, dixit filius ille prodigus.

Contra dicta arguitur. Obiectum religionis & poenitentia est idem: igitur poenitentia est eadem virtus sub iustitia quæ religio, & non alia specialis distincta. Antecedens probatur: Materia & obiectum religionis est reddere debitum Deo in quantum est principium creationis & gubernationis; sed tam debitus est cultus Deo reddendus propter offensam, quam propter beneficia, igitur eiusdem virtutis erit reddere debitum Deo vt fiat placabilis, & eiusdem religionis; cuius est reddere propter beneficia. Confir. quia subiectio hominis ad Deum est præcipuus actus poenitentia, cum primo actu religionis coincidēs, & in lege veteri sacrificio, quod est actus religionis, expiatur peccatum. Leuitici. 4. & Ps. 50. cor contritum vocauit Dauid sacrificium.

Amicitia est virtus ad alterum contenta sub iustitia, lib. 3. dist. 33. prop. 20. sed amicitia est corrigere amicum vt sit dignus amari, & amico offenso reconcilietur, vnde Arist. 1. Rhetoric. cap. 10. Differunt poena & vltio; nam poena eius qui patitur gratia fit; vltio vero eius qui facit, vt expleatur. Poenitere cum sit poenam tenere, gratia ipsius poenitentis debet esse; igitur poenitentia est sub iustitia eadem virtus quæ amicitia. Confir. quia si est vltio, gratia se vlciscentis debet esse; & tunc videtur potius crudelitas tam ex parte principalis, quæ se vlciscitur, quam ex parte ministri exequentis vltionem; eundem

*Argu.**Argu. 2.*

eundem quippe finem intendit principalis mandator, siue iudex sit, siue alius, & minister.

*Ad. 1.*

Ad primum dicitur quod ratio formalis poenitentiae, atque religionis non omnino coincidunt. Nam poenitentia detestatur peccatum, ut veniam impetret a Deo. Detestari peccatum dicitur Alexan. citata. q. 54. m. 1. ar. 2. seu dolere de peccato hoc modo est poenitentiae actus propriissime. Nam actum detestationis siue indignationis elicit poenitentia per zelum imperio irae, punitionis siue vindictae imperio iustitiae, scilicet vindicationis, quae est species iustitiae, actum cauendi in posterum, qui dicitur propositum perseverandi, imperio perseverantiae, quae pertinet ad fortitudinem, quasi pars integralis lib. 3. distinct. 33. propos. 26. A simili actus poenitentiae elici potest imperio religionis, quando elicitur pro gloria Dei unde Baruch. 2. Anima quae tristis est super magnitudinem mali, & incedit curua, & infirma dat tibi gloriam. Iosue. 7. exegit confessionem peccati fuiti ab Acham in gloriam Dei. Fili mi da gloriam Domino Deo Israel, & confitere quid feceris. Sic pro religione petebant confessionem Pharisaei a caeco Ioann. 9. Da gloriam Deo, nos scimus quia homo peccator est: non dicebant quod multi praedicando exponunt, glorifica Deum pro tua sanitate, quia hic homo peccator est, neque fuit potens te sanare: sed; Nos probatum, aut quasi probatum habemus quod peccator est, ideo te possumus interrogare & tu confiteri teneris quo pacto sanatus sis, aut quomodo nunc videas simulata prius caecitate: cedit haec veritatis confessio in glorificationem Dei, per quem iudices decernunt iustitiam eius gerentes locum & vices. Religio ergo reddens debitum Deo in eius gloriam, differt a poenitentia reddente debitum Deo quo veniam impetret, & offensam siue inimicitiam destruat. Large bene potest dici poenitentiae virtutis actus, esse actus religionis: ut de actu fidei, & caritatis dicere possumus. Poenitentia sacramentum magis appropinquat ad religionem & ipsam effigiat, vel ab ipsa est, quia septem sacramenta sunt septem signa religionis Christianae, quibus homo humiliatus Dei gratiam recipit. Caietanus citata, quae st. 85. art. 1.

*Vide inf.*  
*d. 19. p.*  
*123. ad fi*  
*ne & in*  
*corol. 2.*

artic. 1. confundit poenitentiam cum religione, ita quod non sint distinctae, sed eadem virtus, & parum abest quin Thomam faciat suae opinionis, quod alij Thomae discipuli negant.

Ad autorem Levitici dicitur, quod sacrificium proprie pertinet ad religionem, sed imperatur a poenitentia in peccati satisfactionem. Non enim sacrificium est actus a poenitentia elicitus: neque veteris legis sacrificia per se iustificabant delendo peccata, & impetrando veniam. Contritio vocatur sacrificium large, & quasi per metaphoram.

*Ad repl.*

Ad aliud negatur esse amicitia, quoniam amicitia hominis ad Deum est caritas, quae non est cum peccato mortali. Nam si mortale est, iam caritas non est: ideo diverso modo detestatur caritas peccata, quia detestatur illa ut conseruet Divinam amicitiam, neque offendatur Deus, qui est propitius, & placatus dum ipsa adest. Poenitentia detestatur peccata, ut offensam Deus vel reconcilietur, vel saltem habeat emendam & vindictam sufficientem de culpa. Pono hoc sub distinctione: quia si detur poenitentiae detestatio peccati in ordine ad Divinam placationem, & amorem habetur primum membrum: Si detur ei non quod principaliter intendat reconciliationem, sed vindictam & punitionem offensae, siue sequatur reconciliatio siue non, quod magis vult Scotus. q. 2. litera. F. habetur secundum membrum. Ex tali vindicatione principaliter intenta non sequitur aliqua crudelitas. Nam & in humanis iudex & minister puniunt non amore sui, sed amore iustitiae, & boni communis, & gratia legis, quod mala commissa per poenam ordinentur: In proposito, Deus offensus est bonum commune, & universale, ac finis legis; punire igitur propter ipsum zelus est iustitiae non satietas animi se culpabiliter amantis, quod sequatur correctio delinquentis ut in punitione iudicis humani, non est de intento iustitiae punitione principaliter. Ex hac solutione dubium aliud oritur sequenti propositione diffiniendum. Si potest esse informis.

*Ad. 2.*

Problema videtur ad utranque partem sustentabile si poenitentia virtus possit esse informis. Tenendo quod intendit placationem

*Propo. 8.*

placa-



placationem, & inclinatur ad detestandum peccatum propter Deum summè dilectum, ipsa non potest esse informis, & ita sicut per peccatum mortale caritas amittitur, ita amittitur & poenitentia, quoniam eiusmodi inclinatio est à caritate, aut saltem non est sine illa; Vnde videbitur poenitentia virtus esse infusa, quod tenet Thom. specialiter de ipsa. 3. part. q. 85. artic. 5. cum idem. 1. 2. q. 51. artic. 4. dicat dupliciter posse virtutes siue habitus esse infusos, vel ex propria ipsorum natura, sicut virtutes theologicae, quae non possunt aliter esse quam per infusionem, quia ex natura sua sunt supernaturales ad finem supernaturalem (qualem ipse vult esse Deum) disponentes; alio modo de peccatis, ut virtutes morales, quae licet possint adquiri, infunduntur tamen à Deo, qui potest producere effectus causarum secundarum. De poenitentia, licet non sit virtus theologica, est eius mens aperta, quod ex propria natura fit ex infusione, & in art. 6. citatae. q. 85. dicit, quod actus & habitus caritatis simul sunt tempore cum actu & habitu poenitentiae, igitur deficiente caritate deficit & poenitentia, amittiturque per mortale. Ita tenet Caietanus ibi. Qui dixerit contrarium nihil dicit improbabile, nam etiam si teneatur virtutes morales infundi cum caritate, quod tenuere Alexander noster, ac Bonavent. vide lib. 3. d. 36. p. 6. ipsi non repugnat propter esse infusam, manere informem, sicut neque repugnat fidei, aut spei theologicae. Tenendo quod Scotus & alij, morales non infundi, sed adquiri, habitus poenitentiae virtutis potest esse informis. Hoc de informitate ipsius probatur, quia ipsa & caritas sunt habitus distincti, ergo habent actus distinctos: Alias essent eadem virtus. Tenendo esse virtutem adquiretam magis patet possibilitas ad esse informem, quia vnus actus contrarius non corrumpit habitum adquiretum.

*Argum.*

*Solutio.*

Si dicas ergo habens habitum poenitentiae poterit eo vti etiam informi, quia vtimur habitibus cum volumus & sic iustificari ex naturalibus. Negatur quia siue sit habitus infusus requiritur auxilium Dei speciale ad exeundum in actum, neque minus, ut eo si est adquiretus voluntas vtatur, & sic non habetur iustificatio ex naturalibus.

Si dicas

Si dicas, quod potest peccator ex naturalibus cum solo generali Dei auxilio considerare peccatum & eius inlicitiam, quia offensivum Dei, impeditivum praemij, inductivum supplicij, & illud detestari & velle punire atque emendare, & sic ex naturalibus iustificabitur, quae videtur Scoti mens hac. d. q. 2. litera. M.

*Replic.*

Ad hoc dicitur quod Scotus ibi sumpsit hominem in puris naturalibus, ut sine habitu infuso vide lib. 2. dist. 28. prop. 1. non tamen sine auxilio speciali. Falso enim imponunt alij, qui Scoto quod negaverit auxilium speciale, qualis est Dominicus Scotus lib. 2. de natura & gratia cap. 4. ad principium dicens, quod Scotus nusquam meminit de auxilio speciali, quo ad gratiam disponimur. Ad idem facit in. 4. hac. d. quaest. 2. ar. 5. Ipse vero Scotus in. 1. dist. 4. 4. litera. E. ait de peccatore quod potest non esse peccator, maxime dum est in via, quia potest illum Deus sua gratia praeveneri. Et infra in hoc. 4. dist. 22. litera. R. dicit. Credo quod perfectior sicut gravius cadit propter maiorem ingratitude, ita ceteris paribus citius resurgit propter Dei benignitatem merita praedicta ad hoc aequaliter acceptantem: & ibi litera. O. dicit, quod non habere peccata dimittenda non potest esse sine praeservatione Diuina, igitur de auxilio speciali fecit memoriam. Per hunc modum sunt alia Scoti loca intelligenda ut lib. 2. distinct. 28. litera. B. dum ait, quod ad actum praeccepti diligendi Deum super omnia tenetur voluntas aliquando licet informis & quod quando exequitur disponit se de congruo ad gratiam, non excludit auxilium Dei speciale. Hunc locum Scoti habes in. 3. distinct. 27. in fine dist. citatam ad aliud propositum videlicet quod praecceptum & finis praeccepti coincidunt, quando actu caritatis est in praeccepto. Idem Scotus in. 3. dist. 27. litera. I. dicens, quod ex puris naturalibus potest quaecunque voluntas saltem in statu naturae institutae diligere Deum super omnia, non excludit auxilium speciale, sed habitus infusus, Neque unquam Scotus in tantum extulit naturae vires quantum ei Salmanticenses imponere nitentur, quia in. 3. dist. 2. quaestio. 1. litera. B. dicit. Voluntas creata ex puris naturalibus non habet in potestate sua actum diligendi bo-

*Solutio.*

D d num

num increatum meritorie vt actus eius sit acceptus. *Deo.*  
 Quod lib. 17. litera. A. dicit. Plures actus dilectionis ad quos  
 naturaliter inclinamur, possumus potestate naturali elice-  
 re, licet non omnes, quia ad perfectissimum circa vltimum  
 finem est inclinatio naturalis, licet ad illum non possit  
 natura attingere ex se. Neque opus est exponere de dilectio-  
 ne in patria sicut exponit Leuchetus, quia in tota illa, qua-  
 estio. de actibus qui habentur in via loquebatur. Secundo  
 posset dici ad intellectum Scoti, quod ly ex naturalibus &  
 communi influenza, sit referendum ad considerationem  
 quae est actus intellectus, nō ad detestationem quae est actus  
 voluntatis, alioquin eadem verba adiunxisset cum detesta-  
 tione, quod non fecit. Quod si alicui videatur Scotus sibi cō-  
 trarius quia ea. d. q. 3. litera. A. docet, quod peccatum esse de-  
 testandum in quātum offensiuum Dei, vel auersiuum ab eo,  
 vel impeditiuum beatitudinis, vel inductiuum finalis misere-  
 riae non potest cognosci ex naturalibus sine reuelatione, di-  
 citur, quod nulla est contradictio, nam reuelatio iam ha-  
 betur per scripturam, cui fide credimus, & sic non ex na-  
 turalibus cognoscunt fideles has rationes propter quas est  
 detestandum peccatum; In prioribus verbis loquebatur  
 de fidelibus iā cognoscentibus detestabilitatem peccati per  
 fidem, de quibus posset dici iuxta hunc modum secundum  
 interpretandi doctorem, quod ex naturalibus sine alio au-  
 xilio speciali dempto habitu fidei per quem cognoscit pec-  
 catum detestandum, intellectus potest illam detestabilita-  
 tem considerare; non tamen sine auxilio speciali posset vo-  
 luntas detestari.

*Propo. 9.* Subiectum poenitentiae virtutis est idem, quod iusti-  
 tiae cuius ipsa est pars, videlicet voluntas, sic habes in. 3. d. 33.  
 p. 6. & de poenitentia specialiter docet Scotus hac. d. quaest. 3.  
 litera. F. De suppositis potentibus eam habere supra. p. 5. in  
 replica.

*Propo. 10.* Poenitentia virtus concipitur timore. Magister in li-  
 tera, probat ex Esaia. 26. A timore tuo Domine concepimus  
 & peperimus Spiritum salutis, secundum literam  
 septuaginta, Nostra enim translatio pro timore habet,  
 à facie,

à facie. Sed Hieremias. 32. Non desinam eis benefacere,  
 & timorem meum dabo in corde eorum, vt non rece-  
 dant à me, & lætabor super eis, cum benè eis fecero.  
 Super quæ glossa ordin. in ly timorem. Sic liberum do-  
 nat arbitrium vt timor qui tribuitur, ex gratia sit largitoris.  
 Quod loquatur de poenitentia, glossa interli. super ly læta-  
 bor: Vnde & gaudium est angelorum in coelis super vno pec-  
 catore poenitentiam agente. Lucæ. 15.

Si contra hanc dicas, quod si poenitentia est virtus infu-  
 sa non potest concipi ex timore; si est acquisita, ille ti-  
 mor prius generat actum, & ex actibus frequentatis ge-  
 neratur habitus, igitur poenitentia virtus, idest habi-  
 tus, non debet dici concipi ex timore; sed poenitentiae  
 actus.

*Argum.*  
 Huic argumento respondent Alexand. 4. part. q. 56. m. 1. *Solutio.*  
 & Bonauentur. hac. d. numer. 25. quod non dicitur generari,  
 quia generatio dicit esse completum geniti quod habetur ab  
 efficiente generationem, qui ad præsens est Deus dando il-  
 lam per infusionem; dicitur concipi transumptiue, idest, si-  
 militudine, quia sicut conceptio, dispositiua est ad forma-  
 tionem perfectam foetus, ita timor disponit, quod Deus in-  
 fundat poenitentiam, quia qui creauit nos sine nobis, nō iu-  
 stificat nos sine nostra dispositione. Tenendo esse acquisitā  
 potest dici idem, quod ex timore disponimur ad actum poe-  
 nitendi, & habitum. Cum verò concurrant multa præparan-  
 tia nos ad poenitentiam ponente concil. Tridentin. Sess. 6.  
 cap. 6. hæc: gratiam præuenientem, fidem, timorem, & spem,  
 quos sequitur detestatio peccatorum, dicitur magis poeni-  
 tentia concipi timore, vt dicunt Alexand. citatus, & Ricar-  
 dus hac dist. articul. 4. quaest. 2. eō quod frequentius pec-  
 catores per timorem mouentur, quam per spem aut amo-  
 rem, dixit quippè Arist. 1. ethico. cap. 3. Cum de eis quæ ple-  
 runque eueniunt ratiocinemur, ex ijs similia concludimus.  
 Beatus Ioannes quando prædicationem suam à poenitentia  
 incepit sicut præmia proponebat dicens appropinquabit re-  
 gnū cœlorum, Matth. 3. & Luc. 3. ita addebat, securis ad radi-  
 cē arborū posita est. Beatus August. dicens quid prædicatores  
 debeant

debeant predicare lib. de natura, & gratia cap. 68. ait. Si volumus animos ad recte viuendum frigidos & pigros Christianis exhortationibus excitare, & accendere, primitus exhortemur ad fidem, qua Christiani fiant; Si autem iam Christiani sunt; & recte viuere negligunt, verberentur terroribus & pramiorum laudibus erigantur. Vide quam pulchre doceat imitari predicatione Ioannis Baptistae. Timor de quo loquitur praesens conclusio est timor seruilis de quo habes in 3. d. 3. 4. quod est donum Spiritus sancti, quauis non maneat cum caritate, est exemplum Augustini lib. de gratia, & libero arbitrio, refertur de poenitentia. d. 2. c. Sicut seta, quae sicut seta introducit filium, ita timor introducit caritatem, crescit caritas, minuitur timor. In scriptura saepe dicitur, per timorem declinare homines a malo. Prouerb. 15. Per timorem Domini declinat omnis a malo. Nota omnis, quia peccator timore seruili, iustus timore filiali. Spes quae est de praeparantibus ad poenitentiam, dicitur eam nutrire, atque promouere, intelligitur spes tam veniae consequendae, quam assequendi praemia. Praeposuerunt tam Ioannes Baptista, quam Christus Dominus Matth. 4. in sua predicatione praemio allucere quam poena, quia uilius & magis meritorium est declinare a malo & facere bonum ex amore regni caelorum, quam ex timore poenarum & gehennae, ideo uiliorem & magis meritoriam poenitentiam predicare ceperunt.

*Prop. 17.*

Poenitentia non est prima virtutum. Haec requirit notitiam de modis quibus dicuntur prius & posterius, de quibus Aristot. 5. Metaphysic. cap. 11. quod non sit prima, id est principalior, aut dignior habes supra. p. 6. & docet specialiter Scotus hac. d. q. 2. litera. G. Ricard. hac. d. artic. 10. q. 2. Quod non sit prior tempore, quoad infusionem (supposito quod sit infusa) docent Alexand. citata. q. 56. memb. 2. Bonau. hac. d. nu. 27. Ricardus hac. d. art. 10. q. 1. Nam omnes virtutes simul infunduntur, sic quantum ad substantiam, seu essentiam sunt omnes simul; Quod tam habitus poenitentiae quam actus sint posteriores habitibus fidei & spei natura seu origine, docet idem Ricardus ibi, quia praesupponit poenitentia animam habituata habitum fidei, & spei. De actibus in quibus magis proprie attenditur ordo

ordo secundum originem, exinde patet actum poenitentiae esse posteriorem, quoniam talis actus procedit ex timore, seu amore, timor & amor praesupponunt actum fidei dicentis timendi, & amanda; cum poenitentia detestetur peccatum in spe veniae, actus eius praesupponit actum spei. Hunc ordinem sicut supra praecedenti prop. in sol. arg. posuit concilium Tridentinum, & sanctus Bonau. hac. d. num. 25. & Diuus Thom. 3. part. q. 85. artic. 5. De caritate, & poenitentia quae sit prior maior est, ambiguitas. Nam actus poenitentiae detestatur peccatum propter Deum suum me dilectum, igitur actus caritatis praecedit. Item actus primus poenitentiae videtur meritorium, sed non potest esse meritum sine caritate, tamquam in eius radice, igitur eius actus est prior; Ex alia parte est quod per actum poenitentiae conuertimur ad Deum, & quia conuertimur habemus gratiam iustificantem; & non quia habemus gratiam poenitemus. Unde Zachar. 1. conuertimini ad me & conuertar ad vos dicit Dominus exercituum Osee. 14. prius dicitur omnem auferre iniquitatem, quod pertinet ad poenitentiam; deinde ait, sanabo contritiones eorum, diligam eos spontaneum (quod pertinet ad primam gratiam quae datur sine meritis) quia auersus est furor meus ab eis: ero quasi ros, & Israel germinabit quasi liliam, & erumpet radix eius quasi Iyban, quod pertinet ad actum caritatis: igitur actus poenitentiae praecedit. Ad hoc dicitur quod cum iuxta Aristot. 2. Physic. text. 30. & 5. Metaphysic. text. 2. causa sint sibi adiuuicem causa; in genere causa materialis actus poenitentiae praecedit caritatem; in genere causa formalis caritas praecedit. Causa enim est prior eo, cuius est causa. 2. post. text. 25. siue cap. 10. Ideo cum caritas faciat carum & dilectum, sicut albedo album, prius debet caritas inesse in genere causa formalis, actus vero poenitentiae in genere causa materiali: hoc est dicere quod actus poenitentiae informis praecedit habitum caritatis: actus poenitentiae formatae simul tempore concomitatur ipsam caritatem, quae praecedit natura ipsum actum ut formatum. In poenitentia est considerare, primo actum informem ut dispositionem ad deletionem peccati, qui in genere rei, siue naturae est talis

*Dub.*

*Solutio.  
dubij.*

actus; secundo caritatem inherenter quæ datur sine meritis; tertio illum actum poenitentia formatum. Ita Scotus hac. d. qua. s. v. littera. M. Qui postea littera. Q. dicit debere concedi in via diuisionis, id est, in sensu diuiso, quod per actum qui est contritio deletur peccatum; vt per dispositionem omnino proximam; neque esse inconueniens proximam dispositionem esse simul tempore cum forma ad quam disponit. Hanc doctrinam potes deducere ex Alexand. 4. p. q. 58. memb. 1. ex corpore quaestionis & responsione ad. 3. & 73. q. memb. 1. art. 2. & ex Ricard. art. 19. q. 1. ex corpore. q. & sol. ad. 2. & ex Thomae citat. q. 8. in art. 6. quem tamen aliqui sui, quando dicit quod actus caritatis naturaliter precedit actum poenitentia, non intelligunt de caritate infusa, sed de actus amoris ad quisiu, quia in. 4. scripto hac. d. q. 2. quaestiuicula. 2. dixerat. Quandoq; motus amoris motum poenitentia præcedit, sed ille amor non est caritatis, quia caritas amissa non recuperatur nisi per contritionem, quæ est motus poenitentia virtutis. Secundum quod poenitentia est prior caritate & sequentibus caritatem, posterior est alijs fide & spe: ex illi man igitur Thomae utrobique eadem sensisse. Alij discipuli & contra intelliguntur. *Prop. 12.* Homo post peccatum quodcumque, potest quoadiu finit toties: quoties peccauerit per poenitentia reparari. Hanc docet Magister hac dist. cap. 4. per quam exploduntur duo errores quos idem Magister refert. Primum in cap. 1. qui dicebat quod qui vere poenituisset non poterat amplius peccare damnabiliter, & si grauitex peccauerit, veram non præcessisse poenitentiam. Huius erroris non nominatur autor coincidit verò cum Iouiniani errore de quo lib. 3. distinct. 3. proposit. 14. Ex quo errore apparet, quam periculose loquantur aliqui præcipitati, qui videntes hominem sanctum, & habitum proprio in peccatū incidisse, dicunt nunquam fuisse sanctum, aut pium, sed simulatum; coincidunt in hunc & Iouiniani errorem, vel in temerarium iudicium. Secundum errorem refert Magister cap. 4. dicentem; peccatorem posse semel reparari per poenitentiam sed non pluries. Nouatus & Montanus negauerunt

runt poenitentiam post lapsam. Nouatus omnibus Christū negantibus post baptismum quocumque timore vel occasione id facerāt; Montanus quibuscumque peccantibus: Armenij, vt eis pater Castro imponit: verbo peccatum hæresi. 6. dixerunt; aliqua peccata esse irremissibilia prorsus; neque ab aliquo sacerdote remitti posse. Armachanus lib. 9. de quaestionibus Armeniorum cap. 27. asserit aliquid peccatum esse in hac vita irremissibile, pro quo non sit petenda venia à Deo; quem error tenuit Augustinus in sermone Domini in morte, dum dixit: Peccatum fratris ad mortem pro quo non esset orandum. 1. Ioan. cap. 5. esse dum post agnitionem Dei: per gratiam Domini nostri Iesu Christi quisquis oppugnat fraternitatem, & aduersus ipsam gratiam, qua reconciliatus est Deo, inuidentia facibus agitur: Retrahit postea lib. 1. retracta; cap. 19. addendos, si in tam scelerata perueritate vitam finierit. Quoniam de quocumque pessimo in hac vita constituto, non est vtique desperandum, nec pro illo impatienter oratur; de quo non desperatur. Hæc ibi Augustinus. Ad probandam conclusionem affert Magister exemplum Davidis, qui peccauit scilicet in adulterio, homicidio, numeratione populi & semper locum inuenit poenitentia. Affert Augustinum, refertur à Gratiano de poenitent. dist. 3. capit. Adhuc inlari, prolixius, quam à Magistro. Affert & Chrysost. refertur ab eodem Gratiano ibidem cap. Talis. In veteri testamento sunt alia exempla, poenitentia regis Achab. 3. Reg. 21. Peccata Manassis & eius accepta poenitentia. Paralip. cap. 33. cuius confessio & deprecatio habetur in illius libri fine. Inter peccata ipsius hoc fuit grauissimū, quod in templo Dei quadriformia collocauit idola, quod necesse esset cuius vndelibet templū ingresso ante idola procubere, vt dicit Basilius in hom. de poenitentia. In nouo testamento sunt exempla de drachma, de oue perdita, de filio prodigo. Luc. 15. Matth. 18. dixit Dominus Petro: esse dimittenda peccata vsq; ad septuagesies septies, id est toties in die, quoties ille peccare potest, vt ibi exponit gl. ord. Eodē. c. dixit Petro, & omnibus apostolis. Quæcumq; alligaueritis super terram erunt ligata & in cælo: & quæcumq; solueritis super terram erunt soluta & in cælo: &

3. Error.

4. Error.

Ioann. 20. Accipite Spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata remittantur eis: ubi nullum excepit peccatum; igitur sacerdotes virtute clauum omnia peccata possunt remittere contra Arrianos. Pro conclusione contra præfatos errores extat definitio concilij Tridentin. Sessio. 6. cap. 14. & canon. 23. & 29. & cap. Firmiter: extra de Trinitate. & Hæc cathol. quod est concilij Lateranensis sub Innocentio III. dicens. Post suspensionem baptismi, quisquis prolapsus fuerit in peccatum, per veram potestatem semper poenitentiam reparari. Ad hanc conclusionem est autoritas Ignacij, quem refert Hieronymus in principio lib. 3. contra Pelagianos dicens. Ignacius vir apostolicus & martyr scribit audacter. Blegit Dominus apostolos, qui super omnes homines peccatores erant. Igitur sicut illi reparati sunt poterunt alij reparari. Videatur & Hieronymus contra Iovinianum cuius fragmentum refert Gratianus de poenitentia. 2. cap. Sic tenentur. Videatur & Cyprianus sermo de lapsis. & lib. 4. episto. 2. De centuriâ & scholasticis doctores Alex. 2. part. 1. q. 157. m. 1. & 2. & q. 63. m. 3. & 4. Bona hac donum. 45. per tres quaestiones. Thom. 3. part. quaest. 84. articuli. 10. Ricard. hac. id. articuli. 9. quaest. 2. Ad quam gratiam reparatur infra. dist. 22. p. 3. ponit Magister argumenta ex autoritatibus sanctorum ad quas ex triplici capite respondetur. Nam illa. Inanis est non poenitens, qui adhuc agit quod poenitet, quæ est Isidori: & illa Augustini. Inanis est poenitentia quam sequens culpa coinquinat; & similes, intelliguntur in sensu composito, id est pro eodem tempore quo poenitet; ita exponitur Isidorus: si opere, vel in proposito agit quod poenitet. Aut respectu finis quem poenitentia præterdit, qui amittitur, ex iteratione peccatorum sicut inanis & frustra apponitur medicina quæ vel ex culpa ægroti ipsam non sanat. Sic Esaiæ. 29. frustra colunt me docentes præcepta hominum & doctrinas, secundum translationem septuaginta; secundum quam retulit Matth. c. 15. dixisse Dominum. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me. Sine causa colunt me docentes doctrinas & madata hominum. Dū enim Pharisei preponebant oblationes honori parentum & subiectioni; fructu Diuini cultus in oblationibus

*Argum.*

*Solut. 1.*

*Solut. 2.*

in illis non recipiebant: id expressit verbum frustra, quod possit Euangelistæ vulgata translatio, sine causa, si exponamus scholasticè, erit sine causa finali, quam oblationes intendunt. Habentur similia in alijs locis scripturæ; in eod. Esaiæ. c. 49. dicit Dominus Christus vocatus ibi Israel, & seruus (quia de femine erat Israelis, & Deū videbat iuxta interpretationem nominis Israel vocatus ex matris utero, in quo & seruilem formam accepit, & ibi nominatus Iesus ante natiuitatem) In vacuum laboravi, sine causa & vanè fortitudinè meam consumpsi; quia prædicato Euangelio quibus quæ ex domo Israelis perierant, vocatisque ad nuptias, ipsius Domini prædicatione reiecta; finis & fructus tanti laboris non fuere sequuti; sicuti prælati & prædicatores dicere possunt quando ex labore suo fructus & finis intentus non habetur. Eos verba Christi in sequentia consolantur. Iudicium meum cum Domino & opus meum cum Deo meo: Nam ex quo fecerunt quod erat ex parte sua liberi sunt à Diuino iudicio; neque mercede perdunt; sicuti neque Christus fructu sue redemptionis translatio ad gentes. Sic Iob. 1. dicitur afflictus frustra, quia non habuit per id dæmon finem intentum. Hieremias. 2. Frustra percussisti filios vestros, disciplinam non receperunt. Ad id enim percutebantur. Aristo. 2. physic. tex. 62. frustra est; cui non fiat quod propter aliud est illius gratia. Tertio, aliqua autoritates loquuntur de poenitentia solenni, quæ est vna, & eo tempore non iterabatur: quas autoritates affert Magister cap. 3. Cum eis potest afferri Tertullianus lib. de poenitentia, quem aliqui intelligunt sensisse semel tantum post baptismum esse locum poenitentia; quia verba eius in faciem videntur sonare quod poenitentia semel pulsantibus parefacit; sed amplius nunquam, sed quia subdit, non succidendus, ac subruendus est animus desperatione; si secundæ quis poenitentia debitor fuerit, exponitur ab alijs quod intellexerit, & loquutus fuerit de poenitentia solenni & publica. De peccato ad mortem, & blasphemia in Spiritum sanctum habes in. 2. d. 43. & in citato Augustino lib. retracta. Autoritatē Matth. 10. quæ forte dare potuit occasionē Nouato: Qui negauerit me coram hominibus, negabo eum coram patre meo, intelligi oportet si

*3. Solutio*

perseuerauerit. Nam Petrum negantem & postea poenitentem Christus recepit ad gratiam, ad apostolatam, ad Ecclesie praelationem. Autoritatem Pauli Heb. 6. Impossibile est eos, qui semel prolapsi sunt rursus renouari ad poenitentiam, ut sum crucifigentes sibi met filium Dei, & ostentui habentes, vide expositam supra. d. 6. p. 9. & hic in litera. Bona. citatus addit alias duas solutiones faciendo vim in ly. impossibile: Primo, est impossibile humanis viribus. Secundo, id est nimis difficile; & currant in alia expositione illius loci, quod loquatur apostolus de renouatione ad poenitentiam, & non de baptismo; peccatoresque per sua peccata iterum crucifigunt filium Dei, quia iterant causam suae crucifixionis, & Christum habent ostentui, id est, diffamant, sicut Matth. 1. nolebat eam traducere, id est ostentare ut adulteram, nome quippe Christi per peccantes blasphematur. Rom. 2. quia datur occasio gentibus, & infidelibus blasphemandi Christum, qui tales nomine insignit suo. Hæc expositio licet patri Vergæ lib. 13. super decret. cap. 10. non ardeat, exaggerationes prædicatorum contra peccantes quod filium Dei recruci- gant vocanti nouas, ineptas, & portentosas, video tamen ex parte placuisse glossæ ordin. in loco illo ubi posita interpretatione de baptismo subdit. Vel in se crucifigunt filium Dei, & contumeliæ habent, qui gratiam eius vilipendentes in peccatis iacent; placuit & Lyrano, neq; displicuit Bona. locum illum etiam exponere de poenitentia post baptismum, sicuti & de baptismo exposuit. Diuus Hieronymus super Matth. 16. in illis verbis. Oportet eam multa pati a senioribus, ait. Et nunc Iesus multa patitur ab his, qui rursus sibi crucifigunt filium Dei, & cum seniores in Ecclesia putentur, & principes sacerdotum; simplicem sequentes literam occidunt filium Dei, qui totus sentitur in spiritu. Vbi de alijs peccatis & non de iteratione baptismi dicit, quod per ea recruci- guntur filius Dei. Oecumenius in illum Pauli locum dicit, quod hi, ad quos scribebat Apostolus cum Iudaicè plusquam æquum erat curiosi essent, quoniam varia erant in lege baptismata, volebant nouæ quoque legis baptismate, quod regenerationem confert, frequenter baptizari, eò quod frequenter vellent re-  
missio-

missionem peccatorum accipere. Idem Oecumenius sup. 10. eiusdem epistolæ in illis verbis, Voluntariè peccantibus non relinquitur hostia, ait. Non tollit resipiscèntiam (id est poenitentiam) minime gentium; sed secundo baptizari interdicat. Nam hostiam dicit hoc loco passionem & baptismum.

Solennis poenitentia, quæ in aliquibus Ecclesijs fieri solebat, est vnica & initerabilis, ne ex sui iteratione vilescat. Ita Magister in litera cap. 3. citat aliquas sanctorum autoritates, referuntur & à Gratiano de poeniten. d. 3. cap. In tantum; & cap. Reperiuntur, & cap. vlt. §. finali. Modus huius poenitentia ponitur à Gratiano. d. 50. canonè. In capite: qui est concilij Agathensis: quod in capite Quadragesimæ tales poenitentes ante fores Ecclesiæ sacco induti, nudis pedibus, & cæte. se præsentent episcopo: episcopus in terra prostratus cū clero septem psalmos poenitentia decantet, & ab Ecclesia expellantur, sicut Adam de paradiso pro sequente illos clero cum responso. In sudore vultus tui yesceris pane tuo: In die coenæ iterum Ecclesiæ liminibus præsentabantur, & in illo cap. vide glossam. Ait verò præfatum capitulum, quod talis poenitentia clericis non est imponenda, & est ratio propter clericatus dignitatem. Ad idem faciunt capita sequentia; & quia nomine clericorum in fauorabilibus veniunt monachi, religiosi, & qui sunt in dignitate vt episcopus, & canonici, per cap. Cum tibi de verbo. signifi. neque illis est talis poenitentia imponenda in odiosis religiosi, & habentes dignitatem non intelliguntur nomine clericorum. Sic in fauorabilibus Ecclesiæ nomine veniunt monasteria, nō tamen in odiosis per cap. Statutum: de elect. lib. 6. Habent enim tales clerici, & monasteria, Ecclesiæ etiam collegiatæ qualitatem, quæ non reperitur in alijs. Nequè talis poenitentia laicis insignibus imponitur, vt dicit Ricard. hæc. d. ar. 11. q. 1. Aduertendum etiam, quod licet omnis poenitentia solennis sit publica, non tamen è conuerso. Ad hanc conclusionem vide Alex. 4. p. q. 64. per totam. Confessio abrogata per Nestarium archiepiscopum Constantinopolitanum dicitur fuisse ista solennis.

Prop. 13.

Echius in  
Enchiri-  
dio. ad fi-  
titulo. 8.



## DISTINCTIO XV.

*Sipoteft homo facere pœnitentiam de vno peccato sine alio: quid profunt bona in peccato facta: Si remiſcunt poſt peccatum per ſequentem gratiam. De generibus eleemoſynarum de quibus diſt. ſequenti: Quod non poteſt fieri pœnitentia niſi reſtituantur prius male ablata. Cuius occasione tractat doctores hac d. de reſtitutione.*

Prop. 1.



**N**ON Poteſt eſſe vera pœnitentia qua homo veniam à Deo conſequatur de vno peccato ſine alijs: Ita docet Magiſter in litera contra quosdã, quos non nominat. Probat inter alia ex Auguſtino. Refertur à Gratiano de pœniten. diſt. 3. cap. Sunt plures: vbi dicit. Quædam impietas infidelitatis eſt, ab illo qui iuſtus eſt, & iuſtitia eſt dimidiam ſperare veniam. Affert tibi Auguſtinus exempla Chriſti Domini, qui quem ſanauit totum ſanauit, vt ſurdum & mutum Marci. 7. legionem dæmoniorum totã expulit nullo relicto. Matth. 8. Totum hominem ſanauit in ſabbato. Ioan. 7. Dato oppoſito ſimul ille talis eſſet inimicus propter peccatum remanens, & amicus propter gratiam qua aliud peccatũ fuiſſet expulſum. Nam de lege non remittuntur mortalia peccata per pœnitentiam ſine gratiæ infuſione. Hanc docet Scotus hac d. q. 1. litera. I.

Prop. 2.

De abſoluta potentia poſſet Deus remittere peccata ſine infuſione gratiæ, atque vnum peccatum ſine alio. Probatur  
ratione

ratione Scoti. d. 1. huius libri. q. 6. litera. C. & d. 16. q. 2. lit. B. & lib. 2. d. 28. Qualem potuit Deus hominem creare ſecundum formam abſolutam, talem poteſt reparare, ſed potuit creare ſine gratia in ſola rectitudine naturali, igitur talem poterit reparare. Secunda pars probatur, quia quidquid illud ſit quod peccatum ponit, aut relinquit in anima, vt habes lib. 2. d. 42. p. 3. reatus, ſine macula primi peccati mortalis habetur, antequam committatur ſecundum, ſicut igitur per actus noſtros habetur vnus reatus, & vna macula ante aliam: ita ex Diuina potentia poterit manere reatus, & macula vnus peccati & deleri alia. Conſir. à ſimili in humanis, quia poſſum peccanti in me remittere vnã offenſam, & ex vna cauſa & culpa delere inimicitiam, manente alia. Conſir. ſecundo, quia cum talis remiſſio fiat ſine collatione gratiæ nullam implicare videtur eò traditionem remiſſio vnus, ſine alterius. Conſir. tertio, vna infuſio gratiæ facit multas remiſſiones culparum, igitur quælibet culpa habet ſuam peculiarem remiſſionem, & per conſequens vna eſt ſeparabilis ab alia. Hæc conſuſio præ prima parte docetur à Scoto citato ſupra in 1. p. Pro ſecunda, deducitur ex eius doctrina, imo ſecunda pars conſequitur primam, nam ex quo poſſunt deleri ſine infuſione gratiæ, conſequens ſit vt poſſit vnum abſque alio deleri. Ne autem hæc doctrina acerba fiat, & in ſuaſis delicto meorum Salmanticenſium palato quaſi ſolius Scoti, pro prima ſui parte eſt ſancti Bonaueni. d. 17. huius. q. 1. dicentis. Quamuis delere poſſet Deus ſine medio culpam, decreuit tamen delere per gratiam, quæ non tantum faceret innocenter, imo etiam naturam debilitatam habilitaret ad bonum. Quæ verba tranſtulit ad literam ex Magiſtro ſuo Alexandro 4. p. q. 72. m. 1. ar. 1. Qui Alex. poſtea in ſol. 3. ait. Nobilio-riſ conditionis eſt iuſtificatio facta mediante gratia, quam non mediante: Et ne exponatur iuſtificationem intellexiſſe illam, quæ imaginata eſt ab illis poſſe verè eſſe ſine habitu, qui dicerent virtutes non infundi neque eſſe de fide gratiam & caritatem eſſe qualitates infuſas, quod dixi in 1. d. 17. p. 1. aliqui aſtruere nituntur non fuiſſe per conc. Trident. determi-  
natum, ſed ſolum contra Lutherum dicentem, quod iuſtifi-  
camur



camur sola imputatione iustitiæ Christi sine aliqua renouatione nostra interiori: Cæterum quod illa renouatio sit per iustitiam, quæ sit habitus: vel per actualem concursum Dei: vel per auxilium speciale non faciebat ad intētum Concilij. At verò oppositum magis verba sonāt, ideo Vega tenet esse de fide, q̄ est habitus lib. 7. c. 24. sup. decretū. Ne inquā talis iustificatio intelligat esse de qua loquit, subdit in sol. quinti. Bene posset Dominus si vellet acceptare creaturam rationalem licet non esset informata gratia, eo modo quo acceptus fuit sibi primus in statu primo; sed primus homo secundum eundem Alex. & Bona. quos habes citatos lib. 2. d. 29. p. 1. fuit creatus in naturalibus; quod & de angelis dixit sicut habes in eodem. 2. d. 4. p. 3. igitur tam Alex. quam Bona in hoc nō discrepant à Scoto. Neq; habendū est pro inconuenienti gratiā, & peccatū non esse immediate opposita etiam post lapsum, nisi duntaxat ex lege non verò ex natura sua, quod etiā Scotus dixit, & habes in Breuiloq; 3. d. 31. p. 1. q̄ peccatum nō corrumpit gratiam, seu caritatem effectiue, quia neq; sunt opposita formaliter, quod & de peccato originali etiā astruxit. d. 1. huiusiam citata. Videturq; esse mens tam Alex. quam Bon. citatis locis dum aiunt, q̄ solus Deus effectiue expellit peccatum, gratia nō effectiue sed formaliter, sed si essent opposita formaliter, sicut peccatum effectiue expelleret gratiam, aut corrumpere, quod tenuit Tho. 2. 2. q. 24. art. 10. ita & gratia non solum formaliter sed effectiue peccatū expelleret, quod prædicti doctores negant. Idem etiam Bona. in. 3. d. 30. nu. 5. ait. Quod dicitur quod quantuncunq; peccatum parū sufficit ad expellendā quantuncunq; gratiam, hoc non est quia peccatum agat in ipsam gratiam. Alexandri grauitas autem reddet supra positam Scoti doctrinam: suauem autem Bonauenturæ sanctitas. Est vero illa contra Ricar. d. 17. ar. 4. q. 2. dicentem in sol. 1. Gratia est iustificationis causa secunda, formalis, non efficiens, & ideo sicut Deus non potest facere album sine albedine, sic nec iustum sine gratia: Est & contra Thomam. 1. 2. q. 113. art. 2. quem tam valide nituntur defendere sui, vt parum absit quin damnent contrarium. Existimant enim gratiam & culpam esse immediate oppo-

*Vide inf.  
d. 17. p. 4.*

lita

lita in homine post lapsum ex natura sua, ita quod sicut lumen & tenebræ; cæcitas & visus opponuntur priuatiue in subiecto nato; ita culpa & gratia in homine lapsō, qui ante lapsum poterat esse in naturalibus sine altera illarum: sicuti canis ante diem nonum non est priuatus visu, post illum vel est cæcus, vel videns: ita homo ante lapsum poterat esse non habens gratiam negatiue, post lapsum si non habet est priuatiue. Priuatio autem per habitum est expellēda. Iuxta diuersitatem harum opinionū diuersimodè exponitur illud axioma theologorum. Post lapsum non est medium inter filium regni & perditionis, quod ex illo Matth. 12. probatur. Qui nō est mecum contra me est; & qui non congregat mecum spargit: Cui non contradixit Marci. 9. & Lucæ. 9. dicens. Qui nō est aduersum vos pro vobis est, quia dimissis alijs expositionibus, quæ præfenti quadrat instituto est q̄ ille eiiciens dæmonia in Christi nomine fidelis erat, nō tantæ perfectionis q̄ Christū cum apostolis sequeretur, idcirco licet seorsim esset, pro Christo & apostolis erat tā vita, quam operatione miraculorum, vt modo Christiani omnes cū Christo sunt & pro Christo quantacunq; polleant gratia, & caritate. Exponitur illud axioma à Scoto in hoc. 4. d. 1. q. 6. litera. H. intelligendū de lege ordinata: exponēt alij ex natura rei.

Pœna temporalis debita pro peccatis potest solui vna sine alia, hoc est potest solui debita pro vno peccato, sine solutione debita pro alijs. Potest poni alijs verbis. *Prop. 3.*

Homo potest satisfacere Deo pro pœnis vnus peccati, aut satis pati sine hoc q̄ satisfaciāt, aut satis patiatur pro alijs. In hanc potest adduci Magister hac. d. c. 2. dum ait, quod leuia peccata breui & temporali supplicio purgantur, magna vero diuturnis æternisq; supplicij reseruantur, quam sententiam dicit esse Hieronymi, quem citat super. c. 1. prophetæ Naum cuius verba retulit Gratianus de pœniten. d. 3. c. Quæret, q̄ Deus nō iudicabit bis in idipsum, aut vt alij trāstulerunt nō cōsurgat duplex tribulatio, explicans addit Magister. Quod in bonis fieri non ambigimus, & in malis fortè fit ita. Ad huius intellectū infra. d. 16. p. 36. videbitur, quomodo post dolere & detestationē peccatorū soleat remanere pœna tēporalis soluenda.

*Vide inf.  
dis. 16. p.*

*76. et. 2 x*

*p. 4.*

soluenda. Item satisfactio placat offensum, alia reddit quod ei debetur. Quæ Deum placat dixit prima propositio, quod diuidi non possit, de illa quæ reddit debitum loquitur præsens. Satisfactio est terminus à Scoto inuetus hac. d. q. 1. littera. O. cuius ratio bene apparet in humanis. Nam lædens alterum ex cuius læsione est manus abscondenda læsori, si poenam patiatur sine placatione læsi, & sine aliqua redditione in compensationem damni, è sola satisfactioe liber manet solutusque ab obligatione. Modò conclusio probatur, quia tam satisfactio, quam satisfactio soluens debita est diuisibilis, nequæ in vno die, vel per vnũ opus satisfacit poenitens Deo pro omnibus peccatis, igitur potest vno die satisfacere poenæ debitæ vni peccato, & altero die debitæ pro alijs. De his poenis temporalibus est intelligendus Magister, quas boni per satisfactionem voluntariam cõpensant, mali per satisfactioem, de quibus autoritas Naum intelligitur: quod non confluet duplex tribulatio, quia pro eodẽ peccato non exigentur duæ poenæ, seu satisfactioes, vel satisfactioes totales: partiales bene poterunt exigi, quæ vnã integrent totalem, sicut pro eodem peccato imponitur exilium, & pecuniarũ multatio.

Prop. 4.

Quinque sunt causæ propter quas Deus flagella, tribulationes, & poenas immitit. Ponit eas Magister in littera. Prima est, vt iustis augeatur merita sicuti Iob, & Tobix. Secunda ad custodiam virtutis, vt Paulo datus fuit stimulus carnis 2. Corinth. 12. Tertia ad corrigenda peccata, vt Mariæ lepra. Nu. 12. Quarta ad gloriam Dei, vt cæco nato. Ioan. 9. Quinta ad initium æternæ poenæ, vt Herodi. Act. 12. Sanctus Bona. hac. d. num. 2. ponit nouem utilitates quas parit tribulatio iustis continentur his versibus.

*Erudit, vertit, probat, letum facit, & arctat.*

*Confortat, satiat, consummat, deinde coronat.*

Erudit: Hierem. 6. Erudire Hierusalem, &c. 31. Castigasti me Domine & eruditus sum quasi iuenculus indomitus. Paulus Heb. 12. de disciplina, qua Dominus omnem filium castigat. Secundò. Vertit. Psa. 15. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. Genes. 50. dixit Ioseph fratri:

fratribus. Vos cogitastis de me malum, sed Deus vertit illud in bonum vt exaltaret me, & saluos faceret multos populos. Deut. 23. Vertit Deus maledictionem Balaam in benedictionem tuam, eò quod diligeret te. 2. Reg. 16. Pro maledictione Semel expectabat Dauid benedictionem Domini. Tertio probat. Eccles. 27. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Deut. 8. Adduxit te quadraginta annis per desertum vt affligeret te atq; tentaret, id est probaret, Iudith. 8. Tentati sunt patres nostri vt probarentur, & omnes qui placuerunt Deo per multas tribulationes transierunt. Quarto lætũ facit. Iacobi. 1. Omne gaudium existimate fratres mei cum in tentationes varias incideritis. Act. 5. ibat apostoli gaudentes quoniã digni habili sunt pro nomine Iesu contumeliã pati. Matth. 5. Cum persecuti vos fuerint propter me gaudete & exultate. Quintò arctat. Esaiæ. 28. Sola vexatio dabit intellectum, quod trãslatio. 70. dixit sic. Discite audire angustia c. 26. Dñe in angustia requisierunt te. c. 30. post cõminatum panem arctum, & aquam breuem, seu panem tribulationis & aquam angustam vt trãstulerunt. 70. promittit doctorẽ, siue Christum, siue motum interiorem à Dño, qui moneat: Hæc est via ambulate in ea, id est via arctã, quæ ducit ad vitã Matt. 7. per humilitatẽ, & recessũ à seculari laxatione. Sextò, Cõfortat. Iob. 6. Hæc sit mihi consolatio vt affligens me dolore non parcat. Dauid post peccata in tribulatione. Psa. 50. Spiritu principali cõfirma me. Qui principalis Spiritus vel erat persona æterni Patris, qui in Diuinis principium est aliarum personarum: Vel Spiritus sanctus, vt per eum non per alios angelos, vel archangelos confortaretur in peccatorum tribulatione: Vel Spiritus erat principalis, quem habere debent reges & principes super alios, sicut Hest. 2. Afluerus in nuptijs Hester largitus est dona iuxta magnificentiam principalem, id est, dignam principe. Septimò, Satiat, vel cõcunctat. Exod. 1. Quantò magis opprimebant filios Israel, tantò magis multiplicabantur & crescebant. 2. Corinth. 12. Cùm infirmor tunc potens sum. Psa. 106. Satiavit animam inanem, animam esurientem satiavit bonis, explicat animas incarceratorũ, qui abundantes ferreis vinculis cibo egent, eoq; mendicato:

3

4

5

6

*Expositio  
triplex ad  
id Spiritu  
principalis;  
cõfirma  
me.*

7

E e dicato:

dicato: Sedentes in tenebris & umbra mortis, id est in carceribus tenebrosis mortem timentes, vinctos in mendicitate & ferro. Psal. 89. Lætati sumus pro diebus quibus nos humiliasti, annis quibus vidimus mala. Psal. 93. Secundum multitudinem dolorum consolationes tuæ. Octauo, Consummat, id est facit perfectos, iuxta id Sapi. 9. Si quis erit consummatus inter filios hominum. 2. Corinth. 12. Virtus in infirmitate perficitur. Iacobi. 1. probatio patientiam operatur, patientia opus perfectum habet, vt sitis perfecti & integri in nullo deficientes. Nono. Coronat. 2. Corinth. 4. Quod in presenti momentaneum est & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis. Apocalyp. 2. dicitur angelo Smyrnæ, id est episcopo qui fuit sanctus Policarpus: Scio tribulationem tuam, & paupertatem tuam. Esto fidelis vsq; ad mortem & dabo tibi coronam vitæ.

*Prop. 5.*

Opera bona facta ab existenti in mortali non sunt meritoria gratiæ aut gloriæ quando fiunt: neq; adueniente caritate per poenitentiam reuiuiscunt ad meritum. Magister in litera, & est omnium catholicorum. Alex. 3. p. q. 74. m. 5. ar. 2. §. 1. & 4. p. q. 85. m. 1. & 3. Bona. hac. d. nu. 27. Ricardi. ar. 1. q. 5. & Tho. 3. p. q. 86. artic. 6. facitet Scotus lib. 2. d. 26. ad. 3. arg. Probatur quia Genes. 4. Respexit Deus ad Abel, & ad munera eius; prius ad personam, deinde ad munera. Paulus. 1. Corinth. 13. Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita vt ardeam caritatem autem non habuero nihil mihi prodest. Sciendum opera nostra nominibus sic distingui; opera bona facta in peccato vocantur mortua, quia carentia vita spirituali quæ est caritas; peccata mortalia vocantur mortua, dicente Paulo Heb. 9. Sanguis Christi emundabit conscientias nostras ab operibus mortuis; causant enim mortem spiritualem, vnde expressius dicuntur, mortifera; opera facta in caritate & propter Deum tãquam finem vocantur viua, per peccatum mortale sequens vocatur mortificata.

*Prop. 6.*

Bona opera facta in caritate, & per peccatum mortificata per poenitentiam reuiuiscunt. Ita Magister in litera cap. 4. & d. 14. cap. 1. versus finem, Videantur doctores citati in præcedenti,

dent. Alex. 4. p. q. 57. m. 5. soluendo. 3. & 7. argu. in contrarium. Bona. d. 14. q. vlt. Ricard. d. 14. ar. 8. q. 2. Tho. q. 89. ar. 5. Omnes etiam qui citantur infra d. 22. p. 3. Afferunt Alexan. Bona. Ricard. Thom. glossam Ioelis. 2. dicentem super illa verba, reddam vobis annos, quos comedit locusta & bruceus. Non patiar perire vbertatem, quam cum perturbatione animi amisistis. Ratione probatur ex dicto iuristarum alicui competit ius, cui non competit actio. V. g. excommunicatus habet ius ad sibi debita, pro quibus durante excommunicatione non potest agere in iudicio: à simili illis operibus, vel iusto propter illa opera erat debita vita æterna, & præmium ad quod agere non potuit per mortale superueniens: sed per poenitentiam fuit deletum mortale, igitur illa opera sibi reuiuiscunt ad præmium debitum habendum. Neque propter hoc illa opera suscipiunt contradictoria, quia non sunt simul digna, & non digna præmij redditione, sed pro diuersis temporibus; neque ponuntur in ipsis nisi diuersi respectus rationis, hoc est ordinatio Diuinæ voluntatis ad reddendum pro nunc præmium, & non reddendum pro tunc.

Poenitentia sufficiens & condigna restituit hominem in gradum & dignitatem pristinam Ecclesiasticam. Hæc docetur in decretis. dist. 50. à cap. Si post ordinationem, & per multa sequentia. In cap. Domino sancto: Isidorus, cuius est ille textus, concordat diuersos canones dicentes non debere ad pristinos gradus redire, alios è contra, quia qui egit poenitentiam condignam redire debet, secus qui non facit condignam. Hic reditus non fit à sola poenitentia, sed addita dispensatione superioris approbantis poenitentiam vt sufficientem & condignam. Ad hanc sunt exempla in diuo Petro qui poenitentia peracta & apostolus mansit & caput Ecclesiæ, vnde angelus dixit annūtians Dominicam resurrectionem. Marci. 16. Dicite discipulis eius & Petro: quem ideo expresse nominauit, ne tanti peccati conscius legationem mulierum pro se non acciperet, aut forte alij eum exclusum opinaretur: sed illum tanquam restitutum in Christi amicitiam in primumque gradum apostolicum venerarentur. Dauid neque regnum neque prophetia

*Hæc simile ponit Scot. inf. d. 22. litera. E.*

*Prop. 7.*

phetia per peccata sublata sunt, poenitenti permanserunt. Manases. 2. Paralip. 33. post poenitentiam restitutus fuit ex captiuitate in regnum suum.

Prop. 8.

Vtilitas

1

Opera bona facta ab existenti in mortali profunt ad multa. Alexand. 3. p. q. 74. memb. 5. art. 2. §. 2. ponit sex. Primò ad consequenda bona temporalia. Ezechiel. 29. Regi Babylonis pro seruitio aduersus Tyrum in mercedem promittitur regnum Aegypti. Diuiti Lucæ. 16. dicitur. Recepisti bona in vita: utiq; in præmium bonorum quæ fecit. Obstetricibus Aegyptiorum pro liberatis infantibus Hebræorum ædificauit Dñs domos Exod. 1. id est terrenas & temporales, iuxta Gregorium lib. 18. Moral. c. 2. Secundò ad habilitationem gratiæ. Hanc vtilitatē etiam ponit Scot. lib. 2. d. 28. in arg. contra opinionem dicens, q̄ existentes in peccato mortali sunt monēdi vt faciant bona opera ex genere, quia illa disponunt eos ad gratiam citius & facilius obtinendā. Aduerte q̄ hæc quæ dicimus datur ex Diuina largitate nō ex merito, quia peccator neq; ex cōdigno, neq; ex cōgruo aliquid meretur. Inter bona opera illa magis inclinabūt Diuinā clementiam quæ ex motu sui amoris propter eū fient. Ad hoc secundū faciet exemplum obstetricū iuxta interpretationem Hieronymi super Esaiæ. 65. in illis verbis ædificabūt domos, & habitabunt; qui interpretatur vel virtutes, vel diuersas mansiones apud patrē, quales sibi ædificasse & obstetrices dicūtur Exod. 1. De Raab dicitur Iosue. 2. & 6. q̄ inuenit gratiā pro operibus quæ nūtijs fecit. Tertiò ad diminutionē poenæ: Hoc tangit Magist. c. 4. ex Chrysostomo, & August. Referūtur à Gratiano de poenit. d. 3. c. Quid ergo, & c. sequenti. Si quis: Chrysostomus dicit. Potest referri memoria bonorum ad mitiorē poenam habendam, vt bona quæ fiunt inter multa mala non proficiant ad præsentis vitæ, vel futuræ præmium obtinendum, sed ad tolerabilius extremi iudicij supplicium subeundū. Dicit Augustinus de multa patiente in mortali neque Christum negāte: Existimādum est fortassē tolerabilius ei futurum iudicium, quā si Christum negando nihil eorum pateretur. In verbis Augustini nota, ly fortassē, quasi dubitantis. In Chrysost. q̄ non proficiunt ad meritum præsentis vitæ, vnde peccator neque

neque bona temporalia meretur: Alex. qui negauit meritum de congruo; quando non est dignitas in merente, habes in. 2. dist. 27. p. 3. in. 4. p. q. 85. memb. 3. quod membrum est de materia huius conclusionis; in artic. 1. in quo petit si bona opera existentis in mortali valeant ad bona temporalia, reiecto modo dicendi illorum qui ponebant meritū interpretatiuum quasi medium inter condigni, & congrui (quia tale meritum interpretatiuum non est meritum, sed quia Diuina largitas remunerat ac si talia opera fuissent meritoria vocatur meritum) approbat illorum sententiam qui ponunt meritum congrui in peccatore ad bona temporalia, quando facit opera bona propter Dei amorem, quo mouetur ad illa operandum; quia hoc non potest esse sine aliqua gratia gratis data, qua gratia gratis data concurrente est meritum de congruo: Hac gratia deficiente neque de condigno, neque de congruo sunt meritoria ad bona temporalia, sed ex Dei largitate, qui dixit populo legali seruienti ex timore. Leuitici. 26. Si mandata mea feceritis dabo vobis pluias temporibus suis. Esaiæ. 1. Si audieritis me, & mandata mea seruaueritis bona terræ comedetis. Illam gratiam gratis datam intelligo auxilium aliquod speciale. V. g. vult Deus dare peccatori agrum, aut vineam, aut aliquem honorem temporalem incitat eum quòd deprecetur & eleemosynas faciat pro talibus, quæ post aliqua via inexpectata ei obueniunt. Sed reuera neque ibi meritum aliquod agnosco, vbi neque est dignitas in merente, neque Diuina lex de redditione, aut acceptatione. Quod ad mitiorem poenam attinet exponunt Alexand. citato loco. in. 3. p. & 4. & Bona. hac. d. num. 31. ex consequenti; quia impediunt illa opera bona aggravari culpam per alia peccata quæ talis committeret, non verò quòd mitigent poenam vermis, aut fortificent subiectum ad facilius tolerandum ignem, quod aliqui voluerunt dicere. Possent exponi de poena temporali, quæ soluta in hac vita per satisfactionem voluntariam, aut infirmam patienter toleratam, non in iudicio, neque in alia vita, vbi acerbior foret poena, exigetur, vt supra. p. 3. Quarto ad resistendum peccato, siue retardandum ab eo, quia peccatum

Ee 3

catum

Vtilitas.

4

catum quod poenitentia nō diluit in aliud trahit, habes lib. 2.  
d. 28. p. 6. Sanies vicinam carnem putrefacit: Exemplificat  
Alex. in gallina, quæ apposita morbo regio quem non sanat,  
retardat ne procedat ulterius. Eccles. 3. Ignem ardentem ex-  
tinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis. Quinto ad as-  
fuefactionem bonorum operum. Thren. 3. Bonum est viro  
cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Sexto ad circum-  
stantiam tēporis ne peccatum crescat ex mora, quia non aug-  
mentatur in eo negligentia. Ad hoc potes asserere q̄ in pec-  
cato possunt impleri multa præcepta, vt audire Missam, dare  
eleemosynam. Non enim obligauit Deus nisi ad illa opera,  
cæterum q̄ fiant ex caritate non obligauit, vt dixit Scot. in. 2.  
d. 28. in arg. cōtra opinionem. Hoc est obligauit ad præcepta,  
sed non ad finem præcepti, qui est caritas. 1. Timoth. 1. nisi  
in aliquibus casibus, vt in præcepto de poenitentia quando  
obligat, & in receptione sacramentorum. Septimam utilita-  
tem addit Adrianus. q. de sacramento poenit. quæ stiancula si  
pro statu mortalis culpæ possit exsolutio fieri poenæ. fo. 223.  
in libris paruis quod valent ad impetrandum preces sancto-  
rum; ita qui orat pro animabus purgatorij in mortali obligat  
eas ad gratitudinem licet eis non profit. Hanc præfatam cō-  
clusionem docet Bona. hac. d. à num. 27.

*Propo. 9.* De necessitate salutis tenetur homo restituere omne de-  
bitum pecuniarium si potest, aliàs dum detinet inuito Dño  
manet in peccato, neq; potest consequi veniam. Hanc docet  
Magister in calce huius. d. citato Augustino in epistola. 2. ad  
Macedoniū refertur à Gratiano. 14. q. 6. cap. Si res, propter  
quam peccatū est, reddi possit & nō redditur, poenitētia nō  
agitur, sed simulatur. Si autem veraciter agitur, non remitti-  
tur peccatum nisi restituatur ablatum. Hanc eandem docet  
Magister. d. sequenti. c. 2. Est de fide contra Græcos, qui ne-  
gant restitutionem esse necessariam ad vitam æternam: vnde  
illorum sacerdotes pro furto, rapina, & vsura, nō imponunt  
restitutionem, sed oleo inungunt raptorē, & eum astringunt  
ad pecuniam aliquā impendendam pro absolutione. Contra  
eos & pro conuisione Ezechiel. 33. Si dixerō impio morte  
morieris, & egerit poenitentiam, feceritq; iudicium & iusti-  
tiam

tiam & pignus restituerit, rapināq; reddiderit, vita viuet, igit̄  
ad agendā poenitentia necessaria est restitutio. Patet exēplo  
Tobia. c. 2. qui hoc dū quē putabat furtiuū dominis suis præ-  
cipiebat restitui. Rom. 12. Reddite omnibus debita, & subdit,  
nemini quidquā debeatis: vbi notat q̄ obligatio restitutionis  
nascitur ex præcepto Non furaberis, quia quādiu detinetur  
alienum remanet detinens transgrediendo illud præceptum,  
ideo Paulus vtrunq; coniunxit affirmādo, reddite, & negan-  
do, nemini debeatis. In alijs peccatis transeunte actu remanet  
homo in reatu & obligatione peccati, non verò aequaliter  
transgrediēdo, vt qui fornicatur vel occidit, in hoc verò quā-  
diu non restituit continuat peccatum. Idcirco talis detentor si  
potest restituere non potest absolui nisi prius restituat, sicuti  
neq; tenens cōcubinam, aut retinens odium. Vnde cauti de-  
bent esse confessores ne absoluant ante restitutionem saltem  
illos, qui in vna confessione promiserunt restituere: & nunc  
in secunda idem promittunt. Sicut priori confessori mentiti  
sunt, ita facient & secūdo, aut quia id timendū est differenda  
venit absolutio, & ante illam restitutio fienda.

Pro restitutione cōsiderari debent octo capita seu fontes: *Prop. 10.*  
videlicet quis tenetur restituere, quid; quantū; cui; vbi; quādo;  
quomodo; quo ordine. Circa quodlibet horum sunt variæ  
quæstiones, & quā plurimæ, latissima quippe materia est,  
quam multi doctores prosequuntur per longos tractatus. In  
sententias Magistri Scotus hac. d. succincte & breuiter com-  
plexus ita fuit vt ad omnes difficultates viam aperiret in-  
geniosissime: Gabriel hac. d. fulsissime illas disputat, & Adr.  
in lib. 4. Summistæ verbo Restitutio. Ibi eas lector quærat  
ne tanta sarcina breuitatē nostræ theologiæ scholasticæ pro-  
missam oneremus.

Quod dictū est de restitutione pecuniarum dicendū est de *Prop. 11.*  
lædente famā proximi, de qua Prouerb. 22. Melius est nomē  
bonum, quā diuitiæ multæ super argentū enim, & aurum  
gratia bona. Eccl. 7. dicit esse melius quā vnguēda pretiosa.  
Ponuntur in vna autoritate diuitiæ quæ sunt bona vtilia, in  
alia vnguēta, quæ sunt delectabilia; vel etiam vtilia quia  
contra infirmitates roborant. Cant. 2. Fulcite me floribus  
Ec 4 stipate

sunt credendi fecisse, & verbo tenus ad nos deriuasse fortè Bonau. sumpfit occasionem dicendi quod dixit, neq; in substantia aliud asserere intendebat.

*Propo. 4.*

Tria concurrunt ad perfectionem huius sacramenti, quæ ponit Magister in litera, & sequuntur omnes catholici, compunctio cordis, idest, cõtritio, confessio oris, satisfactio operis. De his non est parua concertatio si debeant dici, & verè sint partes sacramenti poenitentia, & sunt tres modi dicendi. Primus dicit, quòd sunt partes. Hunc tenet Alexand. 4. par. quæst. 66. m. 1. ar. 2. & m. 2. dicit, quòd neque sunt partes subiectiua neq; essentielles, possunt tamen dici integrales aliquo modo, non tamen totius vt substantia facta, sed vt substantia quæ fit. Sequuntur Bonau. hac. d. num. 1. Ricard. q. 1. huius. d. Thom. 3. part. q. 90. per tres artic. Quoniam verò in nominando partes nonnullũ discrimẽ est inter hos doctores oportet memorari acceptionem huius vocis pars, de qua Aristot. 5. Metaph. tex. 30. seu. c. 25. Suprà. d. 14. p. 7. facta fuit mentio de parte subiectiua & potenciali, ex quarũ notificatione constat has tres non esse partes subiectiuas, vt bene docet Alex. quia neutra illarum includit totã rationem sacramenti; neq; sunt partes potentiales, quia neutri illarum conuenit participare aliquam partem sacramenti quod est totum simul; neq; eiu sdem essentia sunt hę partes cũ ipso sacramento, sicut potentia animæ idem sunt essentialiter cũ essentia animæ, esto sint opiniones de distinctione ipsarũ inter se. Aliæ sunt partes essentielles, vt materia & forma in naturalibus; genus & differentia in logicis; Aliæ vocantur partes integrales ex quibus integratur totum, quæ dicuntur secundum quantitatem, vel continuam, sicut illæ sunt partes totius continui in quas quoquo modo quantũ diuidi potest, vt Arist. loco citato dixit; vel discretam sicut domus integratur ex tecto, parietibus & alijs. Partibus essentialibus etiam congruit dici integrates, quia essentia hominis ex anima & corpore sicut est essentialiter, ita & integratur. Modò Alex. negat esse partes essentielles, Thomas verò concedit: Alex. dicit esse integrantes aliquo modo, Thomas absolute dicit esse partes integrales, neq; fortè inter ipsos erit differentia nisi verbalis. Mihi videtur Alexand.

Alexand. ex eo negasse illas esse essentielles, quia sacramentum potest haberi sine hoc quòd illæ simul tres sint, habetur enim contritio sine confessione, confessio sine contritione illo casu, quo habetur prima gratia per absolutionẽ, habetur ambæ sine satisfactione: partes verò essentielles simul sunt, alioquin totum nõ est. Videtur etiam mihi ad idem alluisse Alexand. quandò dixit esse integrantes aliquo modo non totius vt substantia facta, sed vt substantia quæ fit. Nam partes integrantes essentiam, aut illam integrant secundum perfectionem; aut non secundum totam perfectionem. v.g. essentia hominis integratur ex anima rationali tanquàm forma, & ex corpore tanquàm materia, quæ materia vt sit in tota sua perfectione debet esse corpus integrum membrum, si non sit, nihil deest ad perfectionem essentialẽ totius; quia verò deest perfectio integra materie, deest homini integra sua perfectio. Integrabunt igitur hæ partes sacramentum, nõ vt substantiam factam, quandò sicut dictum est habentur partes sine sacramento, & sacramentum sine omnibus simul; sed tanquàm substantiam quæ fit, quia contritio detestado peccatum ordinat illud ad confessionem, tam ipsa quàm confessio ordinant satisfactionem. Habitis vero tribus partibus habetur sacramentum in tota sua perfectione vnde Bona. dicendo esse partes integrales addit, quãtum ad esse perfectũ. Secundus modus est Scoti hac. d. q. 1. litera. E. dicentis, q̄ absolutio sacerdotis est sacramentum, cuius partes non sunt illi tres actus poenitentis, licet ad sacramentũ requirantur præuij vel sequentes; ad idem facit. dist. 14. q. 4. litera. A. describens seu definiens hoc sacramentũ. Caietanus vbi sup. Thom. artic. 1. dicit viã vocandi hos actus partes, esse canonizatã per conciliũ Florent. dum dixit. Quartum sacramentum est poenitentia, cuius quasi materia sunt actus poenitentis, qui in tres distinguuntur partes. Quarum prima est cordis contritio, secunda est oris confessio, tertia est satisfactio. Ex hoc apparet has partes esse, & materiã huius sacramenti esse, quod Th. citata. q. 90. ar. 2. affirmat. Sed quòd Caiet. iure insultaret Scoto & Durãdo vt insultat, debuerat expressam asserre determinationẽ Ecclesiæ vocantẽ partes sacramenti & materiã, modò conc.

*Opinio  
Scoti.*

concilium citatum non dixit esse materiam, sed quasi materiam, cum alijs sacramentis simpliciter materiam assignet. Deinde concilium non exprimit esse partes sacramenti, sed esse actus poenitentis in tres partes diuisos. Concilium Trident. Sess. 14. cap. 3. hos actus vocauit quasi materiam, qui quatenus in poenitente, ad integritatem sacramenti, ad plenamque, & perfectam peccatorum remissionem ex Dei institutione requiruntur, hac ratione partes poenitentiae dicuntur. Hac concilium: vbi nil video per quod daretur Scotus, imo potius iuuatur. Nam materia duplex esse potest, vna in qua res est; alia circa quam fit, aut est. Alia sacramenta materiam habent in qua recipitur & cum qua simul est forma. Hac negat Scotus in hoc sacramento esse actus illos, quia cum sacramentum sit signum sensibile, contritio est quodam spirituale in anima, ergo non est pars sensibilis sacramenti; Confessio est actus ipsius se accusantis, quae tempore praecedat absolutionem in qua confertur gratia; Satisfactio postea sequitur igitur non sunt materia ex qua vel in qua sit sacramentum; Sed sunt quasi materia, id est materia circa quam sacramentum est, quia requiruntur ad hoc ut sacramentum digne recipiatur vel praevia vel sequentia, sicut Scotus dixit. Quod vero hoc sacramentum sit absolutio, vel pro ea supponat & non pro illis actibus, quauis illos significet, inde potest fieri apparenter probabile, quod sacramentum in genere, & quodlibet illorum in specie est terminus connotatus supra. dist. 8. prop. 4. Sacramentum igitur cum sit signum demonstratiuum efficax gratiae, supra. d. 1. huius. prop. 1. signum sensibile efficiens gratiam huius sacramenti non est aliud quam absolutio, sacramenta quippe id efficiunt quod significant: sed absolutio est quae significat, & efficit remissionem, igitur ipsa est sacramentum, & non caeteri actus poenitentis. Accedit quod sacramenta conferuntur a ministris, igitur per actionem ministrum, & non per actus poenitentis sacramentum conficitur. Facit quod dictum sumus infr. dist. 17. prop. 2. quod contritio remittit peccata in ordine ad clauas Ecclesiae, sed clauae sunt in sacerdote & non in poenitente. Ex his potes aliud soluere quare Scotus definiens hoc sacramentum ponit formam in

Carol.

recto,

recto, dicendo est absolutio & cetera. cum in sacramento baptismi ponat abluionem. d. 3. q. 1. litera. E. & in confirmatione. d. 7. q. 1. litera. A. ponat unctionem, quae non sunt verba & forma, sed materia: Responso est quia posuit illud, quod erat signum sensibile efficax gratiae, in hoc non est tale signum nisi absolutio, in alijs materiale erat magis sensibile. Iuuatur etiam Scotus per verba concilij Trident. citata. Sess. 13. cap. 3. dicentis. Docet sancta Synodus sacramenti poenitentiae formam, in qua praecipue ipsius vis sita est, in illis ministri verbis positam esse. Ego te absoluo: igitur absolutio est magis aspicienda ad notificationem huius sacramenti, in qua esse debet plus ratio huius sacramenti, quam in actibus poenitentis. Tertius modus est Durandi, qui hac. d. q. 4. dicit, quod hoc sacramentum constat ex confessione tanquam ex materia, & absolutione tanquam forma, ita quod contritio & satisfactio non sunt partes eius. Credo inter hos modos dicendi catholicorum non esse controuersiam plusquam verbalem si bene premantur. Sacramentum enim non est res naturalis proprie constans ex materia & forma, quae duae sunt de essentia & substantia compositi; in artificialibus tota substantia rei est materia, nam forma artificiata accidens est, sacramentum igitur cum magis assimiletur artificialibus quam physicis & naturalibus, non habet proprie materiam & formam sed metaphoricè, & multo magis sacramentum poenitentiae in quo forma non recipitur in actibus poenitentis, qui & verè sunt actus & actiones, materia autem non est actiua, sed passiuæ, & receptiuæ formæ, ideo huic sacramento assignata fuit à concilijs quasi materia. Item licet dixerimus sacramentum quodlibet habere nomen connotatiuum, non debet in toto rigore dialecticorum vbi de connotatiuis physicis, seu artificialibus agitur, accipi. Qua de causa non erit quaerendum si primo & principaliter significat materiale connotando formam, aut è conuerso. De quo variant & dialectici: Nos. d. 8. p. 4. quod expressius descriptione Eucharistiae declararemus, diximus significare principaliter materiam, connotare vero formam; In hac notificatione sacramenti poenitentiae posita à Scoto innuitur de principali supponere pro forma, ex quo

Tertius  
modus.

posset



posset contra Durandum argui, quòd connotatiua non signi-  
ficant ex æquo materiale, & formale, sed vnum principali-  
ter, aliud connotant, significare autem sacramentum poenitentiæ principaliter confessionem non potest, cum præcipua visita sit in absolutione iuxta concilium Tridentin. Significando ergo sacramenta gratiam, & efficiendo ex Diuina ordinatione seu institutione, non est mirum si principale significatum, & suppositio ibi quærat ubi gratia sensibili signo innuitur, & confertur. Non loquendo in tãto rigore vocabulorum, cum videamus non esse absolutionem sine confessione licet sæpè fiat cõfessio sine hoc quòd absoluat poenitens, non erit tam improprium loqui cum Durando, quòd confessio sit materia, absolutio forma, quandoquidem ambæ ad sacramentum requiruntur. Item commune est omnibus dicere quòd peccata actualia sint materia huius sacramenti, quæ ideo sic nominantur, quia sunt obiecta actuum poenitentis non quò exerceantur, sicut fit circa obiecta virtutum, sed vt emendentur per illos actus, vnde sunt obiecta seu materia remota sacramenti, & magis remota quàm ipsimet actus; sed ex illis tribus actibus qui plus appropinquat & magis est cum forma, est confessio, igitur si omnes actus dicuntur partes materiales huius sacramenti, ratione potiori quadrat confessioni dici materiam. Lutherus in quinto errore suo damnato à Leone. X. aiebat, non esse fundatum in sacra scriptura, neque in antiquis sanctis doctoribus esse tres partes poenitentiae contritionem, cõfessionem, satisfactionem; sed longè distabat eius animus ab his catholicis doctoribus, quia ita negabat eas esse partes quòd eas tollebat tanquàm non necessarias: neque propter eius corruptum animum, qui & verbis assererat optimam poenitentiam esse nouam vitã, verba catholicorum cum eo conueniunt explicata vt ipsi doctores explicant.

*Propo. 5.*

Forma huius sacramenti est ego te absoluo. Patet ex concilio Florent. & Matth. 16. Quodcumq; solueris super terram. Si pro absoluo, diceretur remitto verum esset sacramentum, quia Ioann. 20. dixit Christus. Quorum remiseritis peccata. Cumq; doctrina de sacramento poenitentiae sicut dicit Scotus

d. 14.

d. 14. q. 4. litera. B. subalternetur doctrinæ de iudicijs, & de sententijs, & in iudicio publico non oporteat esse limitata verba, nã de Theodoro martyr dixit vnus, iubeo ignibus tradi: de Cypriano dixit alter, gladio animaduerti placet, non est necesse tam præcisè verbis absolui, sed sufficit quòd exprimat actus sententiæ absoluentis. Inde non videtur mortale si alijs verbis vteretur sacerdos, nisi fortè propter scandalum poenitentis qui audiens dubitaret se absolutum. Aliæ orationes præponuntur & postponuntur formæ, nõ tamen sunt necessariae, vt Misereatur tui, &cæt. Quæ dicta à prædicatoribus super populum sunt deprecationes pro venialibus: forma tamen huius sacramenti non debet esse deprecatia, quia deprecatio non significat absolutionem fieri, sed orare q̄ fiat.

### *De Contritione prima parte huius sacramenti.*

**C**ontritio est dolor voluntarius propter Deum de peccato cõmisso cum proposito non peccandi de cetero: *Propo. 6.*  
ita docet concil. Florent. est necessarius ad delenda peccata cõmissa post baptismũ, supr. d. 14. p. 1. Est contra Lutherum iridentem cõtritionem tanquàm merã hypocrisin: quia sacrae literæ nomine poenitentiae nõ intelligebant detestationem culpæ, sed propositũ bonum in futurũ. Contra eũ est concil. Trident. Sess. 14. c. 4. dans eandem definitionem quam concil. Florent. & dicens cõtritionis motum quouis tempore ad impetrandam veniam peccatorum fuisse necessarium, & canon. 5. expressè damnat Lutherum, definiendo hæreticum negare talem contritionem vtilem, & asserere quòd facit hypocritam & magis peccatorem. Notabis q̄ concilium citatõ cap. 4. vocat animi dolorem & detestationem, estque iste dolor displicentia, qua peccator nollet peccatum fuisse, ideo dicitur detestatio: quando vocatur dolor sumitur causaliter, quia est causa doloris. Dolor enim propriè est partis sensitivæ in breui loq. 3. d. 15. p. 5. vocatur ipsa detestatio dolor cordis etiã in scriptura. Ps. 12. Quãdiu ponã consilia in anima mea, dolorẽ in corde meo per diẽs ceterũ passio partis sensitivæ & lacry-

lacrymæ non sunt de essentia & necessitate contritionis. Si enim per impossibile Spiritus separati possent poenitere, contritionem veram haberent sine lacrymis. Contra Lutherum probatur concl. per scripturam, Esaiæ. 1. Lauamini mundi estote, auferite malum cogitationum vestrarum (quod pertinet ad detestationem) discite benefacere (quoad propositum in futurum.) Hierem. 31. Statue tibi speculam pone tibi amaritudines (ideest detestationem) dirige cor tuum in viam rectam (quoad futurum.) Hoc sonat scriptura exhortans ad poenitentiam, & ad custodiam legis dirigendo vias & studia, ibidē 18. & Ezech. etiam. 18. Apocalyp. 2. Memor vnde excideris age poenitentiam & prima opera fac, quasi vtrunque sit vere necessarium. Refertur ad idem Augustinus in litera. c. 3. & à Gratiano de poenit. d. 1. cap. Tres sunt, & ibidem cap. Nō sufficit, quod est eiusdem Augustini. Quoniā verò Lutherus dicebat debere hominem credere se absolutum ex Diuina promissione in Euangelio postquam à sacerdote fuisset in terra absolutus, & destruendo contritionem dicebat, incutiendas esse peccatoribus diuinas cōminationes; Philippus item Melāchton duas ponebat partes poenitentiz, contritionē & fidem, illa enim terret conscientiam, si fides consolatur, extat eiusdem concil. Trident. canon. 4. damnans hunc eorum errorem. Aduertesque lector, neque per hunc canonē aliquid damnationis obuenire Scoto, vt prop. 4. Neque ex ipso possunt faueri præfati hæretici, qui Scotus in hoc. 4. distinct. 4. quæst. 5. litera. A. docens, quod nolentem Deus non iustificat, citat autoritatem Augustini positam supra in cap. Tres sunt; quod nemo iam suæ voluntatis arbiter, nisi eum poeniteat veteris vitæ potest nouam inchoaræ. Neque concilium in illo canone damnat nisi negantes illos tres actus esse necessarios ad perfectam remissionem, & præfatas duas partes assignatas ab hæreticis: opinionibus Scoti, aut Durandi nil præiudicauit.

*Propo. 7.* Hæc poenitentia, seu contritio quātuncunque sit remissa si habuerit omnes circumstantias requisitas sufficit ad peccatorū remissionem. Ita tenet Gabriel. dist. 14. q. 2. litera. H. sequuntur alij iuniores. Vt Vega lib. 13. cap. 24. Medina Complutenſis

plutenſis tractu de Poenitentia. q. 5. posset in hanc & Bonau. adduci. dum hac. d. num. 37. ait quod dolor quātuncunque sit paruus, si sit gratia informatus, sufficit, igitur intelligebat paruum dolorem posse gratia informari. Hæc est contra multos & videtur cōtra Ricar. d. 17. art. 1. q. 5. qui licet fateatur cū Boria. sufficere quātuncunque paruam contritionē pro quocunque peccato, tamen soluendo arg. tenere videtur, quod ad esse contritionem requiritur tātus conatus voluntatis, quātus fuit in peccato. Alex. etiā si. q. 68. m. 1. art. 2. præcipue in arg. 3. ad oppositū fateatur quātuncunque contritionem siue paruam siue magnā sufficere ad delenda quātuncunque peccata, postea in art. 3. dicit posse esse aliquē actum displicentiæ nimis paruam nec sufficiens vt informetur gratia contritionis. Videntur igitur hi doctores & alij similes facere vim in quātitate doloris, si enim talis est quod nomen contritionis mereatur quicunque sufficit vt dispositio ex parte nostra ad hoc quod Deus gratiam conferat ex parte sua. Cum enim viderent voluntatem nostrā esse agens naturale, & similiter intellectum, fierique quæstiones de qualitate si detur minima, nisi sunt ostendere aliquam temporis moram requiri, ex qua debitam quantitatē contritio haberet ad esse contritionem. Hoc assertum per scripturas aut Ecclesiæ definitionem damnari nō poterat. Quoniam Ezech. 18. In quacunque hora. Sic solet allegari, dicit vero litera. Cū auerterit se impius ab impietate sua animam suam viuificabit: & cap. 33. In quacunque die cōuersus fuerit impius impietas non nocebit ei. Hora, dies, & ly cum, quod est temporis aduerbium potius iuuant antiquos, quā damnent. Faciunt & illa verba, considerans & auertens se ab omnibus iniquitatibus suis: consideratio viarum & auersio moram aliquam exigūt; Maximè quia bonū debet esse ex integra causa, neque sine mora potest agens creatum apponere omnes circumstantias. Quauis etiam perfectus cytharæ dus non syllogizet in cytharizando lib. 3. dist. 18. prop. 5. peccator ad poenitendum nō sic est perfectus, neque si esset desineret aliqua mora esse necessaria. Deus etiam licet possit mouere animā in instanti ad poenitentiam, ipsum mobile, quod est anima, ad instantaneē poenitendum resistentiam habet quam Deus, suauiter dispo-

*Inf. d. 17*

*p. 10.*

ff nens,

mens, iuxta naturam propriam de lege moueri sinit, & ordinat. Naturalium est ab imperfecto ad perfectum procedere. Hanc Dei suauem motionem docet colloquium Christi cum Samaritide Ioann. 4. qui adducturus eam ad poenitendum de concubinato; & peccata sua confitendum a paruis incepit. Da mihi bibere; si scires donum Dei; qui bibit ex aqua mea non sitiet iterum; Voca virum; quinque viros habuisti, quem habes non est tuus vir; pater quaerit adoratores in Spiritu & veritate, tandem ex mulieris asserto: Messias venit: ipse peruenit, vt diceret. Ego sum. Sicut ab imperfecto ad perfectum in exterioribus processit Diuina vocatio, & in alijs praeter Samaritidem qui ad religionem, & mundi contemptum vocantur procedit, & sequitur nostra conuersio: ita & in interiori motione & conuersione ad perfectam contritionem. Verum quidem est quod illa mora non est tanta quod anxios esse oporteat de ipsius certitudine inquirenda, sufficeret illa probabilis quae ad actum liberum & deliberatum circumstantionatum suis circumstantijs requiri videtur. Propter quae antiqui nil expresserunt de suae quantitatis seu durationis tempore. Neque per hoc dabatur tempus in quo conuersus fieret extra statum salutis, quia talis quandiu non habet actum deliberatum omnibus debitis circumstantijs, plenè conuersus non est. Maiorem etiam moram exigunt qui ad veram contritionem tenent requiri peccatorum recogitationem, si adsit facultas: ad si mile in proposito requirerent moram antiquam si tempus suppeteret, quod omni modo requisitum est licet breuissimum, & quasi imperceptibile ad actum deliberatum & circumstantionatum.

Illud etiam in antiquis doctoribus aduertendum quod lib. 3. d. 29. p. 2. notauimus, non fecisse distinctionem intentionis in gradualem, & appetitiuam quam excogitauerunt iuniores ad maximam luciditatem. Vnde Alex. citatus quando dixit, quod potest esse actus displicentiae nimis paruus nec sufficiens, exemplificauit, si illa displicentia non excederet displicentiam amissionis vnus oboliigitur de intentione appetitiua loquebatur. Et ita multi illorum loquentes de intentione poenitentiae seu contritionis erunt interpretandi. Bonau. hac. d.

nuus.

num. 33. dixit dolorem contritionis quantum ad intentionem motus non oportere esse maximum, in comparatione ad alios dolores oportet quod habeat predominium, sicut & amor: vbi aperte fecit distinctionem iuniorum. Scotum aliqui contra praefatam conclusionem citant. d. 15. q. 1. litera G. seu. 9. Ex hoc patet. Non tamen video ibi, quomodo sit contra conclusionem, neque requirat intentionem. Dixi, ibi, propter locum: d. 14. infra citandum. Nam Scotus illic tantum asseruere videtur, quod ad perfectam satisfactionem quantum ad culpam & poenam (nam in principio. q. sic illum ponit articulum. Et ex hoc. 4. ad quaestionem. An cuilibet peccato propria correspondeat poena) sufficere possit intentio contritionis remissa sufficere pro vnus poena & non pro alterius nisi inuata alijs poenis. Negatque aliquam satisfactionem seu poenam particularem esse taxatam huic peccato, & aliam alij. g. elemosinam vni, orationem alteri, aut contritionem interiori. Satisfactorium enim opus pro poena cuiuscumque peccati satisfacit. Hic in gratiam antiquorum praedictis, Contra hanc nostram conclusionem expressè tenet Adrianus, quod lib. 5. q. 3. dicens requiri omnem conatum voluntatis. Tenuit eam mordicus frater Alfonsus Castro me. audiente praedicans Salmanticae in conueto nostro. 4. Dominica quadragesimae sumpto themate, Est puer vnus hic habes quintus, quae panes hordeaceos & duos pisces, interpretando illud: Psal. 79. Cibabis nos pane lacrymarum, potum dabis nobis in lacrymis in mensura. Citabat Isidorum, quem & Adrianus. Sunt qui poenitentibus securitatem cito pollicentur, quibus per prophetam dicitur, curabant eum ignominiam contritionem filiae populi mei dicentes, pax, & non erat pax. Sed nostra conclusio probatur ex cap. Talis de poenit. d. 3. vbi dicit: Christostomus. Deus quantumlibet breui tempore gestam non respuit poenitentiam. 26. q. 6. cap. Si presbyt. citato Ezechiele dicit Iulius Papa; quod Dominus non solum temporis, sed etiam cordis inspector est. Ratione. Ad peccandum sufficit quicumque conatus voluntatis, ergo & ad poenitendum quia Deus pronior est ad miserendum quam puniendum. Et extra de regulis iuris. Omnis res per quamcumque causas nascitur, peccata eadem dissoluitur. Sed quia contritio est propter Deum summe

ff 2 dile-

dilectum appetiatiue, vt dictum est: potest appetiatio esse actualis: aut virtualis, quãdò homo nullo modo vellet. Deũ offendisse. Actualem nemo à se, neq; confessor à poenitente exigere debet propter periculũ, vt docet Bonau. hac. d. nu. 33. quia non debet comparare si hoc, aut illud vellet magis perdidisse quã Deum offendisse, sufficit tempore quo Deus est offendendus aut temporalia a mittenda præponere Deum.

*Solutio.*

Ad arg. ex Hiero, & ad similia dicendum, quòd loquuntur de perfecta remissione tam quoad culpam, quã quoad poenam.

*2. Solut.*

Secundò q̄ sancti illa dicunt exhortãdo semper ad melius sicut faciunt prædicatores, maxime quia est signũ tepidæ poenitentia leuiter dolere. Sic angelo, id est, episcopo Laodicensi dicitur Apocalyp. 3. Vtinã frigidus esses aut calidus; Frigidus est qui operatur aut poenitet ex timore serui, calidus qui propter amorẽ, qui ergo tepidus est neq; timore acriter pungitur, neq; amore feruet, idcirco euomitur ad similitudinem euomentũ, quibus ad id aqua datur tepida. Talis enim neque dolorem habet qui vera sit contritio, neq; per acrem timorem aperitur via caritati, vt. d. 4. p. 11.

De intellectu Scoti. d. 1. 4. q. 2. litera. M. dupliciter est dicẽdũ: Primò q̄ sentiat cũ antiquis ad modũ expositum. Nam ibi insinuat requiri moram temporis. Aliter q̄ duo volebat asserere: Vnũ q̄ attritio informis potest esse dispositio præuia ad deletionem peccati, sicut formata sufficit vt concomitans. Secundũ q̄ per attritionem cũ sacramẽto aliquando datur gratia, idẽ assumpsit opinionem, quæ tunc erat celebris de certa intensiõne requisita, quia per illam facilius probabat intentũ. Non enim ibi, neq; alibi ex professo disputauit Scotus de certa intensiõne. Hic modus interpretandi Scotũ placuit Andreæ Vegge, lib. 13. c. 23. Possumus alia Scoti loca similia citare vbi ex cõmuniter concessis ab alijs arguit sine asseriõne tamen, quia per talia concessa mentẽ & argumenta ibi facit expressiora, quorũ tamen contraria in proprijs locis tenet disputando materiã. lib. 2. d. 5. q. 1. litera. B. vt probet meritum angelorum præcessisse præmium, sumit ad probandũ quòd voluntas viatoris contingenter elicit actum meritoriũ,

actum

actu in vero beatificum fixè & immobiliter, non tamen potest simul velle mutabiliter, & immutabiliter, fixè & non fixè, igitur non meruit angelus post præmium sed ante præmium. Quòd autem voluntas beati non fruatur necessariò, sed liberè docet idem Scotus in hoc. 4. d. 49. quæst. 9. litera. D. & in. 1. dist. 1. quæst. 4. contra. 3. artic. Henrici. Item ibidem in. 1. contra eundem tertium articul. probatur quòd neque ex parte obiecti voluntas necessariò fruatur, quia illud obiectum, quod est finis, ad nullum actũ creatum necessariò mouet; neque ex parte voluntatis quantum ex ipsa est, sumit argumentum ex diuersa approximatione passi ad agens, quia talis approximatõ diuersa non causat necessitatẽ licet faciat actum intensiorem, vbi videretur quòd actus in obiectũ beatificum visum & non visum sit idem secundum speciem, cum tamen in hoc. 4. d. 49. q. 5. litera. E. vbi fuit proprius locus disputandi, si ex varia approximatione variaretur actus secundum speciem circa obiectum beatificum, tenuit affirmatiue, vt probabilius quòd sic ex distinctiõne vnionum quibus voluntas vnitur in via & patria. Vide eundem Scotum in. 3. d. 31. litera. C. vbi concordat cum hac doctrina. Vide & d. 26. eiusdem. 3. litera. D. Item lib. 2. d. 15. litera. D. & postea soluendo primũ, vt persuadeat elementa manere in mixtis virtualiter, & nõ secundum substantiam exemplificat sicut si diceretur q̄ sensitua & vegetatiua manent in intellectiua, vbi ex opinione. Alex. 2. p. q. 62. m. 2. quam sequitur Thomas cum discipulis. 1. p. q. 76. artic. 3. & 4. quòd intellectiua in homine sit eadem numero realiter cum sensitua, & vegetatiua, probat intentum: in. q. 4. prologi sub litera. Bb. dicens esse nobilitatis in inferiori attingere suum superius, probaturus ait. Vnde sensitua hominis quia ordinatur ad intellectiuam est nobilior quã sensitua bruti: vbi videtur aliquibus innuere, quòd sensitua hominis differat realiter ab intellectiua, quia ordinatur ad illam vt inferior ad superiorem, & ex hac ordinatiõne dicitur nobilior sensitua bruti, quæ est opinio contraria Alexandro, quam & tenet Ocham in hoc. 4. q. 10. difficultate. 1. Cum tamen Scotus in nullo horum locorum asseritiue & ex proposito materiam disputet.

Ff 3

Habito

*Propo. 8.* Habito præfato dolore Deus iustificat peccatorem nullo tempore expectato: ita quod contritio est vltima dispositio ad Gratiā. Hæc probatur per citatum Ezechielem. 33. & 18. quia post perfectam conuersionem ad Deum; & auersionem à peccato nil amplius Deus exegit, neque aliquā moram, seu dilationem expressit. Item talis poenitens fecit totum quod in se fuit, igitur protinus consequutus fuit gratiā. Hæc est contrā Caietan. in. q. 1. de contritione in suis opusculis dicentem quod cōtritio non est vltima dispositio ad gratiā; sed quod potest esse informis, & assumit rationem minoris probabilitatis quā sit ipsa conclusio, scilicet q̄ aliās essemus certi q̄ sumus in gratia si semper posita contritione infunderetur. Vbi videtur fateri q̄ possimus esse certi de nostra contritione q̄ habuerit omnes debitas circumstantias. De incertitudine gratiæ lib. 1. dist. 17. p. 3. de præparatione nostra qua Deo cooperamur idem est dicendum. Nam fiat discursus. De fide est q̄ verè contritus consequitur gratiā, Ioannes scit se verè contritum igitur scit se esse in gratia, Conclusio sequitur ad vnam de fide, & alteram notam naturali lumine per experientiam, aut euidentiā, sua igitur contradictoria saperet hæresin, aut esset erronea in fide. Multas propositiones hoc modo probamus de fide aut conuincimus hæreticas, vt supr. d. 13. q̄ Christus est risibilis, quod habuit humores: q̄ pater & filius in Diuinis realiter differūt; quia de fide est q̄ pater generat & filius est genitus; & naturali ratione est notum quod Augustinus ait. 1. de Trinit. cap. 1. nulla omnino res est, quæ seipsam gignat vt sit: igitur pater & filius realiter distinguuntur. Similiter ex eadem minori cum hac maiori de fide Pater, Filius, & Spiritus sanctus sunt vnum in essentia probatur de fide quod essentia Diuina neque generat, neque generatur, neq; spirat neq; spiratur. Ad minorem negatur certitudo & euidentiā, nam assensus talis non solum debet esse firmus, sed infallibilis cui non possit subesse falsum, sed tam ex parte subiecti se præparantis quā ex parte actus præparationis potest esse falsitas, quia non repugnat. Nam præparās potest laborare aliqua ignorantia culpabili, & dum arbitrat̄ur obsequiū se præstare Deo falli, sicut Christiani nominis perse-

persecutores Ioann. 16. & patuit in Paulo persequente Christianos ex zelo Act. 9. qui tamē erat blasphem⁹ & ignorabat vt ipse ait. 1. Timoth. 10. Rom. 10. de quibusdā Iudæis zelum Dei habentibus, ait, q̄ non erat circumstantionatus secundū scientiā. Vnde idem. 1. Corinth. 4. Nihil mihi conscius sum, sed neque in hoc iustificatus sum. Ex parte præparationis, vt de cōtritione loquamur, sunt variæ opinionēs, vt de mora tēporis, de recogitatione peccatorū, quomodo ergo possumus esse certi nos verè contritos? Circa operabilia alia, sunt & opinionēs, vt restitutiones, vsuras. Inreceptione sacramentorum incertum si consecrans aut absoluens est sacerdos, ignota intentio ministrantis. Quis enim scit hominum, quæ sunt hominis nisi spiritus hominis, qui in ipso est? 1. Corinth. 2. & supra. lib. 2. dist. 8. prop. 8. De accessu ad Eucharistiā opinio est non damnata si datur accessus medius supra. dist. 9. prop. 10. Huius discursus formam habemus in Matth. 2. defuncto vno Herode cum quo, quia rege, ministri & officiales principum voluntatem exequentes dicuntur etiam defuncti, angelus reuelauit Ioseph, quod reuerteretur in terram Israel, verū in qua ciuitate moraretur non dixit, quod ipse Ioseph cū sollicitudine excogitaret prodigno munere nutritij quid magis facere conueniret, fugiendoque à Bethleem vbi fuerat persecutionis impetus, & timēdo ire in Iudæā oraret edoceri quid faceret & sic plus meriti haberet iterū admonitus ab angelo secedere in Galilæā vbi melius cū infante & matre lateret, neq; in hac secūda reuelatione ciuitas pro habitatione exprimitur, vt semper cū sollicitudine & pia orationis anxietate procederet, prudenter omnia circumspectis inseruiturus prophetiæ q̄ Nazareus vocaretur. Ne nos igitur negligētes & defides fiamus sed cū sollicitudine salutē nostrā operemur, quā uis ex fide habeamus q̄ recipiētes dignè sacramēta gratiā cōsequātur, q̄ verè cōtritus iustificetur, oportuit haberemus incertū, si fecim⁹ quod tenebamur & sufficebat, quod verè dicere sine mēdacio & superbia possim⁹ serui sum⁹ inutiles Luc. 17. dixit & Gregorius lib. 9. Moral. c. 17. in illis verbis Iob. c. 9. Si simplex fuero hoc ipsum ignorabit anima mea. Plerūq; si scimus bona, quæ agim⁹ ad elationē ducimur. Quis enim aut

de virtutis suę conscientia non quantuncunq; superbiat? Vbi expressit Gregorius causam incertitudinis nostrę de nostra bonitate, ne de Diuina gratia eleuaremur & præcipitemur, sicuti viri, etiã qui se putant religiosos, eleuantur in hoc sæculo de gratia principum nesciētes discedere aduocati à potentioribus iuxta sapientis consilium Eccles. 13.

*Propo. 9.*

Non semper vt homo iustificetur est necessarium formale propositum vitandi peccata in futurum, sufficit enim virtuale. Ita tenet Almainus in hoc. 4. d. 14. q. 1. Metina Complutensis codice de pœnitentia. q. 3. propè finem. Vega lib. 13. cap. 21. citat pro ea & Bonauent. d. 14. num. 5. dicentem, q̄ pœnitentia habet duos actus, principalem qui est plangere cōmissa, annexum qui est plangenda non cōmittere, & addit q̄ iste secundus stat pro affectione, vt scilicet quando pœnitemus velimus iterum non cōmittere: vel nō velimus. Sicut illi qui de vno pœnitent, de alio non pœnitēt, igitur videtur Bonau. sentire q̄ sufficiat dolere veraciter & non habere affectionē actualem ad peccata. Dixi notanter in cōclusionone non semper, quia regulariter ita esse debet q̄ simul apponatur detestationi propositū actuale cauendi in posterū, potest verò peccator dolēs vel tunc temporis multorū esse oblitus, aut ex intenso dolore nō recogitare vitam futuram, sed solū male actam præteritā. Sicuti Dauid dicēs peccaui. 2. Reg. 12. qui protinus audiuit, transtulit Dominus peccatū tuū. Filius itē prodigus Luc. 15. detestatus peccata non legitur expressisse propositū in futurum. De Manasse. 2. Paralip. c. 33. idem videtur. Sed re vera in oratione suę pœnitentię ad finem libri, addidit saluabis me secundum magnam misericordiam tuā, & laudabo te semper omnibus diebus vitę meę. Diuus Petrus fleuit amarè, neq; legimus aliquid de formali proposito. Vnde Ambrosi⁹ refertur à Gratiano de Pœnit. d. 1. c. 1. Petrus doluit & fleuit quia errauit vt homo, nō inuenio quid dixerit scio q̄ fleuit, lacrymas ei⁹ lego, satisfactionē nō lego. Ratione probatur, quia stāte illo dolore veraci nō admittet peccatū, & interrogatus negabit se velle peccare. Itē inter homines neq; fili⁹ patri offenso, neq; amicus proximo suo promittit cautellā ad futurū, ex quo benè constat, illū verè pœnitere. Huius  
contra-

contrarium tenent celeberrimi autores. Alex. 4. p. q. 69. m. 9. ar. 2. Scot. d. 14. q. 4. litera. H. Tho. 1. 2. q. 113. ar. 5. dum ait, ad iustificationē ex parte liberi arbitrij requiri recessum à peccato per detestationem, & accessum ad iustitiam per desiderium, quod videtur propositum ad futurum. Sequuntur multi iuniores, vt Adrianus quodlib. 5. q. 3. litera. F. Caietanus in quodlib. q. 1. de contritione. Verum est tamen quod Scotus d. 22. litera. M. dicit quod pœnitens quotiescunq; verè pœnitet obligat se saltem voto ad nō peccandum in posterum, quia sine tali proposito non est dignus pœnitentia, ex quo posset alicui videri quod per votū non intelligat propositum formale, sed fat fit virtuale neque in loco modo citato. d. 14. expressit propositum debere esse actuale: Sicuti & Tho. 3. p. q. 85. ar. 3. dicens q̄ pœnitens recurrit ad Deum cum emendationis proposito non expressit actuale, aut virtuale. Videmus etiam quod detestatio peccatorum cum voto implicito & virtuali confessionis sufficit, quod & docet Ricard. d. 17. art. 1. q. 1. ad. 4. quando in articulo mortis homo conteritur, quia si sibi ad memoriam reduceretur confiteri, vellet si posset: igitur à simili de proposito in futurum; quando vita futura non subiret in memoriam. Est tamē verum quod si propositum virtuale simpliciter doceretur sufficere corā plebe, aut etiam sacerdotibus non multum cautis, sumeret occasio ad tepiditatem, aut etiam ad errandum negando propositi necessitatem; quod explicuit concil. Florent. & Trident. neque ex illorum decretis, & verbis conclusio hæc nostra damnatur cum sic doceant propositum necessarium, quod non explicuerunt nō sufficere virtuale, eorum verba vide supra. p. 6. Imo cum idem concil. Trident. sess. 6. cap. 14. dixerit necessariam confessionē saltem in voto & suo tempore faciendam, possitque illud votum intelligi virtuale & implicitum, vt in casu Ricardi, poterit propositum interpretari virtuale. Neq; opus fuit Cōcilia exprimere quod sufficeret virtuale, fat fuit dicere propositum in futurum cauendi, quod regulariter debet esse formale, & actuale.

Peccata propria actualia sunt materia seu obiectum cōtritionis, vt eam dicimus esse partem sacramenti. Nam licet de

*Vide inf. dist. 38. p. 12.*

*Prop. 10.*

alijs multis possit esse displicentia, & poenitentia, sed non ad sensum dictū, sicut sunt illa quæ non sunt in potestate nostra; putā de originali & alijs poenis. Vnde Cicero in oratione pro Coelio protinus in principio. Id nunquam tam graue feret, vt eum poeniteat nō deforme esse natum. Videatur Alex. 4. p. q. 69. in. m. 2. quod non est contritio de poenis, & m. 4. quod non est de originali.

**Prop. 11.** De contritione est præceptum Diuinum. In hanc potest adduci Bona. hac. d. nu. 48. & 71. Huius contrarium esset periculosum & erroneum. Probatur Luce. 13. Nisi poenitentiam habueritis omnes similiter peribitis. Nā propter similia verba Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, cōuincitur obligatio & præceptum baptismi, & præceptum Eucharistiæ, Nisi manducaueritis carnem filij hominis Ioan. 6. Secundò per solam impoenitentiam, hoc est propter non poenitere dicitur Deus offendi. Esaiæ. 65. Corruetis pro eo, quod vocaui & nō respondistis. Hæc vocatio est ad poenitentiam. Non veni vocare iustos, sed peccatores ad poenitentiam. Lucæ. 5. Hiere. 3. Conuertimini filij reuertentes. Rom. 2. secundum impoenitens cor thesaurizas tibi iram. Ratione. Tenetur homo corrigere fratrem peccantem sub mortali vt omnes theologi asserunt communiter, igitur multò magis se. Patet consequentia per dicta lib. 3. d. 29. p. 4. quod nos sumus mēsurā ad dilectionem proximi. Vnde plus tenetur homo ad salutē suæ animæ; quàm prælatus ad salutem subditorum: sed peccat prælatus non procurans subditorum poenitentiam & emendam. Ezechiel. 3. sanguinē impij de manu tua requirā: igitur & homo non poenitens de proprijs. Scot. in. d. 17. huius ante literā. G. dicit quod peccator ratione illius præcepti, Diliges Dominū Deum tuum, & virtute illius, Diliges te ipsum, tenetur quantum in se est primam gratiam recuperare. Præceptum propriæ dilectionis reduci debet, ad non occides. Si igitur homo sine peccato mortali nō potest negligere vitam corporalem, igitur multominus spiritualē. Quoniam verò hoc præceptū est affirmatiuum, vt ait citatus Bona. licet obliget semper, nō tamen ad semper; negatiuū inclusum in hoc affirmatiuo nō est, non poenitere, sed nō complacere sibi in peccato: & si est nolle

nolle poenitere, est pro tēpore quo tenemur ad poenentiā, ad non complacendum tenemur semper, & pro semper. Per quod soluitur illa quæstio si tenetur homo dolere, seu conteri de peccatis quoties occurrunt memoriæ? quoniam tenemur nō complacere, sed non tenemur positiuē semper dolere: solet & sic respōderi quod quando occurrunt practicē, id est vt operanda tenetur homo illa detestari, id est, resilire ab eis non complacendo. Tempore quo tenemur conteri & reponi in gratia est in receptione & collatione sacramentorū; in periculo mortis. Quidam tenuerunt, q̄ quando prædicator est contionaturus, cōtrarium tenet Caiet. in summula verbo Contritio. Quidam discipuli diui Thomæ tenuerunt contra conclusionem ita dicunt Medina Complutensis de poenitentia. q. 2. & pater Vega lib. 13. c. 9. Fuit autē ille frater Franciscus de Victoria, quia dixerat Tho. 2. 2. q. 14. ar. 2. quod impoenitentia, id est, nolle poenitere, non est speciale peccatum; sed peccati circumstantia: Verū tu dic quod tempore quo nō tenetur homo cōteri est circumstantia, quādo tenetur est speciale peccatū quod idem Thomas ibi insinuat ad 3. articuli. 1. dum dixit impoenitentiam posse esse circumstantiam cuiuslibet peccati; vbi satis innuit quod in casu q̄ habeat specialem cōtemptum erit speciale peccatum, habet verò illum, quādo proponit non poenitere: idem Tho. 3. p. q. 85. ar. 1. & 2. in arg. ad oppositum satis indicat esse Diuinum præceptum de contritione.

Ex hac infertur quod regulariter nullus dānatur pro solo vno peccato, quia pro quocunq; damnetur adiungitur transfressio huius præcepti; nisi in casu quo moriatur subitanē; quia cum ante non fuerit obligatus conteri, excusatus à transfressione præcepti præoccupante morte fuit.

Hoc præceptum obligat solos peccatores, ad hunc sensum q̄ si homo aliās fuisset consequutus remissionem, non tenetur denuo conteri. Hæc sic exposita à nemine scio q̄ teneatur, benè quidē est qui dicat, hoc præceptū obligare eos, qui sunt in peccato mortali, donec sint in gratia & nō amplius: verum non explicat ad modū & sensum præfatū, quia solū videtur velle q̄ tenetur homo cōteri, qua contritione semel habita tū Alex.

*Vide inf. p. 16. quale est hoc periculū.*

*Corol.*

*Prop. 12. Soto. dis. 17. q. 11. ar. 11.*

*Vide in seq. citata tū Alex.*



bita non tenetur iterū de illis peccatis cōteri. Est tamen conclusio contra Metinam Complutēsem. q. 2. citata de pœnit. in quodam arg. 4. & contra Vegam lib. 13. c. 20. tenentes q̄ sicut iustificatus tenetur ad baptismū ratione p̄cepti, sic & ad pœnitentiā. Sed probatur, quia cessante tota ratione legis cessat ipsa lex, quoniam ratio finalis est anima legis, supra d. 3. p. 11. in secundo dicto Scoti, & lib. 3. d. 40. p. 33. in sol. arg. Sed tota ratio p̄cepti de contritione est ad gratiam recuperandam, quod non est in baptismo, neque in confessione. Probatur hæc minor ex Matth. 9. nō egent qui sani sunt medico, sed cōtritio est medicina infirmorum, & p̄cepta medici aliter se habent ad sanos, aliter ad ægrotos. Confir. quia in hoc p̄cepto, ipsum p̄ceptum & finis p̄cepti nō apparet unde, aut quomodo distinguantur.

*Argum.*

*Solutio.*

Contra hanc posset argui de iustificato per dilectionē Dei super omnia; aut de recipiente Eucharistiā in peccato de quo non recordabatur, quod tales non tenerentur conteri de illis peccatis.

*Vide inf.*

*dist. 17.*

*p. 10.*

Ad hoc arg. dico quod variē sentiunt doctores, si aliquid peccatum dimittatur sine contritione, neque loquor de absoluta potentia Dei; de ordinaria, pœnitentia & contritio requiritur de illis peccatis quorum homo recordatur. De absoluta tenent Ricar. d. 15. art. 1. q. 7. quod potest Deus remittere, & dare gratiam sine contritione, quia quidquid potest cum causa secunda potest se solo, & Scotus. d. 15. q. 1. litera. D. dum ait, q̄ posset Deus de potentia absoluta sine meritis Christi dare peccatori attrito gratiam, & ille taliter posset satisfactoria opera facere: Gratia enim quocunque actu pœnitentis p̄æiō gratis à Deo datur, igitur posset Deus de absoluta potentia dare sine aliquo actu p̄æiō, quia hoc non implicat contradictionem. At verò difficultas in doctoribus maior est de martyrio, & dilectione Dei super omnia. De martyrio sic dicit Scotus. d. 14. q. 1. litera. V. Posset Deus remittere per aliquem motum feruētem dilectionis in Deum, utpotē in actu feruoris ad martyrium statim sustinendum, ubi forte non esset cogitatio de aliquo peccato mortali prius commisso, & per consequens aliquod pœnitere formaliter, licet

licet virtualiter in illo motu esset pœnitere, id est nolle peccasse vel displicuisse. Vbi non loquitur de quacunque dilectione Dei super omnia, sed de martyrum dilectione, nec de quocunque martyre, verum de exposito ad martyrium, cui peccata non datur recogitare: unde miror quare faciant Scotum opinionis, quod dilectio Dei super omnia sufficiat sine contritione. Hæc tamen sententia de martyre tanta moderatione à Scoto posita, extendi potest quando talis etiam si tempus haberet recogitandi peccata, vel obliuisceretur, vel non ex despectu contritionis, sed ex feruore ad moriendum, aut quia credit martyrium sine pœnitentiā sufficere, nō actualiter contereretur. In hoc facit quod dictum fuit supra. d. 4. p. 2. aliās martyrium non esset vnus de tribus baptismis: & cum dicat Hugo de sacram. parte. 6. cap. 7. quod plus est sanguinem dare, quā aquā suscipere, & Dñs vitam æternam absolute promiserit martyribus. Matth. 10. Qui confitebitur me coram hominibus confitebor & ego eum coram patre meo, & dicat Innocen. cap. Cum Marthæ. extra de celebr. Missar. quod iniuriam facit martyri qui orat pro martyre; nulla est iusta ratio dubitandi de iustificatione per martyrium.

De dilectione Dei super omnia tenet Alex. 4. p. q. 57. m. 7. & p̄cipuē soluendo. 3. quod non delet sine contritione, & quod Magdalena nō fuere dimissa peccata sine pœnitentiā; & quidem Gregorius in Homil. 33. quæ est super illud Euan-gelium eius pœnitentiā valde laudat: idem dicit Alex. soluendo. 4. de latrone: quod neque sine pœnitentiā saluatus est. Cum Alexandro potest adduci Bona. d. 17. nu. 20. & 21. ubi & de Magdalena idem ait, quod Alexander, potest adduci & Tho. 3. p. q. 86. ar. 2. dicēs impossibile peccatum actuale mortale remitti sine pœnitentiā virtute, quem locum aliqui sui, ut Soto in. 4. d. 15. q. 1. ar. 2. etiam de potentia absoluta Dei interpretantur, quod neque per illam sine pœnitentiā possit remitti peccatum, & q. 87. art. 1. dilectioni Dei super omnia solum tribuit quod remittat mortalia oblita post diligentem inquisitionem. Hanc remissionem obliuorum per talem dilectionē amplexatur Gabriel. d. 14. q. 1. ar. 2. concl. 2. addens,

*Scotus nō dicebat sola dilectione Dei peccata remitti.*

addens, quod neque tunc tenetur poenitere in generali, nisi peccatū sibi occurrat: quod est satis rationale ex quo peccatorum nullam habet memoriam. Neque est unde fundemus necessarium quod Deus oblita peccata ille reuelet. Multi iuniores non poenitendi nominis nituntur astruere contrarium, quorum primus videtur Caieta. citata. q. 87. ar. 1. exponens Thomam quod loquatur de plena remissione & regulariter. Adrianus quodlib. 7. q. 4. & declarat quæ sit talis dilectio, & ait esse illam, qua Deus tanquam finis diligitur, in quem homo referat se & sua nolens amare, illa nisi inquam Deo placuerit, & velit ea pro Diuino beneplacito abdicare & perdere quod satisfaciat Diuino præcepto, ut sit illi Deus omnia in omnibus potenti dicere cum Paulo Galat. 2. viuo iam non ego. Hæc nanque videtur in virtute attingere, tam præteritum, quam futurum, ut vellet homo seruasse & seruare Diuina præcepta. Nam velle Deo infinitum bonum, infinitum esse, & similia bene se compatitur cum mortali, imo & esse paratum mori pro Deo, si per impossibile ipse Deus periclitaretur. Possent hæc dilectiones distinctè nominari, quod prima vocetur amicitia, secunda benevolentia: Prima perfecta, quia se extendit ad præterita & futura, secunda imperfecta. Hæc opinionem late prosequitur doctissimus pater Vega lib. 6. cap. 34. De quorum & aliorum eam sequentium mente nil ego definio, viri fuere doctissimi pariter & pietissimi, neque cum Lutero credo sentiebant asserente in articulis damnatis à Leone, quod sufficiat noua vita, neque ex tam perfecta dilectione ab eis requisita multum potest iuuari Lutherus exigens nouam vitam & caritatis actum in futurum, non explicans casum tam perfectæ dilectionis. Fateor quidem in tanto periculo huius temporis cautiùs de hac materia tractandum, quam ante; & præcipue cum definierit concil. Trident. sess. 6. cap. 6. & 14. & sess. 14. cap. 4. cano. 4. & 5. peccatorum detestationem & propositum nouæ vitæ debere adesse ad iustificationem. Scio contrarios hac via elapsuros quod regulæ generales & hæc cōmunes determinationes reducendæ sint ad illum finem quem intendebant, videlicet ad damnandum Lutherum, cum quo ipsi non sentiunt, ille

ille enim generaliter contritionem explodebat, ipsi non explodunt sed inclusam virtualiter aiunt in diligente Deum super omnia ex quodam speciali priuilegio concessio tali à Deo ut ipsum diligit. Quid quid autem sit de hoc, quod ipse neque assero, neque reprobo ante expressam illius damnationem per Ecclesiam. Ad arg. dico, sicut in alijs opinionibus dicendum est, quod qui certo sciret se iustificatum sine contritione non teneretur ad illam. V. g. Martyr suscitatus teneretur ad baptismum, non tamen ad contritionem. Qui facta diligenti examinatione, quia non inuenit in se culpam lethalem celebravit, atque exiens ab altari recordatus obliti peccati illud protinus confessario diceret, si non produceret detestationem formalem, sed sola illa punctione recordationis confiteretur satisfaciat confessioni. Qui confessus & absolutus alicuius recedatur, quando illud mox ante aliud patratum aperit confessori, si non apposuit nouam contritionem, quia per priorem & per absolutionem creditur iustificatus, ad illam nouam non tenebatur. Alioquin in his & similibus daretur anxietudo maxime scrupulosis, qui protinus recurrentes ad confessionem de noua contritione non attendunt. Confessio quia est præcepta non solum ad Diuinam amicitiam recuperandam, obligat iustificatos ad se representandum sacerdoti & iudici, ut absoluti Ecclesiæ etiam reconcilientur.

Vnum non præteribo quod aliqui præter locum citatum Scoti, ex alio loco. d. 17. q. 1. ar. 3. siue litera. F. volunt eum asserere pro hac dilectione, quia dixit. Quandoque posset per aliquem actum bonum non poenalem satisfieri, quia bene potest Deus actum magnum caritatis acceptare pro punitione debita vni culpæ. Verum Scotus ibi non de sola satisfactione per actum contritionis interiorem loquebatur, sed de satisfactione quæ fit per opera etiam exteriora poenalia, quibus magnus actus caritatis interior quandoque ad satisfaciendum præponderat.

Probabilius est, quod hæc contritio sufficiat generalis de omnibus peccatis, ita quod non requiratur de quolibet sua specialis, neque prærequiratur peccatorum præmeditatio, ut post illam sequatur contritio. Hanc tenet Caieta. 3. p. q. 87. ar. 1. & 1. 2.

*Solutio  
ad arg.*

*Pro Scot.*

*Prop. 13.*

&c. 1.2. q. 113. art. 5. ubi explicat non esse contra Thom. idem tenet in additio. ad. 3. p. q. 2. de contritione & in summula. Contritio. Eandem videtur tenere Scotus. d. 15. q. 1. litera. G. dicendo: Contritio de pluribus simul in generali potest vna correspondere pluribus: nihil verò dicit de præmeditatione peccatorum. In eadem erat pater Victoria in scriptis, quæ sub eius nomine circumferebantur. Et probatur, quia in tota scriptura non petijt Deus talem dolorem in speciali, sed conuertimini ad me & cõuertar ad vos Zacha. 1. Ezechiel. 33. in quacunque die conuersus fuerit peccator, sed per talem dolorem generalem peccator conuertitur. Ratio, quia sub vno verbo potest quis mille furta confiteri; igitur & sub vna contritione de multis pœnitere. Item si ad recogitandum indigeret quis decem diebus & ante moreretur damnaretur, cum tamen fecisset quod poterat ad recogitandum & pœnitendum, quia qua ratione non fuit iustificatus per generalem dolorem quando incepit recogitare, neque postea ante completam recogitationem: neque est vnde probetur quòd Deus illum à morte præseruabit. Alex. 4. p. q. 69. m. 8. art. 2. videtur exigere dolorem specialem de illis quorum habetur memoria, & de oblitis quòd sufficit generalis. In responsione ad. 2. dicit quòd si peccatum mortale oblitum fuit remissum per generalem dolorem, & postea recordetur, peccat mortaliter, qui de illo nõ conteritur; & subdit, hoc dico opinando non asserendo. Ex quo posset forsan præcedens iuari, quia si secundum hunc doctorem vt habeatur sufficiens cõtritio requiritur specialis, & iustificatus dolore generali de oblitis tenetur post recordationem specialiter conteri, quod est consequens ad hæc principia, & tamen non audet asserere talem iustificatum teneri ad sic conterendum: igitur iam iustificatum non auderet asserere, quamuis opinaretur, quòd teneretur verè & perfectè conteri. Ricard. hac. d. art. 4. q. 2. tenet quòd requiritur præmeditatio, si potest haberi, aliàs sufficit dolor generalis, quæ ad ignorata inuincibiliter, & ad oblita dicit sufficere. Sequitur eum multi, & existimant esse mentem diui Thomæ. 1.2. q. 113. art. 5. ad. 3. Ad quam præmeditationem iustum est, & vtile inducere pœnitentes iuxta id Esaiæ. 38. Recogitabo omnes

Alex. ad  
p. præced.

nes annos meos in amaritudine animæ meæ. Et Gregor. 8. Moral. cap. 16. super illud Confabulabor cum amaritudine animæ meæ. Vis doloris peccata singula reportans torpentem animum ad lamenta scitat.

Differunt latissimè contritio & attritio, quia contritio est *Prop. 14.* dolor perfectus, & sufficiens ad gratiam: Attritio est dolor imperfectus & se solo insufficientis. Concil. Trident. sess. 14. c. 4. hanc fecit differentiam, quã semper omnes doctores fecerunt, & vocauit attritionem contritionem imperfectam, quam docet non facere hypocritam, verum esse donum Dei mouentis, quod disponit peccatorem ad Dei gratiam in sacramento pœnitentiæ impetrandam. Potest differentia ex ipsis verbis deduci, quòd atterere sit aliquo modo terere; conterere simul totum terere. Sic Aristot. 4. Meteor. cap. 9. dixit quòd fractio est in magnas partes diuisio, friatio, id est, contritio, in quasuis sine discrimine, & quæ duabus plures sint. Est inter eas triplex discrimen. Primum, ab effectu, quia contritio operatur peccati remissionem; attritio se sola non operatur sine sacramento. Secundum, à principio, quia contritio procedit ab amore caritatis infusæ, ideo definitur esse dolorem propter Deum summè dilectum: inde concil. Trident. sess. 6. cap. 6. dixit, quòd peccatores incipiunt diligere Deum omnis iustitiæ fontem, ac propterea mouentur aduersus peccata per odium aliquod, & detestationem. Attritio procedit ex timore pœnarum vel amore proprio. Tertium, quòd ad contritionem, qui est supernaturalis actus requiritur auxilium Dei speciale, ad attritionem non. Attritionis est triplex genus. Primum quando dolemus propter humana & naturalia motiua vt propter turpitudinem peccati, propter infamiam, & etiam quia fuit contrarium Deo quatenus est finis, & principium naturæ. Secundum oritur ex timore pœnarum siue temporalium, siue æternarum quæ cognoscuntur lumine fidei, & hanc vocant theologii attritionem communiter. Tertium cum quis dolet de peccato, quia est offensiuum Dei, sed non ex voluntate efficaci & absoluta, verum ex quadam velleitate; ad hoc tertium & ad primum videntur sufficere vires naturales; ad secundum requi-

ritur auxilium speciale sicut ad contritionem. Habet attritio procedens ex timore poenarum lumine fidei cognitarum præsuppositum habitum fidei, atque ut sit in suo genere attritionis cum sacramento sufficiens ad gratiam debet habere secum spem veniæ quod innuebat concil. Trid. citatum & voluntatem non peccandi. Concurrentibus his duobus voluntate non peccandi, & spe veniæ attritio qualibet est donum Dei, quia Concilium tam de attritione quæ oritur ex timore gehennæ, quam ex metu poenarum, quam ex turpitudine peccati id. asseruit, per quod reuincitur Lutherus dicens, peccatorum detestationem propter metum gehennæ esse peccatum, vide in Breuiloq. 3. dist. 34. p. 5. Ad sperandam igitur veniam habitus spei præsupponitur, neque cuiuscunque spei, sed theologicæ: ad hos duos actus sperandi veniam, & proponendi emendam auxilium Dei speciale requiritur, idcirco diximus ad secundum genus attritionis non sufficere vires naturæ, quoniam poenitentia, ut dist. 14. p. 10. concipitur timore, & loquendo communiter de attritione intelligimus dolorem ex timore conceptum cum, voluntate cauendi in posterum & cum spe veniæ adiuncta. Pharaon Exod. 9. & 10. Antiochus. 2. Macha. 9. quia propter Deum non poenitebant, misericordiam adepti non sunt: neque Saul. 1. Reg. 15. fingens se poenitere, ne rex alius crearetur pro eo.

*Corol.*

Ex prædictis potest deduci quomodo attritus sit contritus, quia hic sermo frequens est inter autores: nam ille idem qui imperfectè dolet & insufficienter ad gratiam recuperandam, quando cum sacramento iustificatur gratiam recipit, & tunc vocatur contritus: non quod actum habuerit proprium contritionis, sed quia actus suus imperfectus coniunctus fuit cum alio, id est, cum sacramento sufficienti ad gratiam; siue ex conuerso; actus imperfectus cum sacramento fuit sufficiens ad gratiam.

*Corol. 2.*

Cum etiam concil. Trident. vocet in loco citato attritionem contritionem imperfectam, non parua est quaestio, si attritio, id est motus qui est attritio possit fieri contritio, sicut fides informis eadem specie & numero fit formata, &

vis

vis & puer essentialiter neque numero differunt, sed sicut perfectum & imperfectum. Qui tenent non differre nisi penes intensum, & remissum facile concedent, motum qui est attritio per intensiorem fieri contritionem. Verum cum actus distinguantur per obiecta non est differentia horum actuum quaerenda ex origine, quia vna oriatur ex timore poenarum, alia ex amore Dei, neque ex effectu, neque ex concursu Dei, cum vtraque sit Dei donum sicut dictum est. Obiectum vtriusque ex dist. 14. p. 5. constat sunt peccata præterita ut emendabilia, sed quia in contritione ratio emendandi est Deus ut amatus: in attritione ut formidatus videntur ex obiecto differre, & sic attritio non posset fieri contritio. Nam & attritus ex timore gehennæ detestatur peccata propter Deum. Concilium de hac difficultate non explicuit aliquid tenendum. Cæterum cum attritus habeat attritionem à qua denominatur, sicut albus ab albedine, & contritus contritionem, dictumque sit in priori corollario; quod attritus sit per sacramentum contritus; dicere possumus attritionem fieri contritionem, intelligendo quadam denominatione extrinseca, quod videlicet actus qui est attritio formatus caritate superueniente, ab eadem caritate denominatur contritio. Cum tamen intrinsecè non habeat unde sit contritio, sed vnde ab ea intrinsecè differat.

*De confessione secunda parte huius Sacramenti, de qua tractat communiter Doctores dist. sequenti.*

**D**E Confessione peccatorum est præceptum Diuinum. *Prop. 25.*  
Ita docet Scotus. d. 17. litera. G. Probat ex illo Ioan. 20. Quorum remisistis peccata; ibi data fuit apostolis, & in eis omnibus sacerdotibus potestas remittendi peccata ministerialiter, sed ipsi non possunt remittere, & arbitrari, nisi peccata sint sibi nota, quia Prouer. 12. Qui loquitur quæ nouit iudex iustitiæ est; neque possunt esse nota nisi ea poenitens manifestet, ergo poenitens tenetur illa manifestare.  
Gg 2 Talis

Talis manifestatio est confessio, igitur ex ista collatione potestatis obligatur peccator ad se accusandum. Quamuis Scotus longam faciat discussionem de vi huius autoritatis, si conuincat præceptum Diuinum promulgari per eam: Vel tantum quòd data sit apostolis potestas indicandi sine præcepto dato peccatoribus, vnde sub distinctione subdit litera. I. quòd de confessione est præceptum Diuinum promulgatum per Euangelium: Vel saltem est de iure Diuino positio promulgata à Christo apostolis, & Ecclesiæ per apostolos sine scriptura, sicut multa alia tenet Ecclesia ore tenus per apostolos sibi promulgata, vt habes in Breuiloq. 3. dist. 22. p. 2. non idcirco negauit confessionem esse necessariam, quod ei Dominicus Soto audet imponere dist. 18. q. 1. artic. 1. procedebat quidem disputatiuè ponendo responsiones quas suis argumentis dare possent opinantes contrarium, quæ solutiones, cum nondum ostèderetur expressa definitio per scripturam, aut Ecclesiam, tergiuersatione præ se ferebant: quo non conuinceret præceptum sola illa autoritas, non tamen quòd Scotus dixerit illam non esse obligatoriam. Iam vero ex concil. Trident. sess. 14. cap. 5. probantem necessitatem confessionis ex autoritate Ioannis citata per discursum quem Scotus faciebat, habemus illius autoritatis germanum hunc sensum esse, & cano. 6. Si quis negauerit confessionem sacramentalem vel institutam, vel ad salutem necessariam iure Diuino, anathema sit. Per quem damnantur Petrus de Osina, qui supra hac. d. p. 2. & Lutherus de quo. p. 4. & Viclephus, cuius error septimus damnatus in concil. Constantien. dicebat. Si homo debite fuerit contritus omnis confessio exterior est sibi superflua & inutilis: Glossator etiam decreti de pœnitent. d. 1. in principio dicens illam esse ex vniuersali Ecclesiæ traditione.

Lib. 11.

de. q.

Arm. c.

14.

Armachanus citatur quòd dixerit hoc sacramentum institutum à Christo quādo apostolos creauit. Lucæ. 6. & Marci. 3. quia in apostolatu omnia includuntur, quæ sunt ordinis & iurisdictionis, neq; fuit potestas apostolatus data diuisim & per partes: & Ioan. 20. fuisse declaratā illam potestatem se extendere ad remittenda peccata, idemq; de potestate cōsecrandi.

Sed

Sed cum concil. Triden. sess. 22. cano. 2. dicat illos ordinatos sacerdotes in illis verbis, Hoc facite in meam commemorationem; Et loco citato in præfatis verbis Ioan. 20. datam iurisdictionem, & constitutos fuisse iudices, nō est quare standum sit sententiæ Armachani. Dominicus Soto in hoc 4. dist. 3. q. vnica. art. 2. ad 5. opinatur Christum instituisse sacramentum pœnitentiæ, & tradidisse quando instituit sacramentum Eucharistiæ, sed tamen postea peculiariter tradidit eis Spiritum sanctum vt illo perfungerentur munere. Si intelligit per tradidisse, quòd Christus apostolorum confessiones audiuit & eos absoluit, res fuerat notatu dignissima, neque ab Euangelistis tacenda, qui pedum lotionem tam exactam non siluerunt; Si dicat doctrinam huius sacramenti dedisse, in promptu erat rogaturos apostolos, quis tales confessiones esset auditurus; si dixisset, vos, aut constituendo iudices; aut promittendo pro futuro, quod qualem habeat probabilitatem non video. Concilium Trident. in tribus locis explicat institutum sacramentum hoc Ioan. 20. videlicet sess. 6. cap. 14. & sess. 14. cap. 1. vbi & damnat illorum interpretationem, qui præfata verba Ioann. 20. detorqueant ad potestatem prædicandi verbum Dei & annuncian- di Euangelium. Sed quia ibi dixit Concilium, quòd Dominus sacramentum pœnitentiæ præcipue instituit cum à mortuis excitatus dixit, Accipite Spiritum sanctum, &c. Ioan. 20. vim faciendo in ly, præcipue, fortè videbitur alicui, quod Dominico de Soto, hoc sacramentum alibi etiam fuisse institutum. Tertius locus eiusdem Concilij est, in ea sess. 14. cap. 5. in quibus duobus locis absolute dicit ibi Ioan. 20. fuisse institutum. Quando incepit esse hæreticum negare confessionem vocalem vide infra. d. 17. p. 13.

De confessione præceptum est affirmatiuum, ideo non tenetur homo protinus post peccatum confiteri, sed pro loco & tempore. Ex Diuino iure tenebitur homo confiteri quando est in periculo mortis probabili siue periculum imminet ab intrinseca infirmitate, siue ab extrinseco, quia homo aggreditur actus arduos, in quibus est verisimile quòd mors immineat, vt in bello mortali, naufragio & huiusmodi.

G g 3

Aliud

Prop. 16.

Periculū

et articu-

lus mor-

tis quis.

Aliud autem est periculū mortis, aliud articulus. Articulus est ipsum iam moriendi punctum. Periculum aliud est præsentaneum, & proximum vt in naufragio, aliud est remotum vt in nauigando mari sedato, ludendo hastis & in hoc remoto non peccatur non prius confitendo: Obligat tempore etiam communionis vt. d. 9. p. 11. ex iure Ecclesiastico, semel in anno per cap. Omnis vtriusque sexus, extra de poenitentia & remiss. Item obligabit quando adest confessor potens absolvere, qui non aderit tempore obligatorio confessionis, quia poenitens habet casus referuatos.

*Prop. 17.* Pro confessione sunt quinque capita, in quibus versantur omnes quaestiones necessaræ pro hac materia. Videlicet, quis teneatur confiteri; quid; cui; quando; quomodo; Ponunt doctores, & autores summarum sexdecim conditiones confessioni, quarum aliqua non sunt de intrinseca ratione & necessitate confessionis quod explicatis quinque capitibus patere poterit intuenti. Vide illas in Ricardo distinct. 17. artic. 3. quaest. 9. in Angelica. Confessio sacramentalis. §. 1.

*Prop. 18.* Ad confessionem tam ex Diuino, quam ex humano iure tenentur omnes vtriusque sexus fideles postquam ad annos discretionis peruenerint. Ita dicit cap. Omnis: citatum. Ideo infideles qui non receperunt baptismum, qui est ianua sacramentorum non tenentur confiteri, neque carentes vsu rationis, quia non habent peccata actualia contra quæ est medicina huius sacramenti.

De Papa si teneatur confiteri, dicitur quod tempore, quo confessio obligat de iure Diuino tenetur sicut quilibet alius Christianus; ad annuam confessionem quæ est de iure positiuo Ecclesiæ non tenetur ex vi coerciuæ legis, tenetur tamen ex vi directiuæ de qua supra. d. 13. p. 54. & p. 29. Peccabitque mortaliter si semel in anno non confiteatur propter hanc potestatem directiuam legis in re tam graui, & ratione scandali. Confirmatur hoc ex alia ratione, quia præceptum Diuinum limitatum ab Ecclesia non sunt duo præcepta, sed vnum, potest exemplificari in decimis de quibus in Breuiloq. 3. dist. 40. p. 45. Igitur sicut Papa tenetur  
ad

ad confessionem ex iure Diuino, ita sub mortali ad annuam tenebitur. Benè quidem potuit Ecclesia ad breuius, vel longius tempus limitasse. Quod si Papa abrogare vellet annuam confessionem mortaliter peccaret, quod deducere potes ex citata. distinct. 13. propo. 54. quia faceret in damnum Reipublicæ Christianæ. 2. Corinth. 13. Non possumus aliquid aduersus veritatem, sed pro veritate (intellige tam doctrinæ, quam vitæ.) Potestatem Dominus dedit mihi in ædificationem, & nõ in destructionem.

Circa hanc est notandum, quod aliqui canonistæ tenuerunt, quod infideles tenentur ad confessionem in quantum est de iure Diuino. Sequitur eos Ricardus dist. 17. artic. 2. quaest. 4. & Angelica Confessio. 2. §. 2. Hanc opinionem communiter rejiciunt theologi. Nam peccata infidelium ante baptismum commissa non sunt obiectum poenitentiae sacramenti quod docet Scotus citatus supra. d. 4. p. 9. seu non materia confessionis. Vnde falluntur qui existimant eum tenere, quod infideles obligentur ad confessionem. d. 17. sub litera. E. nam ibi arguit contra glossatorem decreti ad homines, quia si vt ille dicebat foret confessio de iure Ecclesiastico, igitur infideles non tenebantur ad illam, quod canonistæ affirmabant; neque Papa teneretur confiteri, quæ duo inconuenientia ibi Scotus deducebat. Tenet verò præfatam sententiam plusquam falsam glossator in principio. d. 5. de poeniten. quæ sententia de obligatione infidelium posset colorari tantisper detorquendo ad indirectè, ita quod non teneantur directè ad confitenda peccata in infidelitate commissa, sed quod ex eo quod tenentur ad baptismum & ad legem Euangelicam tenentur ad præcepta etiam talis legis, & sic ad confessionem. Vel si tolerare possunt alicuius doctoris verba hunc sensum, quod infideles tenentur ad interiorem confessionem suorum peccatorum, quæ est cõtritio, talis enim confessio consequitur omnes peccatores, dicere possemus de illa loquatur. Nam cõfessio de qua loquimur solū est de lege Euangelica, esto etiã in lege veteri fieret cõfessio generalis aliquãdo pro peccatis populi dicendo  
Gg 4 peccauit.

peccauimus cum patribus nostris, & aliqua fierent oblationes à particularibus pro peccatis, ubi se peccatores confitebantur. Vide Scotum. d. 17. in principio. De tempore quo pueri sunt de confessione audiendi, & eis Eucharistia ministranda regula dari non potest certa ad usum rationis. Vide tamen supra. d. 9. p. 18. Signum quod dabat quidam de usu rationis, si iam se quasi erubescens abscondebant non cogit, quia è solo instinctu naturæ etiam aues occultant oua & pullos, atque vt in Breuiloq. 2. d. 26. p. 2. dub. 2. non sufficit ad usum rationis operari liberè, sed deliberatè, possuntque pueri se occultare ex timore parentum à quibus iam fuerunt repressi.

*Prop. 19.* Materia confessionis sunt omnia peccata actualia post baptismum commissa; ita quòd mortalia sunt necessariò confitenda, venialia confiteri aut non confiteri est liberum poenitenti. Hanc pro vtraque sui parte definiuit concil. Trid. sess. 14. cap. 5. & cano. 7. contra Lutherum negantem confessionem omnium peccatorum mortalium esse necessariam, dicentemque esse impossibile cognoscere omnia mortalia, & quòd dum omnia volumus confiteri nihil volumus relinquere Diuinæ misericordiæ ignoscendum. Dixit quòque venialia non spectare ad sacramentum confessionis. Constatque ex definitione Concilij, quòd sint confitenda peccata cordis etiam occulta quæ sunt contra duo vltima præcepta decalogi. Per quod damnantur & Petrus de Osma de quo supra. p. 2. qui etiam dixit, prauas cogitationes sola displicentia deleri. Ad Lutherum dicendum, quòd non obligamur confiteri nisi peccata quorum est memoria post diligentem examinationem, & præmeditationem, neque hoc est impossibile, neque conscientiarum carnificina. Omnia etiam quæ confitemur Diuinæ misericordiæ exponimus ignoscenda. Quanta debeat præmeditatio fieri dicit Scotus dist. 17. litera. M. quantam posset aliquis apponere circa aliquod multum arduum, quod sibi multum esset cordi. Est vero latitudo in præmeditatione, quoniam rusticus etiam si mille dies præmeditetur, non plus recordabitur, quam vno vel duobus.

Qui

Qui per totum annum non habet peccata nisi venialia nõ tenetur ad confessionem. Hanc tenet Scotus. d. 17. litera. M. & litera. Q. & R. Fecit bonam rationem, quia si quis tantum haberet venialia tẽpore confessionis & teneretur illa confiteri ratione præcepti, si tunc incidere in mortale, non teneretur cõfiteri venialia, sed illud mortale igitur per illud mortale absoluitur ab obligatione, quod est valde irrationabile. Debet tamen talis comparere coram suo sacerdote dicens; regretior Deo, quòd ex quo vltimò sum confessus nõ habeo conscientiam de mortali, benè potestis me admittere ad Eucharistiam. Sequitur Gabriel. d. 17. q. 1. art. 2. concl. 2. neq; minus tenetur sacerdos credere confitenti suam innocentiam de mortalibus, quam si sola venialia sibi confiteretur. Videatur & Caietan. 3. part. q. 65. art. 2. ad. 4. & in opusculis. q. 1. de confessione. Est hæc conclusio contra Alexand. 4. par. quest. 77. m. 2. art. 5. contra Bonauent. d. 17. num. 80. contra Ricard. d. 9. artic. 2. q. 2. & d. 16. art. 6. q. 1. d. 17. art. 2. quest. 4. ad. 1. Neque obstat quòd in Clementina prima de statu Monacho. §. Sane, præcipiuntur nigri monachi singulis mensibus confiteri, & prima Dominica mensis cuiuslibet communicare & infra §. Siquis. transgressores præcipiuntur regulari subiaccere disciplinæ, igitur tenebuntur venialia sola confiteri. Nam ibi nullum est verbum ex illis quæ dixit Clementina. Exiui. de verbor. signific. esse præceptum, aut præcepto æquipollens. Multa etiam in religionibus corriguntur, seu puniuntur, quæ neque mortale neque veniale peccatum è genere suo sunt.

Numerus (hoc est frequentia actuum mortalium) necessariò est confitenda. Aliàs non fieret confessio integra, cum in quolibet actu peccetur nouum peccatum. Ita Scotus. d. 17. litera. N. videatur & Alexand. q. 77. memb. 5. artic. 1. Quãdò facta sufficienti diligentia ad recordandum numerum actuum (nã nõ tenetur poenitens per anni discursum facere quod potest ad retinenda peccata. putà illa scribendo: aliàs deberet semper attramentum & calamum deferre) & recordari non potest, satis est explicare numerum plus minus, aut explicare tempus quo frequentauit peccatum, vt mulier exposita in

Gg 5 lupanari

*Prop. 20.*

*Argum.*

*Solutio.*

*De his præceptis inf. d. 38. in additione p. 2*

*Prop. 21.*



lupinari per tres, aut quatuor annos; de similibus simile iudicium. Neque scienter debent plura, vel pauciora peccata exprimi. Facta confessione cum explicacione vera ad plus minus, ut tam confessor, quam poenitens manserint satisfacti, non oportet anxium esse de inquirenda certitudine numeri, imò etiam si de certo recordaretur non credo teneretur iterum confiteri, nisi forte error aliquis magnus & notabilis fuisset in numero. Qui nunquam fuit interrogatus de numero in alijs confessionibus, si bona fide fuit confessus & absolutus non tenebitur alias confessiones iterare, sed dicere numerum cuius recordatur, vel vno aut duobus diebus recogitare. Neque video quare non possit de presenti absolui in illa confessione, si iudicatur docilis ad recogitandum.

Prop. 22.

Circumstantiæ mutantæ speciem peccati, siue quæ pluribus vijs & præceptis prohibentur necessario sunt confitendæ. Ita Scotus vbi supra, & est definita in concil. Trident. Sess. 14. cap. 5. & cano. 7. v. g. furtum rei sacræ mutat speciem furti in sacrilegium: frangere ieiunium in die ab Ecclesia præcepto, & die quo tenetur ieiunare ex voto, est contra duo præcepta & duas obligationes. Circumstantiæ alleuantes non sunt confitendæ nisi in casu, quo possent facere veniale, quod sine illis erat mortale. Nam si semper est mortale cum illis, & sine illis non est quare confiteantur. Impertinentes, non sunt confitendæ, ut diuinare per astra vel per aquam impertinens est ad mores, licet videantur mutare speciem in genere rei, aut naturæ, non tamen in genere moris. Quæ mutant speciem in opere, mutant in mente, ut in breuiloq. 3. d. 40. p. 55. De circumstantia diei festi, quidam imponunt Scoto quod sit necessario confitenda, quia per quodlibet mortale violatur festum, quod nescio vbi dicat. Alij id imponunt Thomæ propter illa quæ dixit. 2. 2. q. 122. art. 4. ad. 3. quæ magis facit contra præceptum qui peccat, quam qui laborat; & super illud Ioan. 9. Non est hic homo à Deo qui Sabbatum non custodit, dixit idem Thomas. Dominus prohibet operari in Sabbato intendit de opere seruili, quod est peccatum. Qui enim facit peccatum seruus est peccati. Ioann. 8. Saluant eum sui dicentes magis facere contra præceptum, id est contra finem præcepti: qui tamen finis

non

non cadit sub præcepto. Alex. 3. part. q. 32. m. 5. ar. 2. & præcipue ad vltimū dicit quod qui fornicatur in die Dominico peccat duobus peccatis, & sic licet sit vnus actus est duplex reatus; Ponit exemplum in illo qui deflorando interficit virginem, igitur iuxta illud est necessario confitenda circumstantia diei festi. Bonau. lib. 3. d. 36. nu. 7. dicit prohibita in festo non tantum opera, imò magis opera carnalia, sicut ebrietates, lites, iurgia, quæ maxime libertati spiritus repugnant. Sed constat quod loquitur circa finem intentum, qui est vacare Deo. Nam & affert Augustini autoritatem dicentis. Melius faceret ludæus in agro suo aliquid vtile, quam quod in theatris seditionibus insisteret: & melius foemina eorum in die sabbati lanam facerent, quam tota die in neomenijs suis impudicè salteat: ideo peccare in festo licet habeat nonnullam grauitatem, non tamen est circumstantia necessaria confessioni. Nota ad hoc, secundum Caieta. 2. 2. q. 122. ar. 4. in dubio vltimo quod opus licitum in die festo non fit seruuile, & illicitum propter lucrum expectatum sequuntur eum multi, & est contra multos. Inde cum venari sit licitum in festo, ut tenet Angelica FERIA. §. 26. non vitatur ex mercede. Circumstantia loci sacri in tribus casibus, seu peccatis est confitenda: In furto; in luxuria; in percussione vsque ad sanguinis effusionem. Medina codice de confessione. c. seu §. de circumstantia loci & temporis tenet quod omne peccatum tam operis quam cogitationis in loco sacro habet specialē malitiam, & est confitendum; & cum ipse teneat circumstantias non mutantæ speciem non esse necessario confitendas clarè patet eum velle circumstantiam loci sacri mutare speciem. Est verò probabilius contrarium, de multis tribus peccatis iam expressis, & ita tenet Martinus ab Azpilcueta doctor Nauarrus in Manuali latino cap. 6. nu. 12. Siluester confessio. 1. §. 16. in tribus casibus prædictis intelligit confitendam non solum si perueniatur ad actum, sed etiam quoad ipsas oculorum fictiones, & quoad ipsas cogitationes. Contrarium tamen videtur probabilius, quia sicut Ecclesia non iudicat de oculis, ita neque speciali malitia offenditur per interiores cogitationes, nisi habeat ipsam Ecclesiam pro obiecto; aut, ut dicit Alex. 4. p. q. 77. m. 3. ar. 2. §. 2. sint quasi forme peccatorum per se deformantes actum, v. g. cognoscere suam

in Ec-

in Ecclesia, neque est fornicatio, neque adulterium, sed facit actum peccati distinctum, quia istud, in Ecclesia, deformat actum. Furtum, effusio sanguinis, & seminis in Ecclesia certum est mutare speciem peccati: cætere impudicitiae oculorum, aut tactuum credo quod non mutant, imò quod licet aggrauent non tamen tam notabiliter, quod sint necessario confitendæ: Nisi sint cum periculo probabili pollutionis. Aduertes quod nomine Ecclesie quantum ad hanc circumstantiam non veniunt in Monasterijs dormitoria, hospitia, infirmariæ, quanuis ibi aliquando Missa celebretur, quia loca illa non sic sunt benedicta, vt Ecclesia, claustrum, & capelle ad Diuina officia.

Circumstantiæ dicuntur, quæ cum sint extra substantiam actus, ipsum vero circumstant. Ricard. d. 17. artic. 3. quæst. 5. ponit vsq; ad octo. Pono verò quinque, personam; locum; tēpus; modum; causam. De persona Leuitici. 4. diuersæ iubentur oblationes iuxta diuersitatem personarum peccantium, sacerdotis, principis, & aliorum. Ioan. 3. Tu magister in Israel & hæc ignoras; quia in magistri persona turpior est ignorantia. Hierem. 11. Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? vbi circumstantia est personæ, quia dilectus: & locus, quia in domo mea. Matth. 21. eiecit Dominus vendentes & ementes in tēplo. De tempore inquisiuit etiam patrem Lunatici. Marc. 9. Quantum temporis est, quod hoc ei accidit? Modum expressit Hieremias cap. 2. quia non occultè peccabant dicens. Non in fossis inueni eos; secundum numerum quippe ciuitatum publicè Deos habebant, & malitias docebant, & sanguinem pauperum & innocentium fundebant. Causam quadruplicem assignant philosophi. Efficierem, finalem, materiale, formalē. Ab efficiēti probat Paul. Heb. 2. excellentiam Euangelij supra legem Moy sis, quia lex per angelos data fuit, Euangelium per ipsam Christum. A progenitoribus tanquam ab efficientibus sumitur contra filios præsumptio vel incontinentiæ vt supra. dist. 13. p. 49. vel in delictis. Ioan. 8. Si filij Abrahæ estis opera Abrahæ facite. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. Finis mouet efficientem metaphoricè, quia non cau-

fac

sat aliquid realiter in efficiente, sed tantum intentionaliter in quantum est finis amatus & desideratus; efficiens mouet realiter, quia causat aliquid in eo quod mouetur. Vide si vis Scotum lib. 1. d. 2. q. 1. litera. L. & M. Et. d. 1. q. 4. in sol. 2. arg. dicit quod sicut agens propriè, aliud agit necessario, aliud contingenter: sic finis alius mouet metaphoricè necessario, alius metaphoricè contingenter. Habes supra in breuiloq. 2. d. 38. de circumstantia finis. In Euangelio Matth. 1. cum Ioseph voluit occultè dimittere coniugem quia bono fine faciebat quod illam minimè traduceret apparuit angelus cum illuminans, ne ex bono fine propter inculpatam ignoratiam vir sanctus rem faceret in expeditentem.

Causa materialis potest vocari obiectum circa quod versantur actus humani; Sed quia obiectum dat speciem actui, & circumstantia non est de essentia actus: Circumstantia obiecti (quæ vocatur circumstantia quid, sicut in breuiloquio. 2. modò citato) dicit conditionem obiecti, in casibus quos habes in eodem. 2. d. 22. prop. 9. de clerico putante occidere feram, & occidente hominem; vbi occisio hominis non intenti, est circumstantia quid, siue obiecti, hoc est conditionis obiecti.

Ad has quinque possunt reduci septem vel octo, quæ ex Cicerone vel Aristotele deducuntur.

Quis, quid, circa quid, vbi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando.

Nam quis, est persona, non vt agens principale, sed est conditio personæ, si prælatus, si religiosus, si priuatus, si foemina.

Quid, iam est dicta & explicata; Circa quid etiam pertinet ad causam materiale, ad quam habes exemplum in breuiloq. 2. d. 22. prop. 9. de Iuda cognoscente. Thamar ignorante circumstantiam circa quid: quod si in actu fornicationis cognouisset nurum, posset nihilominus dici circumstantia circa quid. Nam ex quo intendebat meretricem, quod in actu sciret nurum, vel adhuc ignorasse, extrinsecum videbatur, & adhuc circumstantia. Vbi, est locus; Quibus auxilijs & quomodo est modus,

Cura

Cur causa finalis, quia est finis gratia cuius. De fine diximus in 2. d. 38. prop. 1. loquentes communiter, quod in actu exteriori dicebat circumstantiam, in actu interiori dabat speciem; Nam bonitas moralis & malitia, meritum & demeritum est voluntatis. Alij considerantes quod in genere moris actus interior & exterior est vnus actus, vt dist. 42. eiusdem lib. 2. p. 1. superfluum existimant præfatam distinctionem, sed que est circumstantia in vno actu, eadem fit simul & in alio. Distinguunt igitur aliter, quod est finis operis qui dat speciem actui humano: quia est obiectum proximum, est & finis operantis, qui quidem est circumstantia operis. Ponamus pro exemplo, ire ad Ecclesiam ad audiendam missam intrinsecè est bonum, quia habet pro fine Dei cultum; Vadit aliquis propter vanam gloriam, aut canonicus posito, sine in distributione temporali, hic est finis operantis, & circumstat opus. At vero si premamus exemplum iuuabit priorem sententiam positam in lib. 2. quia in actu exteriori est circumstantia, in actu interiori dat speciem constituendo sub auaritia, aut vanagloria. Præterea ille actus audiendi missam intrinsecè ordinatus ad Diuinum cultum potest præcipi ab alia virtute, vt sup. d. 14. prop. 6. & ex tali præceptione aut intensione crescere in bonitate morali, aut meritoria quia procederet à duabus virtutibus: idèq; actus bonus ex meliori fine intento à voluntate potior est, quàm ex fine bono & minori. Sed quidquid sit de hac materia tam circumstantiarum, quàm actuum, anxiores esse debemus ad exercenda bona opera, quàm ad disputandum de speciebus actuum, & circumstantijs. Cotentus debet esse theologus, maxime confessor illas circumstantias cognoscere sufficienter, quæ ad bonitatem & malitiam; quæ ad poenam & gloriam pertinere videntur, quod peccata poenitentium librare, & eis satisfactionem iniungere valeat. Sunt enim multi fusiores, & morosiores in disputando de his, quàm in expurgandis conscientijs tam proprijs quàm alienis. Ad cognoscendas circumstantias mutantem speciem, considerentur circumstantiæ, quæ modò explicatæ sunt, & videatur si circumstantia noua deformitatem det actui, quod ex Alex. supra retulimus; ad hoc iuuabit vel doctorum, & summarum lectio, aut etiam ex lumine naturali signato à Deo super nos.

Psal. 4.

Psal. 4. Numerus actuum non ponitur circumstantia quia non est extra substantiam actus illi accidens, vel adiacens, sed est alius & alius actus, alia & alia operatio sup. p. 21.  
De circumstantijs notabiliter aggrauantibus; in eadem specie probabilior opinio est quod non teneatur poenitentiam illas confiteri. Hanc tenet Bona. d. 17. q. vlt. sequuntur Angelica. Confessio. 1. §. 23. Siluestrina confessio. 1. §. 9. Rossella. Confessio. 2. §. 7. Merina Cöplutensis codice de confessio. Martinus ab Azpilcueta doctor Nauarrus in Manuali cap. 6. nu. 7. In ea debet esse Ricardus. dist. 17. ar. 3. q. 5. vbi solas illas circumstantias ponit confitendas quæ peccati speciem mutant; & quæ intra eandem speciem faciunt actum mortalem; v. g. furtum leue, & graue sunt eiusdem speciei sicut ipse Ricardus ait. d. 16. art. 2. q. 2. sed leue est veniale, graue seu grande furtum est mortale. Circumstantias igitur illas cognoscit Ricardus confitendas per quas actus voluntatis priuatur aliquo speciali debito ordine rationis; quia per illas constituitur actus in aliqua noua specie peccati, vt citata. d. 16. art. 2. q. 1. dicit: Quæ non priuant speciali debito ordine rationis, sed per eas priuatio debiti ordinis intenditur non mutant speciem, verum intra eandem aggrauant; quæ intentione si sufficiat facere mortale confitenda est, velut in furto, & alijs venialibus ex paruitate materiam; aut ex indeliberatione voluntatis. Scotus. d. 17. litera. N. dubius mansit dicens. Multæ sunt circumstantiæ ex quibus peccatum est aliquo modo grauius, de quibus non est ita certum quod oporteat illas confiteri, tamen tutum & vtile est hoc fieri. Probatum conclusio, quia nullo iure Diuino, neq; humano explicatur quod teneamur confiteri nisi peccata, & præcepta contra quæ peccamus; sed hoc satis explicamus confitendo peccata, & numerum peccatorum & circumstantias mutantem speciem. Cōfir. quia neq; concil. Trident. Sess. 14. c. 5. alias circumstantias explicuit necessarium confitendas nisi quæ mutant speciem. Secundò, quia opposita opinio reddet poenitentem & confessores valde anxios, quod sicut tenentur scire præcepta & peccata, ita teneantur scire grauitatem circumstantiarum, & si post confessionem sciant, aut recordentur illarum, quod teneantur illas denuò confiteri. Quæ scrupulosis magna esset torsio conscientiam. Item per hanc

Prop. 23.

hanc quietatur tam poenitens, quam confessor de tactibus & osculis quæ sunt cum actu venereo quod taceri possint; nisi taliter præcedant, aut sequantur, quod non circumstantiæ, sed distincti actus reputentur. Similiter de tempore quo quis continuauit eundem actum voluntatis occidendi, furandi, & internuntijs tractantibus quod alius peccet, quia licet dormiant, aut in alijs intendant, quandiu non mutant animum illa manet circumstantia temporis valde aggrauans; Si mutant animum, & postea ad idem redeunt actus sunt distincti, & noua peccata. Contrarium huius tenet Alex. 4. p. q. 77. m. 3. art. 2. §. 2. quem multi sequuntur.

*Argum.* Contra concl. arguitur. Aliquando est maior malitia intra eandem speciem vt furari mille aureos, quam furari vnum ex loco sacro.

*2. Arg.* Secundo, quia secundum Thomam. 2. 2. q. 154. ar. 9. omnes incestus sunt eiusdem speciei, & similiter omnia peccata contra naturam, & tamen non sufficienter se accusabit, qui gradus non explicauerit.

*Ad. 1.* Ad primum dicitur, quod obligatio confitendi nascitur ex ipso peccato commisso, & non ex grauitate, ideo qui confitetur sua peccata, & eorum proprias & speciales deformitates confitetur sufficienter: sine explicacione aliarum grauitatum. Alioquin teneretur poenitens multotiens confiteri beneficia Dei, propter quæ actum fuit peccatum ex ingratitudine. Ad furtum dico specialiter, quod cum furtum possit esse veniale, atque mortale, & poenitens non semper sciat hoc discernere, aut confessoris conscientia non maneat quieta de fuisse veniale, aut mortale magis congruit explicare quæ in alijs.

*Ad. 2.* De incestu in venio varias sententias vna dicit quod tot species sunt incestus quot sunt gradus consanguinitatis, & affinitatis in hanc videtur facere Angelica confessio. 1. §. 3. tenet eam expresse Nauarro cap. 7. num. 4. Secunda, quod omnes gradus consanguinitatis sunt vnius speciei, & omnes gradus affinitatis alterius. Hanc refert citato patrono frater Antonius Cordubensis in questionario Hispano. q. 2. Tertia est sancti Thomæ posita in argumeto. Ille dux primæ non videntur veræ neque tenen-

tenendæ. Ipse Cordubensis tenet cum Thoma, excepto primo gradu consanguinitatis, qui in linea recta habet specialem deordinationem contra quartum legis præceptum; & in linea transuersali contra legem naturæ: Hanc deformitatem seu deordinationem non habet incestus affinitatis. Peccata contra naturam fortè suas habent distinctas deformitates & malitias, licet nos sub vno nomine tres comprehendamus, quibus tamè diuersa sunt imposta nomina, vt lib. 3. d. 40. p. 40. Nam peccare cum tertio Sodomiticè plus est quam seipsum polluere, cum ratione circumstantiæ personæ interueniat scādalum dando alteri occasionem ruinæ. Cum bestia per talè cōmixtionem fit homo vna caro, ex qua cōmixtione potest sequi & generatio, sicut aliqui referunt inter Simias accidisse de hominibus in illis regionibus ad terram è nauì egressis, neque hoc est impossibile, neque habemus scripturas de contrario, vel quod non dabit Deus sicut animam sensitivam, ita & rationalem; vnde ex dispendio & periculo huiusmodi imminente, noua & specialis esse videtur in actu deformitas. In naturalibus fortè non assignabimus certam & specificam differentiam canibus, quorum est nimia varietas, vt apparet specificam differentiam præ se ferens. Ideo in præcedenti dixi quod ad discernendas circumstantias speciem mutates iuuandi sumus ex lumine naturali.

Cui sit confitendum habes infra. d. sequenti de ministro huius sacramenti. *Prop. 24.*

Quando est confitendum habes supr. p. 16. De illo qui in toto anno non fuit confessus semel (nam quod fiat in quadagesima non est de ratione obligationis, fit tamè tunc ex ordine ad Eucharistiam in Paschate recipiendā) an teneatur confiteri anno transacto duplex opinio est: Vna Metinæ Complutensis codice de confessione. q. de confessione semel in anno faciendā quod sic, quia in isto præcepto nõ est attendendum tempus, sed finis & intentio quæ est salus & bene esse fidelium. Hanc tanquã securiorem sequuntur cōmuniter episcopi nõ admittentes paracianos ad ingressum Ecclesiæ nisi cōfiteantur expleto etiã anno. Aliam tenet Florentinus quæ ipse refert quod sicut qui fregit ieiuniū, aut non audiuit Missam in festo, aut nõ

Hh dixit

dixit horas vno die, non tenetur supplere in alio, sic in proposito; neq; hæc caret sua probabilitate, quia aliàs in eodẽ anno teneretur quis bis confiteri. Et posset dici episcopos exigere illã confessionẽ in testimonium q̄ subditi non malè sentiant de hoc sacramento, atq; vt dent veniam correctis admittẽdo ad ingressum Ecclesiæ: Credo verò quòd post illius anni cõmunionem si recordetur peccata oblita, quia iam satisfecit præcepto, neq; tenetur confiteri bis, potest ea in annũ alium differre.

**Prop. 26.** Qui integre confitetur, neq; vult à peccato cessare, si hanc suam impõnitentiã confiteatur, satisfacit præcepto Ecclesiæ. Hãc tenet Ricar. d. 17. art. 2. q. 8. ad 3. Sequitur Adrianus. q. 5. de confess. dubio. 4. est contra Durãnd. d. 17. q. 14. Cõtra Metinam Cõplutensem. q. de cõfessione sine pœnitentiã cordis. Probatur conclusio ex. c. Quòd quidã. de pœnitentijs & remissionibus, vbi talũ impõnitentiũ cõfessio præcipitur admitti, vt crebris monitionibus ad verã pœnitentiã reuocetur. Neq; Ecclesia plus præcepit in. c. Omnis viri usq; sexus, quã integrã confessionem. Quòd si Ecclesia intendisset quòd pœnitens absoluator à confessore, ita q̄ in confessione annua includatur intentio Dei instituẽtis confessionẽ q̄ scilicet habeatur remissio peccatorũ per absolutionem; ex citato cap. Quòd quidã, habebitur relaxatio prædicti vinculi saltẽ circa tẽpus ab Ecclesia taxatum, nam quãdõ ex Diuino iure tenetur confiteri, non satisfacit sine pœnitentiã cordis.

**Prop. 27.** Tales impõnitentes qui integre confitentur non incurrũt pœnã. c. Omnis: que est. q̄ viuens ab Ecclesiã ingressu arceatur, & moriens ecclesiastica careat sepultura. Hęc pœna non continet sententiã latã, quã homo sine iudicis declaratione per se debeat subire, quod & innuit Metina Cõplutensis. q. de confessione semel in anno. Neq; ibi est ex cõmunicatio, quia sine ex cõmunicatione ingressus Ecclesiæ arceatur episcopis, & ecclesiastica sepultura carent monachi proprietarij. Imò qui confitentur & non integre pœnam illam non incurrunt, quia cum non sit lata, neq; Ecclesia iudicet de occultis, neq; puniat actus exteriores propter solam malitiã interiorem, comparentes coram sacerdote, neq; pœna illius

cap.

cap. Neque aliorum statutorum Synodaliũ pœnas contra nõ confitentẽs incurrunt, quia conditores, ex quo implent præceptum de cõparendo, præsumentes quod melius est de illis, non sunt intelligendi suas pœnas longius protraxisse: De talibus dubium est, si possit aut debeat confessor dare illis scheidulam testimoniale in quòd fuerint confessi: Ego, quidquid alij dicant, credo quòd sic, neque expediet dicere non absolui, aut non comunicet, nisi fortè de meretrice existente in lupanari, aut de simili vt publicò vsurario: neq; si talis comunicet aut dilata in aliquot dies absolutione nõ reuertatur debet imputari confessori qui illum vidit docilem ad abstinentiã, aut reuertendum, & cum verè fuerit confessus non mētitur confessor.

**Prop. 28.** Modus confessionis est q̄ sit secreta: Ita definitũ fuit cõtra Petrũ de Osma de quo sup. p. 2. & 15. cuius synus error dicebat q̄ confessio sit secreta non exigitur necessario. An vero ita sit de ratione confessionis q̄ sit secreta, q̄ si fiat in publico, aut pluribus sacerdotibus simul non sit sacramentalis questio est. Scotus. d. 17. soluendo arg. tenet q̄ non est sacramentalis, vnde infert q̄ neq; per interpretẽ, neq; per scripturam facta sit sacramentalis, quia scriptura de sui natura est publica, & facta per interpretẽ posset venire in publicũ. Contra interpretẽ facit Magister in liter. d. 17. c. 4. citato Augustino de leprosis missis à Christo ad sacerdotes. Dixit enim, ora monstrate, & omnes; non vnus pro omnibus non aliũ statuatis nuntiũ, qui pro vobis offerat munus. Tum etiã est ratio, quia sacerdos tũc nõ deberet dicere absoluo te sed absoluo illũ, quia ly. te in absolutione mōstrat presentẽ sicut in baptismo, & ly hoc in Eucharistia. Scotũ sequitur Gabr. d. 17. q. 1. ante concl. 4. Contra Scotũ in his omnibus tenet Adrian. q. 1. de confessione ad 3. sed q̄ per nuntiũ, epistolã, interpretẽ, & si pluribus sacerdotibus fiat est sacramentalis. Idẽ vero Scotus in reportatis videtur præfatã opinionẽ scripti Oxoniẽsis moderatũ fuisse, sic inquit in. d. 17. soluendo argumẽta. Dico q̄ mutus debet cõfiteri per signa & si nõ possit cõfiteatur Deo. De barbaro dicitur q̄ debet cõfiteri per interpretẽ; Sed hoc nõ audeo asserere, sed expectet cũ proposito cõfitendi cũ habeat sacerdotẽ.

Hh 2

præsen-

præsente cui potest loqui; Idem dicerem de non habente sacerdotem præsente; Quod quidam dicunt quòd debet confiteri per scripturam, hoc est contra naturam sacramenti huius, quia iste actus quantum est de natura sua debet esse priuatus, sed actus scripturæ de natura sua est publicus. Unde posset nuntius eum decipere aperiendo literam, vel perdere literam, & posset aperiens literam eum probare infamè per propriam scripturam, ideo tenetur expectare cū bono proposito. Hæc Scotus loco citato: quæ ideo retuli quoniã scripta illa sua parisiensia quæ iam doctor edidit post Oxoniensia quæ ediderat iuuenis, atque vt dicunt Baccalaureus, non passim habentur.

*Prop. 29.* Confessio facta ab absenti per nuntium, aut scripturam non videtur tuta propter pericula supra explicata in præcedenti, neque videtur quod super illam possit sacerdos proferre absolutionem, cum potuerit poenitens intermedio tempore, vel denuò peccasse mortaliter, vel animum mutasse, vel etiã obijisse. Propter hæc non credo illam confessionem sacramentalem cum propter eam impendi non debeat, neque possit absolutio. Sunt etiã multa vel inquirenda, vel comunicanda inter sacerdotem iudicem, & poenitentem reum, quæ præsentiam exigunt. Si contra hæc arguatur ex cap. Qualis. 30. q. 5. vbi Leo Papa tradit poenitentiam per scripturam recipiendam, loquebatur de confessione publica, & de adultera repudiata à viro, vt per eius publicam confessionem constaret iuste repudiata. Similiter Cyprianus, lib. 3. epist. 17. dicens quod lapsi, qui petebant per literas reconciliationem confiterentur sacerdoti vel diacono; loquebatur de publica, & non de confessione sacramentali alioquin non diceret, quod fieret diacono, qui non est minister huius sacramenti.

*Prop. 30.* Licitum est, non tamen obligatorium poenitenti confiteri peccata sua in publico. Hæc definiuit. concil. Trident. Sess. 14. c. 5. his verbis. Cæterum quoad modum confitendi secretò apud solum sacerdotem, & si Christus non vetuerit, quin aliquis in vindictam suorum scelerum, & sui humiliationem, cum ob aliorum exemplum, tum ob Ecclesiæ offensæ ædificationem, delicta sua publice confiteri possit, non est tamen hoc Diuino præcepto mandatum, nec satis

nec satis consultè humana aliqua lege præciperetur, vt delicta præsertim secreta publica essent confessione aperienda. Hæc concilium, & patet quòd loquitur de confessione sacramentali. Ex quo sequitur quòd confessio in mari, aut in bello vbi multi audiunt sit licita & sacramentalis: item facta per interpretem, & facta pluribus sacerdotibus, de quibus si absoluant redibit quæstio quæ de pluribus baptizantibus. d. 6. p. 7. & consecrantibus. d. 13. prop. 5. Constat etiã quòd ad sic confitendum neque Diuino iure, neque ecclesiastico aliquis tenetur. De confitente per scripturam offerendo ipsam confessori, quò ipse confessor legat præsens, maior est difficultas si teneatur, nam quod possit nulla credo est ambiguitas ex quo licet publice confiteri. v. g. mutus non habens signa communia sibi & sacerdoti, sciens autem scribere. Caietanus in summa Confessio. cõditione. ii. innixus rationi quòd scriptura de sui ratione est publica, dicit quòd non tenetur. Scotus de confessione per scripturam præsente sacerdote nil exprimit vel in Oxoniensi vel Parisiensi scripto, si teneatur: tantum dicit, quod in scriptura tollitur verecundia, quæ est poena magna, & hoc nisi confitent sit præsens quado per scriptum confitetur, quod exponit Angelica confessio. i. §. 32. debere intelligi quod poenitens ipse legat quod scripsit. Ante Caietanum de muto ex casu accidentario, qui scit scribere, idem tenuerat Rosella Confessio. i. §. 8. quod non tenetur confiteri per scriptum, sed si confiteatur est supererogationis. Contrarium tenet Siluestrina. Confessio. i. §. 15. & facit argum. quod non definit esse molestum etiã contra omnia prædicta.

Confessio per scripturam præsente sacerdote potest fieri, igitur tenetur poenitens de quo est sermo illam facere: idem potest argui de cæteris; Potest confiteri publice, ergo tenetur: Vel à destructione consequentis ad destructionem antecedentis. Non tenetur, igitur talis confessio non est licita, neque potest fieri. Probat consequentia. De confessione sacramentali est Diuinum præceptum, sed tales non sunt impossibilitati ad confessionem igitur tenentur illam sic facere. Confirm. quia confessum est apud omnes quod poenitens mutus, aut barbarus tenetur confiteri per nutus si habet sibi & sacerdoti communes.

Hh 3 igitur

igitur & iste de quo est sermo tenebitur modo sibi possibili confiteri. Nā dixit Thomas quod lib. 1. q. 10. de necessitate confessionis nō est q̄ voce fiat, sed ex institutione Ecclesie tenetur qui potest confiteri verbo. Hanc institutionem credo probat vsus ecclesiasticus & verba concil. Florent. vocando inter tres partes, oris confessionem. Neq; tamen ex eo credo peccaret mortaliter, qui etiam potens loqui confiteretur aliquod peccatū obsecrum data scriptura confessori quam legeret; imo etiam si daret plura aut omnia.

*2. Arg.* Secūdo facit difficultatem damnatio Petri de Osma, quia si modus confitendi secretē non cadebat sub Diuino præcepto, quare damnatus est?

*Solutio.* Ad primum arg. frater Melchior Cano relectione de poenitentia parte. 5. tenuit quod tempore mortis teneatur homo confiteri per interpretem, quia parua est iactura reuelari peccatum interpreti. Sed contrā, cum quod est de per se non varietur ob quod est de per accidens, si de perse nō tenetur ante horam mortis, neq; tenebitur ex morte accidenti. Confir. tanta præparatio debet fieri ad cōmunionem, quāta ad mortem, igitur ante mortem ad Eucharistiam teneretur per interpretem confiteri.

*Solutio.* Dico igitur propter determinationem concil. Tridentin. quod cōfessio secreta instituta est à Christo sub obligatione, non tamen publica; neque sic institutus est necessarius modus secretē confitendi, quod non possit poenitens renuntiare tali modo, siue iuri suo, quod ob eius famam & quietē fuit concessum. Hæc renuntiatio satis patet licita ex præfato cōcilio & est cōformis omni iuri, quia defensionem de iuræ naturæ potest renunciari. Solutio decimarum & sustentatio ministrorum Ecclesie est de iure Diuino, & tamen Paulus & Barnabas huic iuri suo cesserunt. 1. Corinth. 9. & Act. 20. fatetur idē Paulus se mundū à sanguine omniū, quoniam omne Dei consiliū eis annunciauerat, & tamē ibidem fatebatur se nullius aurum, vel argentum concupiuisse, sed pro se & suis, manibus proprijs laborasse, igitur renunciauit iuri suo, & illi pro quibus renunciauerat non fuere obligati, alioquin si non annunciaffet q̄ adhuc ipso renunctiāte dare tenebantur mundus

NON

nō fuisset, & sic hodie obseruatur quod vbi Ecclesia decimas non petit subditi dare non tenentur. Similiter Deuter. 25. & Leuit. 25. poterat renunciari iuri propinquitatis tam in emendo agrum, quā in ducēdo vxorem propinqui sicut factum fuit. Ruth. 4. De iuribus humanis ciuili & canonico passim fit renunciatio. Cum igitur in alijs de Diuino iure fiat renunciatio manente generali obligatione, ita in præsentimānente Diuino præcepto libera est vnicuique talis renunciatio.

Sed ex hoc potest formari contra Scotum & sequaces molestum argumen. quod de licentia poenitentis possit reuelare confessionem. Vide infra. d. 21. p. 10.

Ad illud de Petro de Osma & sequacibus potest dici, q̄ dupliciter in illa sentētia errabant; Primò à proposito & intentione contra Ecclesiam, cum ipsi dicerent confessionē esse de iure ecclesiastico, & non de iure Diuino; & quod peccata cordis non erant confitenda, & quod confessio non exigebatur necessario esse secreta, ex intento vidētur suggillasse modum confitendi secretō tanquā ab Ecclesia præceptū, & non alio iure introductū. Secundo, verba ipsius erroris erant contra Christi præceptum instituentis confessionem, vt obligantem quandō poterat fieri secretē: idē verba illa seu propositio sicut in ea termini iacebant & iungebantur, quod non essent scandalosa, neq; pijs aures offenderent, & malē sonare declaranda fuerant, velut concil. Trident. declarauit, videlicet quod de necessaria essentia confessionis sine qua valida confessio non esset, non est modus secretus cum sine illo vera haberi possit confessio.

Ad aliud positum. p. 28. de absolutione dicēdo: Ego te absoluo: dicendum q̄ hæc materia cum subordinetur materie de iudicijs, certum est in iudicijs audiri homines tam præsentēs quā absentes per interpretem & procuratorem & sonare sententiam absolutionis, vel dānationis cū persona principali. Dicitur de reg. iuris, lib. 6. Qui facit per alium perinde est, ac si faciat per seipsum. Vnde Arist. 3. ethico. cap. 3. Quæ per amicos fiunt, per nos quodā modo fieri vidētur, quippè cum principium in nobis sit. Matth. 8. dicitur Centurio pro salute

Hh 4 serui

*Replica.  
molesta.**Ad. 2.**Ad. 3.*



ferui iuisse ad Dominum, petiisse, & promittenti accessum in eius domum respondiisse, cum Lucas dicat, qd non per se accessit, sed primo ad petendam sanitatem misit intercessores seniores ludæorum: secundo, cum responsione se non dignū cuius domum intraret misit amicos. Luc. 7.

Pro Scoto.

Pro Scoto citato prop. 28. potest ex eius litera responderi quia in scripto Oxoniensi de confessione per interpretem dixit quod non tenetur sic confiteri neque est necessarium, & quantum ad hoc bene dixit & tenetur sic magis communiter: quod addidit, talem accusationem non esse poenitentialem indiget expositione. De confitendo pluribus sacerdotibus dixit. Pluribus sacerdotibus simul non est confitendū necessario, vt melius iudicet: & hoc bene: quod addidit, si autem fiat non est sacramentalis confessio, expositione indiget. Nam si omnes audiunt & vnus absoluit sacramentalis est confessio ex citato concilio Tridentino. Si omnes absoluunt opiniones duæ sunt quas refert Ricard. d. 17. art. 3. q. 8. quas supra retulimus in principio huius. p. Scotus non videtur ad has opiniones alluissse, primo quia ipse tenuit, vt. d. 6. p. 7. diximus posse dari baptismum à pluribus, secundo quia semper in secreto huius fori facit totam vim. Ideo pro Scoto posset dici primo, qd negando esse poenitentialem, aut sacramentalem intelligebat poenitentialem & sacramentalem non simpliciter, sed obligatoriam & necessariam, ideo adiungebat non tenetur, non est necessarium. Cum in scripto Parisiensi, vt est in. p. 28. citatū, refecerit illa verba, non est sacramentalis, non est poenitentialis: ad sensum quem exponimus illa posuerat in Oxoniensi; aut saltem si tantum velint vrgerē aduersarij, seipsum ipse correxit. Item illo tempore non tam certum erat posse fieri confessionem in publico, sicut est modò maxime post concil. Tridentin.

Prop. 31.

Quando sacerdos scit peccatum poenitentis sufficit si dicat accuso me de illo quod scis. Ratio, quia in hoc foro factis est explicare ita quod sacerdos integram habeat notitiam de peccatis: in foro contentioso non sufficeret. Hanc tenet Metina Complutensis. q. de circumstantijs mutantibus specie contra aliquos quos ipse ibi refert. Et licet videatur contra

Ricard.

Ricar. d. 17. art. 3. q. 4. non est: quia casus suæ quæstionis tantum est de peccatis publicis, quæ debent necessariò confiteri; vt nota etiam sint confessori in suo foro, quæ nõ sunt si extra illum sciat.

Licet de ratione confessionis sit integritas, tamē in aliquibus casibus licet illam dimidiare tacendo aliquod peccatum. Primo, quando integrā confessio cedit in infamiam poenitentis, quia confessor solitus est reuelare confessionem. Secundo, quando timetur probabiliter mors propria vel aliena. V. g. si fornicatus est cum sorore curati; quæ etiā est sibi consanguinea; illam circumstantiam tacebit. Tertiò, si timetur scandalum actiuum seu passiuum, quia est puella & sollicitabitur à cōfessore si sciat illam cum alio fornicatam. Metina Complutensis. q. de integritate confessionis non semper seruanda: dicit, quod si tale scandalum prouenit ex malitia confessoris parati ad illam sollicitandam quocunq; casu, non est de illo curandum, neq; confessio dimidianda. Quarto, si timetur infamia complicitis. Nomine infamiae nõ intelligo quòd sacerdos sciat personat compeccatē, quia si hoc sufficeret nemo ferè posset confiteri integrè vbi tantum esset vnus sacerdos, qui nouit cūctos de populo, quoniam si sacerdos est vir bonus, etiam si sciat personas complices nõ sequetur aliqua exterior infamia, neq; ei animo iniusto, aut iniurio dicitur peccatum, sed optimo iure quod habet poenitens ad integrè confitendum. Per hoc possunt concordari doctores, qui videntur circa hoc sentire contraria. Aliqui dicunt, quod vbiq; timetur damnum proximi qualecunq; etiam leue, tenetur poenitens tacere, quoniam eadē lege, qua extra confessionem tenemur vitare damnum proximi etiam leue, eadem tenemur vitare in confessione.

In his attendendū est, quod si adest sacerdos apud quem cessent præfata inconuenientia illi est confitendum. Vltra, quod confessio possit dimidiari habet locū quando confessio est in præcepto, & quando propter vitandum scandalum tenetur homo communicare. Ratio est quia de integrè confitendo est præceptum Diuinum, de pluries confitendo non, igitur non debet præferri nostra deuotio Diuino præcepto.

Hh 5 Tem

Prop. 32.

Tempore quo confessio obligat concurrunt duo præcepta de confitendo, & de modo, quòd fiat integrè. Sed præceptum quia est de per se præpòderat modo, qui licet sit etiã de per se, tamè de per accidès potest deficere vt in oblitis peccatis, ita in proposito de per accidens dimidiatur. Integritas hæc debet esse moralis nõ mathematica, illa est moralis que rationi consonat, ideo qui in dimidia confessione lingua deficeret absolui posset: dicitur & defecisse infirmus qui lassus vltra progredi non valens in alterũ diem differt etiã nota peccata, ne si dimittatur in absolutus mors superueniat, quod esset periculosius, iam enim vt potuit fuit integrè confessus. Ad hanc conclusionem notanda est sententia Bonauent. d. 21. num. 54. si poenitens descendat ad nominandam personam singularem increpandus est. Vnde illi confessores (vt addit) qui ramusculos in confessionibus inquirunt, & audiunt de alijs malum, & sustinent vix aut nunquam à peccato detractionis excusari possunt, & nesciunt mederi animabus, dum patiuntur eos, qui veniunt ad medicinam alios accusando sibi infligere vulnus graue. Hæc sanctus Doctor.

*Prop. 33.*

Qui hora mortis ostendit signa contritionis nõ potest absolui sacramentaliter, nisi aliquod saltem peccatum ore vel nutu confiteatur. Dicitur enim Prouerb. 11. Qui loquitur quæ nouit iudex iustitiæ est; sed per illa signa non est confessori nota conscientia poenitentis plusquam ante, igitur nequit illum absoluaere. Quòd si absoluat absolutio est nulla, & peccat mortaliter absoluens, ita dicit Abulensis seu Tostado sup. Matth. 16. quæst. 49. ad finem. Sequitur Martinus ab Azpilcueta. cap. 26. num. 28. & cap. 27. num. 269.

*Argum. Solutio.*

Ad cap. Is qui. 26. quæst. 6. vbi moriturus, qui oppressus infirmitate obmutuit præcipitur reconciliari, & poenitentiam accipere, si habeatur testimonium suæ contritionis à præsentibus; dicendum quòd loquitur de absoluteione à censuris, à quibus etiã mortuus poterit absolui per cap. A nobis el. 2. extra de sententia excommunicata. Sed ab illo est absoluendus mortuus ad quem pertinebat absolutio viuientis, & si fuerit iam sepultus in cæmeterio, non est exhumandus; si extra cæmeterium exhumatu. & verberatur cum psalmo

psalmo Miserere, &c. Quòd si in aliquibus manualibus Ecclesiarum inueniantur formæ absolutionis, vel non sunt absolutionis sacramentalis, vel si sunt corrigi deberent, neque sacerdos illis vtens intendat dare sacramentum, verum absoluaere à censuris, vel indulgentias concedere, si quas habent poenitentes pro illo articulo. Facit ad hanc concil. Trident. sess. 14. cap. 5. dum ait sacerdotes iudicium incognita causa exercere non posse. Eucharistia & extrema vnctio dari poterunt ijs contritis si recipere poterunt sine irreuerentia: facit citatum cap. Is qui.

In quibusdam casibus est iteranda confessio. Primò, ex parte poenitentis, si nullam habuit contritionem. Secundo, ex parte ipsius confessionis, si scienter non fuit integræ. Ex hac parte dixit Angelica Confessio. 1. §. 18. vnum sedatum scrupulosorũ, quòd qui ignorans crasse aliquod mortale esse, & propterea non confitetur, non tenetur iterare confessionem etiã si habuisset annexam excommunicationem, licet ignorantia iuris naturalis, aut Diuini ipsum non excusauerit à peccando, sufficit cõfiteri quando sciuerit fuisse mortale. Ex parte satisfactionis dixit Siluest. Confessio. 1. §. 3. q. qui est oblitus poenitentis sibi iniunctæ tenetur confessionem iterare: cuius contrariũ tenuit Gabriel. d. 17. q. 1. litera. X. & est verior sententia, quia talis satisfactio non est necessaria, infra. p. 40. Ex parte cõfessoris est iteranda quando confessor non habuit iurisdictionem infra. d. 17. p. 15. Et quando erat tam ignarus quòd nesciebat discernere inter lepram, saltem in communibus & vsitatis, & ideo nesciens ligare, neque soluere; circa præparationem est alius casus de illo, qui nõ adhibuit debitam diligentiam prout de lege cõmuni permittit humana fragilitas; & ex ignorantia affectata vel crassa non fuit recordatus alicuius peccati; ita sentit Ricard. dist. 17. art. 2. q. 6. Quando confessio iteratur apud eundem non est opus iterare omnia peccata illi confessa si illorum recordatur, vt dicit Bonauen. d. 17. num. 96. Alij dicunt sufficere si poenitentiam quam iniunxit recordetur, sed si illis non fuerat taxata poenitentia tenetur illa peccata iterare; hoc sequitur Angelica Confessio. 1. §. 15. Medina Cõplutensis. q. de confessione facta

facta prauo confessori, circa finem dicit, quòd neque recordatio peccatorum; neque poenitentia sit necessaria, sicut non est necessaria ad absolutionem quando quis tardat plures dies in confitendo, sunt & iam poenitentia iniungenda arbitraria. Hoc plus placet nisi confessor dubitet probabiliter si habuit poenitens casus reseruatos, aut excommunicationem, quia de talibus vel inquireret, vel poenitens si fuerit peritus ipsum informabit. Debet verò tunc se accusare dicendo, Me accuso de omnibus quæ vobis in tali confessione dixi me peccasse.

*De Satisfactione tertia parte poenitentia,  
de qua tractant Doctores distinctione  
decimaquinta.*

*Prop. 35.* Satisfactio nomen est Latinum tantum valens sicut solutio debiti ad æqualitatem. Vsurpatur à theologis strictius; & ex accommodatione vsus, est redditio voluntaria facta Deo pro peccatis: Magis strictè pro ista redditione, seu solutione quæ à sacerdote imponitur poenitenti; in qua acceptione vocatur à Concilijs & Doctoribus tertia pars poenitentia sacramenti. Hoc modo sumpta est actus virtutis per se & pertinens ad iustitiam, supra. d. 14.

*Prop. 36.* Satisfactio pro peccatis est necessaria. Hæc est de fide contra Lutherum, & eius sequaces. Dicebat enim Lutherus se vehementer odire hoc vocabulū, quia non inuenitur in sacra scriptura, & habere sensum periculosum. Licet in sacris literis ipsummet vocabulum non inueniatur, inuenitur tamen res per ipsum significata, vt Magister in litera deducit ex dicto Ioannis Matth. 3. Facite dignos fructus poenitentia explicans, quòd secundum qualitatem & quantitatem culpæ, sit qualitas & quantitas poenæ. Super quæ vide Grego. Homil. 20. super Euangelia, à quo sumpsit verba sequentia Magister, quòd non debet esse par fructus eius qui minus, & eius qui amplius peccauit: vnde subdit. Per hoc quod dicit facite fructus dignos poenitentia, vniuscuiusque conscientia conuenitur,

nitur, vt tãto maiora adquirat bonorū operum lucra, quanto maiora sibi intulit damna per culpam: videatur & Athanasius lib. de Synodis propè medium contra Arrianos dicentes vocem Homusion non esse in scriptura, dicens: Nihil refert si quis voces in scriptura non repertas vsurpet, quãdium piarum sententias complectitur: Hæreticus tamen si voces suas è sacris literis mutuetur suspectus animoque corruptus audiet à Spiritu sancto. Quare tu enarras iustificationes meas? Manere verò aliquando post remissionem culpæ obligationem ad poenam temporalem, quæ poena est exoluenda vel in præsentia, vel in futuro docent scripturæ exempla. 2. Reg. 12. dicto à Nathan regi David, transtulit Dominus peccatum tuum, addit in poenam, veruntamen filius tibi morietur. Vide Gratianum de poenitentia. d. 1. cap. Si peccatum: & sequens, Sicut primi homines: in quibus præfata auctoritas ad hoc propositum declaratur. Num. 14. dimissa populo culpa ad preces Moysis, infligitur poena quòd nemo illorum videret terram promissam, quam neque ipse Moyses, neque Aaron viderunt propter peccatū quod commiserunt ad aquas contradictionis, ibi. 20. Maria remissa culpa septem dies separata fuit à castris, ibi. 12. Niniuitæ contritioni adiunxerunt ieiunium, orationem & saccos, & vidit Deus opera eorum. Ionæ. 3. Satisfactionis nomine vsus est Augustinus, refertur à Gratiano de poenitent. d. 1. cap. Non sufficit, mores in melius commutare nisi etiam satisfiat Domino per poenitentia dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium cooperantibus elemosynis & ieiunijs, ibidem Leo Pæpa. cap. Multiplex: vbi dicit Christus Dominus hanc præpositis Ecclesiæ tradidit potestatem vt confitentibus poenitentia satisfactionem darent. Bernardus ser. 4. super cantica. Humilis & verecunda debet esse satisfactio, qua emendatur superba transgressio; & per satisfactionem intelligit contritionem. Tandem contra Lutherum est conc. Floren. & Trident. poenitentia interpretatur satisfactionem, sup. p. 4. & idem Trident. sess. 14. cano. 12. 13. & 14. anathematizans dicentes satisfactionem non esse cultum Dei, sed traditiones hominum: Dixit etiam Lutherus, sicut referebat contra eum rex Angliæ in de

de satisfactione. Opera Deus nihil curat, neque eis indiget. Indiget autem, vt. verax in suis promissis à nobis habeatur. Cum dixit idem, Christum pro nobis satisfecisse sufficienter; dic, quòd efficacia suæ satisfactionis applicatur nobis, vel per sacramenta, vel per alia opera nostra iuxta nostram dispositionem & cooperationem: in baptismo ad culpam, & ad omnem poenam; in alijs sacramentis non ad omnem poenam. Pro quo sciendum quòd per peccatū mortale red-

*Aeterna poena gratis à Deo remittitur.* dimur inimici Dei, & digni aeterna poena, quando poenitemus gratis Deus nos sibi reconciliat & in amicitiam pristinā recipit, quia opera nostra nō sunt digna prima gratia de condigno, reductis in gratiam, sicut eam gratis dedit, ita remittit aeternam poenam gratis, & quòd non teneamur nisi ad temporalem poenam, quæ vel per contritionem, vel per alia opera luenda & satisfacienda est: communiter & vt in plurimū non est tanta nostra contritio quòd ipsa totam poenam temporalem deleat. Ideo concil. Trid. sess. 14. can. 12. damnauit dicentes totam poenam semper simul cum culpa à Deo remitti. Gratiam igitur & aeternæ poenæ remissionē per Christum habemus, poenam temporalem ex nostra etiam cooperatione. Nam quantum ad efficaciam satisfactio Christi applicatur nobis finitè.

*Vide inf. dis. 18. p. 40.* Homo potest Deo satisfacere, illo modo, quo in præsentī de satisfactione loquimur. Videlicet habita gratia & aeterna poena in temporalem cōmutata potest satisfacere pro temporali poena remanente. Hæc est omnium catholicorū. Probatur, Deus nihil præcipit impossibile, sed præcipit satisfactionem, quia præcipit dignos fructus poenitentiae Matt. 3. & tam Ecclesia, quam omnes sancti nos adhortantur ad satisfactionem, igitur ipsa est possibilis. Quoniam satisfactio describitur esse redditio voluntaria æquiualentis aliàs indebiti, quod habes in Scot. d. 15. q. 1. litera. A. oportet nosse æquiualentiam dici multipliciter. Vno modo secundum valorem naturalem, sic omne aurū non æquatur vni formicæ, quia melior est creatura viuens nō viuente. Alio modo per respectum ad humanum usum; hoc modo bos aut equus valent tot ducatus aurī.

*Prop. 37.* Alio modo attenditur æquiualentia in iudicijs secundum iustitiam

sticiam distributiua in præmijs & poenis: Hoc dupliciter, aut iuxta poenam & culpā, aut secundū acceptationem exigentis illam poenam: aut illius cui debetur præmiū. Hoc modo vltimo est æquiualentia nostrorū operum poenaliū ad culpas, & meritorum ad præmium, videlicet iuxta Diuinam acceptationem ex applicatione meritorum Christi. Idcirco licet omnia opera nostra debeamus Deo ratione beneficiorū acceptorū, noluit sibi offerri omnia ratione gratitudinis, nequē nos obligauit nisi ad obseruantiam mandatorum, reliqua dimisit nobis libera, & sic habemus per quæ de peccatis satisfaciamus. De hac concl. vide Alex. 4. p. q. 84. m. 1. Qui m. 3. explicat notificationē August. quam refert Magist. d. 15. cap. 3. Satisfactio poenitentiae est peccatorum causas excidere, nec suggestionibus eorum aditum indulgere: Nam licet poenitentiae interiori conueniat occasiones peccatorum rescindere, satisfactioni pertinet in futurum medelam apponere, vt contra ebrietatem vini in quo est luxuria ieiunium, & parsimoniam opponere, contra auaritiam eleemosynam.

Non solum pro se, sed etiam pro alio potest homo satisfacere Deo. Galat. 6. Alter alterius onera portare. Genes. 18. propter decem iustos parcebat Dominus Sodomæ. Ad hoc requiritur quòd homo satisfaciens sit in gratia, neque liberatur à poena quousq; integrè fuerit satisfactū, & hoc tam pro se quam pro alio, ideo animæ purgatorij pro quibus viui satisfaciunt. Machab. 2. c. 12. Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare vt à peccato soluantur, nō protinus Missis pro eis cōmendatis liberantur virtute sacrificij quousq; Missæ dicantur, quāuis iuuētur ex eleemosyna data pro eadē Missa, nisi fortè ex Diuina pietate, & iudicio nobis ignoto ex aliquius sancti suffragio anticipet Dominus solutionem. De hac videatur Alex. 4. p. q. 85. m. 4. Et quia cæteris paribus opus factū pro seipso est magis satisfactoriū, quam factū pro alio, ideo pro alio debet esse maior poena, aut plura opera, quam pro se, ita tenet Ric. in hoc. 4. d. 20. ar. 1. q. 3. Qui potest iuari ex Theophylacto loquente de Chananæa Matth. 15. dicente. Obseruat autem qd licet sancti orent pro nobis, sicut pro illa apostoli, attamē nos pro nobis ipsis petētes magis audimur.

Tum etiam idem opus factum ex imperio sacerdotis illud in satisfactionem imponentis est magis satisfactorium, quam factum ex propria electione, unde tam citatus Alex. quam Bona. infra. d. 20. num. 49. & Ricard. d. 20. ubi supra, dicunt, quod satisfactio iniuncta vni à sacerdote, qui impleatur congruè per alios, debet interuenire sacerdotis autoritas. 26. q. 7. cap. 1. dicitur, infirmis in periculo mortis non est quantitas poenitentiae imponenda, sed innotescenda, & cum amicorum orationibus, & eleemosynarum studijs pondus poenitentiae subleuandum.

*Prop. 39.* Hæc satisfactio vocatur satisfactio pro poenis temporalibus, sic eam vocauit conc. Trid. sess. 6. cap. 14. & pro culpis Daniel. 4. peccata tua eleemosynis redime, & in autoritate citata ex Macab. 2. vt à peccatis soluantur. Licet enim culpa sit dimissa, quandiu poena tota non soluitur manet quodammodo culpa in Diuina imputatione.

*Prop. 40.* Poenitens non tenetur acceptare satisfactionem à sacerdote sibi iniunctam in confessione. Hanc tenet Scotus. d. 15. q. 1. litera. N. & d. 18. litera. D. sequitur Gabriel. d. 16. q. 2. ar. 3. dub. 5. est contra Ricard. d. 18. ar. 1. q. 5. quem multi sequuntur. Sed probatur, quia potest poenam soluere in purgatorio, & cum sint duo remedia ad satisfaciendum potest vni renunciare, & reseruare se alteri. Secundò, satisfactio nõ est necessaria ad integritatem sacramenti, quod sine illa potest haberi si poenitens ante confessionem plenè satisfecisset; neque mortuis satisfactio imponitur vt ex citato cap. in. 38. p. quod licet sit ex poenitentiâ Theodori episcopi Cætuariensis nihilominus est in vsu. Neque maior est ratio quare illum posset sacerdos obligare ad partem poenae debitæ, quam ad totam. Item hæc materia subordinatur materiæ de iudicijs & sententijs, sed in illis appellatur de inferiori ad superiorem, ergo & in proposito, neque sacerdos iuste denegabit talem appellationem, in qua poenitens vult se præsentare carceri Diuinæ curiæ.

*Prop. 41.* Acceptata poenitentia seu satisfactione, si clauis in taxado nõ errauit probabile est quod sub poena peccati mortalis tenetur poenitens adimplere. Ita tenet Scot. loco citato, & probatur,

batur, Omnis homo tenetur nõ mentiri, sed si non adimplet mentitur, & in re grauisima. Secundò ex alijs iudicijs, qui non appellauit sed consensit sententiæ tenetur ad illam. Sententia enim non suspensa per appellationem in rem transit iudicatam cap. Cum inter vos, extra de sentent. & re iudicata. Tertiò, potestas non habens vim coerciuam ridicula videtur & nullius valoris, & clauis potestas est sicut absoluendi, ita & ligandi, per extrauagan. Ioan. 22. Quia quorundam: de verb. signifi. igitur ligatur per eam poenitens vel reus, qui non appellauit.

Probabilius existimo, quod etiam si acceptet & postea dimittat complere, sine contemptu tamen, non peccat mortaliter. Ita tenet Caieta. quæst. 2. de satisfactione soluendo 2. arg. habetur in opusculis post. 3. p. Thomæ, & in summula verbo satisfactio. Probat ex quadruplici capite, ex tribus satis patet non esse peccatum, videlicet quia est actus caritatis & poenitentiae: atq; ex hoc solo nõ est de illa præceptum: neque quia expiatiua culpæ; quia potest expiari in purgatorio: neque quia est pars sacramenti. Sed quartum, quia est iniuncta & præcepta à Christi vicario non satis ipse declarat contra argumenta modò facta pro Scoto quomodo nõ obliget. Sed arguo sic: Sacerdos non habet potestatem ligandi nolentem. p. 40. sed sola sua acceptatio non videtur quomodo eum obliget ad mortale, neq; vbi fit tale præceptum. Secundò, impositio & acceptatio sunt in fauorem poenitentis, ne durius in purgatorio puniatur, sed quilibet potest renuntiare suo iuri & fauori. Confir. Talis dimittens non ex contemptu, non infert Deo nouam aliquam grauem iniuriam. Neque si talis casus esset in humanis aliquis damnaretur ad poenam capitis, cum posset fieri recompensatio & executio totius temporalis poenae debitæ sine morte, sic est in proposito: igitur solum videtur veniale. Dicitur clauis errare quando taxat maiorem vel minorem poenam, quam debeat.

Si sacerdos imponat satisfactionem maiorem, quam peccata mereatur poenitens non tenetur illud excedens soluere neque in præfenti, neque in futuro. Hanc tenet Scot. d. 18.

ii litera.

*Prop. 42.*

*Sup p. 30  
ad. 1.*

*Prop. 43.*

litera. C. est contra Alex. 4. p. q. 85. memb. 5. quem sequitur Thomas quodlib. 3. quæst. 28. dicens, quod si sacerdos imposuerit minorem tenetur poenitens soluere in præfenti, vel in futuro, si maiorem quod nihilominus tenetur soluere. Sed hoc est nimis durum, & contra suauitatem Diuinæ misericordiae & æquitatis; quia pronior ad miserendum est Deus, quam ad puniendum. Possetque in casu dici illud Ezechiel. 18. Non est æqua via Domini, & Job. 13. Contra folium quod vento rapitur ostendis potentiam tuam. Arguitur etiam: Si poenitens adimpleta condigna satisfactione, antequam impleteret illud excedens moreretur statim in coelum euolaret, quia fecit dignos fructus poenitentiae, quod ipse Alexand. confitetur, igitur ad illud excedens non tenebatur. Dicit verò Scotus, quod taxatio suam habet latitudinem neque consistit in indiuisibili, sicut eam habent aliarum commutationes, propterea si intra latitudinem taxet in gradu supremo tenetur poenitens implere, si in gradu infimo tenetur Deus illa taxatione esse contentus: quoniam intra latitudinem clauis non errat, ideo tale iudicium ratificandum est in coelo. Medium verò huius latitudinis potest esse notum homini per legem Dei cum adiutorio rationis. Non enim Deus commisit potestatem sacerdoti arbitrandi in causa, cuius arbitrium per quamcunque diligentiam non poterit esse ratum nisi per miraculum, aut a casu: igitur potest nota esse sine illis latitudo ipsi iudici. Additur etiam ad conclusionem probandam, quod nemo constituitur iudex arbiter, ut semper teneatur iudicare ad arbitrium vnius partis: partes in proposito sunt Deus & peccator: igitur non debet taxatio sacerdotis semper esse ad indiuisibile secundum ordinationem Dei, sat est quod sit intra latitudinem. Si petas quomodo scietur præfata latitudo? Dico, quia ex Diuina lege iuxta mensuram delicti debet esse plagarum modus Deut. 25. attendenda esse verba Augustini quæ refert Magister in litera huius dist. cap. 1. Consideret qualitatem criminis in loco, in tempore, in perseverantia, in varietate personæ, & quali hoc fecerit tentatione, & in ipsius vitij multiplici executione. Deinde sacerdos prætendat, quod poeni-

poenitens reddat Deo actum vel actus ex tanto arbitrij conatu in satisfactione, quantum conatus fuit in peccando, & tam acceptos Deo quantum fuit peccatum displicens, ut habes in Breuiloq. 3. d. 20. p. 2. in coroll. Pensandum etiam quod absolutio infra. d. 19. p. 31. remittit partem poenæ.

Laudabile est, quod sacerdos imponat poenitenti omnia opera vitæ suæ pro satisfactione, dicendo quod omnia opera sua bona quæ fecerit sint illi in satisfactionem: sed quem fructum habeat talis impositio ego ignoro. Sanctus Thomas quodlib. citato dicit, quod virtute clauis fiunt illi opera sua magis satisfactoria. Sed si clavis, ut in præcedenti, non se extendit ad illud excedens debitum, illud non videtur fieri magis satisfactorium virtute clauis. De operibus debitis pro peccatis confessis alteri sacerdoti, non etiam video quomodo impositio secundi det eis aliquam vigorem virtute clauis. De debitis pro peccatis huic confessis, de quibus ibi Thomas videtur loqui expresse, cum in tanta generalitate imponantur mihi etiam sit dubium, nam ex quo illi remanent libera, neque taxata, quomodo circa illa vigorem habeat clavis? Si in speciali verbum sacerdotis ferretur super aliquod opus, quod talis facere solet, puta ieiunare, dicendo ex tot diebus quos ieiunare soles si omnes ieiunaueris, aut aliquos sint tibi in horum peccatorum satisfactionem maior erant apparentia. At verò bonum est Concilium, ut valeant quantum valere possint.

Sacerdos potest imponere pro satisfactione opera aliàs debita: ita tenet Caiet. quæst. 1. de satisfactione. Sequitur Metina Complutensis de satisfactione quæst. 4. prope medium, & est contra multos. Ratio est, quia non tenetur poenitens nisi ad satisfaciendum, sed per opera aliàs debita satisfacit. V.g. per ieiunium obligatorium Quadragesimæ. Si tamen confessor non determinet opera aliàs debita debet poenitens implere ex operibus aliàs indebitis: quia talis impositio significat iuxta communem usum utentium ea, & verba secundum communem intelligentiam sunt accipienda, extra de sponsalibus. c. Ex literis, sed imponentes communiter imponunt de aliàs indebitis.

Prop. 46.

Sacerdos debet imponere pro satisfactione opera poenalia, & exteriora, quia ipsa vocantur antonomasticè opera satisfactoria. Neque est necessarium opera esse cum dolore, vel tristitia ad esse satisfactoria, satis est quòd in se sint difficilia. Vide Adrianum quodlib. 8. p. 2. litera. C. Imo est valde probabile, omne opus meritorium esse satisfactorium, quia plus est augere gratiam, & gloriam, quàm minuere poenā, & omne opus meritorium est difficile, quia virtuosum, & virtus est circa difficile. Idcirco Scot. d. 15. q. 1. litera. F. dixit, quòd dilectio Dei super omnia est satisfactoria, & tamen non est poenalis & exterior. Loquebaturq; ibi Scot. de satisfactione generaliter sumpta: Litera. L. describendo, quòd satisfactio est operatio exterior laboriosa vel poenalis, loquebatur de satisfactione strictè sumpta, neq; in his est aliqua contradictio. Neque memini me legisse vbi dicat Scotus, idem opus exterius factum à duobus ex inæquali conatu esse æqualiter satisfactorium; qui diceret, intelligendus foret ex parte poenæ exterioris; non tamen ex alio adiuncto, vt affectu interiori.

*De tribus partibus Satisfactionis: Ieiunio: Eleemosyna & Oratione.*

Prop. 47.

**O**PERA Satisfactoria reducuntur ad tria, videlicet ad ieiunium, eleemosynam & orationem: sic habet concilium Florent. & Trident. sess. 6. cap. 14. Quæ tria vocantur partes satisfactionis: inter quæ infimum locum ad satisfaciendum tenet ieiunium, medium oratio, supremum eleemosyna: ita docet Ricardus dist. 15. artic. 2. quest. 3. Probat. Eleemosyna pertinet ad caritatem, oratio ad patriam seu religionem quæ est pars iustitiæ, ieiunium ad temperantiam, sed caritas est excellentior omnibus virtutibus, iustitia excedit temperantiam, igitur eleemosyna præminet orationi, & oratio ieiunio. Hinc eleemosyna magis commendatur ad hoc in sacris literis. Tobix. 12. Bona est oratio cū ieiunio, & eleemosyna magis quàm thesauros auri recon-

recondere, quoniam eleemosyna à morte liberat, & ipsa est quæ purgat peccata, & facit inuenire vitam æternam. Paulus 1. Timoth. 4. Corporalis exercitatio ad modicum utilis est, pietas ad omnia. Alex. 4. p. q. 87. m. 2. refert alios dicentes, quòd cum oratio sit motus animæ interior immediatus in Deum, alia sint motus in se vel in proximū propter Deum, quòd oratio maior est & nobilior alijs duobus. Sufficientia horum sumitur vel ex peccatis. 1. Ioan. 2. Omne quod est in mundo est concupiscentia carnis (contra illam est ieiunium) concupiscentia oculorū, id est avaritia (contra illam est eleemosyna) superbia vitæ (contra illā est oratio humiliās Deo per quam cognoscitur homo esse indigens) vel ex obiecto in quod peccata committuntur. Peccatis contra Deum opponitur oratio: peccatis contra nos ieiunium: peccatis contra proximum eleemosyna. Ad ieiunium reducuntur omnia exercitia corporalia: ad orationē omnis eleuatio mentis in Deū: ad eleemosynam omnia opera pietatis. Hinc potest discere confessor quæ poenæ contra quæ peccata iniunget. Pulchrè beatus Gregorius Homil. 33. super Euang. de Maria Magdalena explicat quomodo tot de se inuenit holocausta poenitentia, quòt habuit in se oblectamenta vitiorū: quæ oculis peccauerat flebat, quæ per capillorum compositionem, per ipsorum capillorum absterionē, quæ ore per oscula pedum Dñi. Ad eum modum frater Alfonsus Castro prædicando, illud Dñi præceptum Ioan. 5. ad infirmum, tolle grabatū tuum & ambula ponderabat, quòd ex peccatis in quibus iacuerat infirmus respondentem illis poenam imponeret sacerdos ex èplo Christi.

Actus orationis & eleemosynæ, & denique aliarum virtutum possunt imperari à poenitentia seu satisfactione. Supra d. 14. p. 5. & 6. Prop. 48.

*De Ieiunio.*

**I**eiunium est meritorium & satisfactorium. Contrarium huius fuit hæresis Ioviniani, quæ hodie sequuntur Lutherani dicentes in eo nullum esse meritum. Et ideo om-



nes cibos esse licitos & quolibet die sine discrimine. Contra quos est protinus. p. 51. Atque Tobia. 12. Bona est oratio cum ieiunio. Sunt exempla Moyſis Deut. 9. Helia. 3. Reg. 16. & Christi Domini qui quadraginta dies ieiunauerunt. Extat definitio concilij Gangrenſis cap. 19. Si quis ſuperbiat & ieiunia totius Eccleſiæ communia putauerit contemnienda perfectam in ſua ſcientia vindicans rationem, anathema fit. Refertur à Gratiano. d. 30. c. Si quis eorum. Vide & concil. Trid. ſeſſ. 14. cano. 13. & ſeſſ. 25. ad finem de delectu ciborum.

*Prop. 50.* Triplex eſt ieiunium. Primum naturæ & eſt abſtinentia ab omni cibo & potu. Hoc requiritur ad dignam ſumptionem Euchariſtiæ. Secundum eſt virtutis abſtinendo à cibo & potu iuxta regulas temperantiæ. Medium in iſto conſiſtit in eo, quod homo non excedat neque deſiciat in eo, quod eſt naturæ neceſſarium, quæ naturæ neceſſitas attenditur iuxta diuerſas complexionem hominum. Tertium eſt ieiunium Eccleſiaſticum, quod eſt abſtinentia ſecundum regulam ab Eccleſia inſtitutam. Quodlibet horum relatum in Deum eſt meritorium, & ſatisfactorium. Verum eſt tamen quod ieiunium naturæ ad hoc debet regulari per ſecundum, hoc eſt per regulas temperantiæ, quia nunquam bibere vel comedere eſſet malum & peccatū. Eſt itaque duplex: vnum naturale aliud morale ſub quo eſt & Eccleſiaſticum.

*Prop. 51.* Eccleſia poteſt præfigere certos dies ieiuniorum, & expediuit quod præfigeret. Hæc eſt contra Aerium negantem Eccleſiam poſſe obligare ad ieiunium. Differt hæc ſententia à Iouiniano, quia hæc non negat ieiunia eſſe vtilia & meritoria. Beguardi & Beguinæ damnati in Clementina. Ad noſtrum de hæreticis, dixerunt hominem poſtquam ad ſtatum perfectionis peruenerit non teneri ad ieiunia Eccleſiaſtica, qui error ibi damnatur. Eraſmus dixit, Ieiunia lege præſcripta eſſe Deo ingrata. Volebant tam ipſe quam Aerius ieiunia eſſe libera. Differebant, quia Aerius dicebat Eccleſiam non poſſe ad illa obligare: Eraſmus non, ſed eſſe magis Deo acceptū & melius ieiunium liberum, quam præceptum.

Contra hos & pro cōcluſione eſt citatū concil. Gangrenſe in. p.

In. p. 49. Et ratio, quia Eccleſia poteſt cōdere leges conducentes ad obſeruationem mandatorū Dei obligantes in conſcientia, habes in Breuiloq. 2. d. 44. p. 5. igitur poteſt ſtatuerre ieiunia, & à certis cibis abſtinentiam, quandoquidem ipſa iuuant obſeruantiam Diuinæ legis. Nam & Paulus quantumuis ſanctus & cōfirmatus. 1. Corinth. 9. dicebat, caſtigo corpus meum & in ſeruitutem redigo. Galat. 5. inter opera carnis ponit ebrietates cōmeſſationes, & ſubdit. Qui ſunt Chriſti carniem ſuam crucifixerunt cum vitijs & concupiſcentijs. Ioannes Baptiſta ſanctificatus in vtero, quo maior inter natos mulierum propheta nō ſurrexit. Luca. 7. miram exercebat abſtinentiam. Matth. 3. Per quæ & alius error eorundem Beguardorum, & Beguinarum, damnatus in eadē Clementina Ad noſtrum de hæret. reuincitur, quo dicebant eſſe hominis imperfecti exercere ſe in actibus virtutum, quandoquidem Ioannes & Paulus ſe in illis exercebant. Quod Eccleſia præceperit à certis cibis abſtinentiam patet. Primo Act. 15. Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis, vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulacrorum & ſanguine & ſuffocato. Secūdo, quia Chriſtus dixit Matth. 9. Venient dies cum auferetur ab eis ſponſus, & tunc ieiunabunt, docens à ſe nō inſtitui ieiunia vt de iure Diuino, ſed ab Eccleſia inſtituēda eſſe. Sic Act. 13. Miniſtrantibus illis Dño & ieiunantibus dixit illis Spiritus ſanctus: Segregate mihi Saulum & Barnabam. Tertio, ſi Ionæ. 3. potuit rex Niniue indicere abſtinentiā tam hominibus, quā iumentis, meliori iure poterit hanc Eccleſia ſtatuerre. Diebus illis præceptis non licebit vti quibuſlibet cibis in diſcriminationem, quod volebat Iouinianus licere quantumcunq; aliud Eccleſia præciperet, ſeu prohiberet.

Quod aſſumere volunt ex Matth. 15. quod intrat per os non cōquinat hominem, & 2. Timot. 4. Omnis creatura Dei bona eſt non cogit contra conſuſionem, quia Chriſtus volebat reiſcere Iudæorum errorem volentium eſſe immundos qui illotis manibus manducarent. Paulus prophetabat contra hæreticos Tatianum & Encratitas dicentes illicitum veſci carnis, & bibere vinum vide ſupra diſt. 8. propoſ. 7. & contra Manichæos & Prifcillianum ponentes aliquas

creaturas malas esse ex natura sua. Vide in Breuillo q. 2. d. 4. p. 1. & contra Catharistas ex familia Manichæorum negantes etiam tempore necessitatis licere oua, caseum & lac comedere. Nulla igitur Dei creatura mala est; neque cibi à Deo nobis dati mali sunt, neque ex natura sua coinquinant animam. Coinquinat verò homo per inobedientiam eis utens. Nam Reg. 1. cap. 15. Melior est obedientia, quam victimæ, quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare. Per quam auctoritatem probatur contra Erasium, quod ieiunium factum ex obedientia est maioris meriti, quia procedit à duabus virtutibus abstinentiæ & obedientiæ. Sicut infra. d. 38. p. 11. de operibus factis. ex voto.

*Prop. 52.* Tria sunt de essentia, seu integritate ieiunij Ecclesiastici. Videlicet, vnica refectio in die; hora debita refectio; abstinentiæ à certo ciborum genere. Transgressione cuiuslibet horum potest peccari contra Ecclesiasticum ieiunium. Potus siue vini, siue aquæ non soluit ieiunium neque post prandium, neque ante. Circa quodlibet horum noto aliqua.

*De vnica refectio - ne.* Circa primum. Qui aliquid comedunt in sero, vt electuaria ne potus noceat, non frangunt ieiunium, modo quantitas sit parua, tanta possit esse quod frangerent. Potus videtur in Ricard. dist. 15. art. 3. q. 7. ad. 2. in oppositum, & in Alex. 4. p. q. 104. m. 1. art. 4. qui distinguit cibos, in medicinam simpliciter, & hæc non frangit ieiunium, quia non offertur in cibationem. V. g. Sirupus; in simpliciter cibum, qui cibatur & nutrit vt panis, & hic frangit ieiunium; in cibos medicinales, quales sunt dactili, passæ vux, qui etiam frangunt; in medicinam cibalem quæ simul cibatur & medicatur, talia sunt electuaria quæ in modica quantitate ne potus noceat, non frangunt, in magna quantitate tollunt famem & cibant ideo frangunt. Caieta. 2. 2. q. 147. art. 6. explicat de potu quando assumitur ad digestionem cibi assumpti, nam si cibus non est digestus ex testimonio medicorum est corpori venenum, tunc sumendo cum illo electuaria sunt duo cruda super indigestum & duo venena, ideo cibus ille illicitus. Considerandum ergo prudenter quando potus est naturæ necessarius facta digestionem vel fatigationem caloris ex aliquo itinere etiam non tam graui,

grauis, quod sufficiat ad non ieiunandum. Si patriæ consuetudo obtineat (vt in his partibus Hispaniæ) quod aliquid comedatur in sero siue electuaria, siue panis, aut fructus modo quantitas parua sit licebit illis uti. Comedere oua, pisces, pertinet ad cœnam ex qualitate cibi simpliciter, & frangitur ieiunium.

*De hora.* Hora comedendi antiquitus fuit hora nona, id est hora tertia post meridiem, modo est hora sexta, id est duodecima, quæ est meridies, sed grosso modo & secundum consuetudinem regionis, ita quod hora comedendi in die ieiunij prorogetur vna hora ad horam dierum quibus non ieiunatur. Quod fit in æstate proportionando consuetum comedere vna hora citius quàm in hyeme. Dicit verò Angelica. Ieiunium. §. 1. & 2. quod qui ante statutam horam comedit etiam in quadagesima quauis per notabile spacium, non frangit ieiunium, quia in iure nulla est hora determinata nisi in quadagesima post vesperras in cap. Solent: de consecr. d. 1. vt sicut post vesperras non restat aliud officium, sic fictione iuris videamur quadraginta dies ieiunasse. Dicit etiam quod illud cap. non loquitur de necessitate sed de perfectione, ideo non peccatur nisi venialiter. Hoc est contra glossam quandam quam ibi allegat dicentem esse mortale. Cum glossa tenet Siluestrina ieiunium. §. 4. Rosella ea verbo. §. 10. citata eadem glossa videtur cum illa trahere: & similiter Martinus ab Azpilcueta doctor Nauarrus cap. 21. num. 27. expresse tenet cum glossa. Caieta. 2. 2. q. 147. art. 7. etiam tenet contra Angelicam, ex eo quod communis conceptio animi Christianorum est quod comedens summo mane in die ieiunij non ieiunat, & ita dicunt videntes aliquem tali hora comedere: iste non ieiunat. Ego vero non credo tam irrationabilem opinionem Angelicam. Dixit enim Ricardus d. 15. art. 3. q. 8. Non tantæ necessitatis est in obseruatione ieiunij hora, sicut comedere semel: qui tamē Ricardus non concedit esse tempus vel hora præuenienda per notabile tempus, sed ex quo non tantum obligat hora, quantum, semel comedere, non videtur excessisse Angelica excludens mortale & admittens veniale. Dicitur etiam in cap. Solent: de consecr. d. 1. quod est concilij Cabilonensis, quod qui in quadagesima

signo audito ad horam nonam comedunt, nullatenus ieiunare credendi sunt si ante manducauerint, quam vespertinum celebretur officium, & tamen neque seculares neque clerici etiam si comedant ante dictas vespervas frangunt ieiunium, sicut in ieiunijs per annum non frangunt comedendo ante dictam nonam, quod etiam confitentur aduersarij: igitur cum pari tenore vtrunque dicatur necessarium ad ieiunium quadragesimæ, si contra vnum non peccatur, neque contra aliud saltem mortaliter. Ad illud de communi iudicio videntium tales ea hora comedere & dicentium quod non ieiunant. Vitandum certè est scandalum & nota videntium. Sed cū circa horam fieri possit dispensatio propter debilitatem, lectionem, iter, aut alias pias causas concedentibus aduersarijs, vitandi erunt & videntes nisi de dispensatione informantur, sed si sciant non esse tanti rigoris hora, neque de illam anticipante scandalizabuntur. Cum Angelica tenet Gabr. d. 16. q. 3. dub. 1. iā ad finem, & q̄ illud. c. Solent. loquitur de perfectione ieiunij & non de necessitate; tam ipse quā Angelica citant pro se Innocentium, excipiunt vero nisi præuentio horæ fieret in fraudem ieiunij. Gabriel explicat, q̄ ille agit in fraudē ieiunij qui manducat ea, vel eo modo quo impedit finē institutionis ieiunij, qui est afflictio corporis, & repressio concupiscentiæ. Faciet igitur in fraudem ieiunij comedens tam anticipata hora, ne sentiat famem neque corpus affligatur. Propter horā dilatam ad post vespervas, comestio illa, quasi iam finito die per fictionem iuris, vocatur cœna. Glossa cui innituntur contrarij habetur in decretis dist. 25. cap. Vnum horarium. §. Alias. verbo. ieiunantibus citat dictum cap. Solent. quod diximus non inducere mortale. citat & de consecra. dist. 5. c. Quinque modis: quod est beati Gregorij in Moralibus super Iob. quod quinque modis peccatur peccato gulæ, vel comedendo nimis cito: vel cibos lautiores: vel accuratius præparatos: vel in nimia quantitate: vel nimio desiderij ardore. Sed neque hoc cap. probat mortale in comedendo nimis cito, sicut neque est in alijs. Alex. q. 103. m. 3. facit pro Angelica dicēs q̄ hora comedendi non est in præcepto, nisi ex contemptu statuti, seu consuetudinis contēneretur, quia tūc mortaliter peccaretur.

Circa

Circa tertium sciri debet quod ecclesiastica ieiunia sunt duplicia: Vnum quadragesimale, in quo à carnibus, ouis & lacticinis & huiusmodi abstinendum est per cap. Denique dist. 4. quod est beati Gregorij ad Augustinum episcopum Anglorum, & de solo ieiunio quadragesimæ loquitur. Hoc ieiunium quadragesimale dicit Hieronymus in epistola ad Marcellam: incipit. Testimonia, quod ieiunamus semel in anno congruo tempore secundum traditionem Apostolorū. Montanilæ faciebant tres quadragesimas, quasi essent passi tres saluatores. Super Matth. 9. dicit, quod vnam faciebāt post Pentecosten, quasi ablato sponso, quadragesima nostra habebat hebdomadas sex. Telesphorus Papa addidit aliam, vt. d. 4. cap. Statuimus. De consecr. d. 5. cap. Quadragesima: Alia sunt ieiunia intra annum, in quibus à carnibus tenentur abstinere sed non ab ouis & lacticinij per ius commune: nisi vbi consuetudo est ab illis abstinere etiam intra annum: ita dicunt Ricar. d. 15. art. 3. q. 5. ad vltimum. & Thom. 2. 2. q. 147. art. vlt. ad vlt. Sed quoniam dictum fuit. d. 13. p. 8. q̄ non omnis consuetudo habet vim legis, neque illā habens omnis obligat ad mortale, atque per omnia ibi posita, in his partibus Hispaniæ credo q̄ non est talis consuetudo obligās ad mortale in ieiunijs intra annum. Et primo si negetur consuetudo nō est vnde probetur ob valde antiquam consuetudinē habendi indulta comedendi oua, & lactinia in quadragesima. Ideo si apertissima consuetudo inducens mortale non ostendatur standum est iuri communi, neque per hoc fit alicui iniuria. Possum ad hoc afferre doctorem Nauarrum in suo Manuali. cap. 28. num. 50. & deinceps, quod præcepta quæ possunt interpretari de culpa veniali, non debent intelligi de mortali. Sed assumo duas probabilitates vnam specialem, aliam generalem. Specialis est quia aliquæ dioceses vt Cauriensis & Pacensis præualuerunt ex consuetudine ad lactinia etiam in quadragesima, licet non ad oua: quæ igitur noluerunt abstinere à lacticinij quando tenebantur, quomodo est verosimile voluisse intraducere consuetudinem obligantem sub mortali abstinendi ab ouis quando ex iure communi licebant. Adiuuat hanc sententiam Angelica, Ieiunium. §. 5.

quamuis

De cibo-  
rum qua-  
litate.

Quid est  
in fraudē  
facere.

quamuis impugnetur à Siluestrina verbo eodem. q. 5. dicens. Non dicerem frangere ieiunium, qui etiam comederet oua & lactinia extra quadragesimam, vbi consuetudo non est (scilicet illa comedendi) quando non propter galositatem, sed ex aliqua rationabili causa faceret. Quæ rationabilior causa, quã quod consuetudo obligans ad mortale non apparet, neque est manifesta? Gabriel hac. d. q. 3. sub litera. Q. sic ait. Secundò frangitur ieiunium per sumptionem omnium quæ semetipsum carnis trahunt, vt in cap. Denique. d. 4. sed hodie rigor ille in multis locis relaxatus est, in quibus nostris temporibus per dispensationem Apostolicæ sedis, quæ facile conceditur, in quadragesima lactinijs generaliter pleriq; vtuntur, frigescente vbiq; caritate, & tepescente disciplina Christiana. Vnde etiam in cæteris conuicinijs pleriq; similiter lactinijs vtuntur nulla concessa dispensatione. Vbi videbis quod ex frequenti facta dispensatione in regno, aut prouincia, nata est in vicinis consuetudo contra ius commune: cum igitur in Hispania tam frequens fuerit bullarum vsus ad hoc, quid mirum si consuetudo obligans ad mortale extra ius commune penitus ignoretur? Potest iuuare hæc Gabrielis sententia ad quodam dubium, quia in aliquibus oppidis Cauriensi & Pacensi Ecclesiæ vicinis, non satis claret an sit illis ad lactinia consuetudo, vel non, quibusdam etiam senibus affirmantibus se vsos communiter & parentes: alijs è contrà dubitantibus. Nam ex consuetudine vicinorum, etiam apud illos obscuratus est rigor communis iuris, aut consuetudinis in contrarium. Tum etiam quia causa introducendæ consuetudinis vbiq; par videtur, pisciũ videlicet penuria notabilis, abundantia lactis, eo quod illo tempore ob inclementiam hyemis & niuium in superiori parte Castellæ oues & pecora in has partes descendant pro habendis pascuis: accedit incolarum paupertas vt aliunde sibi nequeant de piscibus prouidere: Siccitas frequentior esse solet quandoque, vt neque procreetur legumina & alia terræ nascentia. Vbi tale dubium esset de rigore iuris obseruato, aut consuetudine in contrariũ, concurrentibus causis prædictis ego non auderẽ facere conscientiam illis, qui etiam crasso modo essent persuasi licere sibi lactinia

*Dubium  
promagis  
tratu san-  
cti Iacobi.*

ctinia in quadragesima. Secunda persuasio generalis est, quod in toto regno Castellæ in sabbatis est consuetudo ad intestina animalium, ad sanguinem, ad extremitates, pedes, manus capita, modo non sint sabbata in quibus sit ieiunandum, quod tamen ex iure communi in alijs partibus non licet, neque est in vsu conformantibus se in abstinentia diei veneris quibus ieiunium consulebatur de consecr. d. 3. cap. Sabbato: & ieiunia. Vbi ergo præter ius commune talis consuetudo introducta est non admittendo admonitionem cap. Quia dies: de consecr. d. 5. abstinendi à carni quomodo persuadebimur, quod se voluerunt priuare licentia iuris communis ad oua, & lactinia per annum?

Quidam contra hoc afferebat sextam synodum generalem cap. 56. sed non loquitur nisi de sabbatis & Dominicis quadragesimæ, quibus diebus in regione Armeniorum, quidam vtentur ouis & lactinijs: & conformabat se synodus beato Gregorio in cap. Denique, qui fuit ante illam synodum celebratam sub Leone. I. I. Ex cuius synodi sententia, reprobanda venit aliquorum religiosorum praua intelligentia, quod in ieiunijs obligatorijs sub mortali ex regula sua, possint in diebus Dominicis quia non ieiunantur carnibus uti. Quem vsum citata synodus Armenijs non permittit, sed quod etiam Dominicis diebus quadragesimalibus cibis vescerentur. Dicentes vero quod in Dominicis quadragesimæ liceant oua sine bulla mihi non opinari, sed falli videntur. Secundum Hostiensem citatum communiter in summa, cui conceditur vsus ouorum & casei concessus intelligitur vsus sanguinis & Lardum arg. cap. Presbyter. d. 8. Lardum iuxta dictionarium Calepini dicitur quasi late aridum, & est caro suilla, quomodo cunq; salita. In diebus Veneris & ieiuniorum nullibi audiui sententiam Hostiensis esse in vsu præterquam in sabbatis in regno Castellæ vbi diuersæ dioceses diuersas habent consuetudines: In hac Cauriensi comeditur sagimen, hoc est, caro suilla liquata ad modum olei siue expressum in sartagine, siue in olla, ipsam carnem ad modum cibi non comedunt. Alij in sabbato omnem carnem suillam salitam eo die comedunt. Aspicienda est consuetudo; Facit Hostiensis sententia

*Argum.  
Solutio.*

*Nota.*

ne ni-

ne nimio rigore prælati, vel alij iudices sæuiant in eos qui ea vti vellēt & per Hostiensem se defendere. In partibus Indiarum liquata omni carne suilla vtuntur ex defectu olei ad lapades, & ad cibaria etiam diebus prohibitis.

Corol.

Ex his inferitur quod cui præcipitur à cōfessore ieiunium; aut religiosi ieiunātes ex regula suæ professionis possunt extra quadragesimam vti ouis, & lacticiuijs. Nā cibi quadragesimalibus, ideo conceditur vsus carnis, sicut aliqui parum intelligentes & idiotæ, etiam religiosi male autumāt. Tā est de essentia ieiunij abstinere à carnibus, quod qui sunt dispensati, aut egent carnibus eo ipso ab obligatione ieiunij sunt absoluti. Vide Caietan. 2.2. quæstio. 147. art. vltim. non vero sunt liberi qui egent ouis & lacticiuijs. Neque etiam licent carnes comedentibus oua; & neque uentibus ieiunare sed à carnibus tenentur abstinere. Alij volunt dispensatum ad carnes, teneri in alijs conformare se ieiunio.

2. Corol.

Sequitur secundò, quod non peccant qui pueris infra septennium dant oua & carnes. Nam ante illam ætatem non sunt in annis discretionis quod teneātur ad præcepta ecclesiastica. Quod si ipsi non peccant comedendo, neque peccabunt dantes. Idem etiam videtur de ingressu in monasteria Monialium quod neque peccant intrantes neq; illos admittentes. Quando concil. Trident. Sess. 25. cap. 5. dixit, quod nemini liceat cuiuscunque generis, conditionis, sexus, vel ætatis ingredi, intelligit de illis quos præcepta Ecclesiæ obligant nisi aperte ante illos annos constet eos habere discretionem: ad hoc vide glossam in cap. Paruuli de consecra. dist. 4. Vbi citat Augustin. in epistola ad Renatum Septennis ætatis pueri mentiri & verum dicere, confiteri & negare possunt, ideo cum baptizantur symbolum reddant & per se ad interrogationem respondeant. Eadem in cap. 1. de delictis puerozum: dicit esse doli capaces iam septem annorum. Quod ante illos discretionem habere possint, docet Gregor. lib. 4. cap. 18. exemplo pueri blasphemii quinque annorum rapti à diabolo. Obligatis iam ieiunio nullus potest cfferre cœnam

nam in diebus ieiuniorum, neque cibos prohibitos. Ideò peccant parentes offerendo filijs; aut domini famulis; aut caupones, & tabernarij transeuntibus talia quando sciunt, aut credunt, aut saltem dubitare debent rationabiliter si eis licet. Vide hoc latè disputatū per Gabrielem hac. d. q. 3. si ipsi quasi egeant, petunt, aliud est.

Ieiunia ecclesiastica obligant sub mortali. Hæc est communis. Caietan. q. 147. art. 3. bene concedit quod peccat mortaliter frangens ieiunium sine causa rationabili, sed non propter statutum aut præceptum Ecclesiæ obligans ex vi verborū, sed obligans ex consuetudine interpretate statutū vt obligatoriū. Sed probatur cōclusio ex citata Clemēt. ad. p. 51. quia si tenentur perfecti ad ecclesiastica ieiunia, ipsa obligāt. Secundò ex Clem. Exiui de paradiso vbi decernitur teneri fratres minores vltra ieiunia expressa in sua regula ad cetera ieiunia ecclesiastica sicut tenentur alij Christiani, ergo alij Christiani tenentur, & hi sunt textus iuris, igitur obligant plusquam ex consuetudine. De ætate à qua sub mortali obligant varij varia dixerunt, potes videre in Alex. 4. p. q. 102. m. 2. art. 3. ad. 3. quidam dixerunt quod vsque ad finem trium septenniorū, quia est tempus augmenti corporis, & credo qd hæc sententia cōmunius practicetur inter doctores & confessores. Alij qd est annus vigesimus, qui aptus est ad militiam. Alij qd in anno quintodecimo, quando motus libidinis incipiunt inualefcere. Alij qd in anno decimo octauo, qui est aptus ad intrandū religionem & ad faciendā poenitentiam; neutra reprobatur Alex. Sed huic vltimæ magis adhæret: cōmuniter statatur primæ; verū est qd iuxta ætatem debent instrui, & exercitari, vt interpolatè aliquandò ieiunent. Dies in quibus ieiunium obligat noti sunt doctis, atq; etiā indoctis passim, vel ex consuetudine, aut doctorū, & curatorum relatu. Dominicis diebus prohibitum est ieiunium de consecra. distinct. 3. capit. Nequis. & capit. Ieiunium propter hæreticos illo die ieiunantes in contemptum Dominicæ resurrectionis quam non credebāt. Ad idem dist. 30. cap. Si quis tanquam: Sed si ieiunaretur fincillius diei contemptu sed ex alia rationabili causa licitum esset per cap. Vtinam: d. 76. quod est beati Hieronymi.

Prop. 53.

Causæ

Causæ excusantes à ieiunio sunt omnes, quas viri probi non multum scrupulosi neque conscientiae immemores rationabiles & sufficientes existimant, reducuntur ad vnam de tribus: impotentiam, necessitatem, & maiorem utilitatem. De quibus explicando personas excusatas procedit Alex. q. 102. & Ricard. d. 15. art. 3. q. 4. Thom. 2. 2. q. 147. art. 4. & communiter summa. Circa obligatos aut excusatos, aduertendum primo quod fratres minores ex obligatione regulæ tenentur ieiunare à festo omnium sanctorum excluso illo die vsque ad Natiuitatem Domini etiam exclusiue: & intra annum sextis ferijs: ideo cuiuscunque ætatis sint modo apte ad professionem quam fecerunt, tenentur hos dies ieiunare sub mortali. Ad cætera ecclesiastica ieiunia, dixit Clementina Exiui de Paradiso, teneri ad quæ de communi statuto Ecclesiæ tenentur cæteri Christiani; Sed cæteri Christiani non tenentur in quacunque ætate sed in fine trium septenniorum, igitur qui ætatem illam non habuerint, quandoquidem ex regula non tenentur, neque ipsi tenebuntur. Hoc credo esse verissimum. Non tamen credo, quod frater minor committat duplex peccatum frangendo ieiunium in sexta feria intra festum omnium sanctorum & natiuitatem, quia non facit contra duo præcepta. Nam postquam dixit regula, Ieiunent à festo omnium sanctorum, & recensuit quadragesimam ab Epiphania, & quadragesimam vsque ad resurrectionem, addidit. Alijs autem temporibus non teneantur nisi sexta feria ieiunare: ly alijs referri debet ad anni tempora extra quadragesimam obligantem ex præcepto Ecclesiæ, & extra tempus intra festum sanctorum & natiuitatem, ideo neque frangendo sextam feriã quadragesimæ faciet contra duo præcepta, sicut faceret in sexta feria per annum si esset vigilia, aut quatuor tempora, & intra festum sanctorum in vigilia beati Thomæ & quatuor tempora in quibus per duo præcepta obligatur.

Secundo sciendum quod qui semel fregit ieiunium scienter & ex culpa non peccat illo die toties quoties comedit, quia vnica comestio potius pertinet ad præceptum affirmatiuum, & negatiuum ibi inclusum quod non pluries comedatur est in ordine ad ieiunium quod iam est solutum. Gabriel. d. hac q. 3. dub.

q. 3. dub. 5. dubitat de hoc quia circa hoc sunt diuersæ opiniones. At vero hæc est mitior. Quoniam autem de non comedendo carnes est præceptum negatiuum, toties quoties comedit mortaliter peccat.

Tertio sciendum, quod cum hoc sit præceptum humanum, & ecclesiasticum, potest contra illud in multis præualere consuetudo circa vnanquamque conditionem requisitam. Gabriel hac. dist. q. 3. dubio. 1. ponit circa hoc dictum tres opiniones. Vna est Hostiensis quod in ieiunijs sollemnibus & indictis per ecclesiam nihil potest facere consuetudo. Secunda Innocentij, quod consuetudo valet in relaxatione ieiunij & obseruantia indictæ ab Ecclesia. Tertia Panormitani media, quod si consuetudo habet in se causam rationabilem & honestam valet; sed quæ non est sulta ratione, inducta quod homines intenderent ventri & festis, ac gaudijs sæcularibus non valet. Huic credo innixus doctor Nauarrus cap. 21. sui manualis num. 17. in 2. Ecclesiæ præcepto dixit frangere ieiunium in regno Lusitanie qui in vigilia Natalis Domini multis ex saccharo confectis & conditis vtuntur quoniam est vera cœna palliata nomine collationis.

Quidam alius doctor in summa quadam Hispana admittit ex consuetudine quod in illa vigilia sumatur quantitas quæcunque, modo qualitas sit illa vsualis ad collationem. Fateor me puerum vidisse nocte illius vigiliæ post occasum solis apparentibus iam stellis sepius sumi seu pluries collationem ex eisdem saccharo aut melle confectis, & ex fructibus piris, pomis, nucibus: idque esse in vsu, quod qui excusare vellet non desineret habere apparens fundamentum ex eadem consuetudine quasi interpretante illius diei festi vigiliam à media nocte præcedente vsque ad stellarum ortum. Nam ex illa etiam hora non expectata media nocte ferè omnes incipiunt à seruilibus abstinere. Cum non in omnibus diebus id vsitetur, nisi illo aut altero die, & aliqua moderatio ne, videretur posse tolerari vbi consuetum est, licet magna illius noctis pars ludis chartarum, aut similibus transigatur, & interpolatè pluries à ludentibus cibis assumatur & potus.

Quarto de transeuntibus per loca ubi est ieiunium tali die in consuetudine, dicitur ut sup. d. 3. p. 12. in. 4. dicto, quia si manent in loco tenentur conformare se incolis; si non manent sed transeunt non tenentur, nisi ad cauendum ne scandalizet videntes eos ieiunium non seruare. Statuta & consuetudines vnus reipublice non ligant eos qui sunt de alia, ut statuta religionum non ligant clericos, neque e conuerso.

### De Oratione secunda parte satisfactionis.

Prop. 54.

**O** Ratio pertinet ad latriam elicitiuē seu materialiter, & est pars satisfactionis, quia imperatur à pœnitentia. Ad huius probationem facit quòd oratio comparatur incenso. Psal. 140. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, Apocal. 8. data sunt angelo incensa multa, quæ sunt orationes sanctorum, sed adolere incensum, pertinet ad latriam. Item latria reddit honorem Deo debitum, ut in breuil. 3. d. 9. p. 2. per orationem reddimus Deo honorem profitendo suam omnipotentiam qua potest, & misericordiam qua confidimus quod leuabit nostram miseriam. Psal. 55. In quacumque die inuocauero ecce cognoui quoniam Deus meus es, recognoscimus etiam & nostram miseriam.

Prop. 55.

Oratio est magnæ utilitatis & meriti apud Deum, probatur Iacob. 5. Orate pro inuicem ut saluemini. Multum enim valet oratio iusti assidua. Paul. 1. Timoth. 2. vult orationes fieri, & obsecrationes pro regibus & qui in potestate sunt. Christus Dominus orauit pro Petro Luc. 22. vbi docemur orare pro Papa, orauit pro discipulis, & pro credituris per illos. Ioan. 17. orauit pro se in horto, pro crucifixoribus in cruce. Hæc est contra multos hæreticos contra Pelagium dicentem orationes pro infidelibus & peccatoribus ut conuertantur, & pro iustis ut perseuerent esse inutiles, quia reputabat sufficere vires liberi arbitrij. Contra Petrum Abailardum, Vviclephum, & Ioannem Hus negantium futurorum contingentiam, habes in breuil. 1. d. 43. p. 1. & contra Lutherum, quia si omnia eueniunt ex necessitate

sitate frustra Deus oratur. Lutherus tamen cum hoc, probabat etiam orationem. Vide latissime Thomam Vvaldensem contra Vviclephum, lib. de sacramentalibus. *Conditio- nes oratio- nis sunt quòd sit pia, idest cum bona intentione & ad utilitatē animæ, quia petitur in nomine saluatoris: quòd sit humilis frequens, & perseuerans.*

Orationes plus profunt applicatæ specialiter vni personæ, quam si applicarentur generaliter pro omnibus. Vide sup. d. 13. p. 10. Vbi habes de orationis merito, satisfactione, & impetratione Vviclephus in. 19. errore damnato per concil. Constantiense dicebat. Speciales orationes applicatæ vni personæ per prelatos vel religiosos, non plus profunt eidem, quam generales ceteris paribus. De hac concilij definitione habes supra. d. 5. p. 4. Probatur conclusio quia Act. 12. fiebat, oratio specialis pro Petro. Paulus pro se orationem specialem postulabat. Rom. 15. 2. Corinth. 1. Coloss. 4. Thessal. 2. cap. 3. dicebat. Orate pro nobis ut sermo Dei currat, & clarificetur. Vnde credo sumpta est consuetudo in Ecclesia orandi, & inuocandi virginem Mariam in principio concionum: sed si non plus valerent quàm generales neque Paulus petisset specialem, neque pro Petro fieret. Videatur Thomas Vvaldensis lib. de sacramentalibus tit. 11. c. 105. Quando illi pro quo oratur oratio vel non prodest vel non est necessaria reuertitur fructus ad orantem. Matth. 10. si fuerit domus illa digna veniet pax vestra super eam, si non fuerit digna pax vestra reuertetur ad vos. Psal. 34. Oratio mea in sinu meo conuertetur. Vbi glossa Cassiodori. Ut dixit pax vestra ad vos reuertetur; ita eius oratio à Iudeis non accepta ad eum redijt.

Sola oratio sine alijs operibus à Christo præceptis non sufficit ad salutem. Patet, quia est necessaria obseruantia mandatorum Dei. Matth. 19. Vide in breuiloquio. 3. d. 40. p. 60. & susceptio sacramentorum sicut in quolibet sacramento docetur, quod obliget sub mortali, quod non. Hæc est de fide contra Messalianos seu Euchitas: dictos ab euche, idest oratione quia tantum orationi tribuebant quòd cæteris omnibus derogabant dicentes eam solam sufficere; ita quòd neque proderat Eucharistia, ut sup. dist. 8. propos. 1.

KK 2 neque

*Conditio- nes oratio- nis.*

Prop. 56.

*Maria virgo oratur in initio predicationis.*

Prop. 57.



neq; bap̄tismus, neq; debebāt monachivel religiosi manibus laborare, sed orationi semper intendere, cum tamen Paulus manibus laborauerit pro se, & pro his quos habebat secum Act. 20. & Ephes. 4. præcipiebat. Qui furabatur iam non furetur, magis autem labore operando manibus suis, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti. Concilium Carthaginense quartum, refertur à Gratiano distinct. 91. cap. Clericus ait. Clericus quantunlibet verbo Dei eruditus artificioso victum quærat; & in alio cap. declarat artificiosum siue agriculturam absque tamen officij sui detrimento. Prædicti clerici in dist. 8. prop. 3. qui muliercularum in se curā, maxime iuuenularum nemine imponente susceperunt eas hæresi hac Messalianorum imbuerunt, sed tam illi quam illæ poenas apud inquisitores dederunt, præponebant filiæ & vxores orationem parentum & maritorum obedientiæ & obsequio. Pro mentali oratione vocalem ferè in despectum vocabant, ecclesiastica ieiunia reijciebant. Vega, lib. 6. cap. 38. ait, quod instante morte, si quis peccatorum præ afflictione non recordaretur neque poenitentia, & misericordiam peteret, per solam orationem iustificaretur. Quod ego non satis persuadeor, quia si est specialis petitio veniæ quam petebat Publicanus Lucæ. 18. dicens Deus propitius esto mihi peccatori, oratio illa imperabatur à vera poenitentia & speciali, ideo descendit iustificatus; simile fuit de oratione latronis ibi cap. 23. Si in casu proposito, illa oratio, Domine miserere mei, non à sola oratione sed à generali dolore seu poenitentia proficiscitur: cōtritio cordis est quæ ad petendā talem veniā adigit. Ideo iustificatio in nullo casu mihi videtur soli orationi ascribenda. Quanuis enim possit haberi detestatio peccatorum, & propositū cauendi sine oratione, quia poenitentia de sui ratione orationem non includit, ideo sine oratione possit etiā haberi iustificatio, tamen oratio sola sine speciali, aut generali poenitentia credo non iustificat. Neq; scripturæ testimonia contrarium conuincunt: vt illa. Omnis qui petit accipit. Matth. 7. vbi Chrysostomus, siue iustus sit, siue peccator: neq; illa de seruo. Matth. 18. Omne debitum dimisi tibi quoniam rogasti me. Dixit quippe Ioan. in epist. 1. c. 5. Hęc est fiducia quam

*Cōtra patre Vegā.*

quam habemus ad Deum, quia quodcunq; petierimus secundum voluntatem eius audit nos. Sed voluntas eius est, Agite poenitentiam. Matt. 4. & Luc. 13. Nisi poenitentiam habueritis peribitis. Quoniam tamen oratio petens misericordiam, poenitentia magnum est testimonium, dixit sapiens Eccles. cap. 21. Fili peccasti nō adicias iterum, sed & de pristinis deprecare vt tibi dimittantur. Posuimus. d. 15. p. 8. inter utilitates operum factorum in mortali, quod habilitant seu disponunt ad gratiam, & reuera inter talia opera ad hoc propositū non infimum locū tenebit oratio, propter quod tã à scriptura quam à sanctis est valde laudata.

Quod Christus dixit Luc. 18. oportet semper orare, triplicem habet interpretationem, primam q̄ nulla dies absq; oratione intermittatur, secundam q̄ ille semper orat qui horis debitis vel canonicis Dominū rogare & laudare non desistit. Iuxta hos duos sensus dicebat Paul. 1. Thessal. 5. Sine intermissione orate, & c. 1. & Rom. 1. dicit se illorū habere memoriam in orationibus sine intermissione; quis imaginetur Paulū corpori victum & somnum non indulgisse & populis prædicasse quādo sic orabat, qui. 1. Timoth. 3. volebat viduā domū suam regere? Possent & Pauli verba extendi latius contra illos qui orantes pro aliquo intermittunt & interpolant aliquando in oratione illud petentes, aliquādo non. Tertia expositio illius dist. 1. Lucæ est per Hyperbolē qua & scriptura vtitur, vt habes in breuil. 3. d. 29. p. 4. id est per excessum ita Matth. 6. Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua.

Oratio est actus immediatus voluntatis, licet prærequiratur cognitio intellectus. Hanc tenet Metina Cōplutensis de oratione. §. oratio cuius potētiæ sit. Probatur, ipsa est actus religionis seu latriæ contenta sub iustitia, sed iustitia habet pro subiecto voluntatē etiam secundum Dinū Thomam in breuil. 3. d. 33. p. 6. igitur est actus voluntatis. Ricar. d. 15. art. 4. q. 1. dicit, q̄ oratio potest accipi dupliciter. Vno modo pro desiderio obtinendi aliquid à Deo, & sic est quidam ascensus animę intellectiue ad Deum qui est voluntatis vt elicientis, & intellectus vt dirigētis. Alio modo idem est orare quod prædictū desiderium Deo proponere loquendo per modū supplicatiū,

*Argum. Solutio.*

*Prop. 58.*

& sic est actus intellectus, vt elicientis, & voluntatis vt mouentis. Secundum hoc vterque actus requiritur ad orationem. Thom. 2.2. quæst. 83. articul. 1. tenet quod est actus intellectus practici. Sed cum ex omnibus notificationibus illa Damasceni, oratio est petitio decentium à Deo, magis appropinquet ad definitionem, & petere sit actus voluntatis, quia fac, da, & similia voluntatis plus sunt quam intellectus, igitur oratio pertinet magis ad voluntatem. Videatur Alex. 4. p. q. 95.

*Prop. 59.* Oratio alia mentalis, alia vocalis, & vtraque est satisfactoria, illa vero magis satisfactoria quæ est magis gemebunda: ita dicit Bonauent. dist. 15. quæst. penultima. Purè mentaliter orabat Moyses cui tacenti dicebat Dominus Exod. 14. Quid clamas ad me? Psalm. 118. Clamaui in toto corde meo. Purè vocaliter orat qui nil cogitat, neque attendit de illis que dicit, siue de illo quem orat. Mixta ex vocali & mentali est in qua ambæ simul concurrunt. Quando vocalis iuuat mentalem intendendum est vocali; Si impedit, cessandum à vocali modò non sit obligatoria. Quoniam verò mentalis requirit gratiam specialem nõ imponitur à sacerdote, sed præambula ad illam quæ est vocalis.

*Vide sup. dist. 13. p. 16.*

*Prop. 60.* Omnes Christiani tenentur orare, quauis diuerso modo, & propter diuersam causam. Ad hanc est Augustinus de ecclesiasticis dogmatibus. c. 56. dicens. Nullum credimus ad salutem venire nisi Deo inuitante, nullum inuitatum nisi Deo auxiliante suam salutem operari, nullum nisi orantem auxilium sibi promereri: igitur de primo ad vltimū nullus consequetur salutem sine oratione. Ratione. Homo tenetur sibi prouidere de necessarijs, vt victu & vestitu, & qui negligeret & se totum Deo derelinqueret peccaret quia tentaret Deum, sed bona spiritualia sunt maxime necessaria, igitur tenetur homo de illis sibi prouidere, sed nõ potest sibi prouidere de illis nisi ad Deum recurrat & ab eo illa petat. Cum autem verba in oratione priuata non videantur necessaria nisi ad excitandum affectum & attentionem multis videtur quod non sit obligatus Christianus, eò quod Christianus est, ad orandum vocaliter. Ita videtur sensisse Alex. 4. p. q. 90. m. 2. art. 1. dicens, quod licet sufficiat

ficiat oratio sine voce quoad spectationem à Domino faciendam, multiplex tamen est ratio quare voce sit orandum. Sequuntur Ricar. d. 15. art. 4. q. 5. Thom. 2.2. q. 83. art. 12. Ad hoc etiã consequitur quod nõ sit de præcepto quod dicatur oratio Dominica siue mentaliter siue vocaliter, dicit enim Thomas ibi. art. 14. quod Dominus non instituit hanc orationem vt his solis verbis vtamur orando, sed quia ad hæc sola impetranda debet tendere nostræ orationis intentio qualitercunq; ea proferamus vel cogitemus. Alij de hoc dubitant. Nã Angelica. verbo. Oratio videtur tenere quod imperfecti tenentur ad vocalẽ. Supplementum tenet esse de præcepto dicere orationem Dominicã. Pro ipsis potest afferri sexta synodus generalis quæ est Constantinopolitana tertia in cuius calce ponuntur nouẽ canones quorũ septimus dicit. Cõmonendi sunt fideles omnes à minimo vsque ad maximum, vt orationem Dominicã, & symbolum dicant, & dicendum est eis, quod his duabus sententijs omne fidei Christianæ fundamentum incubabit. Et nisi has duas sententias & memoriter tenuerit, & ex toto corde crediderit, & in oratione sepiissime frequentauerit, catholicus esse non poterit. Isidorus. lib. 1. de summo bono cap. 23. dicit. Fidei symbolum & Dominica oratio pro tota lege paruulis Ecclesiæ ad cœlorum regna sufficit capeßenda. Omnis enim latitudo scripturarum in eadem oratione Dominica & symboli breuitate concluditur. Quidam præfatos nouẽ canones sextæ synodi nothos siue adulterinos opinantur, quia præfata synodus fuit bis cõgregata, semel sub Constantino, tunc non edidit canones: secundò, sub Iustiniano eius filio & edidit canones ducetos & duos sicut in decretis refert Gratian. d. 16. c. Habeo librum. Alij non numerat nisi centum & duos, & quod Gratianus aliquos canones octauæ synodi generalis quæ est Constantinopolitana quarta, citat tanquam sextæ, inter illos centum & duos præcitati nouem non habentur. Rosella. Oratio. §. 10. reputat nimis rigidam præfatam propositionem intelligendo eam vt Angelica & alij, & distinguit de necessitate absoluta de qua, dicit, quod nõ est necessarium simpliciter & absolute ad saluationem quod quis oret mentaliter aut vocaliter, sed sufficit secularibus interesse missæ seu Diuinis officijs in diebus festiuis

Vide in. 3  
d. 40. p.  
22. &  
23.

& quod conforment suā intentionē ministris Ecclesiā orantibus pro populo, & isto modo oratio est sub præcepto. Ad hoc iuuabit q̄ præceptum de oratione reducitur ad idē præceptum ad quod reducitur latria, quod est primum in primā tabulā limitatum per tertium, & per auditionem Missæ. De necessitate ex suppositione finis, quia aliter nō possit se coercere seu abstinere ab aliquo peccato nisi oraret tunc est obligatoria oratio & de præcepto. Habes in. 2. d. 22. p. 11. casum, in quo ad vincendam ignorantiam oratio sit necessaria. Cum Rosella potest adduci Alex. citata. q. 90. m. 1. art. 2. ex quo habetur resolutoriē quod oratio sumpta communissime prout comprehendit omnē actum bonū, secundum quod idem est oratio q̄ iustitia vitæ, quia dicitur nō cessat orare qui nō cessat benefacere, ipsa est necessaria ad salutē: secundū q̄ comprehendit actū contēplatiuū ad Deū relatū seu prout est expressio desiderii directi ante Deū propter bonū adipiscendū, & malū remouendū formata per verbū interius ipsa est ad salutē vtilissima, & vocatur necessaria quia per eam impetratur quod est necessariū ad salutē, & per hanc distinctionem interpretatur dicta sanctorum intelligendo Augustinū, nullū nisi orantem salutē promereri, q̄ ibi orare pro bene operari sumatur: & si sumatur pro actu speciali sit intelligēda vt illa Isidori. lib. 3. de summo bono cap. 7. Hoc est remediū eius qui vitiorū tentationibus æstuat, vt quoties quolibet tangitur vitio, toties ad orationē se subdat, quia frequens oratio vitiorū impugnationē extinguit, q̄ nisi beneficio orationis non impetratur quod est necessariū ad conseruandā salutem cuiusmodi est conseruatio in bono & resistētia tentationū, & si quæ sunt similia. Ex his dictis habes intellectum cōclusionis iuxta diuersas opiniones iuxta Angelicā & alios quod tenentur omnes sub mortali orare non solum mentaliter sed vocaliter: & dicere orationem Dominicam & symbolum. Secundū alios quod orare tenentur sed non vocaliter neque aliquam orationem specialem: secundum alios quod neque vocaliter, neque mentaliter, sed solum interesse missæ in diebus festiuis, nisi in casu q̄ aliter non possit resistere tentationibus, & se conseruare in gratia & bono.

Ministri

Ministri Ecclesiæ, quia orāt in persona totius Ecclesiæ tenentur orare vocaliter septem horas canonicas: & alta voce cum cantico sunt in Ecclesijs dicendæ. Ita est sententia omnium & vsus communis Ecclesiæ. Videatur cap. Dolentes, extra de celebr. Missar. vbi reprehenduntur clerici, qui synopando dicebant officium. Ratio etiam suffragatur, quia talis oratio fit pro toto populo Christiano, quod ipsi populo in notescat. Tum etiam quod populi deuotio excitetur, & ipse populus doceatur quando & quomodo debeat orare. Sic ait Paulus Coloss. 3. Verbum Christi habet in vobis abundanter in omni sapientia docentes & commones vobismet ipsos in psalmis, hymnis & canticis spiritualibus in gratiam cantantes in cordibus vestris. Quod fit, sacerdotes, qui Missas etiam priuatas dicunt tam submissa voce, quod audiri nequeant saltem à proximis seruatoribus male, facere. Quoniā illæ Missæ verè communes debent censerī, partim quod in eis populus cōmunicet spiritualiter, partim quod à publico Ecclesiæ ministro non pro se tantum, sed pro omnibus fidelibus celebrentur, ita dicit concil. Trident. sess. 22. cap. 6. Ad hoc habemus exempla Christi, qui suscitaturus Lazarū alta voce orauit & clamauit Ioan. 11. & pro crucifixoribus alta voce orauit & clamauit ad Patrē, atque etiam pro se Lucæ. 23. & Hebr. 5. Matth. 26. Hymno dicto exierunt ipse & discipuli in montē Oliueti. Hymnus iuxta Augustinū super psal. 72. est laus Dei cum cantico. Fuit verò ille hymnus secundum Paulum Burgensem in additione ad psal. 112. sex psalmi ab eodem. 112. qui incipit, Laudate pueri Dominum vsque ad, Beati immaculati, quos Hebræi vocant Alleluia magnum, id est, hymnum magnum, de quo faciunt singularem festiuitatem. Nam in tribus præcipuis festis & in neomenijs stantes cantabāt cum maiori solennitate, quàm cæteros psalmos, & in nocte Paschæ post comestionem agni recumbentes ad mensam ipsum solenniter dicebant. Vnde fit consequens Christum Dominum etiam cantasse. Inceperunt cantica in Ecclesia, vt ait Isidorus libr. de Ecclesiasticis officijs primo, cap. 4. quando post transitum maris Rubri. Exod. 15. cecinit Moyse & filij Israel carmē, Cantemus Domino, &c. Ab illo die perunt.

Prop. 61.

Hymnus  
quē Christi-  
stus dixit  
post cenā

Cantica  
Ecclesia  
quādo ce-  
perunt.

KK 5

die perunt.

die & ab illo cantico semper tam in Synagoga, quam in Ecclesia seruat usque ad hunc diem cantandi. Seraphin Esaiæ. 6. clamabant alter ad alterum. Apocalyp. 5. quatuor animalia & seniores cantabant canticum nouum: vide & cap. 19. Paulus & Syllas media nocte laudabant Deum Act. 16. & audiebant eos qui in custodiam erant. Vnde habemus exemplum surgendi media nocte ad laudandum Deum cum psalmista psalm. 118. Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Quam sit accepta Deo hora illa oratio docuit miraculum factum ad laudes Pauli & Syllæ, quia facto terræ motu aperta sunt ostia carceris & vniuersorum vincula soluta. Hoc est contra hæreticos dictos Hyctages à somno, quia vigilias noctis respuebant; dicentes non temeranda iura Dei qui noctem ad requiem tribuit. Vide Isidorum refertur. 24. q. 3. cap. Quidam. De tertia, sexta, & nona dicit citatus Isidorus lib. 1. cap. 19. quod illas Daniel & tres pueri supplicationibus deuouerunt, ut ab ortu diei tres illæ horæ Trinitatis nobis reuerentiam declararent Daniel. 6. Harum trium memoria extat in nouo testamento. Nam Spiritus sanctus hora tertia venit super apostolos Act. 2. qui ex præcedenti cap. constat, quod perseverabant in oratione. Ibi cap. 10. ascendit Petrus in superiora domus ut oraret circa horam sextam. Ibidem dixit Cornelius; orans eram hora nona in domo mea, & vir stetit ante me in veste candida. cap. 3. ascendebant Petrus & Ioannes in templum ad horam orationis nonam. De prima dixit post enumeratas has tres horas Cyprianus ad finem sermonis de oratione Dominica. Nobis fratres præter horas antiquitus obseruatas orandi, nunc & spatia & sacramenta creuerunt. Nam manè orandum est, ut resurrectio Dñi matutina oratione celebretur, affert illud psal. 5. Ad te orabo Dñe mane exaudies vocem meam. Recedente item sole ac die cessante necessario rursus orandum est. Hoc dicit pro vesperis, de quibus Isidorus lib. citato. c. 20. fundat usum, quia in eo tempore legis veteris sacrificia offerri, adolerique altario aromata & thus mos erat dicente. psal. 140. Dirigatur oratio mea sicut incensum; eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum; & ex eo quod Christus illo tempore

tempore coenans cum apostolis mysterium sui corporis & sanguinis tradidit & instituit. Exod. 29. præcipiebat Deus offerri sibi duos agnos anniculos vnum manè, alterum vesperi. Danieli apparuit Gabriel oranti ad horam sacrificij vespertini. Daniel. 9. Sciendum, ad hanc similitudinem officium septem horarum in iure vocari matutinum & vespertinum sacrificium, vt. 11. q. 3. cap. Si quis episcopus in Concilio, & vocari officium matutinum, & vespertinum vt. d. 29. c. vlt. vbi dicit glossa. Matutina dicuntur officia, quæ celebrantur à mane vsq; ad nonam: vespertina à nona vsq; ad noctem. Completorium deducit Isidorus lib. citato, cap. 21. ex illo exemplo David. psal. 131. Si ascendero in lectum strati mei, si dederò somnum oculis meis donec inueniam locum Domino. Aues etiam cubitum euantes qua voce & cantu possunt Deum colaudant. Ioannes Viclephus irridebat orationes Ecclesiæ in voce alta & cantu comparans sacerdotes Ecclesiæ sacerdotibus Baal, quos irridebat Helias. 3. Reg. 18. qui per ea quæ dicta sunt reuincitur. Dixit etiam quod homo nõ debet arctari ad orandum certo & determinato tempore, contra quem vide Thomam Vvaldensem lib. de sacramentalibus tit. 2. à. c. 16. & deinceps Vvaldenses hæretici dixerunt frustra teri tempus in cantandis horis canonicis.

Obligatio ad dicendas has septem horas prouenit vel ex *Prop. 62.* susceptione ordinis sacri: vel ex Ecclesiastico beneficio: vel *1. De con* ex professione voti monastici. Ad huius interpretationem *stitutis in* notandum primò, quod constituti in minoribus ordinibus tan- *minorib.* tum nõ tenentur neq; ad septem horas, neq; ad psalmos graduales, quia nullo id iure præcipitur, neque sermo episcopi illos iniungentis cum ordinat obligationem inducit nisi forte in aliquibus Ecclesijs consuetudo alia vigeat: de qua dices vt dist. 13. p. 8. & hac. d. p. 52. nam consuetudinis ad mortale requiritur multa claritas.

De habetibus ordines sacros certum est eos teneri, sed vbi fit *2. De in* ius obligans ab aliquibus dubitatur. Caietanus in summa. *maiorib.* verbo. Horæ canonicæ, solos præbyteros inuenit obligatos expresse. At verò. d. 92. c. fin. ex Concil. Martini Papæ præbyter, diaconus, & quilibet clericus Ecclesiæ deputatus, id est *ad*

ad Ecclesiam intitulatus exprimentur quòd debeant dicere horas matutinas & vespertinas. De subdiacono ibi non exprimitur, sed videtur cum diacono comprehendi.

**3. De beneficiatis.** Habentes titulum beneficij siue leuent fructus, siue non leuent tenentur ad horas, quia concil. Lateran. sub Leone. X. c. 9. nò distinguit si fructus leuet, aut non. Hoc est còtra Caiet. tenentem quòd qui fructus non percipit sine culpa sua non teneatur ad officium. Sed talis sibi imputet quòd accepit beneficium reseruat fructibus alij in pensionem. Neque releuatur ex eo quòd si ipse non acciperet alius beneficium reciperet. Beneficia Ecclesiastica, dicitur in cap. Quoniam, de

**Beneficia que sint.** concessione præbendæ. lib. 6. sunt. Canonicatus, dignitates, personatus, præbendæ, portiones, præstimonija, quæ vulgo dicimus prestamos. Ex hoc patent aliqua: quòd capellaniã habens tenetur ad horas etiam si non sit constitutus in sacris: item quòd habens beneficium, quia illud datur propter officium, maius peccatum peccat non dicendo horas, quàm qui

**Pensionarij.** ordinatus est ad titulum sui patrimonij. Pensionari etiam ex eo solo quòd partem fructuum leuant, quia non sunt beneficiati, neque pensionem in titulum habent ad horas dicendas non tenentur. Pensio enim dicit glossa in .c. Quamuis el primo, de præbendis lib. 6. neque intitulatur, neque obligat ad residentiam, cum & possit laico concedi.

**Præstimonija.** De habentibus sola præstimonija maior est ambiguitas, quia in citato cap. Quoniam, còputantur inter beneficia Ecclesiastica, ideo aliqui tenent eos esse obligatos, atque ad ferendum habitum clericalem. Alij vt Metina Complutensis, de oratione. §. de necessitate orandi vocaliter oratione publica tenent oppositum, prædicta ratione modo de pensionario; quia titulus beneficij datur vt Ecclesiæ, cui quis intitulatur curam suscipiat, & officium solitum & debitum Ecclesiæ reddat, sed Ecclesiæ ex quibus illa præstimonija proficiscuntur alios habent intitulatos qui Ecclesiæ officium expleant & onus ministrandi subeant. Ad hanc opinionem potest afferri concil. Trident. sess. 23. cap. 18. vbi præcipiens fieri collegium, siue seminarium puerorum studentium & disponens quibus redditibus sit alendum & sustentandum, distinguit prædicta præ-

**1. Opin.**  
**2. Opinio**

præstimonija à beneficijs etiam simplicibus inueniens. Nec non beneficia aliquot simplicia cuiuscunq; qualitatis & dignitatis fuerint, vel etiam præstimonija, vel præstimoniales portiones applicabunt, & incorporabunt; igitur non sunt beneficia. Neque in communi vsu est vocare habentes præstimonija beneficiatos, sicuti neque vocantur ordinati ad titulum patrimonij, neque pensionarij, neq; etiam sufficit quòd habeatur præstimonium in titulum ordinationis, si quis propter illud ordinetur, ad hoc vt sit beneficium: quemadmodum neq; patrimoniam est beneficium ordinato ad eius titulum. Facit etiam, quia si vnus habeat legitimè duo beneficia in vna vel pluribus Ecclesijs non tenetur ad duplices horas canonicas, igitur neque vnum beneficium imponit obligationem ad eadem duplices. Nam esse diuisum in duos, nò fuit quòd ambo Deum orent, sed illa portio quæ præstimonium vocatur alijs de causis deducta fuit pro studentibus pauperibus, vel ob alias pias causas, & sicut puerorum collegia seu seminaria præcepta per concilium Trident. alenda forent ex redditibus & beneficijs Ecclesiasticis sine onere ibi studentium ad horas, sic & in præstimonijs. Ad cap. Quoniam, fortè possit responderi, quòd intentio Papæ erat declarare reuocationem quam ipse fecerat, videlicet Bonifacius. VIII. statim post suam promotionem de gratijs concessis à suis prædecessoribus Nicolao. IIII. & Celestino. V. in quibus non esset iam quæsitum ius in re, ideo nominauit & expecificauit super quæ beneficia cadebat illa reuocatio, atque nominando præstimonija esse ex illis in quæ locum habebat reuocatio non expressit ex professo illa esse beneficia, & satis videtur sufficere, quòd late dici possint beneficia, id est beneuola actio gaudium tribuens capienti, sic enim describitur beneficium, non tamen strictè, vt beneficium Ecclesiasticum habet annexum titulum & administrationem, sic etiam pensio potest dici beneficium largè. Pro prima opinione fecit declarationem Pius. V. in proprio motu allegato infra. p. 63. quòd habentes præstimonija còtinentur cum habentibus beneficia. Notabique verbum declarantes. De habente pensionem & recipiente fructus vt clericus, dixit: decernimus obligatum

*Solutio.*

*Beneficij descriptio*

*Vide sup. dist. 13.*

ad p. 56.

*Monachi* ad officium paruum beatæ Virginis. Monachi & religiosi ex sola professione nõ tenentur ad horas canonicas, quia de substantia religionis solum sunt tria vota substantialia obedientiæ, paupertatis, & castitatis: idcirco videnda est obligatio suæ regulæ aut constitutionum quouſque se extendat, vel etiam consuetudo de qua dici debet sicut iam de consuetudine dictum est. d. 13. p. 8. fratres minores etiam non constituti in sacris ex regula sic semper intellecta & interpretata tenentur ad dicendas horas & iuxta ritum Romanæ Ecclesiæ ex quo habere poterunt breuiaria, ly ex quo, interpretatur quidã ex quo officio Diuino, quod ante regula posuerat, licitus sit vt breuiarij; at reuera ly ex quo, explicat tẽpus, id est teneantur ad officium Diuinum ex eo tẽpore, quo habere poterunt breuiaria, quæ tẽpore beati Francisci magna difficultate & sumptu poterant haberi.

*Moniales* De monialibus sanctæ Claræ pater Alfonsus Castro lib. 1. de lege pœna. cap. 8. dicit eas nõ teneri, quia ex declaratione Eugenij. IIII. non tenentur ex regula nisi ad tria vota, & ad quartũ de clausura, & ad electionem Abbatisse. Dominicus de Soto lib. 10. de iustitia & iure. q. 5. art. 3. tenet quod tam religiosi, quã sanctimoniales tenentur ad officium ex professione regulæ. Ego in hoc sic mediarem, quod illi conuentus qui habent mediocres redditus tenentur officiare Ecclesiã suam horis canonicis; faciẽt ad hoc rationes aliquorum doctorum, & bonum exemplum, quoniam vita & consuetudine debent à cæteris mulieribus differre, si tamẽ aliqua defint à choro non tenebuntur priuatim ad horas, sicut obligationi cõuentus ad cantandam Missam aut vigiliam satisfaciunt pro omnibus aliqua, sicuti de præcepto matrimonij infra. d. 30. p. 5. & si chorus cantat vespas pro vno particulari, quas iam cõuentus recitauit pro Ecclesia vniuersali, satisfacet vnus aut alter cantantes cum cæteris officio suo generali & obligatorio pro Ecclesia, quia cæteri respõdent obligationi illius particularis, quos credo nõ satisfacere si dicat omnes pro generali & ordinario officio & simul pro isto particulari, quia generale est totius Ecclesiæ. Vide supra. p. 56. Si conuentus nõ habent de quibus prouideatur monialibus, sed vnaquæq; totum vitum

etum & vestitum quarit, neque est vetusta consuetudo Diuinum officium celebrare, satisfaciunt suo statui & benefactoribus alijs orationibus priuatis.

Pœna non recitantibus horas canonicas imposita fuit à cõcilio Lateran. sub Leone. X. cap. 9. quod habentes beneficiũ cum cura vel sine cura, si post sex menses ab obtento beneficio Diuinum officium non dixerint legitimo impedimẽto cessante beneficiorum suorum fructus suos non faciant, sed pro rata omissionis pro fabrica eiusmodi beneficiorum, aut pro pauperibus erogare teneantur. Perseuerantes post legitimam monitionem priuat beneficijs, atque vt priuari possint explicat, illum officium omittere, qui per quindecim dies illud saltem bis non dixerit. Neq; putes illum per hanc pœnã releuari à restituendo, qui per hebdomadam nõ dixisset pro rata omissionis. Rationem dat Concilium, quia propter officium datur beneficium. Causa huius definitionis fuit varietas opinionum quorundam dicentium, quod non tenebatur restituere non dicentes: Cum hac transit Rosella Horæ canonicæ. §. 10. aliorum quod tenebantur, cum hac est Angelica Hora. §. 11. Hanc licem voluit dirimire conciliũ. Nam & iure ciuili. Codice de cõditione ob causam cap. Si militem. Quid quid ob causam datum fuit, causa non sequuta restitui debet. Idem habetur. ff. de conditione ob turpem causam. Hoc aliqui exponunt, & nõ malè, quando illud ob quod datur est totalis causa, non tamen si sit partialis. In proposito beneficiũ saltem curatum non datur propter solas horas, sed propter aliam curam & ministracionem, capellaniæ dantur propter Missas celebrandas, in Ecclesijs eẽiam cathedralibus dantur canonicis & personatibus suæ distributiones, vt etiam sua præsentia officia Diuina in autorata, & celebria, atque solennia reddant: imo clericis omnibus, dicit Panormitanus citatus à Rosella verbo Clericus. 4. §. 23. non dantur simpliciter propter horas sed etiam, vt ex quo sunt assumpti in partem Domini viuant honestè de patrimonio Christi & nõ mendicent cũ dedecore. At verò cum conc. Lateran. tam aperte dixerit quod siue cũ cura, vel sine cura sit beneficium teneatur restituere fructus qui horas non dixerit, non video locũ huic inter-

interpretationi, nisi fortè dici velit de curatis aut similibus, quod ex quo partialem causam adimplent non teneantur ad omnes fructus restituendos: sed sequentes boni viri arbitrium & prudentiam aliquid restituant, quia maius onus & officium est ministrare sacramenta curatis quam dicere horas, & potior pronectus debet illis pro tali administratione remanere, quam pro horis. Similiter canonici qui officium Diuinum sua presentia in autorant, sed non cantant quia nesciunt, aut inter se loquuntur, & mente diuagantur, quod distributiones quas vocant manuales suas faciant, & si domi officium recitent ad nullam teneantur restitutionem. De poenis prefati concilij Laterani. video ab aliquibus dubitatum, si fuerunt receptae. Vide Caiet. in summa verbo excommunicatio post expostas excommunicationes iuris: Dominicum de Soto lib. 10. de iustitia & iure. q. 5. ar. 6. ubi ultra hanc dubitationem affirmat, quod propter unam horam, aut propter officium unius diei dimissum non debeat quis grauari onere restitutionis, quia neque in ciuilibus familijs propter unum alterum vel diem quo quis non seruerit Domino in officio, non definit liberalis & ingenuus totum stipendium anni seruatoribus numerare. Quidam in summa Hispana ad octo dies hanc rationem congruentiam extendit, si residuum anni totius integre seruiuit & plene, dicendo horas. Siluestrum conijcio scripsisse ante conc. Lateran. ideo. Clericus. 4. §. 24. transiit cum Rosella, quod non tenerentur restituere. Armillae autor, qui post illud Concilium scripsit verbo Clericus. §. 27. & Beneficium. §. 69. transit cum eo, quod non tenentur restituere. Caietanus ipse nil in summa de restitutione fructuum meminit verbo: Horae. aut, Clericorum peccata, vel quia in dubio, aut certo habuerunt poenas illius Concilij non fuisse receptas, aut forsan ita reputauerunt hanc poenalem, quod ad eam necessaria foret condemnatio iudicis. Ad quem modum quendam proprium motum Pij. V. ( cui valde innititur Martinus ab Azpilcueta doctor Nauarrus. c. 25. nu. 122. disponentem quoad declarationem Lateran. concilij, quod qui vno die officium non diceret pro rata illius diei fructum amitteret respondentem si quotidie fructus beneficij diuiderentur, pro matutino dimisso, medietatem fructus illius diei:

pro

pro caeteris horis aliam medietatem ) intelligunt esse poenalem & non obligare ante iudicis damnationem, vel de beneficio quod aliud onus non habet vel curam, sed recitatio sit totalis causa beneficij; vel tertio, quod de illa parte beneficij est intelligendus quae respondebit illi obligationi de dicendo officio, caeterum illa quae respondere potest & debet alteri curae & oneri maneat ab huiusmodi restitutione libera. Nauarro absolute adhæret literae proprii motus nulla facta distinctione, sed quod restituat. Emanauit ille motus inter motus Pij, anno sexto sui pontificatus. 12. Calendas Octobris anni. 1571. Ad omnem scrupulum tollendum sane iudicant, qui dicunt quod tales se componant cum Papa aut legatis, seu recipiendo bullas absoluentes ab horis male recitatis. In eodem proprio motu Pij de assistentibus in choro, & non cantantibus idem iudicium decernitur: sed eius declaratio sicut data est nil praedicit, quin manuales distributiones licite leuent.

Circa Diuinum officium sunt alia quatuor consideranda. Primum quid dicendum sit pro officio, & licet ante reformationem Romani breuiarij, licitum fuisset breuiario cuiusque Ecclesiae uti etiam clerico alterius Ecclesiae, neque esset inconueniens recitare de sancto quando breuiarium feriam assignabat aut e conuerso, iam minime licet, nisi formam breuiarij praescriptam obseruare, peccabit nanque illam non seruans etiam deficiente contemptu, neque tali breuiario astrictus poterit per aliud complere suas horas. Vnde miror quendam in summa sua Hispana nil discriminis quoad hoc fecisse, cum post praedictum breuiarium illam scripsisset, imo in fratre minori exemplificauit, quod satisfaceret per breuiarium alterius ordinis, cum tamen fratres minores e suae regulae professione teneantur facere Diuinum officium secundum ordinem sanctae Romanae Ecclesiae.

Secundum est, qualiter: & dixit cap. Dolentes de celebra. Missa. in virtute obedientiae quod celebretur studiose pariter & deuote. Quod praecipuum secundum omnes obligat, quia non cadit super actum interiore tantum, vide supra. d. 13. p. 26. Ad eius impletionem requiritur animus non distractus

L I

volun-

Prop. 64.

1

2



voluntariè, sed attentus; de attentione dices vt supra de intentione. d. 6. p. 8. Attentione potest esse quadruplex, vel ad verba ne in eis erretur: vel ad sensum verborum: vel ad gratiam petitam in oratione: vel ad Deum à quo aut Christū hominem per quē talis gratia petitur: quælibet harū sufficit. Alias dicit Dominus per Matth. 15. & Esai. 29. Populus iste labijs glorificat me, cor autem eius longè est à me. Ideo peribit sapientia à sapientibus eius, & intellectus prudentium eius abscondetur.

Tertium est quando, & quantum ad dicendum officium priuatum, à media nocte in mediam noctē est tempus præfixum. Vide. in. 2. d. 14. p. 12. & in Breuiloq. 3. d. 40. p. 26. Matutinæ siue sint de feria, siue de festo quod à vespere incepit possunt dici post completorium præcedentis diei in vespertinam ad solis occasum. In Ecclesijs celebrantur publicè ad horas consuetas in quaq; Ecclesia. Tardare officium modo intra tempus præfixū dicitur peccatum est graue, sed veniale: Si ex tanta tarditate aliquando possit dimitti aliqua hora in seq. p.

4. Quartum est locus in quo dicendum est: priuatis nullus est locus præfixus, vbiunque possunt horas dicere modo nō intendant alicui operi distrahenti attentionem vt si scribant, aut vestem refartiant, quia tunc non satisfaciunt; si opus non sit tam distractiuum, vt quia se abluūt aut vestiunt, satisfaciunt. Inter officia manualia solent religiosi dicere psalmos Poenitentiales, officium graduale, aut defunctorum ex deuotione tamen, in quo si distrahantur non reputatur peccatum, quia animus non est distrahi voluntariè, quæ distractio voluntaria mentis etiam in orationibus liberis peccatum est irreuerentiæ loquentis cum Deo quomodo non loqueretur cum homine, nō tamen videtur plusquam veniale: intendunt verò religiosi vitare sermones inutiles ex principali intento, habituari, & occupari in bonis, deinde si qua deuotio spiritualis haberi possit fiat animæ utilis. Ideo etiam quādo venter exoneratur possunt fieri hæc priuatæ orationes. Quidam quos sequitur Antoninus. 3. p. c. 13. §. 7. tenent, quod de attentione interiori non fuerit præceptum obligans in citato. c. Dolentes: sed de vitando actus exteriores distrahentes, quia tales exteriores

teriores cadunt sub iudicio Ecclesiæ: ideo in illo præcepto est obligatio ad horas; Illa quæ consistunt in deuotione interiori suadentur, pro quo citat Hostiensis & alios. Sed omnes communiter tenent contrarium. Pro officio publicè dicendo locus est Ecclesia, ad quam debent venire deputati, vt in cap. vltimo. d. 92. Qui verò tolerantur à prælatis, maximè quia beneficia non habent, non peccant si absint cum per alios officia sufficienter expleantur. Ad quod & consuetudo & prouentus Ecclesiæ attendendi sunt, quò omnes horæ, aut saltem aliquæ in Ecclesijs officientur, & quomodo: an cum cantu; aut solum recitata. Quando cantatur officium, aut duo inter se dicunt incumbit vni chori dicere vnum versum, & alteri alium. Neque adimplet cum officio qui versum suum tam submissè dicit, quod ab altero non auditur, quod bene notauit Caietanus in quodlib. de persolvente horas, habetur in. 2. tomo opusculorum, & in summa, quia debet communicare suam partem alternatim cum alio. Cuiusmodi etiam in Ecclesia, Ante torum huius Virginis frequentate dulcia cantica dramatis. Drama est, quasi dialogus vbi vna persona loquitur, alia respondet, vna intrat alia exit sicut in comædijs atque tragædijs fit, ideo in choris vel quando duo recitant, vnus debet dicere, alter audire alternatim, sic more seruatur.

A præcepto dicendi horas excusat legitima causa, quæ reduci potest ad vnam de tribus, vt supra de ieiunio. p. 53. Impotentiam, si quis legere aut loqui non posset, aut sine culpa breuiario careret. Necessitatem, vt infirmitatem cum qua se non compateretur recitatio, quia capiti officeret. Maiorem vtilitatem, si prædicandum foret de repente, aut cum infirmo assistendum. Cum verò officium totum diei in vna hora, aut paulò plus dici possit non ita faciliter debent obligati causas friuolas prætexere. Qui tamen ex aliqua causa legitima non potuisset horas congruo tempore dixisse, ita quod nimis serò vt ad completorium dicere deberet primam & hymnum iam lucis, videtur non teneri ad tales horas tam serotinas, sed quæ sufficere ei dicere illas quæ illi tempori correspondent, sicut vespere etiam ad solis occasum, quia

*Institutio solennis officii, et alternus modus psallendi incept.*  
*Alexandria sub S. Marco*

*Prop. 65.*

pro vesperis non est nimia incongruitas. Hoc potest iuari per Thomam quodlib. 3. art. 29. Quod ego non extenderem ad illum qui ex culpa sua distulit, sed quod quacunque hora temporis diei præfixi à media nocte in mediam expleat officium, & quia peccauit grauiter & venialiter differendo, nõ peccet etiam mortaliter dimittendo totaliter: quod meo iudicio faciet: Si propter assistentiam cum infirmo aut alia causa rationabili distulit bene posset illas dimittere.

*Prop. 66.* Dicere horas audiendo Missam etiam quando Missa est in præcepto nullum est inconueniens, quia vno & eodem actu duo implentur præcepta, vt ieiunium vigiliæ, & quatuor temporum. Neque ad amplius tenetur homo in vtroque officio, quàm ad esse deuotum mente in Deum attendere. Sicuti & de iniuncta poenitentia ieiunandi à sacerdote dictum fuit, p. 45. quod poterat diem alias præceptum iniungere.

### *De eleemosyna tertia parte satisfactionis.*

*Prop. 67.* **E**leemosyna est actus misericordiæ proprie loquendo. Patet ex eius nomine quod est Græcum tantum valens Latine sicut miseratio, & quia misericordia est caritatis pertinet eleemosyna ad caritatem. Imperatur à poenitentia in satisfactionem. Hinc ipsa sic definitur seu describitur ab Alexandro. 4. p. quæst. 105. memb. 1. art. 2. est largitio rei necessariæ facta indigenti propter Deum ex compassione. In quantum dicit ex compassione implicatur misericordia, in quantum propter Deum caritas, in quantum largitio liberalitas, quæ est virtus erogatrix beneficiorum. Hæc tria ponit ibi Alex. ar. 3. ad. 1. quod verè eleemosyna est opus misericordiæ probat ex illo Ecclesi. 30. Miserere animæ tuæ placens Deo; sed misereri animæ est ipsam releuare à miseria peccati, quia miseros facit populos peccatum Prouerb. 14. In eodem articulo docet quod pertinet ad liberalitatem, quæ nõ est retentiuu bonorum sed communicatiua. In artic. 2. in responsione ad primum in oppositum & ad tertium, docet, quod

quod dare eleemosynam ex tædio & importunitate pauperis petentis, aut ex affectu solo naturæ non est proprie facere eleemosynam & formaliter iuxta potissimum esse eleemosynæ, sed materialiter, ideo debet dari propter Deum: quia definita est, vt est perfecta & meritoria.

Ex hoc sequitur quod dantes stipendium clericis pro Missis & cæteris suffragijs nõ proprie faciunt eleemosynam. Vocamus tamen eleemosynam, quoniam non datur propter temporalem retributionem, eoque nomine simoniæ occurrimus. Tale verò stipendiũ est debitum, quia qui altario deseruiunt cum altario participant. 1. Corinth. 9. & de decimis contra Vviclephum habes in Breuiloq. 3. d. 40. p. 45. & clerici habentes sufficiens patrimonium licite recipiunt stipendia pro Ecclesiæ seruitio, & de stipendio illo viuentes referuare licite possunt patrimonium & consanguineis dispartire, quia nemini faciunt iniuriam. Hinc & aliud patet, quod liberalitas non proprie & simpliciter continetur sub iustitia, neque etiam eleemosyna, quia iustitia dat unicuique quod suum est, liberalitas & eleemosyna nõ dant quod est alterius, sed quod est proprium ipsius dantis. Quando Alex. citato art. 3. dixit eleemosynam pertinere ad liberalitatem, & liberalitatem contineri sub iustitia sicut speciem sub genere, non est intelligendus proprie, sed quia sicut iustitia est ad alterum sic liberalitas, & sicut iustitia versatur circa res exteriores, sic liberalitas, inde iustitiæ videtur connecti, adeo quod sancti saepe clamant contra non dantes eleemosynam, quod rapinam committunt de bonis pauperum, quæ in veritate sunt possidentium, & diuersa ratione iustitia diuidit bona exteriora, & diuersa diuidit eleemosyna atque liberalitas. Ric. d. 15. ar. 2. q. 1. ad. 2. dicit quod liberalitas aliquo modo est pars potèntialis iustitiæ; & eleemosyna ex quatuor cardinalibus magis pertinet ad iustitiam. Bona. d. 15. num. 37. in quantum subleuat indigentiam est pietatis, ait, nihilominus pietas ad iustitiam reducitur.

Multa sunt genera eleemosynarum. Habes in litera Magistri dist. 15. cap. 3. & in cap. Duæ sunt, dist. 45. ex Augustino quod duæ dicuntur esse eleemosynæ, vna cordis, alia pecuniæ.

Quædam eleemosynæ dicuntur corporales, quædam spirituales. Corporales sunt septem, pascere esurientem, potare sitientem, vestire nudum, colligere hospitem, visitare infirmum, redimere captiuum, sepelire mortuum. Harum sex Christus enumerauit Matth. 25. quod propter illas dandum sit regnum cælorum iustis, & quia illas non exercuerunt negandum iniustis. Ex quibus Domini verbis rectè discipulus eius beatus Ioannes Epist. 3. reprobatur opera Diotrichis hæresiarum ambitiosi, qui neque fratres peregrinos suscipiebant & eos, qui suscipiebant prohibebat, & ab Ecclesiæ coetu & communione reiciebat. De sepultura mortuorum ibidem Christus non meminit, neque tamen ab operibus misericordiæ ipsam exclusit, imo eam insinuauit Ioann. 12. de unguento. Sinite illam ut in diem sepulturæ meæ seruet illud. Neque etiam enumerauit Dominus Matth. 25. eleemosynas spirituales, sed illas quæ plus parent sensibus, & plus excitant non penetrantes alta & spiritualia. Eleemosyna sepulturæ Tobiam reddidit celeberrimum & laudatum à sancto Raphael cap. 12. Iosephum & Nicodemum sepelientes Dominum Ioann. 19. Dauid. 2. Reg. 2. gratias egit viris Iabesgalaad, quia sepelierunt Saulem. Honestatur defunctus ex honore exhibitio suo corpori, & dehonestatur si maneat insepultum, conseruat quippe anima exuta affectum ad corpus. Vide infra dist. 43. prop. 7. in sol. argum. De sanctis plorabat Psalmographus Psalm. 78. Posuerunt carnes sanctorum tuorum escas volatilibus cæli, & bestiis terræ. Sancti corpora sua iusserunt honorifice sepeliri, Iacob Genes. 49. Ioseph. ibi. cap. 50. Tobias. 4. Bene quidem quantum ad gloriam habendam vel non habendam sepultura de se nihil facit, qui fuit gentilius error quod inhumati non transirent ad campos Elysios, Virgilius. 6. Aenei. refert dixisse Sybillam Palinuro.

*In Stygias inhumatus aquas, amnemque feruorem  
Eumenidum aspicias?*

Alij

Alij ibidem recensentur mœsti, quia sepultura carebant. In eadem sententia audiui esse Mahumetanos, quod insepulti paradisum non intrabunt. Vvaldensibus pro errore imponitur, quod dixerunt nihil deferre qua terra, siue sacra, siue non corpora sepeliantur. Qui si ad gloriam animæ id intelligebant, ut dictum est, nullus error erat, si absolute Ecclesiasticam sepulturam paruipendebant, & de illa curantes irridebant, iniuriosi erant Ecclesiastico vsui, & consuetudini tam male sonanti doctrina pijs fidelium aures offendentes. Inuat Ecclesiastica sepultura ad hoc, quod viuus admoneantur pro defunctis orare, fiunt & in Ecclesijs, ac monasterijs suffragia specialia pro sepultis in suis coemeterijs. Eleemosynæ spirituales recensentur aliæ septem. Docere ignorantem, dare consilium dubitanti, corrigere peccatorem, consolari tristem, remittere offendenti, supportare onerosos, orare pro omnibus. Quod castigare sit opus misericordiæ, & eleemosynæ docet Magister distinct. 15. capite. 3. ex Augustino: & habetur distinct. 45. capite. Et qui emendat verberare. Harum, spirituales sunt potiores, licet quandoque sint intermittendæ pro exercendis corporalibus. Nam posset de præfenti vrgere necessitas corporalis, cui si non succurratur periculum imminet, & posset eo tempore sine damno spiritualis differri. V. g. audire confessionem, aut prædicare ut liberetur proximus ab occisione. Ad hanc conclusionem & vnde sumatur sufficientia eleemosynarum, vide Alex. m. 2. citatæ. q. 105. vide & Angelicæ. Eleemosyna. §. 9. citantem Ricard. d. 15. q. 4.

Eleemosyna non remittit peccata ex opere operato sicut remittunt sacramenta: neque remittit formaliter sicut calor expellit frigiditatem; quia hoc pertinet ad caritatem ut ipsa posita expellatur peccatum, ipsa non posita peccatum non expellatur: neque expellit ut contritio, quia contritio est infallibilis & immediata dispositio ad gratiam, supra. p. 8. *Prop. 69. Vide sup. d. 15. p. 2*

Ad hanc vide Augustinum lib. 21. de ciuit. c. 22. vbi dicit

se comperisse quosdam dicentes illos tantum arduos in inferno qui eleemosynas condignas pro peccatis non fecissent. Quorum argumentis respondet in cap. 27. Hæreticè quippe asserebant quantuncunque quis nequiter vixisset, neque mores in melius commutasset sola eleemosyna saluandum. Reuincitur eorum error, & conclusio nostra asseritur ex Pauli sententiâ. 1. Corinth. 13. Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, caritatem autem non habuero nihil mihi prodest; per quam auctoritatem alia hæresis conuincitur cuiusdam Guilielmi Antuerpiensis dicentis paupertate omnia peccata deleri, quia sine caritate neque paupertas voluntaria omnia sua egentibus distribuendum prodest, quod minus faciet paupertas siue egestas & inopia necessaria carentium diuitijs & rebus temporalibus. Facit pro conclusione, quoniam alia opera exigit Deus à nobis præter eleemosynam, vt sacramentorum receptionem, contritionem, præceptorum obseruationem, de quibus habetur in suis locis. Quando Matth. 25. explicuit propter eleemosynas dandum regnum cælorum, non dixit solas illas sufficere ad salutem, dixit quæ dicturus est iudicandis, sed tacuit omnia quæ iudicaturus est. Auctoritates scripturæ, Eleemosyna ab omni peccato & à morte liberat & non patietur animam ire in tenebras Tobia. 4. quod resistit peccatis, sicut ignem ardentem extinguit aqua. Eccles. 3. Quod superest date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis Luca. 11. possunt multipliciter exponi. Primò, nomine peccatorum intelligendo poenas debitas peccatis, supra. p. 39. Secundò, quod eleemosyna faciendâ est non solum alijs, sed etiam sibi. Vnde Augustinus in Enchiridio & refertur à Magistro. distinct. 15. cap. 3. & à Gratiano de poenitentia. distinct. 3. cap. Qui vult: computans præfatum errorem contra conclusionem dicit, quod qui vult ordinatè eleemosynam dare à seipso debet incipere, quia dictum est: Misere re animæ tuæ placens Deo Eccles. 30. qui talem facit eleemosynam sibi ipsi, perire non potest. Auctoritas Lucae aliam habet expositionem, vt dicta sit ironicè, videns quippe Dñs Pharisæorum hypocrisin & opera præpostera voluit dicere: iam ad vestram

vestram iustitiam præposteram, quod superest date eleemosynam, & hoc solo credite & persuadete vobis omnia futura vobis munda. In hoc sensu, ly superest valet, quod iam restat: Communiter vero, ly superest intelligit, quod de superfluo sit danda eleemosyna. Posset forsan dici adhuc, quod cum omnia facerent Pharisæi ordinando ad aucupandas diuitias & bona temporalia, ex auaritia peccata sua oriebantur: si ab auaritia sanarentur, quæ omnium malorum erat radix, facile alia peccata in eis sanarentur: ideo sapiens medicus exhortabatur, quod si valere bene cuperent radicem amputarent mali. Vide cap. 16. Luca. Est vltimo eleemosyna tantum in scriptura & à sanctis cõmendata, quia viros misericordes qui frequentant eleemosynas piè credendū est fore saluandos, quia si in peccatis non animo obstinato, sed ex humana fragilitate & ignorantia fuerint, sperandum est de Diuina misericordia quod eos illuminabit, gratia sua præueniet atque roborabit, illis pro misericordia misericordiam rependendo. Vtilitates eleemosynæ inuenies per multa loca scripturæ, & applicabis vt sup. d. 15. p. 8.

De danda eleemosyna est Diuinum præceptum affirmatiuum imo & legis naturalis, dicit Ricard. dist. 15. artic. 2. q. 2. Probat. Dilectio proximi cadit sub præcepto Diuino, igitur & omnia illa sine quibus talis dilectio non constat, cuiusmodi est eleemosyna. Probat. consequentia. 1. Ioann. 3. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere & clauerit viscera sua ab eo, quomodo caritas Dei manet in eo? Filioli non diligamus verbo sed opere & veritate. Facit auctoritas Luca. 11. citata in præcedenti, & Deut. 15. Non deerunt pauperes, idcirco præcipio tibi vt aperias manum fratri tuo egeno. Tantam volebat Deus pauperum curam haberi quod omnino indigens & mendicus non esset inter filios Israel, in quod sunt verba præcedentia illius capituli. Quod si ad eleemosynam non teneremur non dixisset Dominus Matth. 25. ex eo solo damnandos quia eleemosynam non fecerimus. Cum nemo damnetur nisi pro mortali. Quod sit legis naturæ patet, quia debemus facere proximis, quæ ab eis nobis fieri vellemus. Matt. 7. Quod sit etiam

legis positivæ vide in decretis dist. 86. cap. Fratrem nostrum & cap. Non satis. cap. Pasce. 7. quæstio. 1. Omnis qui. Præceptum decalogi ad quod hoc refertur est quartum de honore parentum sub quo comprehenduntur præcepta affirmatiua de operibus pietatis, vt dicit Ricardus loco citato ad .2. Nam in Diuina scriptura nomine honoris subuentio intelligitur. Christus enim Dominus ex eo præcepto probauit contra Phariseos parentum subuentionem Matth. 15. & Paul. 1. Timoth. 5. Viduas honora. glossa interli. Sumpibus Ecclesiæ sustentando, & solatijs fouendo. Ibidem. Qui bene præfunt presbyteri duplici honore digni habeantur eadem glossa super ly duplici. Spiritualiter obediendo, & exteriora subministrando.

*Prop. 7<sup>a</sup>.* De tempore quo præceptum hoc obligat non conuenit inter doctores. Ricardus loco citato ponit duos casus; Primum, quando habentur superflua propria naturæ & illorum quibus homo tenetur prouidere vt sunt vxor, filij, domestici, & ex parte indigentis est necessitas extrema cuius necessitatis sunt probabilia signa: Secundum casum quando habentur superflua statui, quod vocatur superfluum personæ quia persona importat dignitatem, tunc illud superfluum tenetur erogare egentibus etiam non patientibus extremam necessitatem. Hanc opinionem sequitur Angelica. Eleemosyna. §. 1. & alij multi. Aduertendum tamen quod in nullo horum casuum tenetur homo quærere pauperes, sat est esse paratum subuenire occurrentibus. Hæc opinio quantum ad secundum casum videtur aliquibus nimis rigida & & damnans quasi omnes potentes & diuites, imo & confesores qui illos absoluunt. Ultra argumenta alia est vnum meo iudicio contra hanc molestum, & satis apparens aut conuincens. Nemo tenetur magis subuenire proximo quàm ipse sibi: sed proximus non tenetur sub mortali procurare sibi vltra victum & vestitum dicente Paulo, 1. Timoth. 6. Habentes alimenta & quibus tegamur his contenti simus; igitur extra necessitatem extremam victus & vestitus sine quo nemo sustentari potest, non tenetur prouidere quis proximo suo. Probatur minor, quia potest quis voluntarie propter

pter Christum abdicare omnia: Tum etiam quia si quis non sibi procuret alia contentus quod victum habet & vestitum etiam intendens alijs humanis non vitiosis à nemine iuste potest culpari, nisi forte ex ociositate. Posset dici doctoribus tenentibus contrarium quod sicut diuitibus prædicant eleemosynæ virtutem sic pauperibus aut voluntarijs, aut coactis patientiam prædicent.

Idcirco est secunda opinio quod extra extremam necessitatem alias eleemosynas dare sit in consilio. Hanc sequitur Rosella eleemosyna. 1. §. 1. & clarius verbo. Mutuum: & multi alij: voluntque in hanc adducere Thomam. 2. 2. quæstio. 32. articul. 5. vbi id expressè dicit: aliqui sui, vt Caietanus ibi, & in tractatu de eleemosyna nititur ab hac vindicare Thomam, & quod verè sit cum prima opinione, quam iuste id faciant aliorum esto iudicium. Alexand. 4. part. quæst. 113. membr. 1. videtur esse huius secundæ dicens, quod qui abundat bonis fortunæ illis qui sunt in extrema necessitate tenetur subuenire, & peccaret mortaliter nisi subueniret; illis qui sunt extra extremam tenetur tentione æquitate de bono & æquo subuenire. Si contra hoc dicas quod ipse Alex. 3. p. 9. q. 65. m. 4. videtur dicere oppositum. Dico, quod meo iudicio nihil dicit oppositum, quia posito primo casu de extrema necessitate quod tunc non dans omittit & peccat mortaliter, ait. Secundus casus est in valde indigente, sed non in extrema necessitate. Si enim habet aliquis multa superflua, nec proponit melius dispensare vel æquè bene, & tunc non dat peccat mortaliter. Hanc modificationem seu limitationem etiam posuit in loco priori soluendo vltimū dicēs; citra extremam non valet dicere quod omittit, quia iuste excusari posset per hoc quod reseruat magis indigentibus, vel propinquioribus, vel aliquibus magis tenetur. Vbi annotabis quod sola omisio dandi eleemosynæ præfato pauperi egenti citra extremam non est peccatum iuxta Alexan. nisi causa omitendi sit culpabilis. Qui ergo in dicto casu omittit nullo modo sine conseruando superflua, sed ex illorum amore ac delectatione mortaliter peccat contra præceptū Domini. Matth. 6. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, 1. Timoth. 6. *prop. 8<sup>a</sup>.* diuitibus

2. Opin.

Vide in

2. d. 35.

prop. 8<sup>a</sup>.

diuitibus huius sæculi præcipe non sperare in incerto diuitiarum. Mensigitur Alexandri erit quod non peccat è solo, quod non dat tunc eleemosynam: peccat vero quia nullo bono proposito retinet, cum dare posset & bene expendere. Si prima opinio videbatur esse rigida, hæc posset multos facere negligentes. Ratio vero facta pro hac fortis est, cui accedit quod citra extremam quæ dantur non sunt illi simpliciter necessaria ut uiuat, sed ut decentius uiuat, quæ necessitas non est absoluta. Bonus finis propter quem possunt pecuniæ cõseruari est maritatio filiarum, expectare altiorem statum probabiliter ascendere de proximo talibus pecunijs. Verum est quod neque omnes mutare statum possunt, neque talis expectatio tempore extremæ necessitatis in proximo, faciet licitè conseruare superflua. Extrema etiam necessitas, nõ est illa ex qua iam est impossibile hominem ope humana liberari, sed quando est præsens periculum miseræ cui si non subueniatur solent homines periclitari in sustentatione victus, vestitus; atque carceris, aut infirmitatis, ut patet ex Matth. 25. Neque excusatur homo tempore quo tenetur eleemosynam dare quod indigens habet consanguineos diuites, qui ad id plus obligantur, aut quod existimat quod alius ei dabit si ad eum pauper iuerit, quia necessitas est certa, remedium per alios dubium, diuesque præsens iam obligatus. Quauis etiam sit confessum omnibus quod in extrema necessitate omnia sint communia, legibus iam est cautum ne quis aliena capiat antequam recurrat ad publicos magistratus, ne quis sibi iudiciũ dicat de extrema sua necessitate in qua falli possit, ac ne fures & latrones prætextum necessitatis extremæ furtis suis obtendant. Atque ita est seruandũ in conscientia in quantum poterit commode recurri. An verò in casu extremæ necessitatis possit publica potestas compellere diuites quod dent superflua? Adrian. q. 1. de restitutione ad. 4. arg. tenet partem affirmatiuam, cum eo est Caiet. 2. 2. q. 118. art. 4. quia licet nulli pauperi sit adquisitum ius in particulari, ex quo in tali necessitate omnia sunt communia, sicut potest iudex circa bona rei publicæ cõmunia reprimere diuites ne pauperes impediant, ut in piscatione & venatione, ita poterit in proposito. Caietanus

*Extrema  
necessitas.*

*Dub.*

nus etiam plus hoc extendit etiam citra extremam quando talis diues dare teneretur secundum primam opinionem supra positam. Partem negatiuam tenet Martinus ab Azpilcueta doctor Nauarrus in manuali cap. 23. num. 73. quæ in eo fundari potest quod eleemosyna verè & propriè est debita ex misericordia & non ex iustitia; igitur potestas publica cui incumbit ministrare iustitiam nõ se potest, neque debet intrinsece in priuando verum dominum re sua, sed eum relinquere in manu consilij sui, & tali egeno prouidere de bonis reipublicæ aut de eleemosynis à voluntariè dantibus ad id quod rogatis.

Ex prædictis patet quod diues non satisfacit pauperi per mutuum tempore quo tenetur dare illi eleemosynam, quia ipsa est libera donatio de qua Ecclesiast. 4. Eleemosynam pauperis ne defraudes, sed redde illi debitum suum. Hoc est contra Adrian. in. 4. de restitutione. q. Quia dictum est de lucro. fol. 159. in libris paruis. Ideo medicus, chirurgus, pharmacopola tenentur suas operas gratis dare eiusmodi egentibus. Casu quod egestas neque ab intrinseco proueniret, neque simpliciter egestas esset sed ex temporis aut loci circumstantia, possent vel pacisci de pretio futuro, vel post operas exhibitas ante iudicem petere. v. g. qui infirmatur peregrinus est non incola, domi suæ abundat, in peregrinatione extremè indiget, possunt pacisci de mercede: Vel sine pacto curare & postea repetere mercedem ante iudicem si dare nolit, vide eundem Adrian. quodlib. 1. artic. 2. protinus in principio. Nam ad extremam indigentiam id aspici debet, si simpliciter talis sit, vel solum pro vno loco, aut tempore potest quis hodie in isto loco ege- re equo ad fugiendos hostes, & quia non aliter valet liberari autoritate propria sine furto alienum equum tollere, tamen tenetur postea restituere etiam cum interesse, quia habet unde soluat: Quod de medico etiam de aduocato dicit idem Adrian. quodlib. 9. litera. L. citata glossa dist. 83. cap. Prouidendum: quod tenetur exhibere patrocinium quando cliens esset perditurus causam totius hæreditatis, sed non tenetur gratis tempore extreme caritatis panis quauis diues teneatur dare gratis egentibus, non tenetur illis qui si vendant  
suppel-

*Corol.*

suppellectilia aut aliquam hereditatem poterunt providere sicut fecit Ioseph. Genes. 47. dando triticum pro terra Aegyptiorum.

*Prop. 72.*

Pauperes quibus danda est eleemosyna sunt duplices, quidam coacti necessitate naturae quia egent neque sibi cibum valent providere, vel ex infirmitate ut Lucae. 16. Lazarus mendicus iacens ad portam divitis ulceribus plenus, vel esto sint validi non inveniunt cui seruiant, aut ubi mercedem laboris possint lucrari, nam si possunt sibi subsidium quaerere illicita est illis mendicatio, & reprehensibiles sunt propter otium, & quia verorum pauperum eleemosynas defraudant. Alij sunt pauperes voluntarij qui propter Christum omnia abnegantes licite mendicant etiam si validi sint potes videre in multis doctoribus praecipue Alexandro. 4. p. quaest. 107. membr. 2. & quaestio. 109. membr. 2. de qua licita mendicatio sunt expressae definitiones Ecclesiae. Nam Nicolaus. III. approbat abdicationem & mendicationem fratrum minorum, habetur de verbo. signific. Exijt. lib. 6. Item in concilio Viennensi sub Clemente. V. refertur in Clementina. Exiit de paradiso. In concilio Constantiensi. 24. error Vviclephi damnatus ibi dicebat. Fratres tenentur per labores manuum victum quaerere & non per mendicatum. Primam partem dicit concilium esse scandalosam & praesumptuosam pro quanto sic generaliter, & indistincte loquitur, vide namque supr. propos. 57. quod licitum est monachis laborare manibus, & ex hoc loco quod non est simpliciter necessarium, & illis omnibus obligatorium, quod ante Vviclephum tenuerat Guilielmus de sancto amore contra quem scripsit sanctus Bonavent. tractatum de paupertate Christi, qui fertur in prima parte suorum opusculorum. Secundam partem dicit concilium esse erroneam pro quanto dicit mendicatum fratribus non licere, in quo errore idem fuerat Guilielmus. Apud Lutheranos demptis praedicatoribus quos non obligant ad laborem manuum ceteros omnes cogunt de artificio vivere, neque mendicatio apud eos licet. Addebat errorem alium Vviclephus, qui inter ibi damnatos. 20. est Conferens eleemosynam fratribus est excommunicatus ipso facto.

so facto. Abdicationem propter Christum omnium temporalium ipse docuit. Matth. 19. Si vis perfectus esse vende omnia quae habes & da pauperibus & habebis thesaurum in caelo & veni sequere me; docuit & exemplo in propria persona sicut Paulus ait. 2. Corinth. 8. Scitis gratiam Domini nostri Iesu Christi quoniam propter vos egenus factus est cum esset dives, ut illius inopia vos divites essetis. Mendicatum in propria persona exercuit, hoc late per multa loca scripturae & glossas docent citatus Alexand. & Bonavent. Psal. 39. Ego autem mendicus sum & pauper. Psal. 108. Persequutus est hominem inopem & mendicum, idest, Iudas Christum. Marc. 11. Introiit Hierosolimam in templum, & circumspexit omnibus cum iam vespera esset hora, exijt in Bethaniam. Vbi glossa interli. super ly circumspexit: Si quis cum hospicio susciperet, tantae enim paupertatis fuit, & ita nulli adulus, ut in tanta vrbe nullum hospitium inueniret. Aquam a Samaritana. Ioan. 4. hospitium a Zacheo mendicavit. Luc. 19. Neque hoc fecit ex autoritate & vrbantate ut dicebat magister Guilielmus, & impugnat Bonaventur. Non enim assumpsit paupertatem & vocari voluit mendicus ad docendum nos & dandum exemplum de vrbantate & curialitatibus humanis. Verbo docuit mendicatum. Matth. 4. Beati pauperes spiritu textus graecus habet mendici. Neque intelligo quod Christus ostiatim & ut pannosi, sed cum grauitate mendicavit.

Quod dicitur Ecclesias. 40. Fili in tempore vitae tuae ne indigeas. Melius est enim mori quam indigere, vel ut alij legunt mendicare intelligitur de egestate & mendicatio ex ocio & torpore, quod verba sequentia manifestant. Vir respiciens in mensam alienam, non est vita eius in cogitatione victus. Quod dicitur Deuter. 15. Omnino indigens & mendicus non erit inter vos, potest exponi per idem: Vel ut supr. prop. 70. quod tanta illis esset pauperum cura quod nullus indigeret. Nam & apud Hebraeos mendicavit a vidua Helias cibum & potum. 3. Reg. 17.

Eo solo quod propter Deum pauperes voluntarij mendici sunt facti, non tenentur de praeepto omnes, & quilibet Christiani

*Argum.*

*Prop. 73.*



Christiani elemofynas illis dare. Patet primò, quia non sunt in extrema necessitate secundum ambas prædictas opiniones; tùm quia licet sint notorij pauperes, qui sciuntur nõ fallere e mentita paupertate, necessitas ex sola voluntaria paupertate non est tam grauis quòd obliget omnes & singulos ad quos accedunt, satis poterunt adiuuari alijs negãtibus per alios voluntariè dantes. Tertio, quia possunt per honestum laboritium manuum, vel per alia pia officia missarum, lectionum, prædicationum victum acquirere. Quando hæc omnia cessarent tenerentur habentes superflua, sicut tenentur ex Diuino præcepto dare verè egentibus. Dominus propter quem mendici facti sunt ex bonitate sua tanquam pius & prouidus pater familias debet eis prouidere inspirando suis misericordiam & elemofynam, quod si non fecerit, Dominus est vitæ ac mortis possideant animas suas in patientia sua.

*Prop. 74.* Eleemofyna cæteris paribus, quando est danda vni, debet dari magis indigenti. Quod si indigentia non sit multò maior præferendus est iustus minus indigens peccatori. Eccles. 12. Si benefeceris scito cui benefeceris, & erit gratia in bonis tuis. Benefac iusto & inuenies retributionem magnam, & si non ab ipso certe à Domino. Ex quo etiam fit consequens melius esse inter iustos dare iustiori. Ad hunc ordinem elemofynæ iuuabit ordo caritatis, breuil. 3. d. 29.

*Prop. 75.* Eleemofyna danda est de bonis proprijs, quorum homo habet administrationem. Per naturam & vim horum verborum deciduntur multæ difficultates. Nam qui dat alienum etiam si auarus sit dominus addit peccatum peccato, vnum furando, aliud distribuendo, quod restituere debuit: ita dicit Augustinus refertur à Gratiano. 14. q. 5. cap. Fortè. Male adquirentia obnoxia restitutioni dari etiam non possunt, nisi distribuens habeat alia bona vnde restituat. Male adquirentia ex modo illicito acquirenti transeunte dominio in acquirentem licite possunt in pauperes distribui, vt adquirentia per meretriciũ, quia siue occulta siue publica sit meretrix quidquid adquirent suum est non obstante aliquorum canonistarum sententia in contrariam de meretrice occulta cum quibus est

Rosella

Rosella verbo. Adulatio & Restitutio. 14. §. 14. & 15. de qua verum est competere fisco actionem ad per eam adquirentia, sed ante iudicis condemnationem ipsa licite retinet quod accepit, sicuti & nuptæ, virgines, consanguineæ licite retinent quæ propter talem actum turpem recipiunt ad quæ similiter fiscus actionem habet. De modo quo tale adquirentium in eius transeat dominium non desunt opiniones variæ. Metina Complutensis tenet quæstio. 20. de restitut. quòd non transit quasi pretium illius operis nephandi, sed per viam donationis, vnde si meretrici constaret, quòd fornicator non dar per viam donationis sed pretij, tenebitur restituere: Quod si verum esset ferè nulla meretrix saltem publica retinere posset, quia omnes in pretium dare volunt. Verior tamè est opposita, quam tenet Alexand. 4. part. quæst. 110. membr. 3. in sol. ad. 3. dicens. Peccatum est ex actu coitus exercito contra Diuinam prohibitionem, iustitia acquisitionis est ex hoc quod corpus vnius personæ in ipso opere exponitur voluntati & beneplacito alterius; igitur ex iustitia & non ex donatione datur & accipitur pro illo vsu corporis. Faciunt verba Deut. 23. non offeres mercedem prostibuli: quia merces pretium sonat, & à merendo ære dicitur, quia in præmium datur pro labore. De diuo Thoma, quidquid dicant sui, non mihi videtur difficultatem hanc absoluisse, quia. 2. 2. q. 32. artic. 7. tantũ dicit meretricium esse turpe lucrum, tamen quæ accipit non iniuste agit neque contra legem: in quæst. 62. art. 5. ad. 2. tantum dicit quòd talis datio non est illicita, vnde mulier potest sibi retinere quod ei datũ est; Nil agit in his expresse de donatione, vel de pietio. Id tamen aduertendum pro superius dictis quòd neque Alexander, neque Bonauentur. dist. 15. numer. 65. Neque Thomas distingunt de publica siue de secreta meretrice, siue de alijs quæ sola causa libidinis fornicatur, vt dicant teneri ad restitutionem, indistinctè fateantur accepti acquirere dominium. Alexand. loco citato & Bonau. hoc vnum addunt, quòd quia pretium transit in dominium meretricis nec competit repetitio illi à quo acquiritur potest facere elemofynam. Vnde nasci potest dubium de illicitè adquirentis in quibus competit repetitio, & notabis esse diffe-

Mm rens

rens q̄ competat actio fisco, aliud q̄ competat repetitio ipsi danti de quo exceptionem fecerunt Magister Alexander, & discipulus Bonauentura. Exemplum est de lucrantibus in ludo alearum, quia competit amittenti repetitio, lex habetur codice de Religiosis, & sumptibus funerum. Alearum lusus; de quarum lucro an sit restituendum tractat idem Alexand. loco citato. m. 5. & alijs doctores in materia restitutionis. Sāctus Bonau. citatus nu. 67. aperte dicit de aleatore, q̄ est mala fidei possessor & iniusto possidet titulo, & nullo modo potest neque debet sibi tenere quod lucratus est, sed si teneatur restituere refert opinionem vide ibi. Alex. ad hoc propositum duo dicit vnū. q. 86. m. 3. art. 6. q̄ aleatores nisi fraudes immiscuant non tenentur ad restitutionem, intellige si ab eis lucratur qui alienare possunt: de repetitione, citata. q. 110. ait, q̄ qui ludit voluntarius motu cupiditatis, vel libidine lasciuendi quidquid amittit repetere non potest in foro conscientiae. Cum dicto primo transeunt cōmuniter doctores q̄ verè transfertur dominium licet cōpetat repetitio. Resoluendo ad propositum eleemosynae habes sup. d. 13. p. 4. in corol. & per dicta ibi decide, q̄ vbi verè translatum fuit dominium sed cōpetit actio & repetitio alienare potest lucrans titulo gratuito sed non oneroso, ideo dare potest eleemosynam. Quare autē de adquisitis per meretricium non possit fieri oblatio licet: eleemosyna dicunt citatus Alex. & Bona. q̄ propter scandalum, & ne videatur Ecclesia approbare acquisitionem illam, atq; in confusionem peccati vt tales respiciant: si tamē esset meretrix occulta, aut poenitens potest accipi eius oblatio ne confusa desperet exemplo Christi, qui pedes suos ablui & vngi à meretrice permisit Luc. 7. Filius familias, seruus, monachus, quia nihil habent proprium eleemosynam dare non possunt nisi in quantum eis permittitur à superiori: neque per hoc sunt monachi peioris conditionis, quam alij, sed multo melioris, vt dicit Bonauent. vbi supr. num. 64. quia vnica dimissione temporalium meruerunt tantum, quantum in multis, & bona voluntas supplet quod deest ex manu. Similiter vxor non potest de bonis dotalibus contra voluntatē viri, quia tenetur eam vir alere salua dote, & bonorum administratio pe-

nes

nes virum residet, de bonis paraphernalibus, id est praeter dotem de illis facere potest eleemosynam; Dicitur cōmuniter q̄ si ipsa est lucrosa poterit de his quae lucrabitur dare eleemosynam modo attulerit dotem sufficientem pro sustentatione sua & filiorum, quia si non attulit tenetur pro parte sua laborare ad sustentandum onus matrimonij. Habes vero supra dist. 13. proposit. 33. corol. 1. quod in his regnis lucra durante matrimonio sunt viro & vxori communia, ideo dimidia pars lucrorum propter alterius delictum non confiscantur: inde quidquid sit in alijs regnis & prouincijs, in hoc, vxor nequit disponere inuito viro de suis proprijs lucris. Est etiā in his regnis lex alia cassans & annullans contractus vxoris factos sine consensu viri, quae lex complectetur bona paraphernalia, vt neque super illis contractus valeant, sed cum contractus sit obligatio vltro citroque ex voluntate partium surgens: donatio vero sit datio liberalis sine intentione retributionis, non est idem non valere contractus super bonis paraphernalibus, & non valere donationem, idcirco quandiu illa bona non sunt necessaria sustentationi familiae poterit vxor dare de illis eleemosynam, quia sunt eius propria; neque vir potest illa nolente vxore alienare, sicut potest bona lucrata, q̄ si fecerit tenebitur restituere. Pupillus quandiu est sub tutore licet sit dominus, quia tamen non habet bonorum suorum liberam administrationem, facere non potest eleemosynam.

Facultas dandi eleemosynam his qui sub alterius potestate sunt vel datur expressē à superioribus, vel tacitē, vt iam ex consuetudine habent quasi communiter omnes vxores; quod dent de pane, vino, & similibus: quae licentia vocatur praesumpta, aut sub spe rati habitationis, quia speratur quod si superior sciat ratum habebit. Vxor etiam, casu quo vir crudelis esset, posset eo inuito moderatam eleemosynam facere in bonum viri, sicut Abigail. 1. Reg. 25. vtiliter gefit negocium viri sui Nabal viri crudelis qui victualia negauit Dauid propter quod ab ipso occideretur, nisi ipsa occurrisset cum victualibus inuito viro, placassetque Dauidem. De bonis communibus monasteriorum & similibus

Mm 2

vbi

Lex Tau.

55.

vbi non est neque fit portio diuifio, vt fua cuique obueniat, fatis eſt ad dandam eleemoſynam conſenſus partis maioris capituli, Vbi fit diſtributio pro ſingulis in particulari requiritur conſenſus omnium per regulam iuris lib.6. Quod ad omnes attinet ab omnibus debet approbari. Facit cap. 1. extra de hiſ quæ fiunt à maiori parte capituli: vbi expreſſe deciditur, quòd ſemper ſuum conſequatur effectum quod à maiori & ſeniori parte capituli fuerit conſtitutum, niſi à paucioribus & inferioribus aliquid rationabiliter fuerit obiectum: in prima parte fauet primo dicto: in hac exceptione fauet huic ſecundo, nam vbi diſtributio fit pro particularibus, rationabiliter minor pars conqueretur ſi inuita ea aliquid ſibi de ſua portione defraudecur. Vt in capite. Cum omnes de conſtitutionibus. Vide ibi & gloſſam.

*Prop. 76.* Non ſolum homo ſatisfacit per hos tres actus ſiue partes ſatisfactionis illos voluntarie operando, ſed per flagella temporalia inflicta à Deo & patienter tolerata. Ita docet Ricard. d. 15. art. 1. q. 4. In eandem eſt magiſter. d. 15. cap. 1. adducto Hieronymo, dicente, Sodomitas, Aegyptios, Iſraelitas in heremo fuiſſe punitos, ne in æternum punirentur. Refertur à Gratiano de pœnitentia. d. 3. cap. Sunt plures; exponit magiſter de illis qui inter ipſa flagella pœnituerunt. Definita eſt conſuſio in concilio Trident. Sefſ. 14. cap. 9. & cano. 13. Flagella ſeu pœnæ naturales, quæ iam propter peccatum originale ſunt debita quales ſunt infirmitates, neceſſario quò ſunt ſatisfactoria debent ex patientia tolerari, quãtum habuerint patientiæ tantum habebunt ſatisfactionis. Quæ à Deo immittuntur præter naturam, vltra ſatisfactionem respondentem patientiæ habent correſpondentiam quantitati tribulationis, ita quòd ex æquali patientia plus ſatisfaciet qui maius flagellum tolerabit, imo probabile videtur quòd cum talès pœnæ extraordinaria immitti ſoleant in pœnas peccatorum, quòd etiam ſine aliqua patientia, ſed ex eo ipſo quòd pœnæ inflictæ ſunt habentur pro ſolutis, ita quòd iam amplius pro peccatis neque in præſenti neque in futuro exigentur à iuſtis, & hoc per ſatisfactionem.

Si autem

Si autem dici poſſit tolerantia eiufmodi in iuſtis ſatisfactio dubium eſt. Ricardus expreſſe negat, quia non ſatisfacit quis ea ſuſtinendo ſub ratione qua eſt tantum patiens, ſed inquam voluntas ſuſtinentis patienter ſuſtinet: neque conciliũ Tridentin. aliud expreſſit: In via Scoti idem eſt dicendum, quòd ſine voluntate non eſt ſatisfactio, ideo diſt. 14. quæ ſt. 1. litera. O. dicebat quòd iuſtus acceptata ſatisfactione, ſi ab eo extra caritatem exiſtenti exigatur, ipſe non ſoluit ſed pœna ſoluitur, & in illo eſt tunc ſatisfactio: litera. L. dicit, quòd ſatisfactio eſt operatio vel pœna voluntarie aſſumpta; igitur; vbi de eſt voluntas ſecundum Scotum non eſt ſatisfactio. Neque credo quòd hæc ſatisfactio vitiabitur ex eo quòd iuſtus patienter venialiter peccet, leuiter murmurando ex aliqua impatientia, quia ſicut peccatum veniale nõ eſt obex ad gratiam, ita neque obſiſtet ſolutioni pœnæ per ſatisfactionem, eſto ſit alia pœna propter illud veniale exigenda. Non de eſt qui velit hanc tolerantiam ſolam ſine patientia in viro iuſto eſſe ſatisfactionem, ſicut pœnam purgatorij, tamen dubitat ſi acceptetur cum impatientia veniali, an adhuc ſit ſatisfactio, & dicere vtrumque non reputat improbable: ſed reuera latũ eſt diſcrimen, quoniam animæ purgatorij pœnam illam voluntarie ſuſtinent, licet habeant nolle conditionatum de oppoſito, vt in breuiloquio. 3. diſtinct. 15. propoſ. 5. Item articulus fidei de remiſſione peccatorum includit pœnitentiã cum ſuis partibus, & ſatisfactionem cum ſuis etiam partibus: includit etiam fidem de purgatorio & de indulgentijs, per hæc omnia ſiquidem peccata quoad culpam, & quoad pœnas remittuntur. Fidelis & iuſtus hanc habens fidem explicitam; aut implicitam, explicitè aut implicitè voluntatem habet ſatisfaciendi Deo vel in præſenti vel in futuro, & ſic illa pœna purgatorij in hoc ſæculo eſt illis voluntaria, ſi in hoc mundo non ſatisfecerint. Flagella immiſſa ſine voluntaria acceptatione, neque abſolutè neque ſub conditione ſunt volita, neque explicitè neque implicitè niſi forſan quadam implicatione remotiſſima & alieniſſima. Multi etiam fideles in hoc mundo explicitè acceptant purgatorium tepidi ad hęc voluntarie ſatisfaciendum. Propter hæc, animæ purgatorij congruè

Mm 3

dici

*Scoto in. 4  
d. 19. q. 2  
art. 2.*

dici possunt satisfacere. Quod si aliquis contendat quod realiter & simpliciter non satisfaciunt ex rigida iustitia, & ex rigore termini satisfactionis, sed satis patiuntur & latiori modo dicuntur satisfacere, non credo dicet quid absurdum. Inter flagella Dei computandæ sunt poenæ inflictæ propinquis ut filijs, vxori, & familiæ propter nos, quia filij Hebræorum in deserto quadraginta annis portauerunt fornicationem patrum donec eorundem patrum cadauera in deserto fuere consumpta. Numer. 4. Ionæ. 1. propter eius peccatum nauis omnes periclitabantur. Vxor & domus Abimelech propter acceptam ab eo Saram comminantur morituræ Genes. 20. Propter peccata parentum filij quandoque à dæmonibus arripiuntur.

Vide ad hoc Ale.

3. p. 9. 41 am. 4. 1 t.

1.

### De remissione peccatorum venialium.

Prop. 77.

**D**E Remissione venialium quid sit, duplex est modus dicendi quem refert Scotus. dist. 21. q. 1. litera. E. Vnus quod nihil aliud sit, quàm solutio poenæ temporalis debita pro eis, ita quod transeunte actu nihil remanet in homine, nisi reat<sup>9</sup> ad poenam tēporalem, qua soluta nihil amplius remanet remittendum. Secundus modus quod in veniali sit culpa & poena, ita quod transeunte actu in anima remaneat macula & cum ea reatus ad poenam: Erat igitur remissio venialis delictio illius maculæ & obligationis ad totam poenam vel ad partem poenæ, sicut ponitur in mortali macula, quæ deletur per contritionem, & reatus ad poenam qui non semper deletur totus. Hunc secundum tenet Bonau. infra. d. 21. num. 5. Alexand. 2. part. q. 124. m. 1. art. 1. distinguit de macula dicens quod propriè peccatū veniale non est macula, quia non deformat imaginem Dei, accepta macula cōmuniter, potest dici macula, quia minuit rectitudinem imaginis Diuinæ quoad aliquem actum: exemplum de imagine denigrata quæ videri non possit, aut obscurata quod plenè non possit discerni. Citat Gregorium dicentem quod veniale obscurat, mortale ob tenebrat. Quomodo capiatur imago & similitudo ha-

bes in

bes in breuiloquio. 2. d. 16. prop. 2. Vide ad hunc modum secundum Thom. 3. part. q. 87. art. 2. ad. 3. arg. De hac recurret sermo. d. 21.

Peccata venialia in quocunque horum moderum non indigent tanta poenitentia sicut mortalia. Patet in litera Magistri: quia inproportionabiliter mortale excedit veniale: ita docet Scotus in hoc. 4. d. 21. q. 1. litera. C. Vide & vltima verba huius distincti.

Prop. 78.

Vide lib.

2. d. 42.

p. 8.

Prop. 79.

Si ad remissionem venialium requiratur infusio gratiæ duplex opinio est. Vna quod non, quia veniale opponitur feruori caritatis & potest per actum caritatis remitti sine infusione gratiæ habitualis. Hanc tenet Thom. vbi supra. artic. 2. Ad sustentandam opinionem hanc vide in breuiloquio. 1. distincti. 17. de augmento caritatis, prop. 5. quod non augeatur per quodlibet opus meritorium. Alia opinio est quod est necessaria infusio gratiæ: Videtur hanc tenere Bonauent. vbi supra. Fundamentum stat in hoc quod omne peccatum etiam veniale foedat animam, & maculat, ut aliquo modo displiceat Deo: Nulla verò macula Diuinæ displicentiæ licet minima potest deleri sine reconciliatione ad amicitiam & complacentiam, quod est munus gratiæ, & per eam fit; igitur ad remissionem venialium semper est necessaria gratia. Tenendo venialia causare maculam quæ delenda est per actum proprium ipsius hominis (quia in omni opinione ad remittenda venialia in hac vita requiritur quod homo sit in gratia, existenti enim in mortali non remittitur veniale, si post hanc vitam ei deleatur infra. d. 21.) requiritur quod utatur gratia habita: Quod si in quolibet opere meritorio augetur gratia, ut est opinio lib. 1. dist. 17. citata, sine infusione gratiæ auctæ nõ remittitur veniale. Alexan. vbi supra. m. 8. artic. 3. petens si veniale opponitur caritati, dicit, quod caritati habituali quantuncunque in hac vita perfectæ non opponitur quia simul se compatiuntur: actui caritatis perfecto dicit quod opponitur.

Inf. p. se-

quenti.

Tenendo remissionem venialium esse tatum solutionem poenæ, potest solui poena sine gratiæ infusione, & sicut sine amissione gratiæ habitualis committuntur, ita sine eius infusione.

Mm 4

renit-

remittentur. v. g. per flagella sine murmure tolerata supra propof. 76.

Prop. 80.

Quandocunque gratia de nouo infunditur remittuntur venialia quoad maculam stando in secundo modo dicendi, & quoad partem poenae vel totam poenam. Hæc probatur per doctrinam communem quam habes in Alexand. loco citato articul. 6. Vna & eadem gratia quantumlibet minima opponitur mortali, & sufficit ad delenda omnia quoad maculam: igitur sufficit ad simul cum eis delere venialia, ita ibi concedit Alexand. Quoniam sacramenta dant gratiam ex opere operato, quia accidit quod illa recipiens, gratiam habeat (si enim non haberet, per sacramenta reciperet carēs tamen obice) consequens etiam est quod per illorum receptionem venialia deleantur. Diuus Thomas. 3. part. questio. 87. articul. 3. tenet etiam hanc conclusionem, dicit verò in articul. 2. ad. 2. quod in quolibet sacramento est infusio gratiæ, non tamen in quolibet actu virtutis. Vbi annotat quidam suus quod diuus Thomas non vocat infusionem gratiæ augmentum, seu augmentationem, sed tunc est infusio quando primò confertur & infunditur. Præcedenti proposit. illam gratiam auctam diximus infundi, neque videtur terminus esse improprius maximè stando in opinione quod augetur per additionem gradus ad gradum, vt in breuiloquio. 1. d. 17. Nam sicut gradus primus est à Deo per infusionem; ita secundus est etiam ab ipso effectiue, nam sicut à solo Deo habet ortum, ita ab eodem solo habet augmentum, doctrina est Alexandri in summa. collatione. 69. articul. 2. & 3. ab omnibus communiter recepta: à nobis est meritorie augmentum per bona opera. Hoc patet: nam habitus infusi non possunt haberi naturaliter, igitur à solo Deo sunt effectiue, & per consequens eorum augmentum, quoniam ad idem agens videtur pertinere augmentum ad quod pertinet productio: Tunc ultra; est à Deo effectiue secundus gradus vt fuit primus, sed primus fuit per infusionem, igitur & secundus, quia non videtur quomodo aliter esse possit. Probarur adhuc argumento Scotistatum probantium fieri augmentum gradus: quod facit Petrus Aquila in primo. d. 17.

Et su.

Et sumitur à Scoto lib. 1. d. 17. q. 3. siue. 5. litera. V v. 9. Contra istam opinionem: in litera prima cancellata: quæ est ipsius Scoti, & non additio. Atq; ex reportatis. q. 5. Augmentatio est vera actio non terminata ad nihil sed ad aliquid, & non ad gradum præexistentem, quia facere quod factum est non est facere, igitur ad aliquid non præexistens; sed actio Dei producentis de nouo habitum, & illum conferentis subiecto, id est animæ, est infusio, ergo augmentationis actio terminata ad nouum non præexistentem, & illum conferentis erit infusio etiam. Scio quibusdam videri, quod licet homo ad primam productionem habitus non cõcurrat effectiue, quia illos Deus in nobis sine nobis operatur, neque sunt connaturales illi habitus operibus nostris, quia illi sunt habitus supernaturales, opera nostra sunt naturalia; neque promereri quis potest de condigno primam gratiam; tamen ad augmentum, quod suslineri possit nos effectiue per nostros actus concurrere. Diximus in Breuiloq. 1. citata. d. 17. per quemlibet actum meritorium augeri caritatem & gratiam secundum opinionem quod sunt idem realiter. De primo igitur ad vltimum, per augmentum gratiæ delebuntur venialia: supra etiam prop. 46. dictum est omne opus meritorium esse satisfactorium. Quoniam etiam Bona. est in opinione de additione gradus ad gradum, in qua videtur fuisse magister suus Alex. in collatione modo citata; dixi. p. 79. quod videtur tenere necessariam infusionem gratiæ ad delenda venialia licet sub infusionis termino non petat quæstionem; sed duntaxat si est necessaria gratia. q. sequenti, num. 12. dicit quod si liberum arbitrium non repugnat gratiæ volendo persistere in culpa; gratia habita virtute sacramenti vel rei sacramentalis adiuuatur & vigoratur, & sic adiuta & vigorata delet venialia: constat autem in sacramentis gratiam infundi, sed idem adiutorium & eandem vigationem videtur dare alijs operibus feruentibus quod tribuant gratiæ præexistenti; igitur ipsa vigatione videtur sonare augmentum, & augmentum infusionem. Si quis aliter intellexerit Bonau. non digladiabor. Diuus Thomas citatus ad præsentem dicens, non infundi gratiã in quolibet actu virtutis, est intelligendus q̄ in aliquo

M m 5

infun-

infundatur, qualis est actus poenitentiae virtutis, seu contritionis.

*Prop. 81.* Quodcumque remittuntur venialia est ibi aliqua poenitentia saltem virtualis. Ita docent Ricardus dist. 16. artic. 5. quæst. 1. Thomas 3. p. quæst. 87. artic. 1. Ad quod sciendum quod de peccato veniali dum actu placet non fit remissio: neque per solum habitum caritatis & gratiae, aut poenitentiae delentur: delentur verò per actus meritorios, & sic non necessarii per actum contritionis specialiter, sicut ipsa contritio ad delenda mortalia est necessaria. Illi actus meritorij debent includere detestationem venialium saltem implicitè, ita vt si aliquis actus meritorius virtute sua attingeret vnũ veniale quod si occurreret memorię displiceret illud deleret tantum; veniale aliud quod non attingit, quia si occurreret nõ displiceret non delet: Si tam feruens foret actus qui attingeret omnia deleret etiam omnia. De dormiente occiso propter Christum cum proposito die altero peccandi venialiter, iuxta primum modum supra prop. 77. deleretur ei illud veniale: tenendo secundum, dicit Caieta 3. p. q. 87. artic. 1. ad. 2. quod etiam deleretur propter plenissimam prerogatiuam martyrij. Alij negat propter virtualem complacentiam: & cum Caietanus ibi dicat, quod in baptismo illi dormienti non deleretur illud veniale, quare danda est maior virtus quantum ad hoc martyrio, quam baptismo? De baptismo dormientium habes supra, d. 4. p. 4. Magister in litera huius d. cap. vlt. citato Augustino in Enchiridio, dicit quod pro quotidianis & leuibus peccatis, sine quibus hæc vita non ducitur satisfacit quotidiana & Dominica oratio, scilicet. Pater noster, &c. Quam autoritatem Gratianus refert de poenitentia distinct. 3. cap. De quotidianis: tanquam Chrysostomi. Addit verò Magister. Sufficit Dominica oratio cum ieiunio aliquo, & elemosynis, sic tamen vt præcedat contritio aliquantula, & addatur confessio si adit facultas. Bona. dist. 21. num. 13. dicit quod Magister hic non determinat præcisè modum delendi venialia, sed modum perfectè satisfaciendi. Satisfactio quoad culpam fiet per illam aliquantulam contritionem quam dicimus virtualem,

tualem, seu implicitam; quoad poenam fiet per alia opera ibi explicata à Magistro. Nam si perfecta contritio requireretur non diceret Magister neque poneret aliquantulam. Confessio venialium non est de necessitate, sup. p. 19. licet fit de bono esse, atque utili. Circa præfata verba Magistri dubitatur si per solam attritionem deleantur venialia? Nam attritio est contritio imperfecta. Cum etiam ibi dictum sit, quod attritio communiter sumitur à theologis pro illo dolore concepto ex timore gehennæ & poenarum temporalium, quales sunt poenæ purgatorij, cum voluntate cauendi in posterum, & cum spe veniæ; dubitatur etiam si est necessarium propositum cauendi in posterum? Dubitatur etiam ad confessionem venialium quis dolor, & quod propositum de futuro sint necessarij & requisiti?

Ad hæc dico, quod sicut existenti in mortali non remittuntur mortalia per solam attritionem sine sacramento, ita neque remittuntur venialia; quia in hac vita saltem, non est remissio venialium sine remissione mortalium, sententia hæc est Ricardi hac. d. quæst. vltima, dicentis quod licet mortalia possint remitti sine remissione venialium, quando quis poenitens de mortalibus complaceret tamen in venialibus, & vnum veniales possit remitti sine alio: Veniale sine mortali remitti non potest, neque per poenitentiam, quia poenitentia sine gratia est informis non accepta Deo ad remissionem peccati. Hoc est contra Duran. hac. d. q. 2. tenentem in via, & post hanc vitam posse remitti veniale manente mortali. Iusto per attritionem bene est pium & probabile quod remittantur venialia. Nam quod vir iustus timeat purgatorij poenam, & dilationem intrandi in gloriam sine actuali relatione in Deum, opus bonum est procedens à voluntate iusta & sancta, videtur igitur in proposito locum habere dictum Pauli Rom. 11. Si radix sancta, & rami, & Matth. 7. Omnis arbor bona fructus bonos facit: Erit igitur talis dolor ex timore, acceptus tanquam opus amici, licet non factum propter ipsam amicum: quod si videatur durum quod nollēs peccasse venialiter timore purgatorij vel dilationis gloriæ, vel alterius flagelli immittēdi à Deo propter illa

*Dub.**Sup. p. 14  
in coroll.**Dub. 2.**Dub. 3.**Solutio.*

illa peccata consequatur remissionem venialium, saltem illorum, quæ specialiter detestabitur & explicite, habebit remissionem, imo non videtur quare non habeat omnium illorum ad quæ attritio illa virtualiter attinget quamuis sit generalis.

Ad. 2.

Ad aliud dicendum quod poenitentia seu detestatio venialium requirit etiam propositum cauendi illa in posterum, non verò cauendi omnia simul collectiue sed cauendi singula, & præparandi se ad illa minuenda. In mortalibus tenetur habere propositum vitandi omnia & singula, quia omnia & singula potest vitare vt in Breuiloq. 2. dist. 36. p. 6. venialia potest singula & non omnia. Quemadmodum dixit conclusio quod venialia delentur per poenitentiam virtualem, ita propositum cauendi in posterum debet esse formale, aut virtuale.

Ad. 3.

Ad tertium videtur esse mens Ricardi hac. d. q. penultima quod ad cõfitenda venialia nõ sit necessarius dolor, ait enim. Si homo non habens nisi peccata venialia, estò quod de illis interius non poeniteat, tamen si ea confitetur suo sacerdoti non est statuti Ecclesiastici transgressor; & loquitur in opinione quod qui habet tantum venialia tenetur illa confiteri semel in anno supra. p. 20. Igitur secundum hoc, de venialibus ad confessionem, tantum requiretur non habere actualem complacentiam, quod quidem dicendum videtur casu quo quis confitetur aliquod mortale & multa venialia; vel casu quo aliquod veniale specialiter detestatur, & cum eo confitetur plura. Si tamen nulla alia confitetur nisi venialia, necessaria videtur ea poenitentia actualis aut virtualis sufficiens contra venialia. Si dicatur quod illa humiliatio & confessio sunt actus meritorij ipsam includentes, & quod Ricardus intellexerit per interius poenitere explicitam detestationem, quia sufficit illa implicita in actu confessionis, non videtur irrationabile. Tàm: absolutio gratiam confert ad cuius collationem satis est non habere obicem mortalis peccati, imo in proposito neque actualem complacentiam omnium venialium, vt verba absolutionis congrua sint dicendo, Te absoluo, aliàs quippe talis complacens ligatus manet sicut erat prius;

prius, Qui diceret sufficere confessionem illam venialium sine complacentia & sine dolore, quò habeatur materia sufficiens super quã cadat absolutio, & habeatur collatio gratiæ remissionis peccatorum venialium; & hoc amasse Ricardum, vt ex ipsa natura venialium, & ex natura confessionis non plus requiratur, nil opinor absurditatis habet. Tunc exponetur actus contritionis prærequisitus ad confessionem respectu mortalium: venialibus minor actus sufficit.

Solent assignari aliqua specialia per quæ remittuntur venialia: Ea sunt. Generalis confessio; Pectoris tussio; A quæ benedictæ aspergio; Cordis contritio; Oratio Dominica; Signatio, id est, benedictio ab episcopo; Eucharistiæ sumptio; Offensæ condonatio; Extrema vnctio; Leuis poenitentia; Compassio: De his sanctus Bonaventura prima parte centiloquij Sectione sexta, & in opusculo, de tribus peccatorum ternarijs; Continentur his versibus.

*Confiteor, tundo, conspergor, conteror, oro,  
Signor, edo, dono, per quæ venialia pono,  
Vnctio, poena leuis, compassio quæ fit egenis.*

Potest intelligi ex dictis quomodo hæc remittat venialia, quia extrema vnctio & eucharistia cum sint sacramenta remittunt ex opere operato sicuti & gratiam conferunt, cætera ex opere operatis. Excitant enim operantis deuotionem & affectum ad caritatis feruorẽ, & meritum vide supra. d. 2. p. 12. citatos in hoc Alex. Bonæ. Ricar. & Thom. & Sotum, cui videtur quod aqua benedicta ex opere operato remittat venialia ex vi clauium Ecclesiæ, alioquin non plus faceret aspergi aqua non benedicta posita in Ecclesiæ introitu: idem dicit. dist. 15. q. 2. art. 3. de benedictione episcopi, & oratione Dominica, aliàs tantundem faceret benedicti à simplici sacerdote, aut dicere credo.

Veniale vt veniale est, non potest fieri mortale, quia differunt, & repugnat natura vnus naturæ alterius: Inde veniale ex genere suo vt risus leuis, verbum ociosum nullo modo possunt transire de natura venialis ad naturam mortalis: venialia ex imperfectione operis vt motus subiti ex indeliberatione



beratione voluntatis possunt fieri mortalia ex perfecto consensu voluntatis accedente: Venialia etiam ex leuitate materiae possunt fieri mortalia. V. g. leue furtum, potest fieri mortale accedentibus pluribus furtis venialibus, quae aequiualeant vni mortali, quia si omnia illa furta facta sunt in vnius hominis detrimentum clarum est peccatum mortale & obligatio restitutionis, quia tantum damnū irrogauit distinctis & paruis furtis, quantum in vno graui simul irrogasset: Si furta sint commissa in bonis diuerforū, ita quod a Ioanne furatus sit leuem materiam, a Petro leuem, taliter quod nullus passus damnū sit nisi leue, neq; in quolibet sit peccatū nisi veniale, tunc erit mortale quando ad eam quantitatem primò peruenerit quam si ab vno furatus fuisset simul commisisset lethale; in hoc verò casu non insurgit mortale peccatum furti ex damno proximi, sed ex retentione alieni. Nam constat quenlibet non fuisse grauiter laesum. Quoniam verò furtum non solum consistit in accipiēdo alienum, sed in retinendo; talis retinere non potest tantam quantitatem alienam, neque ex alieno fieri diuitem, quin protinus dominis suis restituat, vel saltem pauperibus si ex modicitate rei non videatur dissonum, quod domini consentirent sibi restitui in pauperibus si scirent: In quo casu si fur pauper esset de confessoris consilio posset omnia vel aliqua retinere. Ex dictis patet ad quæstionem: si peccatū veniale dum placet fiat mortale? ad quod citatur Augustinus dicens. Non est peccatum adeò veniale quin fiat mortale dum placet. Item si plura venialia faciant vnum mortale? quod sonare videtur autoritas August. allata in litera cap. 3. quod crebra peccata quamuis parua, ita nos grauabunt sicut vnum aliquod grande. Ponit exemplum de naui quam aqua paulatim surrepens ita submergit sicut gradis fluctus obruit. Idem sonant verba Magistri lib. 2. d. 24. in principio cap. 9. dicentis quod quædam non damnant nisi sæpius fiant, vel facienda decernantur. His respondendum est quod natura siue essentia venialis etiam si complacere ex voluntate deliberata, non transit in naturam & essentiam mortalis: autoritas Augustini intelligitur de illo veniali quod procedit ex inde-

*Solutio.*

indeliberatione voluntatis, cui accedente perfecta complacencia, est mortale, non tamen conuersione naturæ siue essentia vnius in alterum, quia complacere in veniali vt veniali, non est culpa mortalis, complacere in substrato seu materiali, vel materia circa quam est veniale potest esse mortale ex perfectione operis. Est alius intellectus quod loquatur Augustinus de complacencia, qua voluntas quiescit tanquā in fine, seu fruitur veniali culpa mallens illam quam Deum, ita quod neque pro Diuina amicitia si esset amittenda vellet non peccare. Sed contra hunc arguitur argumento molesto. Omnis venialiter peccans fruitur creatura, nam si vteretur non peccaret, igitur ponit vltimum finem in creatura, & sic ex complacencia veniale omne est mortale. Huic argumenta respondet Bona. in 2. dist. 42. num. 37. quod veniale neque est fruitio, neque vsus, sed abusus. Ex hac solutione sequuntur duo: vnum quod distinctioni August. lib. 1. de doctrina Christiana. c. 3. quod amor creaturæ vel est vsus vel fruitio addendū sit aliud membrum, vel abusus. Secundum est quod datur actus medius inter vsū & fruiōem; quæ est opinio Scoti lib. 1. d. 1. q. 3. litera. A. quem sequitur Ochan lib. 1. quæst. 1. dub. 1. & talis actus medius nil referet sit bonus, vel indifferens, aut malus modò per eum non ametur creatura supra Deum, nam ad fruiōem in creatura non satis est quod negatiuè Deus non ametur, vt est in peccato veniali, sed quod positiuè ametur creatura plusquam Deus vt est in peccato mortali. Dat sanctus Bona. solutionem secundam, quod August. accipit fruiōem, & vsū largè; fruiōem pro omni amore non relato; vsū pro omni amore relato siue referatur actu siue habitu; siue directè siue indirectè; siue rectè siue minus rectè. Cum autem ipse Bona. d. 41. eiusdem lib. 2. nu. 33. relationem habitualement vocet quam communiter vocamus virtualem, & non qua habetur habitus potens ad referendum, non habemus ex eius doctrina quod peccans venialiter referat creaturam in Deum habitu, ideo ipse manet in. 1. sol. quod sit abusus. Thom. 1. 2. q. 88. art. 1. ad. 3. dicit quod peccans venialiter refert creaturam in Deum non actu sed habitu. Hanc solutionem explicat Caiet. 2. 2. q. 24. ar. 10. ad. 2. dicens quod

*Argum.**Solutio.**Solutio. 2.**Sol. Tho.**Caiet.*

quod amare habitu siue referre, est habere habitum, qui ex natura sua potens est ad amandum propter Deum seu referendum, si talis res foret amabilis aut referibilis. Quæ interpretatio non soluit argumentum punctualiter. Scotus lib. 2. dist. 41. dicit, quod referre habitualiter; est habere actum referibilem in Deum manendo in caritate quæ est principium referendi, quando talis actus neque actualiter neque virtualiter refertur in Deum. De veniali dicit, quod non refertur in Deum priuatim, quia scilicet non est referibile, quamuis non contrarietur, neque contradicat caritati cum qua se compatitur. Iuxta hoc, secundum Scotum peccans venialiter non fruitur Deo, neque utitur creatura referendo in ipsum. Alij discipuli diui Thomæ faciunt in peccante venialiter vsu seu relationem in Deum indirecte. Videlicet peccans venialiter ordinat in commodum, & delectationem propriam sui ipsius; seipsum ex habitu caritatis refert in Deum habitualiter, igitur de primo ad vltimum peccatum veniale refertur in Deum, & est ibi vsus creaturæ. Quandoquidem finis illius peccati est sub alio fine Deo.

Ad aliud de Augustino respondet Alexand. 2. p. q. 124. memb. 3. vbi docet hanc conclusionem. 83. quod multa venialia, imo quocumque nunquam faciunt neque adæquant vnum mortale, & quod verba August. sunt intelligenda dispositiue, quia multa venialia disponunt vt homo fiat tepidus & euomatur. Apocalyp. 3. Bona. hac. d. quæst. penultima idem dicit quod disponunt dispositione pronitatis non necessitatis. Ad idem exponit literam Magistri

in lib. 2. dist. 24. num. 54. De conclusione vide

& Thomam. 1. 2. quæst. 88.

artic. 4.

D I-

## DISTINCTIO .XVII.

*De iustificatione impij: Si fiat per contritionem ante confessionem: De ministro Sacramenti confessionis: Si sufficiat confiteri Deo: aut homini laico.*



Iustificatio (quæ est ex nominis etymologia *Prop. 1.* idem quod iusti effectio) capitur tripliciter in Sacris literis. Vno modo significat manifestationem alicuius vt iusti. Hoc modo vsurpatur à iurisperitis in foro iustificari pro absolui & innocentem pronunciarum ab obiecto crimine. Hæc vsurpatio est satis communis in sacris literis. Psal. 81. ad iudices. Humilem & pauperem iustificate. Proverb. 17. Qui iustificat impium, & qui condemnat iustum abominabilis est vterq; apud Deum. In nouo testameto Luca. 10. legisperitus volens iustificare seipsum, id est, ostendere se iustum rogauit, quis esset suus proximus. Matth. 12. Ex verbis tuis iustificaberis, id est, absolutus ostendêris, aut condemnaberis. Luca. 7. Omnis populus audiens & Publicani iustificauerunt Deum baptizati baptismo Ioannis, id est, acclamauerunt iustum, qui adimpleuerat in Ioanne quod suæ promissioni debebat pronunciatæ per Malach. 3. Mitto angelum meum: & aliam per Esaiam. 40. Vox clamantis in deserto. Ad simile Dauid. Psalm. 50. Iustificêris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris, id est, ad hoc miserere mei quod propter Dauid seruum tuum non auertens faciem Christi tui. Psal. 131. cum iudicaris non esse daturus Messiam de semine meo propter delicta mea vincas & ostendaris iustus in promissis, quia iurasti Dauid veritatem & non frustraberis me de fructu meo ponens super sedem meam eo. Psalm. 131.

N n

Secundo

Secundo modo sumitur pro verè & realiter facere seu fieri iustum, & non pro ostendere. Iustificatio enim sumitur & actiue & passiue: isto modo proprius & cõmunis scholastici doctores vtuntur ad significandam sanctitatem & gratiam collatam à Deo creaturæ rationali siue intellectuæ, per quã ipsam creaturam purgat à peccato, sanctificat & renouat. De hac concil. Trident. sess. 6. quæ tota est de iustificatione cap. 7. docet quòd non sit sola remissio peccatorum, sed sanctificatio & renouatio per susceptionem gratiæ & donorum. De hac Esaias. 50. Iuxta est qui iustificat me. Galat. 3. ex fide iustificat Deus gentes. In lege nemo iustificatur. Rom. 5. Iustificati in sanguine ipsius. Tertio modo sumitur pro crescere & proficere in iustitia, seu iustificatione Apocalyp. 22. Qui iustus est iustificetur adhuc, & sanctus sanctificetur adhuc Eccles. 18. Non verearis vsque ad mortem iustificari, id est crescere in iustitia & sanctitate. Sanctus Bona. hac. d. n. 4. dicit quòd in proposito sumitur iustificatio à iustitia generali, & non à iustitia virtute cardinali, idem dicit Alex. 4. p. q. 72. m. 1. art. 2.

*Prop. 2.*

Per solam contritionem cum voto confessionis, sine confessione ipsa in actu, iustificatur impius. Hanc docet Magister in litera cap. 1. affert illud. Psalm. 31. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Quod exponit Cassiodorus, dixi, id est, deliberaui apud me, quòd confitebor. Votum enim pro operatione iudicatur. Affert & Augustinum ad idem. Facit in hanc distinct. 16. p. 8. Hæc potest alijs verbis sic poni.

Pœnitentia seu contritio delet peccata in ordine ad clauis Ecclesiæ. Nam actus pœnitentiæ virtutis delet peccata in virtute passionis Christi, & per fidem in ordine ad clauis. Concilium Trident. sess. 6. cap. 14. dicit pœnitentiam hominis Christiani post lapsum multo aliam esse à baptismali, eaque contineri non solum cessationem à peccatis & eorum detestationem, verum etiam eorundem confessionem sacramentalem saltem in voto, & suo tempore faciendam. Apertius sess. 14. cap. 4. Docet præterea sancta synodus & si  
contri-

contritionem hanc aliquando caritate perfectam esse contingat hominem que Deo reconciliare priusquam hoc sacramentum suscipiatur, ipsam nihilominus reconciliationem ipsi contritioni sine sacramenti voto quod includitur, non esse ascribendam. Est præfata conclu. contra quosdam quos Magister refert neq; nominat, qui dicebant sine confessione & satisfactione neminem à peccato mūdari si tempus ad illa habuerit, de quorū numero videtur Ricardus de sancto Victore in tractatu de potestate ligandi atq; soluendi. Nam in .c. 2. ponit duplicem solutionē peccatoris, ad culpam quam vocat captiuitatis; ad pœnam quam vocat damnationis. In cap. 4. ponit duplicem solutionem à culpa quam facit Dominus, quandoque tamen cooperatione ministrorū; à pœna quam facit per se quandoque, quandoque per ministrū. Cap. 5. dicit q̄ pœnitens eget absolutione sacerdotis quãdiu datur hoc posse, solus nanq; ille sub hac conditione nō tenetur, cui exequendi facultas diuinitus denegatur. Videlicet si tollatur de medio vt dixerat. c. 4. vnde hoc vult Ricard. q̄ Dominus soluit à culpa per se solum ad contritionem; vel quandoque per ministrum, scilicet quãdo hoc sacramentum confert primam gratiam: Ab æterna damnatione soluit minister in confessione; quandoque Deus, videlicet in articulo mortis quando non potest confiteri. Vnde in cap. 8. dicit, quòd vinculum damnationis Dominus soluit conditionaliter, minister, id est, sacerdos, simpliciter. In cap. 7. dixerat sic. Sola cordis confessio (intellige contritionem) pœnitenti ad salutem animæ sufficit veraciter, cum articulus necessitatis oris confessionem & sacerdotis absolutionem excludit. In cap. 19. concedit quòd per solam contritionem homo reponitur in caritate, negat tamen consequentiam, ergo euadit damnationem æternam, quia tenet quòd se compatitur esse hominem in caritate, & obligatum æternæ damnationi. Alia ibi dicit de pœna sanctorum Patrum in limbo quòd erant obligati æternæ damnationi, nisi Christus eos liberasset, cum tamen illorum pœna non debeat dici nisi temporalis. In quibus omnibus bonus Ricardus cum Homero, quod est ferè in prouerbio, dormitasse videtur.

Nam si per contritionē ipsam nō liberemur à damnatione, & ante confessionem veniret articulus mortis merè voluntarie dicitur, quòd solus ille articulus faceret mutationem in poena.

*Prop. 3.*

Hoc votū confessionis non semper requiritur explicitum & actuale, sufficit enim implicitum & virtuale, quod sonant citata verba concil. Trident. & docet Ricard. hac. d. art. 2. q. 1. Implicatur votum confessionis in proposito seruandi omnia Diuina præcepta, quia de confessione est præceptum; & in ipsa contritione, quando vera est, quia nō stat cum illa consensus in aliquod peccatum mortale. Differt votum confessionis à voto baptismi, quia votum baptismi requiritur explicitum, supra. d. 4. p. 2. Votum explicitum confessionis requiritur tempore quo confessio obligat. Hinc fit q̄ vt homo sit quietus & tutus in conscientia post peccatum sufficit dolere de peccatis, habere propositū confitendi suo tempore, & satisfaciendi pro sua possibilitate.

*Prop. 4.*

Remissio culpæ & infusio gratiæ inclusæ in iustificatione non sunt vna mutatio, sed duæ; vtraque realis, vel saltem vna, & altera rationis. De hac vide Scotum. dist. 16. quæst. 2. Probatum ex concil. Trident. citato ad primam. p. Iustificatio non est sola peccatorum remissio, sed sanctificatio, igitur non sunt eadem formaliter. Ratione. Idem non potest esse vnum & plures; sed ad vnam infusionem gratiæ sunt multæ remissiones culparum, ergo non sunt eadem. Secundò. Culpa & gratia non sunt formaliter oppositæ & repugnantes, vt priuatio vnius sit ex natura sua positio alterius, igitur non sunt vna mutatio. Probatum antecedens, quia dato opposito agens potens effectiue seu defectiue in vnam posset effectiue in aliam, sed homo potest effectiue seu defectiue in peccatum & non potest effectiue in gratiam, igitur non sunt eadem mutatio. Hæc ratio secunda in via Scoti valet, inter aduersarios minime. De antecedenti vide supra distinct. 15. prop. 2. quòd secundum eos opponuntur formaliter sicut habitus & priuatio. De probatione antecedentis habes ibidem quòd peccatum effectiue corrumpat gratiam. Dicent per idem quòd homo peccans agit effectiue

effectiue, & effectiue concurrat ad eam expellendam, vel corrumpendam. Sicut habes in Breuiloq. 3. dist. 13. p. 5. dixisse fratrem Franciscum de Victoria, quòd ad concurrendum effectiue non erat necessarium, quòd attingeret effectiue, sic in proposito: Nam causans dispositionem contrariam concurreret ad expellendum seu corrumpendum effectiue, quamuis non attingat. V. g. Toxicum dispositiones contrarias causat vt anima in corpore conseruetur illud informans, quod tamen ipsam animam rationalem non attingit effectiue. Peccator igitur dicet, quòd corrumpit gratiam, quia est causa quòd subiectum, id est anima fiat sine dispositione ad gratiam necessaria. De eo, quod dicit arg. homo non potest effectiue in gratiam habes supra. d. præcedenti. p. 80. quomodo aliqui reputant probabile hominē concurrere effectiue saltem ad augmentum gratiæ; imo & addunt alij quòd etiam ad productionem tam ipsius quàm cæterarum virtutum infusarum ex Diuino auxilio, non autem ex viribus proprijs, quia Concilia vt Trident. sess. 6. cap. 5. fatetur iustificari peccatorem gratiæ liberè assentiendo & cooperando, & canone. 4. anathematizat dicentes liberum arbitrium habere se passiuè, & nil cooperari, non negant efficientiam nostram, estò negent meritum nostrum ad illam. Qui sic tenuerint negabunt quòd assumit argu. Qui oppositum tenuerint, & adhuc sustinere volent peccatorem, & peccatum concurrere effectiue ad expulsionem gratiæ dabant discrimen quare non possint in gratiam producendam, vel augendam, quia potentior est homo ad destruendum, quàm ædificandum, & perditio nostra ex nobis, tantummodo in Deo auxilium nostrum. Osee. 13. Fortasse ex tenentibus quòd sacramenta sunt causæ gratiæ morales vt. d. 1. p. 10. aliquis volet similiter philosophari, quòd homo per actus suos non quasi causa physica, sed quasi moralis corrumpit habitum caritatis, & cōcurrit ad productionem eius, vel saltem ad augmentum. V. g. tenendo contritionem esse partem sacramenti poenitentiae, quæ ad gratiam infundendam in sacramento vt causa concurreret: ipsa est actus poenitentis, quæ sæpe in actu non est cum absolutione, igitur con-

*Vide in. 3  
d. 31. p. 1  
corruptio  
nem acci  
dentium.*

curret tanquam causa moralis, & per consequens homo per illum actum etiam concurret. Quidquid sit de istis non credo quod actus nostri concurrant ad producendos habitus supernaturales & infusos, neque ad augēdos: neque effectiuē ad corrupendos, sed quod à Deo solo sint, vel non sint, vt sunt autores Alex. Bona. & Scotus.

Dicitur est in conclusione, q̄ vtraq; est realis aut saltem vna. Probat, infusio gratiæ est à priuatione ad ipsam tanquam ad formam realem; expulsio culpæ tenendo culpam esse maculam realem, quia est mutatio ab esse reali ad non esse illius erit etiam realis: tenendo non esse maculam nō erit mutatio realis, quia non est inter terminū realem positiuum, vel in priuationem realem sed rationis. Ita declarat Scotus loco citato litera. D.

*Prop. 5.*

Si remissio culpæ sit ens reale, prior generatione est remissio culpæ quam infusio gratiæ, sed perfectione prior est infusio gratiæ; similiter prior erit remissio secundum consequentiam, valet enim: Infusio gratiæ est igitur culpa remittitur: non tamen è conuerso. Hæc conclusio ponitur à Scoto citata. q. 2. litera. Q. vbi & aliàs cum teneat non opponi formaliter ex natura sua, sed ex Diuina institutione non conuertitur consequentia, & in prioritate consequentiæ imperfectius est prius sicut animal homine, vbi non conuertitur consequentia, quia valet homo est, ergo animal est, non è conuerso. Stando in hac sua sententia dicit consequenter quod neutra illarum est causa alterius, sed Diuina voluntas: ex qua Diuina institutione & voluntate cum infusio gratiæ sit expulsio culpæ, infusio gratiæ erit prior in Diuina intentione quamuis in executione sit prior expulsio culpæ. Ambæ tamen simul sunt, cum neque per instans detur medium inter filium regni & gehennæ. Resolutoriè secundum modos prioris & secundum opiniones quid faciat hominem actu transeunte peccati esse peccatorem respondendum est quæ illarum sit prior. Tempore, in omni opinione nulla est prior altera. Tenendo culpam esse aliquod positiuum in anima, & inter se formaliter ex natura sua repugnare, & effectiuē

effectiuē se expellere, gratia erit causa expulsionis culpæ, & sic causalitate prior: Generatione est prior culpæ expulsio, quam infusio gratiæ, quia in via generationis imperfectiora sunt priora; in via perfectionis infusio gratiæ prior; Sicuti dispositiones sunt priores introductione formæ, & imperfectiores ipsa forma. Natura sunt simul, quia conuertitur subsistendi consequentia: gratia inest igitur culpa abest, aut expellitur: & è conuerso. Stando in alia, quod culpa non est aliquod positiuum, neque formaliter repugnant, neque effectiuē se expellunt: non sunt priores causalitate, quia neutra causa est alterius: natura (quia nō sunt immediatè opposita, potest enim sine contradictione dari homo in puris naturalibus, licet de lege iam non detur) prior est expulsio culpæ, quia non conuertitur consequentia, valet enim, Gratia infunditur, ergo culpa expellitur, non tamen è conuerso. Hæc dicta sunt ex parte ipsarum comparando inter se.

Ex parte Dei infudentis gratiam prior videtur infusio gratiæ, quam expulsio culpæ. Nam non remittit culpam nisi quia infundit gratiam; imo mediante gratia remittit; igitur prior est infusio gratiæ expulsionem culpæ. Probat exemplo; Sol prius illuminat aerem, quam expellat tenebras, quia ipsas mediante luce expellit, igitur à simili Deus. Hoc in actione aliorum agentium ostenditur, quia per se & prius intendunt introducere formam, & quia illa non patitur contrarium, illud ex consequenti expellunt, & quasi per accidens: vt in generatione, generatio per se & prius est geniti, & ex consequenti ac de per accidens est corruptio alterius. Est etiam demus in proposito, quod æquè principaliter intendit Deus destruere culpam sicut infundere gratiam, quia culpa est malū destruibile, & in Deo non est ponendum quod aliquid faciat vel intendat per accidens, adhuc infusio gratiæ videtur prior tanquam effectus prior, ordinatus ad posteriorem. Ab hac conclusione non differt opinio aliā de nō remanere in peccatore maculā, sed relationem rationis qua ordinatur à Deo ad condignā poenam; quia in actu Diuinæ voluntatis non est prius neq; posterius,

sed in obiectis secundarijs eiusdem voluntatis attenditur perfectio eorum inter se: & cum sit perfectior gratia quam peccatum, habent secundum perfectionem quandam ordinem inter se, & prius vult voluntas illud quod est propinquius fini, ut sæpe dicit Scotus & habet citata. q. 2. d. 16. litera. S. vide in Breuioloq. 3. d. 7. p. 7. Prius igitur vult dare gratiam & facere amicum, & ex amicitia nõ ordinat talem ad poenam. Dicit consequenter doctor subtilis in reportatis ea. d. 16. q. 2. stando in ista opinione, quod prior terminus est remissio culpæ, quàm expulsio, quandoquidem culpa nõ est ens reale & posituum quod expellatur.

Alexand. 4. p. quæst. 58. m. 4. art. 1. ponit ad propositum duos modos. Vnus dicit quod Deus seipso expellit peccatũ. Esaia. 43. Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me; ideo prius mundat animam, & postea dat gratiam, prius inquam natura, quia tempore simul sunt. Sed quia expulsio culpæ est per infusionem gratiæ, sicut expulsio tenebræ materialis per diffusionem luminis materialis, dupliciter considerat gratiam: Vno modo, ut aufert & tollit peccata, isto modo præcedit gratiæ infusio ablationem culpæ, sicut causa est naturaliter prior suo effectu: Alio modo ut sua inhærentia seu informatione perficit animam, sic expulsio culpæ præcedit, sicut dispositio præcedit formam: & sic in genere causæ efficientis præcedit infusio, in genere causæ materialis præcedit expulsio culpæ. Hæc Alex. ibi, ad idem est. q. 73. m. 1. artic. 3. vide & Bona. hac. d. à num. 30. Habes & supra. d. 14. p. 11. quod causæ sunt sibi causæ. Vide & Ricard. de ista materia hac. d. ar. 4. q. 4.

*Prop. 7.* Ex illis actibus nostris, qui dicti sunt concurrere ad iustificationem hominis adulti Deus plus acceptat poenitentiam ad iustificandum peccatorem, quàm alios: Hanc tenet frater Andreas Vega in opusculo de iustificatione. q. 3. Probat: Poenitentia est immediata dispositio ad gratiam, habes supra per Scotum. d. 14. p. 11. & dist. 16. p. 8. igitur magis acceptatur ad iustificationem quàm cæteri actus, qui possunt manere in peccatore. Confir. quia cæteri actus sine poenitentia sunt dispositiones insufficientes. Secundò, plus præstat

præstat Deo qui poenitet cum emendæ proposito, quàm qui aliquæ aliorum actuum habet, quia difficilius est actus poenitentia, quàm aliquis actus aliorum.

Si contra hanc arguas, quod sacrae literæ sæpius attribuunt iustificationem fidei, quàm alijs actibus nostris, quod per omnes epistolas suas Paulus docet. Roman. 3. 4. & 5. Iustificati ex fide pacem habeamus. Act. 13. In hoc (idest Christo) omnis qui credit iustificatur.

Ponit præfatus pater loco citato causas quare sæpius fidei attribuitur quam alijs. Prima est, quia fides origo est radix & fundamentum spiritualis ædificij, à qua omnia opera & actus nostri vim suam accipiunt cum ipsa non habeat aliunde. Sine fide enim impossibile est placere Deo. Hebr. 11. est quippe lumen illustrans intellectum, ut videat quod sit procedendum & quomodo ambulandum in via Dei. Secunda, quia ipsa credendo poenas & gloriam mouet peccatorem ad ea operanda quæ sunt ad suam iustificationem necessaria, imo actus fidei est motus primus ex parte nostra ad iustificationem, per quem habemus potestatem operandi alia quod filij Dei sumus. Ioann. 1. Tertia, quia eo tempore quo Apostoli prædicabant, auditores maxime indigebant audire doctrinam fidei. Nam Gentiles multi erant viri alioquin virtuosissimi & potissimè necessarium credere & idola abijcere. Hoc videtur in cantico suo expressisse Simeon Lucæ. 2. vocans Christum lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel. Gentes indigebant lumine reuelante; Israelitæ, qui iam fidem habebant vnus Dei, non adeo fide indigebant crederent promissum suum compleuisse Dominum misso eis Messia, & gloriam haberent. Sic Petrus Act. 2. Israelitis credentibus Christum Messiam poenitentiam ad baptismum prædicauit. Ab Eunucho Aethiope Cædaci reginæ quia gentili, fidem exigebat Philippus ad baptismum Act. 8. Si credis ex toto corde. Aliter exponitur verbum Simeonis, ut vtilitas per Christum & commodum maius sit gentibus, gloria & honor quod ex eorum semine fuerit habeant Israelitæ. Est alia causa quoniam attribuendo iustificationem fidei, non deroga-

Nn 5 gabatur

*Argum.*

*Solutio.*

gabatur Diuinæ gratiæ & misericordiæ neque superbia no-  
stra extollebatur ex alijs nostris operibus, quæ non ita ma-  
nifeste sicut fides superabant nostram facultatem & excede-  
bant rationem.

2. *Solut.*

Possit dari secunda solutio quod fidei attribuitur iustifica-  
*Videm.* 3 tio sed fidei formatæ, & ita tantundem sit iustificari ex fi-  
d. 2. 4. p. 4 de, quam iustificari ex gratia. Hæc citatus Vega ibi impu-  
gnat.

¶ 5.

*Propo.* 8.

Actus nostri præparantes ad iustificationem, quia sunt in-  
formis; non sunt meritorij de condigno ipsius iustificatio-  
nis, ita definiuit concil. Trident. Sess. 6. c. 8. prout sequuntur  
*Breuiol.* & continuantur post iustificationem meritorij sunt tam gra-  
2. d. 28. tiæ, quæ gloriæ. Hæc est manifesta; sed de primo actu contri-  
p. 3. tionis quid mereatur & quomodo solet inter Scholasticos  
agitari. Sunt qui dicant primam contritionem non esse me-  
ritoriam primæ gratiæ, quod sanum est & catholicum; esse  
vero meritoriam gloriæ. Non enim reputant inconueniens,  
quod gloria respondens primæ gratiæ collatæ sine sacramen-  
to cadat sub merito, gloria correspondens gratiæ sacramen-  
tali non sub nostro merito cadit sed Christi. Ad hoc citant  
Thom. 1. 2. quæst. 12. art. 2. ad. 1. dicentem, quod præparatio  
hominis ad gratiam, quædam est simul cum ipsa infusione  
gratiæ, & talis operatio est meritoria, non gratiæ quæ iam ha-  
betur, sed gloriæ quæ nondum habetur. Quidam, ut hoc ex-  
plicent, negant gratiam esse acceptationem ad gloriam, sed  
ad amicitiam. Respectu amicitia gratia est prior & præcedit  
actum poenitentia, quem informem facit formatum: respec-  
tu gloriæ actus poenitentia præcedit gratiam. Quod qui-  
dem ego non credo, sed quod ipsa gratia est arra & ius ad glo-  
riam, & ea est quæ facit formaliter amicos & filios Dei,  
quod si filios & hæredes, cohæredes Christi. Roman. 8. ideo  
si prima contritio quæ est vltima dispositio & immediata ad  
gratiam simul cessaret cum ipsa infusione gratiæ, sicut gratia  
sine meritis data est, ita gloria correspondens sine meritis  
dabitur. Neque in proposito facio differentiam, quoad gloriam  
de gratia sacramentali & de gratia prima, quia æquè datur  
vtraque propter Christum, Neque aliud meritum extimo in acti-  
bus

bus præparatorijs ad iustificationem ex parte nostra ad glo-  
riam, quæ ad gratiam; neque arbitror sanctos qui fatebantur nos  
iustificari sine meritis, & remissionem peccatorum tribuebant  
poenitentia in memoria habuisse tam exactam metaphysi-  
cam, & differentiam; neque forsan ipse Thomas tantum inten-  
debat asserere quatum ex eius dicto inferitur. Dico igitur quod  
cum actus ille primæ contritionis non consistat in puncto sed  
actus sit verè humanus moram aliquam, licet non determinatam,  
requirens, ut. d. 16. p. 7. in latitudine illa credendum est infor-  
mari gratia, & informatum continuari, augereque gratiam pri-  
mam illam & gloriam.

Iustificatio impij prout se tener ex parte Dei infundendo  
gratiam fit in instanti. Gratia enim non infunditur per partes,  
& quacumque gratia etiam minima infusa iustificatur impius;  
præuentio Dei mouendo & preparando in plurimum & com-  
muniter fit in tempore, sicut habes supra. dist. 16. propos. 7.  
quandoque est subdita illa Dei præuentio, & motio. Non  
eget tempore ad excitanda corda & mouenda. Nostra coo-  
peratio, & dispositio detestando culpam & alia faciendo cum  
actus sint humani tempus requirunt, quod iam dictum est.  
Ad hanc vide Ricard. hac dist. articul. 4. quæst. 6. Thom. 1. 2.  
quæst. 113.

Iustificatio impij non est miraculosa. Hanc docet idem  
Ricardus ibi. arti. 9. quia tria sunt de ratione miraculi. Vnum  
quod per actiuam potentiam fiant supernaturalis agentis.  
Secundum quod in materia non sit aliqua dispositio; sed solum pot-  
entia pura obedientialis. Potentia autem obedientialis in via Sco-  
ti non distinguitur realiter à potentia passiuâ naturali, sed re-  
duci ad actum seu formam nequit nisi ab agenti supernatura-  
li: vide eum in 3. d. 13. q. 4. litera. L. quia & in eius via. Omni-  
potentia passiuæ naturali non correspondet actiuâ natura-  
lis; Sed naturalis, vel supernaturalis agentis libere. Vide in  
prologo. q. 1. litera. L. & Q. & in 4. d. 43. q. 3. ad. 1. principale  
& d. 49. q. 11. litera. K. Hæc potentia obedientialis in eadem  
creatura est vna, & non plures; licet Scotus in 3. d. 1. q. 2. litera. C.  
ad propositum ibi ponat dubitativæ. Tertium quod sit præter modum  
consuetum. Iustificatio non est insolita, & de lege communi requi-  
ritur

*Propo.* 9.

*Propo.* 10.



ritur in adulto aliqua dispositio, igitur ipsa non est miraculosa. Præventiones Dei, & adiutoria ad illam bene poterunt esse & fieri modo mirabili, vt Pauli vocatio Act. 9. Sed inter miraculum & mirabile differentia est: quia omne miraculū est mirum & mirabile quanuis non ē conuerso. Vide in breuiloquio. 2. dist. 7. prop. 10. Indē vocatio, aut illuminatio peccatoris bene posset fieri præter consuetum modum & esse mirabilis & miraculosa. Distum est notanter quod de lege cōmuni requiritur dispositio in adulto: quia si de potentia absoluta possit Deus sine dispositione iustificare habes supra. d. 16. prop. 12. in sol. arg. opinionem Scoti affirmatiuam quam tenet & Ricardus ibi citatus: & hac. d. artic. 4. q. 9. modo citata & Bonauent. hac. d. num. 41. Sequitur & pater Vega, lib. 6. cap. 5. in sol. 3. obiectionis: ex Thomistis est cum eis Caieta. 1. 2. q. 112. artic. 2. interpretans Thomam, quod dicat dispositionem esse necessarium non tamen addat quod semper exigatur. Ratio Ricardi ibi posita fortissima est, quia in quocunque genere causæ concurrat dispositio nostra siue efficientis, siue meritoria illam potest Deus supplere sicut supplet in paruulis, & ita adultum dormientem aut vigilantem iustificare, & habitualiter ad se conuertere, modo talis nō sit actualiter continuans actum peccati. Quando Deus sine dispositione iustificaret illa iustificatio esset miraculosa, vt dicit præfatus Ricardus. Bonauentura citatus de Paulo concedit quod iustificatus sine præparatione neque attritione de privilegio speciali.

*Prop. I I.*

Dempto opere incarnationis inter cætera opera Dei maximum est iustificatio impij. Probat: magnitudo operis consideratur ex parte agentis, vt illud sit maius quod à principali agente necesse est quod fiat; vel ex parte modi, est maius quod maiori sapientia, & forma exquisitori factū fuerit; vel ex parte finis seu termini ad quem opus ordinatur; sed sic est q̄ ex his tribus iustificatio impij excellit opera cætera Dei, ergo est maximum. Ex parte agentis, iustificatio non potest esse ab agente creato patet ex Augustino. lib. 3. de Trinitat. cap. 8. refertur à Magistro lib. 2. d. 7. cap. 10. Sicut in ipsa vita nostra mentem iustificando formare non potest nisi

nisi Deus; ita creationem rerum Deus interius operatur. Ex parte modi licet aliquibus videatur præcellere opus creationis, quia est ex nihilo: iustificatio quæ fit per infusionem gratiæ & virtutum aliarum non videtur eis includere creationē, attamen secundum alios non inferioris nominis & doctrinæ gratia & cæteræ virtutes, quæ ad sanationem impij & reformationem infunduntur, creantur. Nam Bonauent. num. 50. citatē. d. 7. lib. 2. exponens illa verba Augustini dicit, q̄ mentem nostram iustificando formare non potest nisi Deus, quia gratia non est ex aliquo sed potius ex nihilo, & in. 4. hac. d. nu. 34. etiā dicit gratiā habere esse per creationem. De Scoto iam supra visum est quod idem doceat. Ex parte termini seu finis; Per creationem habetur & confertur bonum naturale tantum, per iustificationem bonū gratiæ cum iurē ad gloriam, per quam gratiam sumus effecti consortes Diuinæ naturæ. 2. Petri. 1. Vnde dicit Scotus lib. 3. d. 9. sub litera. E. citato Gregorio in benedictione cerei Paschalis dicente, nil nasci profuit nisi redimi profuit, quod tantum bonum cōfertur per redemptionem, quantum per creationem, imo in reportatis eadem. d. ait, quod quāquam multum bonum sit quod capit natura per creationem, modicum videtur respectu habitū per gratiam & gloriam; diuus Thomas. 1. 2. q. 113. art. 9. ad. 2. dicit, quod bonum gratiæ vnius est maius quā bonum totius vniuersi. Cum igitur hæc tria simul concurrant iustificatione, q̄ sit opus solius Dei, quod immisceatur creatio, quod sit ad bonum excellentissimum, iustificatio est maius opus quam cætera, vbi hæc simul non concurrunt. Propter hoc Augustinus. Super Ioann. tract. 72. super illa verba cap. 14. maiora horum faciet, dicit. Vt ex impio iustus fiat, prorsus maius hoc esse dixerim, quam est cælum & terra, & quæcunque cernuntur in coelo & in terra. Cælum enim & terra transibit, prædestinatorum autem salus & iustificatio permanebit; Petens mox vtrum maius sit iustos creare, quam impijs iustificare non audens diffinire ait. Certè si æqualis est vtrunque potentia, hoc maioris est misericordiæ. Ratio est, quia impius iustificatione sua est indignus, imo poenæ & punitiōis maximè debitor. Bonum igitur iustificationis cum sit bonum æternū, bona

bona omnia temporalia excedit, quò perpendat peccator quã to bono se priuat peccando mortaliter, & qui alterũ inducit ad peccandum quantum mali facit, & quanta ratione Paulus Ephes. i. orat, vt illis Deus det spiritum sapientiã & illuminatos oculos vt sciant quẽ sit spes vocationis eius, & quẽ diuinitã gloriã hereditatis eius in sanctis. Dixi, dempto opere incarnationis; quia illud opus fuit excellentius, quia à solo Deo factibile, ibi excellentius esse fuit finis vel terminus putã esse Deum hominem, ibi maior & summa gratia, atq; gloria collata Christi animã. Si dicas quòd glorificatio excedit iustificationẽ, igitur est maius opus, quia ad maius donum & ad maius esse. Dico quòd si separentur iustificatio vnus, & glorificatio alterius, bene maior est glorificatio; at vero iustificatio quãtum est de se importat glorificationem: qui ab illa cadit peccãdo minus habet quã glorificatus, quã à gloria cadere non potest. Quòd si aliunde philosophemur, minus debita est impio iustificatio, quã iusto gloria, idẽ suã pietatem & omnipotentiam parcendo illi & miserendo maxime Deus manifestat sicut dicit *in collecta. Dominica. 10. post Pentecosten. & Paulus Roman. 5. Commendat caritatem suam, quoniam cum peccatores essemus Christus pro nobis mortuus est, cum inimici essemus reconciliati sumus Deo.*

*Prop. 12.* Opera iustorum facta propter Deum valẽt ad multa, quã habes in Alex. 4. part. 9. mem. 5. Et. 2. p. 9. 107. m. 2. Primò ad augmentum caritatis in prãsentis & gloriã in futuro. Nam caritas secundum Augustinũ meretur augeri, vide & breuil. 1. d. 1. De prãmio gloriã. Prouerb. 11. Seminanti iustitiã merces fidelis. Ad satisfactionem propœnis. Eleemosyna purgat peccata Tobie. 12. Per misericordiam & fidem purgantur peccata. Prouerb. 15. & 13. Redemptio animã viri diuitiã suã, & cap. 11. Alij diuidunt propria & ditiores fiunt; videlicet in bonis spiritualis; & diminutione poenarum, atque sæpe in bonis etiam temporalibus. Ad debilitationem fomitis siue concupiscentiã. Iob. 8. Si diluculo consurrexeris ad Deum, & omnipotentem fueris deprecatus, si mundus & rectus incesseris statim euigilabit ad te, & pacatum reddet habitaculũ iustitiã tuã.

tuã. Pacatum ab impugnatione & afflictione fomitis; imò etiam & à tentationibus exterioribus, quod est aliud, in quod valent. Nam amici Iob figurantes persecutores & tentatores, quibus ipse dixit cap. 6. Subuertere nitimini amicum vestrũ: non loquebantur ei verbum: videntes vehementem dolorẽ. cap. 2. Vbi Gregorius. Sicor veraciter dolet linguam contra nos vitia non habent. Supr. d. 15. p. 4. vide. 4. 6. 7. 8. 9. vtilitatẽ quia faciunt ad hanc.

### De ministro Sacramenti pœnitentiã.

**N**on sufficit confiteri soli Deo. Magister in litera cap. 4. est de fide contra quosdam, quos non nominat contrarium tenentes. Sunt vero quidam hæretici in partibus Orientis dicti Iacobitẽ id tenentes. Frater Alfonso Castro. Confessio hæresi. 2. eundem errorẽ tribuit Luthero: Frater Andreas Vega, lib. 13. cap. 27. dubitat si tenuit eum Lutherus, quia neque Leo Papa. X. neque Roffensis imponunt ei tale. Hęc cõclusio probatur per. d. præcedentẽ de confessione. p. 15. & deinceps. Eam docet Alex. 4. part. 9. 76. memb. 2. artic. 3. 6. 3. Sanctus Bonauentur. hac. d. numer. 50. Vbi dicit quòd ante concil. Lateranense sub Innocentio, non erat hæresistenerere quòd sufficiebat confiteri soli Deo, quia id tenentes non negabant clauũ potestatem, sed negabant necessitatẽ; idẽ dicebant vtile esse confiteri, & q̄ sacerdotes poterãt absoluerẽ. Vnde Magister, & Gratianus in decretis hoc referunt tanquã opinionem. Hęc Bonau. sententia facit aliquos doctores inquirere an semper fuit hæretica vt Adrian. q. 1. de confess. fol. 235. in libris paruis. Ad hoc vide supra. dist. 13. propos. 56. in propositione hæretica, inde habes quomodo respondeas, verum est tamẽ quòd in proposito est alia causa plus augens difficultatem, an ita fuerit, quòd ante concilium illud Ecclesia nondũ desinisset, quia statutum illud. Omnis vtriusq; sexus, nõ declarauit esse de fide, sed statuit quãdõ esset cõfitendũ. Metina Cõplutẽsis de cõfes. q. de eius necessitate, dixit nõ esse strictẽ hæreticũ, sed sapere heresin, quò assertor sit hereticus, & vt talis puniẽdus debet propositionẽ sapientem

4.

*Prop. 13.*

tem hæresin cum pertinacia affirmare. Sed aduerte quòd scripsit ante concil. Trident. vbi apertè definita est necessitas confessionis.

*Prop. 14.* Minister huius sacramenti est solus sacerdos, ita quòd nõ sacerdos nihil faceret. Hæc est contra Lutherum dicentem, quòd in defectu sacerdotis æqualiter absoluit quicumq; Christianus etiam puer aut foemina. Conclusio nostra definita est in concil. Trident. Sess. 14. canone. 10. quia solis sacerdotibus dictum est, Ioann. 20. Quæcunque ligaueritis. Facit & cap. 1. & 6. eiusdem Sessiois, & concil. Florentin. dicens. Minister huius sacramenti est sacerdos.

*Corol.*

Per hanc explòditur sententia Magistri, quòd in defectu sacerdotis debeat quis confiteri socio laico, bene tamen fateatur quòd laicus non habet potestatem absoluendi, sed vt veretur. Refert pro sua sententia Augustin. qui & refertur à Gratiano de poenit. dist. 1. cap. Quem poenitet: & dist. 6. in principio. Sed librum illum de vera & falsa poenitentia aliqui dubitãt an sit Augustini. Refert & Bedam, maxime pro venialibus. Aliqui autores dicunt eiusmodi confessionẽ fuisse quòdam vsitatum in Ecclesia. Modo vero credo iustè procederetur contra audientes & confitentes propter suspicionẽ hæresis Lutherane. Scotus hac. d. litera. T. illam iudicat periculofam famæ, addit quòd ex simplicitate tales excusarentur.

*Prop. 15.* Non quilibet sacerdos habet potestatem vtendi claue in quocunque, sed debet esse proprius, vel ab eo subdelegatus & si alius attentet absoluere nihil facit. Hęc est definita in concilio Trident. Sess. 14. cap. 7. dicente: nullius momenti absolutionem eam esse debere, quam sacerdos in eũ profert, in quem ordinariam, aut subdelegatam non habet iurisdictionem. Idẽ docuerat concil. Lateranense in cap. Omnis vtriusque sexus, habetur extra de poenitent. & remiss. sed quia nõ fuerat ita clarè loquutum sicut Tridentin. aliqui tenuerunt, quòd in confessionibus voluntarijs poterat quis cõfiteri alieno. In hanc affert Scotus. d. 14. q. 4. ante literam. B. & hac. d. ante literam. O. quòd sententia à non suo iudice lata est nulla de reg. iuris lib. 6. est & alia. 26. Ea quæ fiunt à iudice si ad eius

eius non spectant officium viribus non subsistunt. Quis dicatur proprius variè doctores distingunt. Breuiter dico, qd proprius sacerdos primò dicitur summus Pontifex respectu omnium Christianorum: Secundò episcopus in sua diocesi: Curatus in sua parocia: ab his distinguitur subdelegatus, neque est dicendus proprius quicumque habet potestatem absoluendi. Proprius igitur sacerdos de quo loquitur cap. Omnis vtriusque, est sacerdos parocialis, ad quem intellectum facit extrauagans Martini. V. quã refert Adrian. q. 5. de confessione, vbi dicebat. Volumus autem qd ij qui fratribus confitebuntur, eisdem suis parocialibus sacerdotibus semel saltem in anno confiteri, prout generale concilium statuit, nihilominus teneantur. Hæc licet robur in eo nõ obtineat, facit vt declaret quis sit proprius à cõcilio vocatus. Confessus Papæ, aut episcopo præceptum adimplet supponebat autẽ Innocētius eos non habere consuetudinem audiendi confessiones.

Hæc iurisditiorequisita in confessore seu sacerdote est de iure Diuino. Hæc est contra Armachanum. lib. 11. de quæst. Armenorum capit. 2. dicentem, quòd quilibet sacerdos potest absoluere quocunque, secluso statuto Ecclesiæ. Hanc positionẽ Durandus in. 4. d. 19. q. 2. dicit probabilem, & sibi aliquando visum difficile eius rationibus respondere tenet tamen contra eam. Cum Armachano videtur Siluester. Confessio. 1. §. 2. dum ait. qd à principio quilibet sacerdos poterat quilibet absoluere volentẽ sibi subijci. Sed probatur concl. ex cap. Si episcopus, de poenitent. & remiss. lib. 6. vbi decidit Bonifacius. VIII. nulla posse consuetudine introduci, qd aliquis valeat sibi eligere confessorem: sed quod non obrogatur consuetudine ius est diuinum, quia contra omnia iura humana præualet consuetudo. Hac ratione Scotus responder glossę dicenti, qd confessio non est necessaria apud Græcos, qd etiam si apud illos non sit confessio in vsu (quod tamen non est certum, quia nullus doctor scribens contra eorum abusiones expressit de eis tale) ex quo multas laudabiles alias consuetudines omiserunt, ita potuerunt istam omittere necessariã, quæ omisio non inducit consuetudinem, quia cadit sub præcepto Diuino.

Oo

Contra

*Argum.* Contra hanc arg. quod subditi solent sine licentia prælati confiteri in aliquibus religionibus, igitur vel non sunt absoluti, vel consuetudo præualet. Item vna diocesis præualet, & contra aliam præscribit in cura alicuius populi.

*Solutio.* Respondet Angelica. Confessio. 3. §. 30. quod si prælati sciunt & tolerant illa est tacita licentia, non tamen præscriptio consuetudinis. Ad aliud dico, quod est discrimen inter præscribere iurisdictionem exteriorem in diuisione parocciarum, siue in districtu illarum, quia hoc non est de iure Diuino, nam Dionysius Papa habetur. 13. quæstio. 1. capit. 1. diuisit Ecclesias sacerdotibus paroccialibus, & præcepit ne vnus alterius parocciam inuadat: præscripto iure vt hæc paroccia huius, vel alterius sit diocesis, iurisditio ordinaria competit illi curato, aut episcopo in foro interiori ad absolutionem, & non ex consuetudine.

*Prop. 17.* In articulo mortis si non adest copia proprii sacerdotis potest homo confiteri cuicumque sacerdoti catholico, & absolui à quibuscunque criminibus & censuris. Hæc est communis omnium doctorum decisa in concilio Tridentino. Sessio. 14. capit. 7. & per absentiam proprii intellige absentiam etiam subdelegati, quia si subdelegatus adest tãtundē est ac si ad sit proprius per regulam iuris citatam sup. d. 16. propos. 30. ad. 3. Quomodo sint absoluendi excommunicati habetur, infra. distinct. sequenti, propos. 84. quis sit articulus mortis habes supra dist. 16. propos. 16. vnde qui est iam ad mortem à iudice damnatus est in articulo mortis.

*Dub.* Sed autoritas qua absoluit in illo articulo si est de iure Diuino, facit pro Armachano, & non posset illam pro articulo eiusmodi impedire Ecclesia: si est de iure positiuo posset impediri per Ecclesiam, & tunc à simplici sacerdote si absolueretur nulla esset absolutio. Licet de hoc dubio sint opiniones, stando in præcedenti est dicendum quod absoluit concessione iuris, quia licet sit de iure Diuino quod sacerdotes recipiunt clauas in sua ordinatione, est etiam de iure Diuino quod nequeant illis vt nisi secundum ordinationem Ecclesie. Facit in hanc sententiam Ricard, hac, d. art. 3. q. 1. ad. 6. dicens,

dicens, quod quanuis potestatem clauium omnes discipuli receperint immediatē à Christo, tamen potestatem iurisdictionis receperunt inferiores mediantibus Apostolis, & alij Apostoli mediante Petro. Concedendum consequenter, quod possent sacerdotes in illo articulo etiã coartari per Ecclesiam, imò si nõ haberet tã aperta licentia & subdelegatio potestatis pro articulo illo nequibat simplex sacerdos absolueret. Spiritus vero sanctus à quo Ecclesia gubernatur sic docuit faciendū pro vtilitate cõmuni, neq; posset pro suo arbitrio Romanus Põtifex licitē eiusmodi subdelegationē reuocare. Dixi notatē in concl. catholico, quia de hæretico, præciso, excõmunicato, seu degradato an in tali articulo ei sit confitendum opiniones sunt. Angelica. Confessio. 3. §. 2. tenet affirmatiuam quod liceat illis confiteri, si parati sint audire, non tamen liceat illos inducere vt audiant. Rosella Confessio. 3. §. 35. idem tenet non distinguendo de inducere vel non, sed duntaxat quando non timeatur ab eis periculum subuersionis, vt quia poenitens est doctus & cautus. Contra distinctionem Angelicæ. Si tales possunt absolueret in illo casu extremæ necessitatis, quanuis non sint proprii petitur ab eis debitū, & inducuntur ad poenitendum interius, quando quidem in defectu bonitatis iam tunc consistit totum impedimentum. Pro hac opinione facit, quod concilium Trident. sine aliqua distinctione dixit in mortis articulo omnes sacerdotes quoslibet poenitētes à quibuslibet peccatis & censuris absolueret possint. Et cū conciliū non distinxerit neq; nos distinguere debemus vt dicunt iuristæ, deducitur ex cap. Solitæ de maiori: & obedi. in verbo. Pasce oues meas: & ex capite. Inter corporalia, de translat. episcopi, quia si voluisset excipere poterat expressisse: & ex capite. vltimo. 31. quæstio. 1. nec nobis definiendum est quod non definiuit. Facit quod saltem quãtum ad posse absolueret toleratur ab Ecclesia & habet iurisdictionem toleratam, vide autoritatem Nicolai Papæ. citata distinct. 6. Ultra; potest absolueret, & ab eo poenitens absolutionem petere, ergo tenetur petere: quia in tali articulo tenetur confiteri ex Diuino præcepto. Alij aliter sentiunt & præcipue si est sacerdos præcisus, vocatur præcisus ab Ecclesia hereticus vel apostata:

*Contra Ricard. d. sequenti. p. 21.*

*Facit ad hoc supra d. 6. p. 3. Confiteri præciso excõmunicato.*

*Sup. d. 6. p. 12.*

tales enim fidē infusam amiserunt neq; est verosimile quōd habeant iurisdictionem toleratam, neque debeant habere. Sacramentum etiam hoc non est tantę necessitatis sicut baptis- mus: cumque in illo articulo non habeant iurisdictionem ex Diuino iure vitandi sunt, quos Ecclesia separauit à membris alijs & reseruit falce maledictionis, tradendo Sathanę, & eius membra reputando. Facit quod Dominus dixit Matth. 18. sit tibi tanquam Ethnicus & Publicanus, & Ioann. 2. cap. 1. Si quis venit ad vos & hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum, nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi, Aue, communicat operibus eius malignis, & loquitur de heretico, sed non minus tenemur vitare excōmunicatū. Neque concil. Tridentin. de talibus aliquid volebat definire, sed duntaxat, q̄ mortis articulo nulla esset casuum reseruatō, neque clauū coarctatio pro salute pœnitentiū, quin illi qui Ecclesię cōmunionem haberent clauibus vti possent. Ceterum alias priuationes, p̄cisiones membrorū putridorum in vigo- re suo reliquit. Vtraque harum est probabilis. De dubio vi- de & Siluestrinam. Confessor. 1. §. 20.

Prop. 18.

De venialibus & mortalibus alijs confessis cōmunis opi- nio est, quōd possit absoluere quilibet sacerdos; Ita tenet Ca- ietanus in summ a verbo Absolutio, & Metina Complutēsis. q. de confessione voluntaria, quia illa cōfiteri est merē volun- tarium, & cum sacerdoti non desit nisi iurisditio vt possit ab- soluere, per voluntatem pœnitentis habet super illa peccata iurisdictionem, & sic absolutio illa est sacramentalis. Contra hanc sunt argumenta bonę apparentiæ, quę persuadere pos- sunt contrarium. Iurisditio requisita in confessore ad ab- soluendum est de iure Diuino: igitur non potest dare illam per suam voluntatem pœnitens. Item peto, quo iure talis audit; & absoluit? Si iure Diuino igitur nulla est ex- ceptio quare non possit quilibet sacerdos vti clauē in quolibet, aut detur de Diuino iure exceptio ad venia- lia: Si audit & absoluit de iure humano, detur tale ius, quia non potuit consuetudine introduci, vt proponit. 16. Si ex voluntate pœnitentis, igitur idem poterit facere ex eiusdem voluntate suspensus sacerdos, aut prohibitus.

Adhuc;

Adhuc; Ab excommunicatione minori quę propter veniale incurritur non potest absoluere nisi proprius, deciditur in capit. Nuper de sententia excommun. propter defectum iurisdictionis, igitur neque quilibet sacerdos propter eundem defectum absoluet à venialibus, aut alijs confessis mortali- bus: q̄ si absoluat nō est sacramentalis absolutio, quia in hoc foro iudex nō est arbitrarius qui à partib⁹ potestātē accipiat. Estō esset arbitrarius, in eū ambę partes cōcurrere debuissent; de voluntate & acceptatione Dei nullum datur manifestum indicium. Certē nisi tam communiter conclusio predicaretur, vt quando aliquid de iuris rigore deficeret, ex tam gene- rali practica & consensu posset licentia tacita sustentari, non erat contrarium improbabile omnino, imo probabilius quā oppositum.

Prop. 19.

Quando non est tutum confiteri proprio, neq; ipse neque superior volunt dare licentiam confitendi alteri non potest pœnitens absolui ab alieno, sed debet se habere sicut qui non habet copiam confessoris. Hanc tenuit Thom. in. 4. d. 17. & habetur in additionibus ad. 3. eius partem. q. 8. ar. 4. ad. 5. prin- cipale. Probat, quia cap. Omnis, dicit q̄ sine licentia p̄tita & obtenta nequit pœnitens absolui ab alieno. Ratione, quia mortuo proprio aut nominatim excōmunicato, aut nolente audire, non potest ab alieno absolui, ergo neq; negante licen- tiam. Hęc est contra sanctum Bonauentur. d. 19. num. 26. di- centem, quōd si sacerdos proprius sit inscius vel malitiosus, & petita licentia vult adire peritorem, potest ab illo absolui; Vbi nihil expressit de obtenta licētia, imo ante hoc dixerat, q̄ secundum legem cōmunem non licebat sacerdoti alienū subditum absoluere exceptis quinque casibus, in quibus re- ceditudo iuris indulgebat alieno sacerdoti quolibet absolue- re, & quarto loco posuit hunc quem referimus. Cum Bonau- est Ricardus hac. d. art. 3. q. 7. Angelica. Confessio. 3. §. 15. citato Panor. & exponit ly obtēta, id est, si obtineri potest. Siluester Confessor. 1. §. 6. Adrian. q. 5. de confess. dubio. 3. Pro Thoma Salmanticię agebat frater Franciscus de Victoria, quē discipu- li sui postea sequuti sunt. Metina Complutensis. q. de licētia curati alieno confitendi, in solo casu quo proprius est ignarus

Oo 3

id con.

id concedit, propter cap. Placuit, quod est vlt. de pœnit. d. 6. & facit vim in ly, deinceps, quasi significet q̄ ante illud tempus ob multas causas solebāt pœnitētes relinquere proprios, ideo non esset extendendum ad similes alias causas. Nā Urbanus dicebat, q̄ deinceps nulli alienū liceret cōmissum alteri sacerdoti sine eius cōsensu cui prius secō misit suscipere ad pœnitentiam, nisi pro illius ignorantia cui pœnitens cōfessus est. Huic textui respondebunt contrarij, q̄ ibi non datur licētia, sed loquitur de pœnitentia publica, quam pœnitens petebat relaxari, neq; in illo textu de proprio sacerdote mētio fit.

*Argu. 2.* Quod sufficiat licentia petita & non obtenta patet ex c. Licet de reg. & transeunt: ad relig. vbi dicitur q̄ non obstante proterua indiscreti contradictione p̄lati potest religiosus petita licentia & non obtenta sanctiorem vitā eligere, igitur multō melius poterit ratione recuperādę vitę spiritualis alieno confiteri petita licentia quāuis non obtenta, modō id non procedat ex leuitate, & temeritate, sed ex iusta causa. Facit ibi ratio textus: quia ex lege priuata quę publicę legi p̄iudicat absoluitur ab obligatione. Nisi passim tot inuenirentur confessores habentes iurisdictionem delegatam hęc opinio Bonau. magis practicaretur & forsā non videretur tam acerba, vt sit aduersarijs; multi enim Bonauenturam sequuntur, vt glossa in cap. Omnis: in verbo obtineat.

*Prop. 20.* Nullus potest absolui sub spe rati habitationis, quod videlicet quando sciuerit proprius, habebit ratum. Ratio est, quia non est in potestate absoluentis suspendere effectum sacramenti ad futurum, neque in verbis absoluendo sub cōditione; neque in re intendendo pro futuro quāuis dicat verba de p̄senti: sed spes futurę rati habitationis suspendit in re effectum sacramenti, quia pendet ā superueniente voluntate proprij, quę voluntas superueniens non efficit sacramentum, quod antē nullum fuerat.

*Prop. 21.* Habita licentia proprij sacerdotis, videlicet curati aut alterius superioris licet ante concil. Triden. fuerint opiniones, an virtute eiusmodi facultatis posset eligi sacerdos simplex non institutus confessor, post concil. Triden. eligi non potest tanquā idoneus, nisi qui beneficium habuerit parociale, aut ab episcopo

episcopo per examē, si ei videbitur, aut alias idone⁹ fuerit iudicatus, priuilegijs & consuetudine non obstantibus. Ita definiuit p̄satum concil. Sess. 23. cap. 15. Qui videre voluerit opinionones legat Gabrielem hac. d. q. 2. dub. 2. tenentem quod poterat eligi simplex sacerdos, quia ei tantum deerat iurisdictione, quę per talem facultatem dabatur, & ex illa habebat executionem clauū. Cum eo erat Adria. q. 5. de confess. dub. 1. Siluester. Cōfessor. 1. §. 3. Metina Cōplutēsis. q. de sacerdote alieno eligendo, & credo fuit ferē omnibus theologis cōmunis. Opposita fuit sancti Bona. d. 19. nu. 26. vbi ponit casus quibus liceat confiteri alieno, dempto articulo necessitatis, id est mortis: in alijs dicit q̄ proprius sacerdos non potest nisi subditū licentia, sed oportet alienum esse licētiatum ab ordinario. Sequebantur multi iuristę. Concilium hanc Bonauenturę amplexum fuit. Neq; tamen ita opinor amplexum, q̄ aliam damnauerit vt erroneam aut falsam, sed definisse tanquā declarationem concessionum alieno confitendi. Duo nanque includuntur ibi decreta. Primum quod sacerdotes ē sola ordinatione non habent potestatem iurisdictionis, hoc est de fide: secundum qui sunt idonei per priuilegia. Hoc, declaratio est & arctatio priuilegiorum, sed iuris positivi, tam concessorum vsque tunc, quam intentionis habendę in futuris priuilegijs.

Circa hanc sic arguitur. Sequeretur ex ea quod regulares & p̄cipuē confessores monialium non possunt audire confessiones regularium per priuilegia nisi fuerint ab episcopis idonei iudicati. Item quod curatus nequeat subdelegare suam potestatem in aliquem aliās doctissimum & pium, vt eum adiuuet in confessionibus quin habeat episcopi approbationem.

Ad hęc dicitur; quoad primum concilium nihil statuisse, aut immutasse per dictum decretum; apparet ex contestu literę quę ait: Decernit sancta synodus, nullū etiam regulare posse confessiones secularium etiam sacerdotum audire, vbi de confessionibus regularium inter se concilium nihil expressit, ideo de suorum p̄latorū licentia poterunt inter se confiteri: sed recurret dubium & opinionones, si virtute talis

licentiæ poterunt confiteri simplici nondum instituto: neq; minus sub dubio & opinionibus relinquentur circa illos bulle Cruciatæ aut similes concessæ illis, non expresso quod idoneus debeat esse approbatus ab episcopo, iam quippe omnes bulle idoneitatem illam exprimunt, neque ab his opinionibus concilium clericos excepit sæculares, si per talem facultatem audire possint nondum instituti ipsos regulares, quia circa confessiones tantum sæcularium, & clericorum sæcularium extat decreti vis. Vidi cuiusdam decisionem dicentis, quod Guardianus ordinis nostri posset dare subdito suo licentiam confitendi in ordine sacerdoti nõ confessori: extra ordinem si licetiat debet fieri confessio iã in suo ordine instituto. Quod non video quantã veritatem habeat, quia supposito quod & verum est, quod Guardiani nequeunt instituere confessarios etiã religiosorum, quoniam ad Prouinciales spectat habentes quasi episcopalem iurisdictionem, si potest melicentiare in ordine ad nõdum institutum, & extra ordinem poterit ad clericum sæcularem nondum ab episcopo approbatũ: quod si ad illos non potest neq; ad nondum institutum in ordine. Ad hoc tamen videndũ sunt in ordine quolibet concessiones, & prohibitiones tam Apostolicæ, quã regulares de hoc disponentes quãtam vim habeant.

Ad. 2.

Ad aliud attendenda est opinio sancti Bonauenturæ, & glóssæ in cap. Omnis: in verbo alieno, exponentis, id est, executionem habenti. Idem dicit in Clementin. 1. de priuilegijs super verbo licentia speciali, quod pœnitentia de licentia sacerdotis proprii recipi non possit à presbytero non habente curam, intelliges verò vel ab episcopo habente licentiam aliã, quam in tota sua diocesi dare potest inuitis curatis quasi superior & totius diocesis curatus. Eadem glossa in cap. Si episcopus de pœnitent. & remiss. lib. 6. explicuit hanc suam opinionem distinguendo, quod si rector parochialis dat simpliciter facultatem eligendi confessorem, non potest per illam generalem confiteri simplici sacerdoti: Si vero nominat & expecificat simplicem sacerdotem non habentem curam, vel aliã institutum poterit tali fieri confessio. Hoc est videndum si habeat locum post concilium, quod ad sola priuile-

Dub.

priuilegia videtur respexisse, & ad consuetudinem vtãdi illis priuilegijs, aut ea interpretantem. Cæterum facultas proprii ad subdelegandum de iure est, maximè circa personam specialem faciendo subdelegationem, & cum sit apud iuristas argumentum, quod omnia intelliguntur concessa quæ non sunt expressè prohibita, neque sit à veteri lege recedendum, nisi quatenus per nouam exprimitur, patresque in Concilio nihil de subdelegatione proprii expresserint, & quod non est sanctorum Patrum sancitum, superstitionis non est adinventionibus præsumendum vt dicitur in cap. Cõsulisti. 2. q. 5. & in cap. Inter corporal. de trãsla. episcopi, videretur forsã sustentabile, posse curatum subdelegare simplicem sacerdotem particularem & specialem de cuius idoneitate tam iuris quã personæ sit certus. Voco idoneitatem iuris quãdo non est suspensus, priuatus, aut excommunicatus: voco personæ quando habet certò scientiam vt graduatus per aliquam vniuersitatem, aut egregius prædicator, qui vel quia noluit, aut quia ætatem requisitam in religionibus ad institutionem non habet, non est institutus & ad confessiones approbatus. Hoc non obstante, quoniam à nemine vidi assertum, neque esse volo nouitatis primus inuentor, iudico tutius quod delegatio curati in alium approbatum fiat. Dici quippe à iuristis consuevit, vt dicit glossa in citato cap. Inter corporalia, quod vbi constitutio promulgata fuit affirmatiuè, intelligitur concessum nisi reperiatur prohibitum: si verò fuerit promulgata negatiuè semper intelligitur prohibitum nisi inueniatur concessum, maximè vbi eadem fuerit ratio: sed decretum Concilij est per verba negatiua, & eadem ratio prohibendi facultatem curato subdelegandi in simplicem quæ eligendi simplicem per bullas & priuilegia, videlicet periculum probãdi idoneos ne remaneret penes quoscunq; probos & improbos, doctos & indoctos, circumspectos & negligentes.

Viccuratus non potest subdelegare de iure sicut curatus, nisi ad hoc specialem facultatem habeat. Probatũ, quia delegatus subdelegare nõ potest quia ei iurisditio non est commissã, sed certum ministerium. Vide cap. finale de potestate

Idoneitas  
iuris quæ.

Prop. 22.



in iudicis deleg. in. §. cæterum. Quoniam verò delegatus potest de speciali mādato delegantis subdelegare ex. c. Is cui; de offi. delegat. lib. 6. videndū si vicecuratus habeat ad hoc specialem commissionem, & attendenda consuetudo quæ poterit interpretata fuisse commissione vicecuratorum, cum ipsa sit optima legum interpretis, extra de consuetudine cap. Cum dilectus. Nam in aliquibus locis iam obtinuit quòd vicecuratus recedens à loco alium substituatur administraturum sacramenta.

*Prop. 23.* Habentes facultatem eligendi confessorem idoneum, seu confitendi alieno possunt eligere curatum, aut alium approbatum alterius diocesis, nisi licentia expresse contineat, aut ex usu & consuetudine communi sit aliter, & in contrarium interpretanda. Hæc est contra mentem aliquorum dioecesanorum affectatium, quòd ille probatus debeat esse ab episcopo proprio ipsius poenitentis. Probatum, quia concil. Trid. solum declarauit quis esset idoneus. Secundò, quia de hoc nulla credo fuit ante concilium cōtrouersia, neque si curatus vnius diocesis posset illam cum qua fornicatus fuerat licentiarè, q̄ confiteretur curato populi vicinioris alienæ tamen diocesis, sed qua ratione poterit remittere viciniori, eadem & distantissimo. Tertiò, quia facta diuisione parocciarū non plus potest intra eandem diocesim curatus vnius parocciæ audire paroccianum alterius, quàm si sit alienæ diocesis, ergo sicut intra eandem potest remitti alieno, ita poterit alieno extra eandem diocesim. Neque, vt dictum est, discrimen aliquod interuenit inter curatum & alium non curatum approbatum tamen ab episcopo. Dixi nisi licentia expresse vel interpretatiuè cōtineat contrarium, quia in religione video à prælatis dari licentiam confitendi, sed obtinet vsus quòd confiteantur intra ordinem, & non extra, quod in vnaquaq; Ecclesia erit attendendum.

*Corol.*

Ex hac inferitur & ex prædictis, quòd si religio aliqua habuit diploma pontificium quod vsu & consuetudine vigeret eligendi idoneos cōfessores, qui poenitentes audirent nulla facta episcopo præsentatione, nullaque eius licentia petita; licentia & facultas illa est coarctata, & redacta ad formā decreti.

creti. Vnde sine approbatione obtenta ab episcopo audire non possunt confessiones, obtenta illa & facti ab ipso idonei poterunt in cæteris diplomate suo perfrui, tam in illo episcopatu quàm in alio, quia iam sunt æquales alijs confessoribus ad quos proprius sacerdos potest subditos suos remittere. Nequè refert si poenitens habeat diploma adeundū idoneum, vel ipse confessor audiendi ad se venientes, quia in tali casu paria sunt priuilegia, neque Concilium contra vnū plus expressit quàm contra alium, tantum decreuit quæ sit idoneitas sufficiens ad vtendum bullis & priuilegijs.

Fratres minores & prædicatores præsentati episcopis secundum formam Clementinæ. Dudum de sepulturis, possunt audire subditos illorum episcoporum quibus sunt præsentati nō solum intra diocesim, sed extra diocesim, & vbiq;. Hæc est cōtra Angelicam Confessio. 3. §. 16. Contra Rosellam Confessio. 3. §. 22. contra Siluestrinam Confessor. 1. §. 14. & aliquos canonistas, tenuit eam in suo compendio Nicolaus Dorebellis super sententias hæc. dist. 17. q. 2. §. 3. qui verba illa Clementinæ, in quibus est vis cōtrouersie: Extra ciuitates, & diocesim in quibus fuerint deputati, per quas eos volumus, & nō per prouincias deputari, cōfessiones nullatenus audiant; interpretatur, q̄ extra ciuitates & diocesim non audiant confessiones subditorum alijs episcopis, quibus non sunt præsentati, non tamen illorum, quibus fuere præsentati quos audire etiam extra diocesim possunt. Cum etiam eadē Angelica dicat ibi. §. 29. quòd admissi ab episcopis è sola licentia sine præsentatione Clementinæ possunt illorum subditos audire vbiq; sicut possunt ipsi prælati, quia vsus talis iurisdictionis circa poenitentiam fori conscientie nihil præiudicat foro contentioso alterius diocesani, ideo potest vbiq; exerceri. Igitur à simili præsentati secundū formam Clementinæ idem poterunt quandoquidem verba illius possunt glossari in hanc sententiam sufficienter sine alicuius præiudicio.

Ex hoc inferitur, q̄ curatus potest vbiq; suum subditum audire, & clerici habentes licentiam audiendi suas confessiones mutuo inter se intra diocesim, poterūt quādo se inuenierint in aliena idem facere quòd poterant intra propriam.

*Corol.*

Fratres

*Prop. 25.* Fratres minores & prædicatores præsentati vni dioecesi-  
no iuxta formam Clementinæ non tenentur pluries idem  
episcopo, vel successoribus præsentari. Super hac difficultate  
cum Pius Papa. V. in proprio motu id vel concessisset vel  
declarasset, quòd semel sufficeret in vna dioecesi præsentari,  
postea Gregorius. XIII. eius successor omnes illas Pij lite-  
ras, quæ quamplurima in fauorem mendicantium contine-  
bant omnino reuocauit ad decreta concilij Tridentini redu-  
cens ac si literæ illæ non emanassent. Sed probatur conclu-  
sio Trident. concil. in citato cap. Quamuis. sess. 23. tantum reuo-  
cat præfatam Clementinam quantum ad cõfessoris idonei-  
tatem, ita quòd non sufficiat præsentare fratres episcopis  
quòd è sola præsentatione renitente episcopo possint audire  
confessiones, oportet eos esse approbatos per examen, aut  
aliàs: Sed per ipsam Clementinam, quæ est de iure antiquo  
semel præsentati poterant semper confessiones audire, ergo  
& modo possunt. Consequentia probatur, quia hoc non est  
contra concil. Trident. & est de antiquo iure aut saltem pri-  
uilegio in religionibus permanēte in viridi obseruantia, quæ  
Gregorius exprimit se nõ reuocare. Minor probatur per ea,  
quæ dicit Angelica Confessio. 3. §. 25. & Rosella Confessio. 3.  
§. 26. quòd semel præsentati durabant post mortem episcopi  
approbantis, seu acceptãtis. Cardinalis super præfatam Cle-  
mentinam distinguebat, si talis episcopus acceptauerat no-  
mine sedis, quia tunc durabat: Si non acceptauerat nomine  
sedis, sed vsque ad beneplacitum expirabat licentia morte  
acceptantis per cap. Si gratiose, de rescriptis; respondet An-  
gelica, non esse in potestate episcoporum sic acceptare, quia  
talis autoritas est Papalis quæ durat per argumentum cap.  
Veniens de transact. & est de iure communi approbata per  
argumentum c. Super quæstionũ de officio delegati. Igitur  
cum fratres minores & prædicatores, audiant, & audierint  
confessiones autoritate Papali, seruato modo per Concil.  
expresso de sua idoneitate, quòd sit ab episcopo probata nõ  
egent quotannis præsentari, neque cuilibet episcopo, neque  
in hoc aliquid nouum concesserat Pius, quòd reuocauerit  
Gregorius. Res item est molesta in qua se ostendunt aliqui  
episcopi

episcopi religionibus ingratos à quibus in hac parte alijsque  
grauibus negotijs adiuuatur. In plurimum præsentari solent  
episcopis tam sufficientes monachi, imo & plus quàm sunt  
clerici. In monasterijs mediocres sacerdotes instructiores  
fiunt, quàm multum sufficientes clerici cum hi soli sæpe se-  
cum deliberent, & libros consulant, monachi multos habent  
vel in eodem conuentu, aut vicinioribus prouinciæ à quibus  
ediscant. Neq; arbitror opus esse ad præsentationem, quòd  
scripto & ante notariũ fiat &; multò minus, quantũ ad con-  
scientiæ forum qui est fauorabilissimus, quòd probatio epis-  
copi obtineatur in scripto, aut obtenta in scripto necesse sit  
conferuare. Satis iudico, si intentio præsentatium sit præ-  
sentare ad effectũ Clemētinx, quam episcopi omnes sciunt.  
Propterea aliquæ formæ præsentandi quæ afferuntur scri-  
ptæ in libris, sunt respectu fori contentiosi.

Prælati superiores possunt referuare casus, à quibus si attē-  
ret absoluere inferior nihil facit. Definita est in concil. Trid.  
sess. 14. cap. 7. & canone. 11. anathematizãdo eos qui dixerint  
episcopos non habere ius referuandi sibi casus nisi quoad ex-  
ternam politiam, atq; ideo non prohibere quominus sacer-  
dos à referuatis verè absoluat. Faciunt in hãc illi textus iuris,  
per quos aliquæ absolutiones episcopis, aliquæ summo Pon-  
tifici referuantur. Est hæc contra Viclephum dicentem ca-  
sum referuaciones esse contra regulas caritatis. Vide Tho-  
mam Vvaldensẽ lib. de sacramentis cap. 149. In parte est  
& contra Durand. hac. d. q. 15. dicentem Ecclesiam Romanã  
nunquam sibi retinuisse absolutionem directè à culpa, sed ab  
excommunicationibus, irregularitatibus, & dispensationibus  
in votis, & quòd prælati referuantes aliorum peccatorum ab-  
solutions non imitantur Ecclesiam Romanam, quam per  
hoc se credunt imitari; ex qua referuacione oriuntur multa  
dubia circa confessionis integritatem. Ex quo apparet non  
omnino placuisse Durando istam casuum referuacionem.

Quomodo se debeant habere pœnitens qui habet casus  
referuatos & eius confessor graues quæstiones sunt & dubiæ.  
Durandus citatus dicit, quòd non potest haberi plena certi-  
tudo sine solenni discussione ac determinatione sedis aposto-  
licæ.

*Prop. 26.**Prop. 27.*

1 licæ. Relictis dubijs & argumentis dico. Primò, quòd habes casus referuatos debet integrè confiteri illi apud què primò comparuerit, quia ista integritas est de iure Diuino. Si talis audiens est superior cui sunt casus referuati, & omnes audit & absoluit nil amplius est difficultatis.

2 Si primus audiens est superior, neq; vult audire nisi referuatos, & ab illis absoluere. Caiet. in Summa Confessio, cõditione. 10. dicit q̃ illa absolutio est sacramentalis. Contrarium tenet Adrianus. q. 4. de confessione, fol. 257. in libris paruis, quia solus qui omnia audiuit potest impendere absolutionẽ sacramentalẽ; illa absolutio superioris tantum est relaxatio suæ autoritatis & referuationis. Ideo credo bonum cõsiliũ, q̃ postea adiens inferiorem omnia confiteatur. Neq; obstat quòd Pœnitentiarij Papæ audiunt referuata sola, quia omnes Casus Papales. habet annexam excommunicationem, de qua potest dari absolutio sine absolutione à peccatis.

3 Si primò adit inferiorẽ, & superior est præsens, aut in proximo eius præsentia potest haberi (tunc dicerẽ posse haberi in proximo quando intra hebdomadã plus minus) neq; aliqua rationalis causa vrget ad communionem, ille inferior debet vel pœnitentẽ remittere ad superiorem, vel per se petere autoritatẽ illum absoluendi, quam si superior non concesserit inferior non potest absoluere, sed pœnitens tenetur comparere. Neque est sufficiens causa euitandi superiorem, quòd de cætero prælatus illum habebit suspectum, & diligentius obseruabit, ita Siluestrina Confessor. 1. §. 6.

4 Si superioris præsentia non potest haberi de facili & bono modo moraliter, potest inferior absoluere à non referuatis, & pro referuatis remittere. Ita Gabriel hac. d. q. 1. litera. R. & S. Sequuntur Rosella Confessor. 1. §. 5. & Metina Complutẽsis. Hoc est intelligendum quando casus non habet excommunicationem annexam, quia tunc non potest absolui prius à peccatis, quàm ab excommunicatione. Debet verò dicere verba absolutionis absolutè sine conditione vlla. Talis absolutio quia confert gratiam cum sit sacramentalis absoluit directè ab illis à quibus ille potest absoluere, & indirectè à referuatis, quia gratia contrariatur omnibus peccatis. Postea  
solos

solos referuatos tenetur confiteri superiori, & ab illis absolui, quia de illis non fuit absolutus sacramentaliter, sed sicut ab oblitis quæ recordatus postea confitetur, & ambæ absolutiones sunt sacramentales quam impenderat inferior, & quam postea impendit superior.

5 Quod dictum modo est iudico habere locum non solum in confessionibus necessarijs ex obligatione, quod vidi quendam limitare, sed etiam saltem in solitis. Ad hoc, doctores non habeo neq; certam probationem, sed opinabilem, quia tot doctores tenent quantum dictum & nihil de hoc specialiter explicuerunt. Accedit, quòd hæc materia subordinatur materiæ de iudicijs, habemus ex iure quòd accessoriũ sequitur naturam principalis, habemus & alios textus vnum in iure canonico vbi de per accidens & accessoriè iudex sententiat quæ nõ sunt sui fori cap. Conquestus. Qui filij sunt legitimi, vbi Papa sententiatur super hæreditatem, quia disceptatio hæreditatis annexa erat matrimonio. Nã dato matrimonio pro legitimo, filius sententiabatur parentum suorum hæres. Lege. Quoties, codice de iudicijs. Quoties quæstio status bonorũ disceptationi concurret, nihil prohibet quominus apud eum quoque, qui alioquin super causa status cognoscere non possit disceptatio terminetur. Igitur à simili cum possit confessor cognoscere & sententiare de casibus superioris de per accidens, neque talis potestas appareat coarctata ad solas confessiones necessarias, quia nullibi est talis distinctio, quare igitur nos distinguemus? Tũm, quia prædicta cognitio determinata in præfatis casibus iuris, semper habet locum quando commodum fuerit petenti ius suum, vt iudex audiat & sententiet: igitur præfata confessio integra, & absolutio ad modum expositum habet locum quando fuerit in vtilitatem pœnitentis, quæ ad minus apparet esse in confessionibus quas ipse facere solet. Neque apparet necessarium in confessionibus intermedijs repetere in qualibet illud referuatum iam confessum, sed quòd illud maneat toto illo tempore ac si oblitum, cuius ad præsentiam superioris recordaretur. Videretur tamen rationabile, quòd qui semel absolutus postea fuit negligens in procuranda  
superio-

superioris autoritate, quam negligentiam confiteri quidem debet, non iterum absoluat, quousq; petat: Sicut negligens in restituendo, non debet absolui in secunda confessione antequam restituat: intelligo tamen in confessionibus solitis, quia in necessarijs cum non continet malitiam peccati, sicut continuat retinens alienum, poenitendo de sua negligentia poterit absolui proponens petere.

6 De cōmunionibus est maius dubium propter conc. Trid. citatum. d. 9. p. 11. quod sit necessaria de iure Diuino ad cōmunionem confessio, & cum confessio ordinetur ad absolutionem, dubium est an sufficiat absolutio data præfato modo, an sit necessaria directè contra omnia peccata? Quidam tenet quod solum possit communicare ad vitandum scandalum. Non occurrit qui cum eo vel contra eum teneat, videtur autè mihi quod quoties potest absolui ab inferiori potest cōmunicare. Concilium tantū definiebat contra negantes confessionem requiri de iure Diuino ad Eucharistiam, sed hic de quo est casus iam fuit integrè confessus & absolutus, ita quod circa eum completum fuit sacramentum poenitentiae, igitur est sufficienter probatus ad Eucharistiā nihil tractante Concilio de absolutione.

Soto.

7 Si poenitens aut confessor habent potestatem absoluedi à reseruatis non potest dimidiari absolutio ad libitum confessoris, vt quidam imperitus eam dimidiabat, quia iam illa non sunt reseruata, & debebat se habere sicut in alijs non reseruatis: neque valebat absolutio ex defectu intentionis, sicut non valeret, si in non reseruatis intenderet absoluere ab his & non ab illis.

8 Absolutus à superiori habens casum reseruatum cuius fuit oblitus, quando illius recordabitur non remanet reseruatus, & absolui potest à quocunque inferiori confessore suo, ita tenetur à summissis sequentibus Paludanum, & ab Adriano. q. 4. de cōfessione, notabili Si petas circa dicta Gabriel hac dist. q. 1. ar. 3. dub. 2. propè finem dicit debere intelligi si habuit intentionem absoluedi ab omnibus reseruatis & oblitis, verum ea intentio semper præsumitur. Quod hic est dictum habet etiam locum, quando habita autoritate vt absol-

uatur

uatur à reseruatis quis non integrè confiteatur, quia illa concessio autoritatis facit non esse reseruata quousq; tunc fuerant commissa, sicut concessio bullarum, & autoritatis pro tot diebus facit non reseruata quæ ante & quæ intra illud tempus committentur, nisi aliud explicetur. Dixi à superiori, quia ab inferiori qui solum habuit autoritatem absoluedi à sibi confessis non currit præfata ratio, quando secundum facultatem quam habet solum se extendit absolutio ad peccata quæ ipsi fuerint confessæ. Posset facultas extendere se ad non confessæ, vt quando datur à prælato; intra tot dies qui fuerit confessus absoluetur ab omnibus reseruatis, quia vtens tali facultate, vt in iubilæis, vult ab eis absolui, & confessor absoluere, cuius peccata oblita vsq; ad diem confessionis non amplius sunt reseruata. Hinc annotat Rosella Confessio. 2. §. 9. quod qui absoluitur à Papa, vel legato benefacit, si se facit absolui ab omnibus censuris & peccatis etiam oblitis, quod non vltra sint reseruata. Hoc ego non credo necessarium pro prælatis ordinarijs, quia intentio sua semper est, & esse debet absoluere poenitentem de potestate sua plenaria. Qui habet autoritatem delegatam pro illis qui eis fuerint confessi reseruata, non absoluit de oblitis reseruatis faciendo non reseruata vt dictum est. In illo qui habet delegatam sed plenarie, forsan limitatio Gabrielis & Rosellæ posset habere locum, quia potuit habere intentionem iuxta totam suam autoritatem aut citra illam, si tamen ad eum non solet recurri nisi pro reseruatis, aut aliquem reseruatum audiuit in illa confessione, quia iam videtur absoluendo potestate sua videri idem quod quādo absoluit superior, quod oblita non remanent reseruata, sed iam fuere soluta, & manent quasi alia oblita. Hinc fit quod religiosi absoluti à suis superioribus in capitulis de censuris, & dispensati in irregularitatibus, non tenentur deinde nisi ad confitendum mortalia propter quæ illas incurrerunt.

Episcopi & alij prælati episcopis superiores, vt archiepiscopi, necnon inferiores seu minores prælati, modo sint excepti, possunt de iure præter sui superioris licentiam prouidū sibi, & discretum eligere confessorem. Ita eis conceditur à Gregorio. IX. in cap. finali de poeniten. & remissio. De Papa non est

Prop. 28.

P p opus

opus dicere, quia eo ipso quod alicui sacerdoti confitetur dat illi executionem clauium. De inferioribus exemptis. V. g. guardianis, prioribus, qui supra se habent prouinciales ac generales, dicit Angelica, sequens Hostiensem & Panormita. q̄ de iure communi non possunt eligere confessorem. Quod si per ius commune intelligatur excludi præfata cōfessio. c. si bene habet & nulla est difficultas cōtra Angelicā. Illud verò quod dicit Rosella Confessio. 3. §. 37. & alij, q̄ proprius sacerdos & cōfessor episcopi est archiepiscopus, archiepiscoporum patriarcha de iure, video dubitatum quia nō inuenitur talis iurisdicō nisi in foro cōtēioso, sed quidquid sit de illa, si sermo est de intellectu cōfessionis Gregorianæ in dicto. c. fin. mihi videtur q̄ tales prælati possunt cōfiteri quibus elegerint: alioquin quid opus fuit explicare & addere præter superioris sui licentiam? Hæc est mens Siluestri confessor. 1. §. 8. post Paludanū. Prælati proprie aut strictè loquendo debēt habere iurisdicōnem in vtroq; foro, pœnitentiā & cōtēioso. Quoniam vero in religionibus haberi solent plurimæ cōfessiones circa religiosorum cōfessiones à sede apostolica, illas intruere oportet an quid contineant explicans aut derogās citatā concessione Gregorij.

• Prop. 29. Confessores electi ab his prælati habebūt supra ipsos illā potestatem quam tales prælati habēt super suos subditos, ita q̄ electus ab episcopo absoluet eū à casibus etiā iuris, quos ipse de iure potest cōmittere sacerdotib; sibi subditis, quia per dictam concessione nullam superiorum autoritatē illis Gregorius concessit, nisi duntaxat electionē confessionis. Si quam aliam facultatem à superioribus habuerint supra subditos attendenda est, si habetur actiue vt ipse absoluat, ac etiam passiuè vt absoluetur. Vide Rosellam Religio. 1. §. 10. quod prælatus potest vt ea facultate quam potest subditis dare.

Prop. 30. Si episcopus suo subdito concessit eligere idoneum confessorem, talis electus non potest absolueri à casibus specialiter episcopo referatis per hanc generalem concessione, ita habet cap. 2. de pœnitent. & remiss. lib. 6. quia in generali concessione nō veniunt, quæ quis in specie non est verisimiliter concessurus. Hæc roborat præcedentem.

Qui

Qui fuit socius suo confessori in aliquo crimine poterit eisdem cōfiteri, quia per talem participationem nil deceptum est eius iurisdictioni, ideo concubina curati ei potest confiteri. Ita tenet Ricar. hac. d. ar. 3. q. 7. Adri. q. 5. de confess. dub. 3. dicit nō licere propter specialem prohibitionē in dioecesi ipsius Adriani.

Proprius curatus non tenetur audire confessiones suorum parœcianorum quoties ipsi confiteri voluerint, sed duntaxat quando cōfiteri tenentur. Hanc tenet Ricar. d. 18. ar. 2. q. 3. Sequitur Angelica Cōfessio. 3. §. 34. Rosella Confessor. §. 9. Defendit eā Metina Cōplutensis. q. de cōfessione audienda per curatū contra Adria. q. 5. de confess. dub. 8. & probat, quia ratione caritatis nō plus tenetur curatus, quā alter qui potest & habet facultatem audiendi: Ratione officij satisfacit curatus si onera iniuncta à iure vel à prælato suo adimpleat: sed neq; ius, neq; prælatus iniungūt curato ministrare pœnitentiā & Eucharistiā, nisi quādo subditi recipere illas tenentur. Cōfir. quia episcopus nō tenetur ministrare sacramentū ordinis extra tēpora à iure statuta, neq; quādo ecclesia ministris nō indigeret. Non enim tenentur ad omnia vtilia subditis, neque ad omnia meliora.

Quando confessor & pœnitens sunt diuersæ opinionis, si opinio pœnitentis est tolerabilis ipseque mediocriter instruetus sciens defendere opinionem, aut saltem opinionem esse quia iam alios peritos consuluit, est absoluedus. Si eius opinio non posset sustentari quia errorem intolerabilem cōtineret, aut pœnitens esset ignarus paratus doceri à confessore debet illū cōfessor docere & ducere. Neq; in hoc casu distinguit Metina Complutensis. q. de confessione dimidiata iteranda ad finē, vt si opinio pœnitentis sit in præiudicium tertij possit alienus negare absolutionem; non credo distinguendum post auditam confessionē, ante, bene poterit alienus non audire, & forsan si talis nō audiat alij cessabunt à similibus damnis tertij, vt in grauamine piscationum, custodia seu incisione nemorum.

Ex hac inferitur quod confessores principum non debēt semper inquirere de illorū statibus & principatibus, ex quo

sciunt

pp 2

Corol.

sciunt illos petiſſe aliorum peritorum conſilium & eſſe in cōſcientia tutos, niſi aliqua eſſent adeo manifeſtè mala & in iuſta quòd eſſet de illis merito inquirendum.

*Prop. 34.* Confefſor debet inquirere diligenter peccatoris & peccati circumſtantias, vt ſciat quale debeat præbere cōſilium cuiuſmodiq; remedium adhibere ad ſaluandum agrotū. Hæc traditur in. c. Omnis, citato ſæpe. Ratione huius tractant & petunt doctores qualitates quas debet habere confefſor & præcipue ſumma; pono quatuor quas habes in Angelica Cōfeſſio. 4. bonitatem, poteſtatē, ſcientiam & prudentiam; addūt alij quintam, ſigillum; alij addunt plura. Bonitas debet eſſe vt non fit in peccato mortali, quia peccat in eo adminiſtrans ſacramentum, & multo minus debet eſſe in peccato publico concubinitus aut alterius. Propterea ante miniſtrationē ſacramenti debet vel conſiteri, vel conteri, quia ſufficit ad illud miniſtrandum eſſe contritum.

*Poteſtas.* Debet habere poteſtatē ordinis, & iuriſdictionis ordinariæ vel ſubdelegatæ, vt in ſuperioribus dictum eſt.

*Scientia.* Debet habere ſcientiam, quæ nõ requiritur exactiſſima. Sanctus Bona. hac. d. n. 98. explicat, quòd eſt neceſſaria tanta ſcientia quòd ſciat diſcernere in peccatis communibus, quod fit veniale, quod mortale (adde & circumſtantias communes) & quòd ſciat ad quæ peccata poteſtas ſua ſe extendit, quia alia pœnitentia dāda eſt pro mortali alia pro veniali, & ſi ad ali- quod genu; peccati non poteſt extendere manū illud neceſſariū eſt ei cognoscere, alioquin in periculū animæ ſuæ & cōfiteſcentiū audit cōfeſſiones. Si ſubditi cognoscūt eius ſimplicitatem tenentur diſcretos cōſulere, alioquin vtriq; peccāt grauiter. Hæc Bona. Ideo debet cōfeſſor ſcire caſus reſeruatōs, ex cōmunicationes, atque alias cēſuras, ſiue ſciat in Vulgari, ſiue Latine; ſaltem ſi hæc non ſciat ſufficienter aut teneat memoria, ſciat dubitare de illis, & libros per ſe conſulere, aut viros alios doctos, aut pœnitentem ad eos remittere, quia non excuſat ignorātia in his quæ ad officium cuiuſque pertinent: dixerunt aliqui doctores, quòd qui ſponte ſua ſe ad audiendas cōfeſſiones offerunt, & ingerunt, tenebantur ad ſcientiam ampliorē & exactiorē, quàm qui propter obedientiam

neceſ-

neceſſitate parebant. Quæ diſtinctio non videtur neceſſaria. Quamuis nanque dicat Gregorius. IX. in cap. 2. de depoſito; teneri depoſitariū de culpa ſi ſeipſum obtulit depoſito, vel ſtrali quid pro depoſito recepit, non explicuit magis teneri vel ad plus quàm ſi autoritate iudicis fuiſſet depoſitum. Ex hac cōditione ſic explicata conſequitur non eſſe omnes confefſores idoneos ad quolibet pœnitentes, neque in quibuſlibet oppidis & ciuitatibus.

In tribus verò caſibus ignorātia confefſoris dicitur habere aliquam excuſationem. Primò, quando pœnitens eſt doctus præſumiturq; bonæ conſcientiæ, ideo epiſcopi & doctores iniuſtè notantur quòd viris doctis non conſitentur. Secundo, quādo pœnitentes ſunt viri religioſi qui frequēter cōfitentur, & vt in plurimum de venialibus. Hæc mihi non adeo placet, quia inter multos ſacerdotes & religioſos accidere ſæpe vidi aliquem caſum immiſceri, qui confefſorē aut pœnitentem doctum exigebat. Tertio, in articulo mortis quando alius nõ adest, vt eſt dictū ſupra; cui articulo poteſtæ qui parari caſus quando & vbi doctus non adest, ſicut eſt inter captiuos apud infideles, quia in expectādo doctiori poſſet periculum immi- nere, qui doctus nunquā apparebit. Arg. eſt ex. c. vnico. Ne ſede vacante in. §. fin. quia mortuo epiſcopo aut abſenti in re- moris, Eccleſia habens conſuetudinem prouidendi beneficia prouidet ſine eius conſilio requiſito propter periculum.

Confefſor autē qui ſe nouit ad cōfeſſiones audiendas ineptum & inſufficientē mortaliter peccat ſi eas audit, neq; ad id poteſt per obedientiam ſuperioris cōpelli, quia eſſet contra animā ſuam; quando eſſet in dubio probabili de ſua idoneitate per obedientiam excuſaretur.

Debet habere prudentiam qua ſuis temporibus diſponat quæ & quomodo tractare debeat cum pœnitente, quia in conſuſione diximus, quòd debet inquirere & interrogare. Ante cōfeſſionem interrogare debet ſtatum, officium & diſpoſitionem pœnitentis, ſi cælebs, aut vxoratus: Si perſona publica aut priuata: Si mercator, aut ſimilia: Si diſcuſſit conſcientiam, ſi dolet de peccatis, ſi ſcit Symbolum in quo ſunt articuli fidei, ſi mādāta Dei & Eccleſiæ, ſi excommunicatus,

Pp 3

ſi obli-

*Tres caſus excuſantes ignorātia confefſorum.*

*Prudentia.*

*Vide in. 2*

*d. 22. p.*

*10.*

si obligatus restituere & in alia confessione iam restituere iustus quod non fecit. Denique de omnibus illis quae impedimento esse poterunt ut confessio sit valida. In ipsa etiam confessione peccata inquirent ac circumstantias cum moderamine tamen, non inquirendo omnia, sed illa in quibus peccare solent homines illius status & conditionis, neque in carnalibus sunt minutatim plura inquirenda. Quod si poenitens doctus est poterit à multis interrogationibus super sedere confusus de eius diligentia. Maxime debet inquirere circumstantias eorum quae audiuit: Si tamen ex oblivione, aut inadvertentia defuerit aliquid interrogare, non videtur mortale. Si poenitens ignorat aliquod ius Divinum aut Ecclesiasticum quod scire tenetur obligatus est confessor illum docere, siue se emendet siue non, quia ex quo non illum excusat ignorantia expedit sciat suam obligationem. Si tamen poenitens haberet ignorantiam inuincibilem, & probabile fieret confessori quod non emendaretur admonitus, non debet eum admonere, quia est in bono statu & ex contrario poneretur in malo. Vide Adria. q. 5. de confess. dub. 7. In quo differt confessor à predicatore, quia predicator siue audientes emendentur siue non, predicare debet, esseque alijs odore vitae, alijs mortis. 2. Corinth. 2. Vnde Ambrosius ser. 83. Predicatio sacerdotis in plebe salutis correctio est contestatio iudicandis. Et ibidem de se ait. Ego parcens vobis tacere vellem, sed malo vos contumaciae causas reddere quam me negligentia.

Audita confessione inducere debet, ut vere & cum effectu vitam emendet, occasiones peccandi euitet, in via Dei confortetur. Si pusillanimitate inuenerit misericordiam ei Diuinam proponat, si durum & intractabilem proponat iram Dei, poenas, supplicia, Diuina & occulta iudicia, etiam per amissionem temporalium, per mortem filiorum, ad quae magis eum viderit affectum adhibito aliquo exemplo vel scripturae, vel alterius historiae rationabilis. Confessoris praecipuum officium non est predicare ibi poenitenti, sed eum absolueret & poenitentiam qua purgetur imponere, quae, cum tanta sit nostra ad satisfaciendum tepiditas, congruentissime imponitur per opera quibus annexae sunt indulgentiae.

De

De secreto infra. d. 21. & quomodo liceat vel non cum ipso poenitente tractare de peccatis confessis. *Secretum.*

## DISTINCTIO XVIII.

*De remissione seu absolutione sacerdotis: quid sunt claves Ecclesiae: quis earum usus: de censuris Ecclesiasticis: & de fraterna correctione.*

## DISTINCTIO XIX.

*Quando, & quibus datae sunt Ecclesiae claves: Si habet illas omnes sacerdotes etiam mali, & qualis debeat esse iudex Ecclesiasticus.*



Materia harum duarum distinctionum sic est germana & annexa quod distingui non debeat, sed coniunctim tractari. Quod plus tractat. d. 18. cap. 4. & deinceps est de intellectu autoritatis Ioan. 20. & Matth. 16. Quaecumque ligaueritis. Habetur ex parte exposita sup. dist. 16. p. 15. De tenebris interioribus potes recurrere ad Breuil. 2. d. 22. de ignorantia, & d. 30. in fine, & d. 35. p. 3. in arg. quomodo peccatum vulneret in naturalibus. De macula peccati, quam fatetur Magister post peccatum manere in hac. d. habes in eodem. 2. d. 42. p. 3. & supra. d. 16. p. 77.

*De potestate Ecclesiastica.*

**I**N Ecclesia sunt duae potestates civilis laica, & spiritualis Ecclesiastica. Patet ex decreto Gelasij habetur à Gratiano .96. d. c. Duo sunt. Duo sunt imperator Auguste quibus principaliter hic mundus regitur, autoritas sacra Pontificum & Regalis potestas: ibidem cap. Si imperator, & cap. Cum ad verum: Extra: cap. Solita de maiestate & obedientia di-

pp 4 citur



citur quòd ad firmamentum coeli, id est vniuersalis Ecclesie; fecit Deus duo luminaria, id est duas dignitates, quæ sunt Pontificalis autoritas, & Regalis potestas. Necessitas harum sumitur ex hominum compositione ex anima & corpore, quia potest institui aliqua congregatio ad ordinandum bona corporis & externa temporalia, quæ vocetur ciuilibus: alia, quæ ordinet bona interiora animæ quæ vocetur spiritualis. Cum ergo sint duæ vitæ, vna terrena & corporalis, alia spiritualis, omnis gens quantumuis bárbara è solo naturali lumine habet regna, & sacerdotia distincta. In veteri testamento alij recensentur principes in ciuilibus, nu. 18. Constituit Moyse principes, tribunos & ceteriones, quæ erant officia ciuilia: Alij recensentur in spiritualibus; ibidem. 3. cap. descripti fuerunt sacerdotes & leuitæ. 2. Paralip. 26. lepra fuit inflicta regi Ozia (qui. 4. Reg. c. 15. vocatur Azarias quia fuit binomius, imo & trinomius secundum aliquos qui eum vocant & Zachariam) quia vsurpauit officium sacerdotale propter quod peccatum factus fuit terribilior magnus & insolitus in Hierusalem, sicut dicit Zacharias cap. vlt. In nouo testamento etiam ostenduntur esse distincta; solis enim sacerdotibus dicitur Lucæ. 22. Hoc facite in meam commemorationem. Ioan. 20. Quorum remisistis peccata. De ciuili. Rom. 13. Si male feceris time, non enim sine causa gladium portat. Differunt potestas & potentia, quia potentia est facultas seu vis ordinata ad aliquid faciendum, cuius modi sunt quinque sensus. Potestas vltra facultatem & vim addit auctoritatem, seu eminentiam; unde regna, imperia, magistratus, episcopatus, sacerdotia, vocatur potius potestates, quam potentia. Ad hanc vide Alexan. 3. p. q. 48. memb. 1. art. 2.

*Differunt  
potestas  
& poten-  
tia.*

*Prop. 2.* Ecclesia est collectio fidelium. Vide in Breuil. 3. d. 25. p. 2. & p. 23. & dist. 23. p. 5. quòd incepit ab Abel tenet Alex. 3. p. quæst. 58. m. 7. & 4. p. q. 4. m. 1. fundat in eo, quòd ipse est qui primo obtulit sacrificium Deo; sed habemus ex August. contra Faustum lib. 19. c. 11. quòd in nullum nomē religionis coagulari homines possunt nisi signaculorum visibilium consortio, igitur ab Abel primò incepit Ecclesia. Ipse enim fuit primus qui gessit typum Ecclesie in innocētia & virginitate, quia

quia fuit continuè sine interruptione sanctus, quod non fuit Adam; fuit & primus martyr, solet Ecclesia dedicari in sanguine martyrum, ipsi enim Ecclesie fidem roborant. Nec de- cuit, ut idem Alexand. ait citato loco. 3. p. quòd ab illo, à quo cepit Diuina in honorationis exemplum, sumeretur ritus honorandi Deum. Dixit quippe de illo Zacharias cap. 13. Homo agricola sum, quoniam Adam exemplum meum; ab adulescentia mea. Fuit nobis peccandi exemplum, & comedēdi panem in sudore vultus terram colendo. Hanc Alexandri rationem imitatus Diuus Thomas. 2. 2. q. 85. artic. 1. ad 2. dixit. Non legitur Adam sacrificium obtulisse, ne quia in ipso notatur origo peccati, simul etiam in eo sanctitatis origo signifi- caretur. Est alia ratio eiusdem Alexandri quòd sacrificia externa instituta fuerunt contra originale per auctoritatem Gregorij. Quod apud nos habes illam supra distinct. 1. prop. 17. Sed in Adam non fuit originale distinctum ab actuali, quòd quidem distinctum fuit in filijs ab actuali, unde non compe- tebat ei offerre sacrificium quod quasi distinctè & immedia- te erat contra originale, à filijs qui originale contraxerant: conueniebat primò offerri.

Quòd Ecclesia inceperit ab Adam tenuit Driedo lib. 4. de scripturis & dogmatibus cap. 2. dicens quòd ab Adam, Abel iusto, Seth, Enoch continuatur Ecclesie; fuit distincta ab Ecclesia Sathanæ in Abel. Sub Noe Ecclesia Sathanæ fuit absumpta diluuiò, Ecclesia iustorum seruata in arca, rursus Ecclesia Sathanæ à Cham & Chanaà resuscitatur. Hæc opinio persuadetur, quoniam Adam fuit primus fidelis, qui licet peccauerit egit poenitentiam Sapient. 10. & habes in. 2. d. 33. p. 4. Diuus Petrus quia peccauit non desijt esse caput, & in quo sit fundata Ecclesia postquam egit poenitentiam; igitur à simili & Adam. Secundò, Adam primus obtulit sacrificium Deo spiritum contribulatum, & cor contritum, alioquin non fuisset iustificatus, igitur credendum est obtulisse & sacrificium exterius. Probatur consequentia per rationem prioris, quia si sacrificia pro originali & contra illud fuere instituta, & accepta Deo, iuste creditur pro originali filiorum obtulisse sacrificia quibus mundarentur, neque expectasse quousque

ipsi filij pro se offerrent, & pro peccato à parente transmissio. Tertio, antequam nasceretur Abel per fidem & gratiam fuit Adam membrum Christi, qui est heri & hodie. & in sæcula Heb. 13. igitur alicuius corporis membrum: sed non nisi Ecclesie: igitur ab ipso incepit Ecclesia. Neque valet argumentum negatiuum: non legitur obtulisse, ergo non obtulit. Varietas opinionum stat, quod prima sumit Ecclesiam prout conueniunt fideles in signo exteriori, sic dixit Alexand. 4. part. ad primum argum. Licet fuerit Adam primus fidelis, non tamen dictus est principium à quo cepit Ecclesia cuius sunt sacramenta: Hæc secunda sumit Ecclesiam pro collectio-  
ne fidelium.

**Propo. 3.** Ecclesia durabit in hoc mundo vsq; ad finem sæculi. Hæc tenet Alex. 4. p. citata. m. 3. Habes ad illã probationes in breuiloq. 3. d. 25. p. 20. Neq; quia defecit synagoga Iudæorũ, ideo Ecclesia defecit. Neq; quia dixit Christus. Luc. 18. Filius hominis ueniens putas inueniet fidẽ in terris, deficiet totaliter fides, de qua dixit Petrus, rogauit pro te ut nõ deficiat fides tua. Luc. 22. Neq; deficiet caritas, licet dixerit, refrigescet caritas multorum. Matth. 24. Sed respectu malorum & infidelium pauci erunt fideles in caritate radicati. Quod dixit Daniel. 11. auferetur iuge sacrificium, non est quia deficiet Eucharistiæ sacramentum & sacrificiũ, sed quia in paucis locis Antichristi tempore celebrabitur, & in paucissimis publice & manifeste, ut videatur quasi cessasse. Nam ex eo qd nominatur iuge constat futuram in hoc sæculo perpetuum.

**Propo. 4.** Ecclesie membra non solũ sunt boni Christiani, verũ etiã mali. Contrariũ huius est hæresis Lutheri, fuerat in ea Donatus & Ioannes Hus dånatus à concil. Constantiensi cuius error tertius dicebat. Præsciti non sunt partes Ecclesie, cũ nulla pars eius ab ea finaliter excidat: quintus. Præscitus etsi ali. quando sit in gratia secundũ præsentem iustitiã tamen nunquã est pars sanctæ Ecclesie. Conclusionem probant parabola de sagena missa in mare congreganti de omni genere piscium Matth. 13. de decem virginibus. ca. 25. De vocato ad nuptias neque habente vestem nuptialem.

De hæreticis est maius dubiũ an sint mēbra Ecclesie: frater

ter Alfonso Castro lib. 2. de heret. punit. c. 24. propè finẽ tenet eos esse mēbra Ecclesie, quia susceperunt sacramentũ fidei, & cap. Veniens de presbyt. non baptizato dicit, qd per fidem & per sacramentũ fidei quis efficitur membrũ Christi. Ratione, quia Ecclesia eosdem punit & iudicat, quod non faceret nisi essent de Ecclesia dicente Paulo. 1. Corinth. 5. Quid mihi de his qui foris sunt iudicare? Rom. 2. Tu quis es qui iudicas alienum seruum? Item in hæreticis manet potestas ordinis sacerdotalis, sicut & character baptismalis, igitur sunt de Ecclesia. Alij, ut frater Franciscus de Victoria in relectione prima de Ecclesie potestate tenent oppositũ, quia hæresis tantũ valet sicut electio, secta, diuisio, ergo hæretici dicuntur, quia sunt ab Ecclesia separati, diuisi atq; abscisi. Matth. 18. Si Ecclesiam non audierit sit tibi quasi Ethnicus & Publicanus. Quia dicit opposita opinio hæc verba non dicere identitatẽ sed similitudinẽ, est autoritas Cypriani de simplicitate prælatorũ loquentis de hæreticis. Gratulandũ est cum rales ab Ecclesia separantur, ne oues Christi sua venenata contagione prædentur. Cohærere non potest amaritudo cum dulcedine & ceter. igitur Cyprianus intelligebat hæreticos nõ esse de ouibus Christi neq; ad Ecclesiam pertinere; hanc autoritatẽ vide & in breuiloq. 3. d. 3. p. 14. in sol. arg. cum maiori ad propositũ expressione. Item, vnitas Ecclesie constare videtur ex tribus simul, quæ Paulus Ephes. 4. numerat, vno Deo, vna fide, vno baptizate, sed hæretici non habent fidem, igitur neq; sunt de Ecclesia. Credo quod sit quæstio de nomine potius quàm de re. Quoniam in re omnes conueniunt, quod nõ habet fidem hæreticus infusam, neque in illum Christus qui est caput illã influit, neque etiam vitam ac motum gratiæ & caritatis: Fatentur etiam, quod habent characterem baptismalem qui est signum assimilatiuum & distinctiuum ouium Christi, quodq; possit illos Ecclesia punire. Cum ex parte sua ipse se ab Ecclesia separet & diuidat; ex parte Christi, signũ impressum Christus caput influat & conseruet, dubiũ est quod fieri præualere debeat ad eũ nominandũ vel Christi mēbrũ, vel à capite & corpore abscissum? In religionib; null; admittitur inuit; post ingressum volũtariũ, quãuis malus & inuitus

monachus retinetur sub habitu, & à religione cognominatur talis. Quare igitur nõ sic in Ecclesia, neminẽ ad baptismũ cõpellente, baptizatum vero sub charactere inuitum retinente; & puniente per quem charactere, licet non habeat vnã fidem, habet vnum baptismum, quia habet eius effectum? In õpinionem Alfonsi debent esse illi qui tenent Pãpam hæreticum non esse ipso factõ depositum, quia si adhuc est caput Ecclesiã sub Christo, est etiam membrum Christi, & sic tenet Caietan. de autoritate Pãpæ cap. 22. Ad autoritatem Cypriani afferentis illud Ioan. 1. cap. 2. Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis, potest dici quantum ex parte suã voluntatis: aut secundo recurre ad breuiloq. 3. d. 23. p. 6. quomodo aliquid negatur esse, quia non habet omnia ad suum esse requilita. Inde hæretici propter vnum respectum, scilicet fidei defectum possunt dici infideles, & extra membra Christi: propter alium respectũ charactere fideles inuiti, & membra Christi. Excommunicati, & schismatici in vtrãque opinione membra sunt Christi quia fidem retinent informem & charactere. Vnde Paulus. 2. Timoth. 2. Hymenæum & Philetum qui à veritate exciderant docentes hæresin quod resurrectionem iam fuisset facta, non excludit à magna domo, idest Ecclesia, in qua sunt vasa diuersa.

*Argum.* Sed contra conclusionem arguitur, primo ex Hierem. 31. Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam: sed lex Euangelica, de qua ibi est sermo, est lex fidei, & caritatis, cui populus ad quem datur proportionari debet, igitur qui non habent fidem & caritatem non sunt de populo & Ecclesia Dei. Confirmatur, In hoc ponitur discrimen Euangelij & legis Moylis quod illa data est populo carnali, Euangelium populo spiritali, igitur Ecclesia spiritalis corpus est, ad quod non pertinent qui fidei & caritati spiritaliter non participant.

*2. Arg.* Ecclesia vocatur pulchra & sine macula cant. 4. igitur ad ipsam non pertinent peccatores maculati peccato.

*Ad. 1.* Autoritatem Hieremiã habes in breuiloquio. 3. d. 40. ante p. 56. quia ponit differentiam legis scriptæ in tabulis ab Euangelio non dato à Christo in scriptis, sed ore suo annunciatõ & prædi-

prædicato in monte Matth. 5. Lex Moylis fidem docebat & caritatem Dei & proximi, sed quia sacrificia quæ habebat carnalia fuere, multisque præceptis ipsa lex onerata ad exteriora iudicia & cæremõnias, sacramenta etiam ex vi sua non iustificabant, vocabatur lex seruitutis, & populus ille carnalis, quia operibus corporalibus intentus; è contra Euangelium pauca præcepta, pauca sacramenta gratiam conferentia ex opere operato, vnicum Eucharistiæ sacrificium, idè lex libertatis, amoris, spiritalisque vocatur. Lex enim per Moysem cum præfatis oneribus data est, gratia & veritas in Euangelio per Iesum Christum facta est Ioan. 1. Non tamen per hoc lex Euangelica est sic spiritalis quod sit inuisibilis sicut angelus & anima. Neque Ecclesia corpus est inuisibile & solum imaginabile, aut intelligibile constans ex hominibus illis interioribus, de quibus Paulus loquebatur. 2. Corinth. 4. quod sit homo in nobis interior, & sit exterior, vt dixerunt Lutherani contra quos habes in. 3. d. 25. in. p. vltim. ad finem. Videatur & pater Castro lib. 1. contra hæreses capit. 6. vbi & probat caput Christum esse visibile, Baruch. 3. In terris visus est. Thomas & alij discipuli eum viderunt glorificatũ Ioan. 20. Stephanus ad dexteram patris. Act. 7. Si caput est visibile non Mathematicum, ergo & corpus. Ratione igitur iustum vocatur pulchra, & sine macula. Ratione status futuri in beatitudine dicitur sine ruga etiam venialium peccatorum. Ephes. 5. non habentem maculam (mortalem) aut rugam (venialem) exhibebit sibi Christus Ecclesiam gloriosam, in patria videlicet.

De ratione prædestinationis non est facere prædestinatos Ecclesiæ membra. Hæc vide probatam contra Viclephum breuiloq. 1. d. 40. p. 5.

Harum duarum potestatum excellentior & perfectior est potestas Ecclesiastica. Hanc probat decretum Gelasi citatũ ad primam, & eo decreto citatur in idem Ambrosius: & in cap. citato Solitæ, comparatur Ecclesiastica Soli, ciuili Lunæ. Ratione probatur. Ex origine; Ecclesiastica est à solo Deo instituibilis, cum ad eam spectet consecrare corpus Christi, absolueri à peccatis & similia. Ciuili est à Deo dicente Pau-

*Ad. 2.*  
*Vide in*  
*breuil. 3.*  
*dist. 29.*  
*p. 10.*  
*Propo. 5.*  
*Propo. 6.*

Io Roman. 13. Non est potestas nisi à Deo, sed mediâte dictamine rationalis prudentiæ distantis leges & iura, & quid possit vel non possit rex, ad quam cõmuniter ascenditur electione populi, vel hæreditario iure. Saul & David atque alij fuerunt constituti reges à Deo, in quibus non fuit instituta potestas regia, sed reges ipsi. Ex parte fundamenti; sicut habitus sunt perfectiores, qui subiectantur in potentia perfectiori, ecclesiastica fundatur supra donum supernaturale, idest, super characterem baptismalem, quia non baptizatus non potest recipere alia sacramenta per cap. 1. De presbyter. non baptiza.

*Argum.*

*Solutio.*

Ciuilis non fundatur in tali dono, quia fuit & est apud infideles. Ex parte finis; quia immediatus finis ecclesiasticæ est ducere homines ad æternam felicitatem, finis ciuilis est pacificus conuictus reipublicæ, quæ est quædam felicitas temporalis. Quod si dicas in lege nature non constare fuisse à Deo institutam potestatem ecclesiasticam, siue sacerdotale. Dico quod fuisse sacerdotes in lege nature satis constat ex sacerdotio Melchisedech, & talis potestas potuit fuisse reuelata alicui patrum; Estò quod fuisset ex naturali dictamine, sicut inter infideles, tunc si non excederet ex origine, excederet ex fine. Ecclesia namq; semper creuit in Dei & spiritualium notitia, atq; exercitio sicut aurora cant. 6. & corpus humanum. Vnde synagoga non fuit à Deo totaliter repudiata, sed meliorata, quod probat vineæ parabola Matth. 21. quæ non fuit destructa sed alijs agricolis locata. Ps. 79. Visita vineam istam, & perfice non ait destrue. Esai. 54. Dilata locum tentorii huius, non destrue. Ad hanc vide Alex. 3. p. q. 40. m. 2. & 5.

*Vide sup.*  
*d. 3. p. 10*

*Propo. 7.*

Hæ duæ potestates de iure Diuino non sunt in eodem. Vide Almain. de potestate Ecclesiastica cap. 6. Ita quod Papa non habet ex Diuino iure supremam potestatem iurisdictionis in temporalibus. Facit textus. Quo iure. 8. d. qui est beati August. Quo iure defendis villas Ecclesiæ? & respondet non iure Diuino, quia Domini est terra & plenitudo eius, sed iure imperatorum dicitur. Hæc villa mea est. Ratione; quia cõtra Papam in temporalibus prescribitur, sed in his quæ sunt Diuini iuris non cadit prescriptio.

*Propo. 8.*

Non repugnat has duas potestates esse simul in eodem. Probat,

Probat, quia Melchisedech fuit rex Salæ, & sacerdos Dei altissimi. Gen. 14. & Heb. 7. Item Machabæi habuerunt vtrâque supremam potestatem gubernâtes in temporalibus & spiritualibus, quia erant de tribu Leui, & de tribu Iuda simul, nam hæc tribus ante egressum de Aegypto cõmixtæ erant, eo quod Aarõ duxit Helisabeth filiam Aminadab sororem Naafon in vxorẽ Exod. 6. & sic non deficiebat dux de tribu Iudæ cõtra prophetiam Iacob Genes. 49. Non auferetur sceptrum de Iuda. Quod Matathias fuerit sacerdos habetur. 1. Mach. c. 2. De Moyse idem sentiunt multi propter Psal. 98. Moyse & Aaron in sacerdotibus eius: ipse enim vixit, & consecrauit Aaron. Exod. 29. Vide epistolam. 66. Leonis Pape ad vniuersos episcopos Germaniæ. Facit cap. Sacrosanct. d. 22. ad hoc. Verum de potestate in temporalibus patet, quia populus à mane vsq; ad vesperam ad eum pro iudicijs recurrebat Exod. 18. de alia non sic constat cum certum sit, quod ipse non obtulit sacrificium, imò quando opus fuit offerri dixit quod offerret Aaron, nu. 16. Item, aliqua spiritualis aut suprema se compatitur, cum aliqua in temporalibus, igitur ambæ supremae possunt esse in eodem. Patet antecedens de Romano Põtifice qui tenet supremam ecclesiasticam, & temporalem in Vrbe Roma, & in alijs quibus plurimis, sicut illi concessit, Constantinus, & habes ex Melchide Papa refertur. 12. q. 1. cap. Futuram. & 96. d. Cõstantinus, & d. 63. Ego Ludouicus. Multi etiam episcopi vtuntur eadem potestate ciuili habentes villas, & castra. Iuuatur ex hac iurisdictione in temporalibus autoritas Ecclesiæ, quia ex quo sanctitas tam episcoporum, quam plebium refiugit parum æstimat plebs episcopos pauperes; sicut vident ecclesiasticos in honore ac reuerentia apud principes sic eos vel reuerentur vel despiciunt. Solent vassalli Ecclesiæ melius tractari ab ecclesiasticis, quam à secularibus principibus. Ioannes Viclephus negauit licere ecclesiasticis habere diuitias in quatuor articulis de illis, quos eius dānauit concil. Constantiense. Decimus siebat. Contra sacra scripturam est quod vici ecclesiastici habeant possessiones. Trigesimus secundus. Ditare clerum est contra regulam Christi. 33. Siluester Papa & Constantinus imperator errauerunt Ecclesiam dotando. 36. Papa cum omnibus Clericis suis possessio-

*Episcopi  
pauperes  
despiciuntur.*

possessionē habētibus sunt hæretici, eò q̄ possessiones habēt. Hos omnes cum alijs condemnauit præfatum conciliū. Lutherus illam sequutus suasit principibus Germaniæ quòd Ecclesiæ bona diriperent. De Apostolis, quidam Sagarellus de Parma cum sequacibus (qui dicti sunt pseudo Apostoli, quia iactabant se vitam tenere apostolicam quia pecuniam non recipiebant, neque aliquid seruabant in crastinum) dixerunt eos, neque recepisse, neque habuisse pecuniam, imo neq; aliquid in crastinum seruasse, neque licuisse eis seruare, neque pecunias habere, neque recipere. Cuius contrarium ex Evangelio habemus, quia Ioann. 13. constat Iudam nomine Christi loculos detulisse, ita cum ei dixisset Christus, quod facturus es fac cito, putauerunt discipuli dictum ut emeret quæ opus eis erant ad diem festum, vel ut egenis aliquid daret. ibi. 4. manente ipso Domino ad puteum discipuli abierant in ciuitatem empturi cibos, qui pecunijs emendi erant, igitur tam Christus quam Apostoli pecunias habuerunt. Ideò Ioan. 22. in extrauaganti, quæ incipit. Cum inter nonnullos, determinauit esse hæreticum asserere pertinaciter Christum & apostolos nihil habuisse in communi, aut ea, quæ habebant non potuisse vendere nec donare tanquam in eis ius non haberēt. At vero quoniam habuere loculos pro vno tempore, & pro alio tempore non dicente illis Christo Matth. 10. Nolite portare aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris, quod & alio tēpore ab eis seruatum fuit, & de se Matth. 8. Filius hominis non habet vbi caput reclinet, quare & à mulieribus deuotis sustentabatur Luc. 8. Nicolaus. III. habetur. De verborum significat. Exijt qui seminat; docuit Christum & Apostolos seruasse paupertatem fratrum minorum nihil habendo in speciali, neque in communi. Vtriusque Pontificis determinatio vera fuit, sed pro diuersis temporibus: quod & Christus ipse Dominus innuit Lucæ. 22. Quando misi vos sine pera, & sine sacco & calceamentis nunquid aliquid defuit vobis? quibus respōdentibus nihil, dixit. Nunc qui habet sacculum tollat, similiter & peram, & qui non habet vendat tunicam suam & emat gladium. Quòd in crastinum seruauerint patet Ioann. 6. vbi dixit illis Christus. Colligite quæ supra-

superauerunt fragmenta, ne pereant. Collegerunt autem duodecim cophinos fragmentorum. Quod dixit Dominus. Matth. 6. Nolite solliciti esse in crastinum, non reseruationem in sequentem diem vetuit sed sollicitudinem in futurum & longius tempus, quanuis sit dies sequens. Nam cras in scriptura, non solum sequentem diem sed futurum tempus & incertum significat. Deuter. 6. Cum interrogauerit te filius tuus cras, quid sibi volunt testimonia hæc, & caeremoniæ, atque iudicia quæ præcepit Dominus Deus noster nobis? Ecclesiæ. 10. Rex hodie est & cras morietur. Ad eundem modum Ecclesia pro diuersis temporibus non habuit possessiones, modò habet. In principio omnes possessiones vendebantur. Act. 2. rationem dat Melchiades Papa in citato capit. Futuram, quia viderunt Apostoli non permanentem Ecclesiam in Iudæa. Dilatata Ecclesia inter gentes viderunt plus utilitatis si prædia & possessiones conseruarentur pro præsentibus & futuris; ita dicit Urbanus Papa & martyr refertur eadem. 12. q. 1. cap. Videntes, vbi potes videre multa decreta ad propositum. Extra de homicidio cap. Sicut dignum. §. Eos insuper: mandat quòd restituant qui spolia sancti Thomæ archiepiscopi Cætuariensis occupauerunt. Neque possent episcopi exercere hospitalitatem, quam eos docet Paulus. 1. Timoth. 3. sine diuitijs & possessionibus.

Potest Ecclesia, & ecclesiastici proferre sententiam sanguinis. Patet, quia solo iure positiuo sunt prohibiti: In veteri siquidē testamento Phinees sacerdos Nu. 25. occidit Israelitam cū Madianitide. Moyses fecit q̄ Leuitæ occiderēt viginti tria millia hominū. Exo. 32. Matathias occidit Iudæū sacrificantē idolis. 1. Mach. 2. Diuus Petrus Ananiam & Saphiram. Act. 5. Episcopi Evangelici qui vtroq; gladio seu potestate vtuntur non exercent iudicium sanguinis per se, sed per ministros & officiales. Ad hanc vide Alexand. 3. part. q. 34. mem. 2. art. 3. qui, licet videatur esse contra hanc, non est quia ibi loquitur de facto.

Licet papa non habeat directe potestatem iurisdictionis temporalis in orbem, regna, aut prouincias, quia potestas tempo-

*Cras quid significat*

*Propo. 9.*

*Propo. 10.*

Q 9

ralis

ralis non sic depēdet à spirituali, sicut inferior à superiori cui subordinatur. v. g. curatus ab episcopo, episcopus à Papa. Tamen indirectè Papa potest cognoscere, & iudicare de regnis & prouincijs in tēporalibus: putà in ordine ad finem spiritua- lem, quia si aliquid stare non possit ad finem spiritualē sine tēporalium iudicio, potest Papa reges deponere, & alios instituere, cæteraq; facere ad id cōuenientia. Nā cui est cōmissum officium, cōmissa intelliguntur ea, sine quibus tale officium expediri non potest. De offic. delegat. cap. 1.

Prop. 11.

Tres aut quatuor casus sunt in quibus index ecclesiasticus potest iudicare, & cognoscere de temporalibus. Primus est, si habet iurisdictionē temporalem in aliquo regno, prouincia, seu ciuitate. Secundus, si non est index secularis, qui iudicet; aut etiam si sit, si est negligens; ita decidit cap. Licet: & cap. Ex tenore de foro competent. Innocentius. III. habetur in cap. Grandi de supplen. negligentia prælat. lib. 6. priuauit regem Portugallix regni administratione; quia erat inutilis, & regnum destructioni expositum. Zacharias, habetur 15. quæst. 6. capit. Alius: deposuit regem Francorum pro inutili, & substituit loco eius Pipinum patrem Caroli imperatoris; Ex causa sedes Apostolica transtulit imperium à Grecis ad Germanos instituitq; primum imperatorem Carolū Magnum, vt dicit Innocentius. III. in cap. Venerabilem de electione. Tertius casus, quandò index secularis non potest poenam infligere, vt quia peccator occultus est, nā poena temporalis non infligitur nisi personæ cognitæ. v. g. pro furto cuius autor ignoratur potest ecclesiasticus excōmunicare. Quartus, quia licet nequeat ecclesiasticus cognoscere de causa merè temporalis, & peccato merè seculari, tamen seruato processu fraternæ correctionis potest de illo cognoscere atq; excōmunicare: ita docet Innocētius. III. in cap. Nouit de iudicijs. Vbi dicit se nolle perturbare aut minuere iurisdictionem regis Franciæ (videlicet quia erat à sua distincta) neque directè cognoscere de feudo, sed de peccato quo iniuriabatur super illud regi Angliæ etiam præmonitus iuxta regulam Euāgelicam. Ad hanc vide Alexand. 3. part. 9. 40. mem. 5. iam ad finem.

Potestas

Potestas dominij; & potestas iurisdictionis differunt. Nam habere potestatem dominij est habere facultatem propinquam vtendi, disponendi, alienandi, recinendi - que res pro suo libito; Habere potestatem iurisdictionis est habere facultatem propinquam dicendi ius, & sententian- di quid iustum, quid iniustum: & autoritatiuè senten- tiandi quæ res ad vnum, quæ ad alium spectet. Vnde tria videntur esse de integritate iurisdictionis. Primum, fa- cultas propinqua sententiandi quid ad quemque spectet: Secundum, potestas iniuriantem alteri poenis condignis af- ficere: Tertium, potestas ab vno quoque secundum debi- tam proportionem tributa, & vectigalia exigendi, & impo- nendi pedagia.

Corol.

Ex hac sequitur primò, quòd rex non potest pro suo li- bito priuare subditos bonis & facultatibus suis, quia cum rex habeat potestatem suam à republica, respublica non de- dit illi dominium, sed iurisdictionem. Patet in Achab puni- to quia iniuste auferbat vineam suam à Naboth. 3. Reg. 21. Idem est dicendum de imperatore, quia neque est totius or- bis dominus dominio proprietatis seu economico, neq; etiã ciuili, seu dominio iurisdictionis, quia multi legitime illum non recognoscunt, neque eius supra se iurisdictionem admit- tunt, igitur multominus admittitur quòd habeat dominium possessionis. Tale nanque dominium competere debuit vel iure naturæ, quæ omnes homines æquè fecit liberos demptis filijs, qui naturaliter debent parentibus subijci, & vxor viro, sed ex eodem iure omnia sunt cōmunia; Aut ex iure Diuino, sed tale dominium non continetur in lege Dei, imo per exē- plum de vinea Naboth constat oppositum circa possessionē & ius vtendi rebus pro libito; De ciuili nō habemus quomodo aut quādo terram regibus Deus diuiserit & terminos cui- que cōstituerit. Cum igitur sit de iure humano naturalis pru- dentia lumine adiuto, atq; dicatur esse & fit à Deo per hoc medium, leges reipublice regem sibi cōstituentis electus rex in persona propria, atq; etiã filij hereditario iure succedentes cōditiones & pacta reipublice conseruare debent, quibus re- gem sibi constituerunt.

R 9 2

Secundò



2. Corol. Secundò sequitur, quòd non repugnat religioso, etiã fra-  
 tri minori ex voto paupertatis potestas seu dominium iurif-  
 ditionis, sed potestas dominij possessionis, seu proprietatis;  
 ideò non repugna ei ex professione esse iudex conseruator,  
 d. 38. p. secus per statuta id prohibentia.

25. cor. 6. Christus redemptor noster habuit supremam potestatem  
 Prop. 13. ecclesiasticam. Patet, quia fuit summus sacerdos secundum  
 ordinem Melchisedech in æternum. Psalm. 107. Hebr. 7. Je-  
 sus sempiternum habet sacerdotium. Ipse habuit potestatem  
 instituendi sacramenta, remittendi peccata, & omnia illa fa-  
 ciendi quæ ad finem spiritualem pertinebant. Inde Aposto-  
 lis dando potestatem Ioann. 20. dicebat. Sicut misit me pater  
 mitto vos.

Prop. 14. De potestate civili & temporali variæ sunt opiniones; Ar-  
 machanus tenuit iure hereditario fuisse regem Iudeæ. Con-  
 trarium tenet Almainus de potestate ecclesiastica. c. 8. quia  
 ex quo Machabæi regnauerunt & non fuerunt tyranni trãf-  
 latum fuit regnum Iudeæ ad tribum Leui, cui tribus Iudæ per-  
 lineam foeminiã commixta fuit, inde beata Virgo des-  
 cendens à regia tribu per lineã masculinã non erat legitima  
 regni domina, Hanc veritatem ipse Christus in Pilati iudi-  
 cio confessus, dixit Ioann. 18. Regnum meum non est de hoc  
 mundo, neque Pilatus de alio iure ad regnum quærebat nisi  
 de hereditario. Hinc patet vnum pro regno Portugallia hodie  
 Nota. notandum. Aiebant Portugallenses habere se sancti  
 Francisci prophetiam (quod an verum sit nouit Deus) quæ  
 si dicebat regnum illud proprii regni rege naturali non ca-  
 riturum, Rex Philippus eiusdem regni naturalis, ab eoque  
 oriundus sanguine materno est, neque propter hoc euacua-  
 ta in illo magis prophetia, quàm fuit in Machabæis pro-  
 phetia Iacob: sin autem dicebat regnum illud nunquam  
 regno Castellæ adunandum, neque adhuc falsa est, eò quòd  
 sub rege vno ambo regna sint legibus & moribus distincta.  
 Nã comitatus regni Castellæ Portugallia fuit, sicuti Castellæ  
 regni Legionis, quæ Legionensi adhuc adunata sub eodẽ rege,  
 diuersis potiuntur legibus, & foris, adeò quod etiam in regni Ca-  
 stellæ vmbilico oppida sint, quæ legibus Legionis tanquã ad  
 regnum.

regnum illud spectantia reguntur quale est casa Cereris pa-  
 tria mea vbi & hæc scribo, quod sub Legionensis regni ditio-  
 ne est, astrictum iure iurando, quod vocamus pleito omenaje  
 vt illius regi & regno obstrictum sit. Si regna hæc diuidi con-  
 tingerit casu quocunque Legionensis regni est non Castellæ.  
 Sicque hodie in successione hereditaria, & forma soluendi  
 tributum quod vocant moneda forera Legionensi lege re-  
 guntur, cum vicina ad octo & minus leucas etiam quatuor in  
 his leges Castellæ obseruēt. Causa huius fuit quòd Alfonso  
 Legionis rex hoc oppidum cum alijs à Sarracenis occupatis  
 recuperans regno suo subdidit. Monarchiam si habuit Chri-  
 stus per Diuinam concessionem degens vitã mortalem (quia  
 post resurrectionem certa videtur ex Matth. vltim. Dara est  
 mihi omnis potestas in cælo & in terra) sunt opiniones,  
 vna affirmatiua, in quam citant Diuum Thomam de regimi-  
 ne principum. lib. 3. c. 14. dicentem quod Principatus Christi in-  
 cepit statim in ipsa sua natiuitate temporali. Hec suaderi pos-  
 set, quia reges Magi adorauerunt eum quasi subiecti in tem-  
 poralibus: fuisse veros reges probat Echius in hom. 1. de Epi-  
 phania contra Lutherum id negantem, neque solus Lutherus  
 negauit, audiui quippe adolescens predicasse quendam magni  
 nominis in Hispania (cuius autoris in his nostris libris mencio  
 fit & opiniones citantur aliquando) Pintia vbi tunc regis cõ-  
 sidebat curia & senatus supremi, non fuisse reges: ob quod pa-  
 ter doctissimus frater Franciscus Castellus, qui cū fratre Al-  
 fonso à Castro in conuentu nostro Salmanticensi annis theo-  
 logiã scholasticã prelegerat; amboque socij egregiè munus pre-  
 dicationũ cum laude magna & totius Hispaniæ admiratione  
 explebant, stomachatus aiebat dignum illum qui retracta e-  
 cogere tur. Cantat Ecclesia die illo Epiphaniæ sæpe, sæpiusque  
 inculcat. Coram illo procident Aethiopes: Reges Tharsis &  
 insulæ munera offerent, reges Arabũ & Sabbã dona adducēt  
 Pl. 71. vbi nõ solũ quod reges fuerint, sed vbi regnauere ponitur  
 quia in Sabbã & Tharsis, quæ nõ est Tharsus Pauli patria: sed  
 alia regio Indiæ Oriëntalis. Forsan, quia nominatur ibi Aethio-  
 pes; alter eorum eo colore de pingitur. Vsurpat etiam Eccle-  
 sia pro die illo id Esai. 60. ambulabunt reges in splendore or-  
 tus tui.

Magi fue-  
 re reges,  
 atque tres  
 contra Lu-  
 ther.



tus tui. Inundatio camelorum operiet te; quæ omnia popam & apparatus regalem sonant, non hominum priuatorum. Negavit etiam Lutherus quod illos fuisse tres, quatuor vel duo constet; contra quod est Leo Papa affirmans illos fuisse tres in ser. 1. de Epiphania quem usurpat Ecclesia. 3. die post Epiphania ad matutinas. August. ser. 43. ad fratres in Eremo docet illos fuisse reges in quibus. O Christiane caue ne quæras Christum cum Iudæis sed cum Paganis regibus quærere non desistas. Quod fuerint tres docet ser. de Epiphania dicens. In eo quod tria offeruntur Trinitas intelligitur. In eo quod tres sunt, & singuli singula offerunt in Trinitate unitas declaratur. Vbi & annota quod quilibet obtulit auram, thus & myrram. Cum igitur reges illum adoraturi venerint, imperatorem, & monarcham supra reges profitebatur. Item, quia Christus habuit potestatem obligandi homines, & si dictasset sententiam quæ res cuiusque foret standardum eius sententiæ fuit. Hanc personam multæ autoritates scripturæ, quod ei datus sit principatus: quod sit hæres vniuersorum. Heb. 1. rex regum, & Dominus dominantium. Apocalyp. 17. & 19. quod si ea potestate non fuit usus, est quia noluit & iuri suo cessit sicut Paulus non petendo temporalia pro predicatione. 1. Corin. 9.

Alia est opposita sententia, quia & Christus Luc. 12. respondit cuidam petenti diuisionem hereditatis inter se & fratrem. Quis constituit me iudicem aut diuisorem supra vos? quod d. nullus: qui, si verè habuisset temporalem monarchiam etiam ex commisso. ne, erat iudex, diuisor, & non fuisset vera loquutus. Facit & responsio ad Pilatum. Regnum meum non est de hoc mundo: si ex hoc mundo esset regnum meum ministri mei utique decerarent ut non traderer Iudæis. Ioann. 18. Discipuli Domini Thomæ qui negant eum in priori fuisse opinionem vim faciunt in eo quod dixit, Christi dominium ordinatum fuisse ad spiritualia, neque exclusum à temporalibus eo modo quo ad spiritualia ordinatur. Hinc possunt solui scripturæ autoritates, interpretando de regno spirituali: & de temporali quantum ad spirituale faceret; aut de temporali sed post resurrectionem.

*Prop. 15.* Ecclesiasticæ personæ tam in personis, quam in bonis exemptæ sunt à potestate civili. Ad hanc vide Angelicam recensentem privilegia quatuordecim clericorum. verb. Clericus. 14.

De

De conclusionem dubium est quo iure sunt exempti à potestate civili & laica. Et quidem in personis facile sum persuasus esse exemptos Diuino iure ex quo hæc duæ potestates distincte sunt iure Diuino, igitur quælibet eximitur ab alia: nisi, ut dictum est, in ordine ad finem spirituale ecclesiastica ordinet & dirigat Laicam. Vide. d. 96. Si imperator, & c. Sequens. & 2. q. 7. Accusatio. & 11. q. 1. sunt ad hoc multi textus. De bonis est maior difficultas, nam ad utramque partem multæ sunt rationes quas ponit Metina Cöplutensis cod. de restitutione. q. 15. ipse verò tenet, quod non sunt exempti à soluendis tributis nisi de iure positiuo, imo & de personis, idem tenet. In hoc secundo illi ego non assentio. Intelligo illas personas ecclesiasticas exemptas quæ sunt in gradibus & ordinibus institutis à Christo, non in illo qui est de iure positiuo, ut prima tonsura. De clericis in minoribus ordinibus dic ut in fine huius quod tandiu gaudent exemptione quandiu Ecclesia numerat illos intra suos. Circa bona & possessiones placet mihi Alexandri Alesensis diuisio. 3. part. quæst. 48. memb. 1. artic. 3. quod decimæ, primitiæ possidentur ab Ecclesia sorte spirituali, & de iure Diuino Numer. 18. & omnis oblatio, & sacrificium & quidquid pro peccato redditur mihi, dixit Dominus ad Aaron, tuum erit & filiorum tuorum. Simili modo loca deputata ad Diuinum cultum, sicut territoria Ecclesiarum, & alia loca deputata ad spirituale officium ut cæmeteria; De his non debentur regibus tributa. Crederem rationabilius talia esse exempta de iure Diuino, & posse persuaderi rationibus alterius opinionis. Alia, dixit Alex. possident sorte temporali ut titulo venditionis, vel titulo concessionis saluo seruitio debito, De his potestas sacerdotalis principibus consueta debet obsequia, & annua tributa. 23. q. 8. c. Tributum: & 11. q. 1. c. Si tributum: & c. Magnum. De his videtur iuxta aliam opinionem, non esse exempta nisi de iure humano. In id est, quia in ipsis habet locum præscriptio, igitur non possidentur iure Diuino & faciet citatus textus Aug. in. 7. p. Quo iure. Sed quia posset dici castra, & villas & alia oblata fuisse ecclesie & sortiri titulum spirituale, sicut aliæ oblationes: posset responderi quod illæ oblationes quæ offeruntur cum missis de pane, vino, tritico, cera & similibus

Q 9 4 vel

vel pro viuis vel pro mortuis, & quæ minutatim dantur sacerdoti pro tempore offerentij in osculatione manus, hæc sunt quæ sortiuntur spirituale in titulum, sicut num. 18. explicabat Dominus: Villæ Castra, aut possessiones non sic, sed eis spirituale vinculum ex humano iure annectitur. Neque in hoc est, quod principes aut alij licitè conquerantur. Decimæ, oblationes & primitiæ stipendia sunt pro spirituali officio, quidquid principes Ecclesiæ inseruiūt ab Ecclesia satis remuneratur eis officijs spiritualibus. Quando Ecclesia abundaret, alios pauperes quibus subueniret non haberet, principes egerent, neq; per laicos subditos congruè prouideri pro regnorū, aut ditionum necessitatibus possent, deberet episcopus & clericus subsidia conferre. Ita decreuit concil. Lateranense sub Innocentio. III. habetur in. c. Non minus: extra de Immunita. Eccles. Vbi ponuntur ad hæc subsidia quatuor conditiones: Vna est magna necessitas; secunda, q̄ laicorum non suppetant facultates; Tertia est, q̄ absq; vlla exactione præstentur; Quarta, q̄ sint ad releuandas cōmunes necessitates; Eo tit. in cap. Aduersus, additur alia conditio quasi explicatiua priorū; Videlicet, q̄ propter imprudentiam quorundā ad præstāda subsidia Romanus Pontifex prius consulatur, cuius interest cōmunitibus vtilitatibus prouidere, additur, quod prædicti laici humiliter pariter & deuotè recipiant præfata subsidia cum gratiarum actione. Ex quo apparet ea magis præ se ferre speciem eleemosynæ, quam tributū. Post vero quā diminuta est sanctitas ab ecclesiasticis, quam plurima bona, & possessiones laicæ Ecclesijs & ecclesiasticis, incorporatæ, & siuè Diuino, siuè humano iure factæ exēptæ, sæcularium increfcit inuidia, & murmur de tantis diuitijs clericorū quas multi male expendunt & dispēfant. Facta per sedē Apostolicā concessionē de subsidijs, cōqueruntur clerici & ecclesiastici alij, quia nō æqua lance & proportione distribuātur ab ijs quibus talis cura demādat. Ab initio nascentis Ecclesię nullibi tā bonę leges, constitutiones, seu consuetudines introducūtur & seminantur, quin protinus inimicus ille ex officio suo supereminet zizaniam. Si ex cōditione requisita ad subsidia, q̄ laicorū non suppetāt facultates, arguatur, igitur intentandū est prius exigere

*Subsidia.*

*Argum.*

exigere à laicis, qui abūdant plus aut tātum, quā clerici: & præcipue nobiles, qui à tributis exempti sunt, neq; in eorum exemptionem manus mittitur. Aduertit debet, quod principes vt in plurimum patroni sunt Ecclesiarum suæ ditionis: quia patronatus ex quolibet trium horum acquiritur vel ex fundatione, vt dicit Clemens. III. in cap. Nobis, extra de iure patronatus: quia videlicet construxit cum assensu diocesani, nam sine tali assensu construi non potest ex .c. Nemo Ecclesiam, de consecr. d. 1. Secundò acquiritur ex eo, quod quis dedit fundū, in quo Ecclesia ædificaretur, & hi vocantur fundatores. 16. q. 7. c. Piz mētis, & cap. Frigentius. Tertio ex dotatione, ibidem cap. Quicumque, & cap. Filijs. Cum igitur omnes Ecclesiæ & monasteria fundatæ sint atq; constructæ in suis regnis, multas ipsi aut parentes construxerint & dotauerint, in eis ius habent patronatus. De iure tamē est quod patrono indigenti Ecclesia modeste succurrat, ex citato cap. Nobis, & in cap. Quicumq;, neque solum illi, sed filijs, vt in citato cap. Filijs: Idque potiori iure quā alijs pauperibus, quia magis tenetur Ecclesia ijs à quibus cognoscit se beneficium recepisse cap. Cum in officijs, extra de testamentis. Iustius principes pro hac eleemosyna & succursu ad Ecclesiasticos recurrunt tanquā ad magis pios, misericordioresque, quā ad ceteros nobiles, à quibus si tributa noua exigere forsā tumultus in populo excitarentur. Cum hæc subsidia eleemosynæ dētur intuitu maxime obligantur distributores ad releuandum pauperes Ecclesiasticos, quia eleemosyna de superabundanti est tribuenda. Veræ etiam & non confictæ debent esse necessitates ob quas postulantur subsidia. Non tamen princeps dicendus est abundare; etiam si thesaurum habeat, quando facultates in id sunt necessariæ, quod possit se ab inimicis defendere, & bonum commune promouere. Ad rationē propositam de nobilibus faciet, quod Ecclesia vbiq; est vna, & succurrens alterius regni necessitatibus succurrit Ecclesiæ, & non egreditur extra suos limites: regna tēporalia suis volunt necessitatibus quælibet prouidere, pro alijs regnis dicunt se non teneri de necessitate; ideo princeps melius & prouidentius petit ab Ecclesia, quā ab ijs. Item sæculares. Vide

Q95 ad

ad conclusionem & principalem difficultatē Almainum in .q. habita in vespertis, vbi per modum cōferentia ipsam tractat: Pro eo quod sint exempti positio iure citat Ocham, & Ioannem de Parisijs, & dicitur quod priuilegium exemptionis habuerunt à tempore Iulij primi viuentis adhuc Constantino magno. Ipse Almainus tenet assertiuè, quod sunt exempti de iure Diuino cum quodam Carlerio, quem ad id citat de potest. Ecclesiast. cap. 8. & 9. citat pro ea Panormit. in cap. Solita de maiorit. & obediens. & gloss. in cap. Si imperator. d. 96. dicentem. Antequàm esset aliqua cōstitutio, clerici non erant de iurisdictione seculari, vnde omnes constitutiones quæ emanauerūt, quod clerici non sunt iudicandi nisi ab episcopis, non sunt nisi iuris declaratio. Scotus. d. 13. huius .4. q. 2. litera. C. videtur tenere tanquam probabile quod sit tale priuilegium clericorum ex iure humano, quamuis, vt ex litera deducitur, non loquatur assertiuè: Ex qua litera sumitur arg. apprens: Exemptio clericorum est de iure Diuino, igitur degradatus traditus curiæ seculari, nō potest condemnari à iudice laico, neque puniri nisi nomine Ecclesiæ; & per consequens vana est illa Ecclesiæ intercessio pro eo, vt sine sanguine sententia moderetur. Quod si iudex laicus punit ex potestate propria & ciuili, ergo nō est exemptus nisi de iure humano.

*Argum.**Sup. d. 13**p. 29. 50.**Cap. 54.**Solutio.**Solutio. I**Cano.*

Ad hoc arg. facile respondet vna opinio, quod nō sunt nisi de iure humano exempti, ideo per degradationem & relaxationem exuuntur præfata exemptione: Alia opinio quæ mihi plus placet dare potest duplicem solutionem. Primam quod Ecclesiæ nomine punitur, & est iudex laicus in casu minister eius, quod tangit doctor subtilis loco citato, & sic adhuc talis manet cum suo priuilegio, sicuti manet cum potestate ordinis, quæ est ei inaufribilis. Ad intercessionem dicebat Salmanticæ frater Melchior Cano, quod intercessio erat solum facienda pro illo qui commiserat crimen falsi, quia de illo cap. illud, Nouimus, de verborum signific. loquebatur. Nam hæreticos ipsa Ecclesia præcipit & mandat potestati seculari quod puniat, atque ad puniendum compellatur potestas per censuras, patet in cap. Excommunicamus,

mus, extra de hæreticis. §. Moneantur, igitur Ecclesia non vult pro eis intercedere. Hoc licet sit apparenter dictum: Ex quo ita obtinet vsus sanctæ Inquisitionis, posset responderi aliud esse in generali: aliud in speciali. Nam in generali prædicatores arguunt, reprehendunt, inuehuntur contra iudices laicos, quia homicidas, latrones, fures, non occidunt & suspendunt, veniendo ad particularem in quo iam vltio exercenda sit abstinere à dando consilium, aut instando quod talis morte plectatur. Quoniam verò hæc solutio non est ad propositum argumenti, neque euacuaret irrisionē Vviclephi, quandoquidem aliquē morte plectendū relaxant Ecclesiastici iudices & pro illo intercedere debent, est alia solutio.

*Solutio. 2*

Tandiu Ecclesiastici gaudent priuilegio Diuini iuris, quādiu sunt & manent intra gremium Ecclesiæ, eosque Ecclesia numerat intra suos Ecclesiasticos; Sicut monachus tādum fruitur exemptione iuris positivi ab episcopis, quādiu à religione continetur, expulsus ab ordine reuertitur sub iurisdictione episcopi. Hoc innuit textus ille Nouimus, dicens, quod degradatus tanquam exutus priuilegio clericali, seculari foro applicetur, cum ab Ecclesiastico foro fuerit proiectus, & secularis potestas in suum forum recipiat degradatum; igitur iam non manet de Ecclesiastico foro, neque Ecclesiæ nomine punitur. Quod si iudex laicus puniret tanquam minister Ecclesiæ, adhuc in eius foro maneret. Facit exemplum positum à Christo Domino Ioann. 15. Ego sum vitis vos palmites: qui non manet in me mittetur foras sicut palmes, & arefcet & colligent eum, & in ignem mittent & ardet. Est & exemplum membri in corpore; quādiu est in corpore ab eo recipit influxum siue vitæ, siue motus, abscisus à corpore nihil amplius ab eo recipit: Similiter Ecclesiasticus manens intra corpus mysticum reipublicæ Ecclesiasticæ, ab ea, & cum ea recipit siue participat à Christo, & Deo illam exemptionem; eiectus & abscisus non amplius recipit. Cum dictis stant duo, quod si sunt perniciosi reipublicæ, neque episcopi obuiant valet potestas laica illos punire in defensione reipublicæ. Secundò, quod estō non tenerentur ad leges ciuiles ex vi coerciua tenentur

*Nota inf.**p. 122.*

tur

tur ex directiua quasi membra reipublicæ, & propter scandalum: maximè legibus iusti pretij, quo taxato ex Diuina lege prohibente furtum, nequeunt illud pretium supergrædi.

### De clauibus Ecclesiæ.

Prop. 16.

**C**laues in Ecclesia non sunt corporales, sed spirituales, videlicet scientia discernendi, & potentia iudicandi, id est ligandi & soluendi, qua dignos recipere, indignos debet excludere à regno cælesti Ecclesiasticus iudex. Ita Magister in litera. d. 18. cap. 2. Ad quam notificationem vide extrauag. Ioan. 22. quæ incipit. Quia quorundam: & ex notificatione scito clauē esse duplicem, & dici metaphoricè, quia sicut clauis materialis est proximum instrumentū aperiendi & claudendi ostium; ita istæ duæ potestates, cognoscēdi utiq; de causa, & in illa sententiandi dicuntur clauēs, vna scientiæ, alia potestatis. Clauis scientiæ non est aliqua scientia habitualis vel discretio, sicut ait Magister. d. 19. cap. 1. quod est scientia habitualis, in quo tamen non tenetur. Sed, vt dicit Scot. d. 19. litera. E. est autoritas cognoscendi in causa, quæ quidē benè requirit scientiam vel discretionem concomitantem rectum usum eius. Clauis potestatis est posse dictare sententiam. In humanis quandoque committitur potestas cognoscendi reseruata potestate sententiandi. Potestas Ecclesiastica est duplex, altera ordinis, altera iurisdictionis: Potestas ordinis est respectu corporis Christi veri, vt consecrandi Eucharistiam, & disponendi quæ ad Eucharistiam aliquo modo ordinantur, administrandi sacramenta, & omnia quæ ratione alicuius sacramenti conueniunt, vnde & solet vocari potestas consecrationis: Potestas iurisdictionis est in ordine ad corpus Christi mysticum, scilicet ad gubernandam Ecclesiam leges condendo, excommunicando, absolueno ab excommunicatione, dispensando in votis, concedendo indulgentias, exponendo sacram Scripturam. Lucæ. 11. Væ vobis legisperitis qui tulistis clauē scientiæ. Licet ex his muneribus clauēs ad vtranq; potestatem se videantur extendere, magis tamen referuntur ad

ad potestatem iurisdictionis. Harum clauium distinctio, ait sanctus Bona. hac. d. num. 36. sumitur potius ex eo ad quod immediate sunt, videlicet ad cognoscendum, & sententiandum, quam ab eo subiecto in quo sunt, videlicet penes intellectum, & affectum, seu volūtatem: neq; ex principio à sunt; & in quod reducuntur finaliter, qui est Deus. Nam ex tali principio posuerunt aliqui tres potestates in sacerdote: prima & principalis est potestas ordinis, videlicet conficiendi respondens patri cui attribuitur potentia: secunda discernendi, quæ est scientia & respondet filio: tertia absoluendi, quod est opus Spiritus sancti. Annotabis insuper, quod licet videatur de nomine quæstio mihi magis placuit, vocādo clauēs scientiæ & potestatis, munera potestatis distinguere à clauibus quasi ex eis deriuata, aut illis connexa, quam dicere clauem ordinis, & de iure iurisdictionis; quia potestas consecrandi corpus Christi cum non sit ad alterū, non est potestas aperiendi aut claudendi nisi mediatè: sicut expositio sacræ Scripturæ non immediate aperit regnum cælesti, neq; aperit, præstare alijs bonum exemplum quod imitentur. Cæterum Ecclesiā gubernare, & alia ad id recensita, ipseque actus cognoscendi & sententiandi videtur distinctus à potestate, sicut in naturalibus potentia, & actus ipsius potentia.

Probabilius est, quod istæ clauēs non sunt idem realiter cum caractere sacerdotali, quam oppositum. Hanc tenet Scotus hac. d. litera. F. Probatur, quia caractere sacerdotalis potest esse sine clauibus, sicut in apostolis qui primò facti sunt sacerdotes in cœna recipientes potestatem super corpus Christi verum, post resurrectionem Ioan. 20. receperunt clauēs: igitur distinguuntur. Confirmatur, quia si aliquis apostolus ante resurrectionem consecraret vera fuisset consecratio, quod ab omnibus conceditur ponentibus casum, quod in triduo mortis Christi consecraret corpus sine sanguine, & sanguinem sine corpore: si tamen absolueret à peccatis ille talis non fuisset absolutus. Probatur modò in Ecclesia, quia prius datus episcopus potestatem consecrandi, dicendo, Accipe potestatem offerendi sacrificium Deo: posteaquàm nouelli sacerdotes cum ipso consecrarunt, dat clauēs, dicendo, Accipe Spiritum

Prop. 17.

Spiritum sanctum quorum remiseris peccata remittuntur eis: sed sit casus quod aliquis illorum sacerdotum non accederet ad episcopum pro clauibus, vera ille talis si postea absolueret nihil faceret, igitur non sunt idem cum caractere. *Inf. p. 19.* Confir. adhuc ex illa celebri quaestione de Diuo Thoma absentis quando Christus clauis dedit, si recepit clauis, & quando? nam quaestio haec non habet locum si sunt idem cum caractere, quia iam illas habebat. Imo tenet idem Scotus quod haec clauis non sunt idem realiter inter se, quia possunt distinguui & dari vna sine alia. Habet quidem Scotus, ut ait hac. d. in reportatis art. 3. hoc principium, quod quando vnum potest manere alio destructo non sunt penitus idem. Haec conclusio est expressè contra Ricard. hac. d. 18. art. 1. q. 3. & contra Thomam in. 4. refertur in additionibus. 3. p. q. 17. art. 2. ad. 1. principale. In eorum opinione sicut erunt idem realiter cum caractere, erunt idem inter se, solum ratione different sicut intellectus agens & possibilis, & verba episcopi, Accipe Spiritum sanctum; nullum effectum habebunt; erunt enim solum declaratio clauium iam receptarum, quod ego non credo, sed quod tam per Christum, quam per episcopum prolata vim habent & efficaciter producant aliquem effectum nouum.

*Dub.* Est dubium, si imprimatur alter caracter, in collatione clauium? Scotus vtrunq; reputat probabile hac. d. litera. G. quod imprimatur vel quod non, sed quod caracter sacerdotalis impressus in potestate consecrandi est dispositio ad potestates clauium, sicut in politijs humanis promotus ad gradum excellentem in familia principis, est dispositus vt ei committatur autoritas respectu aliorum seruorum.

*Argum.* Contra has duas arguitur ex Apocalyp. 3. de Christo. Habet clauem Dauid, & aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit igitur in Ecclesiasticis non sunt clauis. Dicunt Alex. 4. p. q. 79. m. 1. & Bona. d. 18. q. 1. quod est triplex clauis; Prima autoritatis haec residet penes Deum qui dixit, Esaiæ. 43. Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me: Secunda excellentiae, hanc habuit Christus sine aliquo caractere, quia, vt tenet idem Alex. 4. p. q. 19. m. 11. nullum caracterem habuit

buit Christus Dominus, quia neq; illius effectu indiguit quo disponderetur, aut assimilaretur Deo, quod est contra alios quos refert nomine tacito dicentes, quod habuit solum caracterem ordinis: Tertia est clauis ministerij per commissio- nem, hanc habent sacerdotes. De secunda intelligitur auctoritas Apocalypsis. De his tribus videatur & Scotus. d. 19. li- tera. A. & B.

Potestas clauium est potentia remota & non propinqua. *Prop. 18.* Hanc tenet Scot. hac. d. litera. H. & in reportatis. Probatur, quia potestas remota est qua quis de se, & simpliciter aliquid potest; potentia propinqua requirit passum approximatum & non impeditum vt agat, sed sic est qd sacerdotes receptis clauibus non protinus habent passum sine materia in qua suam potestatem exercent, alias quilibet sacerdos posset vti clauis in quolibet, igitur ipsa est potentia remota: in hoc ponit Scot. discrimen a potestate consecrandi, quia ipsa est potentia propinqua ex quo habet materiam omnem panem triticeum non impeditum, neque impedibilem, sicut potestas clauium, quae est impedibilis per reservationem casuum.

Apostoli non semel sed successiuè receperunt à Christo *Prop. 19.* sui apostolatus munera & functiones. Haec est contra Ar- machanum lib. 11. de quaestionibus Armeniorum cap. 14. dicentem, qd tota potestas Ecclesiastica fuit illis collata Marci. 3. quando fuere instituti apostoli, quia in gradu & ordine apo- stolatus omnis Ecclesiastica potestas includit. Quae sententia non videtur sana per concil. Tridentinum. sup. dist. 16. p. 15. De diuo Paulo & Barnaba credendum est omnem potesta- tem simul recepisse, & de Mathia qui electus fuit post ascen- sionem, nisi forte quia semper cum apostolis manserat. Act. 11. erat iam sacerdos ordinatus. De Iuda bene videtur quod non receperat totam apostolatus potestatem, quia non receperat clauis, retinebat tamen nomen apostoli, quia ipsos Dominus sic nominauerat Lucæ. 6. etiam antequam totam potestatem accepissent. De diuo Thoma, qui tempore quo datae sunt clauis aberat, est duplex responsio: vna qd octauo die qua- do redijt Christus eas illi dedit: alia qd cum illa potestas fuerit data collegio apostolico, ibi eam recepit Thomas etiã absens. *Paulus. Barnaba. Mathias. Iudas. Thomas.*

Contra

Contra hanc est, quia Christus dando claves dabat Spiritum sanctum cum gratia gratum faciente. Num. 11. data fuit absentibus prophetandi gratia, sed neque erant, ut Thomas absens permanensque in infidelitate non aptus ad recipiendum Spiritum sanctum, quia redeuntibus discipulis de Emaus cum apostolis erat. Inuenerunt congregatos undecim Lucae. 24. & ad eorum narrationem dubius & incredulus recessit; eam foris venit Dominus: sic concordantur loca illa Euangeliorum, eadem enim apparitio quam ponit Lucas ubi comedit Christus fauim & piscem, & illa qua dixit Ioannes Thomam abfuisse. Idcirco prima responsio est rationabilior. Secundam tenet Cyrillus, & cum eo Alfonso Castro. Sacerdotium hæresi. 1.

*Prop. 20.* Ad apostolatus officium pertinebant tria, videlicet: Auctoritas gubernandi omnem populum fidelem: Facultas docendi: Potestas faciendi miracula. Hoc tertium ordinatur ad secundum, & secundum ad primum. Quod si bene prima subdiuidatur, in ea includitur omnis potestas ordinis atque iurisdictionis, quæ sunt requisitæ ad gubernationem Ecclesiæ.

*Prop. 21.* Diuus Petrus recepit plenariam potestatem iurisdictionis supra omnem Ecclesiam quando illi Christus dixit Ioan. 27. Pasce oues meas; ubi & factus fuit cæteris apostolis superior, quia ipsi erant oues Christi: igitur erant à Petro pascendi. Nam in hoc præeminebat Petrus omnibus. Potestatem apostolatus cum cæteris receperat immediatè à Christo, patet de consecratione, de clauibus, & quòd Christus omnes nominauit simul apostolos Lucae. 6. & 1. Corinth. 12. Quosdam dedit apostolos, Paulus gloriatur se apostolum non ab hominibus neque per homines Galat. 1. Omnes etiam ab eodem habuerunt potestatem regendi omnem populum fidelem Psa. 44. Constitues eos principes super omnem terram. Hoc est contra Ricard. d. 17. ar. 3. q. 1. ad. 6. tenentem quòd potestatem ordinis receperunt immediatè à Christo, sed potestatem iurisdictionis mediante Petro. Erant idcirco omnes apostoli pares inter se tam in recipièdo ab ipso Christo potestatem (sicuti post illam recepit Paulus, quia non debebant esse illo inferiores, neque ab illo in modo recipiendi potestatem differre) quam

quam in potestate: ex qua paritate consequens erat quòd non habebat vnus in alterum ius aut potestatem; Solus Petrus erat ipsorum omnium pastor & prælatus, qui eorum potestatem coarctare poterat, cum nihilominus ipsi ex apostolatu haberent in toto orbe iurisdictionem, atque in omnes actus in quos habebat Petrus. Nihil specialiter datum Petro legimus, quod simul alijs non fuerit collatum de mpta vniuersali iurisdictione dicendo, Pasce oues meas. Hoc probat decretum Anacleti, refertur à Gratiano. d. 21. c. In nouo; ubi ait. Cæteri apostoli cum eodem pari consortio honorem & potestatem acceperunt. Clarius Cyprianus lib. de simplicitate prælatorum, refertur ab eodem Gratiano. 24. q. 1. c. Loquitur Dñs. Hoc utiq; erant ceteri apostoli quod Petrus fuit, pari consortio præditi & honoris & potestatis. Hoc probauerat dicēs, apostolis omnibus post resurrectionem parem potestatem à Christo tributam quando dixit. Sicut misit me Pater & ego mitto vos. Accipite Spiritum sanctum.

Contra hoc est arg. ex. c. Porrò. d. 66. ubi dicit Anacletus, quòd primus archiepiscopus Hierosolymitanus beatus Iacobus à Petro, Iacobo, & Ioāne apostolis ordinatus est: igitur ante non erat ordinatus & consecratus episcopus: & sic à Petro recepit ipse atque alij potestatem ordinis seu consecrationis. *Confir.* quia & Paulus & Barnabas quando fuere vocati ad apostolatum Act. 13. ordinati fuerunt, quia dicitur. Ieiunantes & orantes imponentesque eis manus dimiserunt illos, ubi glossa interli. In modum ordinandorum; quod & Leo Papa confirmat, refertur. d. 75. cap. Quod die Dominice; ubi aperte dicit, quòd Paulus & Barnabas illic fuere ordinati? Ad id affert Lyranus aliquorum sententiam, quòd post hanc vocationem missi fuerunt Hierosolymam ad apostolos, ut ab ipsis ordinarentur. Ipse tenet quòd iam in Antiochia erant episcopi ordinati ab apostolis, quia ibi multum Ecclesia creuerat: hi ordinauerunt Paulam & Barnabam, licet in illo cap. tales episcopi non recensentur, quoniā illos iussit Hierosolymam textus non dicit.

Ad consecrationem Iacobi vide ibi glossam dantem quatuor solutiones: Primam, quòd consecrauerunt illum visibili *Solutio.*  
R r vñctione,

unctione, quia inuisibili iam erāt vncti à Domino: Secundam; & est quasi explicatiua primæ, quòd non ordinauerunt, sed tantum formā ordinandi alijs ostenderunt: sed videtur contra textum; posset roborari per opinionē tenentium clauēs non distingui à charactere, & quòd quando episcopus dicit, Quorum remisit peccata remittuntur, est ostensio & explicatio receptæ potestatis, sicuti in sua sententiā plusquam falsa dicere debebat Armachanus. In hac secunda, ly, ordinatus explicabitur ad tropum scripturæ, quòd res tunc dicitur fieri quando innotescit: Tertiam, quòd non ordinauerunt in episcopum, sed in archiepiscopum. Hæc videtur facere vim in verbo textus dicentis, primus archiepiscopus, sed erat dicendum quam ordinationem supra ordinationem episcopi habeat archiepiscopus ad quā requirantur tres episcopi: Quartam, explicādo, ordinauerūt, id est inthronizauerunt ad administrationē certi loci, prius enim erat episcopus sine titulo: sic Papa ante electionē episcopus, nō cōsecratur, sed coronatur: Ex his videtur formari hæc vnica solutio, q̄ licet iam à Christo fuisset ordinat⁹ episcopus pro vniuerso orbe, quia vni specialiter Ecclesiæ ostendebatur deputari & assignari, celebrata fuit assignatio eisdem cæremonijs, ac si de nouo consecraretur, dictis verbis & factis nō significatiuè, sed recitatiuè, vt forma consecrationis episcopi traderetur Ecclesiæ. Ad confirmationem nullum videtur inconueniens, quòd Paulus & Barnabas acceperint potestatem ordinis, vel mediantibus apostolis, vel alijs episcopis existentibus Antiochiæ. Nam cætera omnia munia apostolatus immediatè acceperunt à Christo, & vocationem ad apostolatū ibi non ab hominibus, neque mediantibus hominibus habuerunt.

*Prop. 22.* Hæc plenaria potestas collata Petro, id est primatus Petri, non potuit neque potest conferri duobus ex æquo, quia implicat. Hanc tenet Alex. 3. p. q. 40. m. 5. debet esse in eam Scotus citatus in Breuiloq. 3. dist. 25. p. 21. Probat, quia non possunt esse duo suprema in eodem ordine: ad hoc probandum faciet illa maxima Scoti, quòd non potest idem effectus esse à duabus causis totalibus. Potest formari alia ratio illi similis, quam facit Scotus lib. 1. d. 2. q. 3. ad probandum

*Sup. p. 19*  
*Vide in*  
*Breuil. 3.*  
*d. 18. p. 3*  
*et d. 14.*  
*p. 9.*

*Ad cōfir.*

*Prop. 22.*

*Sup. d. 6.*

*p. 7.*

dum ex omnipotentia credita, quòd non possunt esse duo Dij, à simili in proposito: Aut vnus habens supremam potestatem posset alium suspendere, impedire, & eius acta quassare, aut non: Si potest, igitur alter non habebat supremam potestatem: Si non potest, igitur in se non residet potestas suprema, sed in alio. Probat, etiam per sententiā Christi Domini Matth. 6. Nemo potest duobus dominis seruire, igitur non est potestas ordinata si duo ex æquo in eodem gradu præsideant. At verò vt Paulus ait. Rom. 13. quæ sunt à Deo ordinata sunt, ponebatq; Paulus ordinationem Dei circa potestates, vt esset vna altera superior, & inferior obediret superiori. Hinc Deut. 17. licet plures annumerentur sacerdotes, vnus tamē assignatur & nominatur supremus iudex. Moyses Exod. 18. licet constituerit iudices, qui secum iudicarent ipse mansit iudex super eos. Probat, etiā ex corporis humani similitudine, quòd si duo haberet capita mōstruosum esset. Multi autem vnum corpus sumus. Rom. 12. Christus item Dominus vnum ouile, & vnum pastorem dixit futurū, non duos pastores. Ioan. 10. Vnitas etiam Ecclesiæ hoc requirit, vt in citato cap. Loquitur Dominus 24. quæst. 1. innuit Cyprianus, aliās enim fieret schisma, & discissio in membris. Facit & cap. In apibus. 7. quæst. 1. quia naturæ instinctu, in apibus vna est princeps, in gruibus vna est dux: igitur de dictamine rationis est vnitas principatus, ita quòd neque in veteri lege Dominus constituerit nisi vnum supremum sacerdotem Aaron. Num. 20. Exod. 28.

Contra hanc arguitur. Non obstante institutione vnus sacerdotis in veteri lege, Dauid constituit plures summos sacerdotes. 1. Paral. cap. 24. & tempore Dominicæ passionis erant plures principes sacerdotum, imo plures summi sacerdotes vt ait Marcus. 14. & 15. Igitur non obstante electione Petri super alios, idem potest esse in populo Christiano, quia nō habemus expressum à Christo, Vnū habete summū Pontificē. Confir. quia nō obstante expressa Christi sententiā. Matth. 5. Si quis te percusserit in dexteram maxillam præbe illi alteram. Paulus Act. 23. Iussus percuti à summo sacerdote dixit.

R 2

Percu-

*Argum.*



Percutiet te Deus paries dealbate: igitur etiã si haberetur sententia Christi expressa posset fieri contra illam in casu quo expediret, quia necessitas & vtilitas æquiparantur ex iure in .c. Quæris, extra de ætate & qualitate præficiendorum: sed quod non est licitum in lege necessitas facit licitum ait Beda, & refertur extra, de regulis iuris. Patet in Machabæis pugnantibus in die sabbathi. 1. Machab. 2. patet in Dauid comedente panes propositionis. Matth. 12. ergo ubi vtilitas posceret esse possent duo Papæ.

2. Arg.

Secundò, possunt esse duo episcopi in eodem episcopatu. Patet. 7. q. 1. c. Non autem: quia viuentis Aurelio factus fuit episcopus cum eo Augustinus: sed parius est seruandum in paruis, quod in magnis, & è conuerso. Facit cap. De appellationibus, extra eodem titulo, & 14. q. vltima cap. vltimo: igitur si in eodem episcopatu possunt esse duo episcopi ex æquo, poterunt esse duo summi pontifices in Ecclesia. Confir. quia simul cū Christo qui est summus Ecclesiæ pontifex se comparatur alius Papa.

Ad. 1.

Respondetur ad primum, quòd illa diuisio sacerdotum per Dauid, qui alternis vicibus & per hebdomadas seruirent, non fuit constitutio plurium summorum sacerdotum, quia mortuo summo filius eius succedebat. Vide ibi Lyrannum ita inuenientem. Inde idem Lyrannus Lucæ. 1. mouet quæstionem de Zacharia patre Ioannis Baptistæ, si erat summus sacerdos, qui administrabat vicem suam? Mihi inter alias hæc est bona persuasio ad partem negatiuam, quia eo tempore sacerdotium emebatur & vendebatur à Romanis, eratque annale contra præceptum Domini, qui vnum præceperat esse toto tempore vitæ suæ, & vir sanctus vt Zacharias credendus est plus voluisse in minori officio sacerdotum deseruire, quàm in supremo pecunia empto. Ex hoc patet ad aliud, quòd ex vitio & culpa procedebat quotannis vnum fieri sacerdotem.

Ad confir.

Ad confirmationem ex Paulo dicitur verba Christi non intelligi nisi in præparatione animi. Paulus ibi non se ipsum vindicauit, quòd erat Christi intentum, sed Domino vindictam remisit, quòd esse licitum patet dicente Deo.  
Mihi

Mihi vindictam & ego retribuam. Rom. 12. Ad illud de vtilitate & necessitate dico, quòd contra Diuina præcepta moralia non potest fieri, neque contra illa præualet consuetudo, neque fieri possunt statuta humana, nisi quando in ipso Diuino præcepto excipitur necessitas expresse, aut deducitur in bona consequentia. Ad propositum, non licebat Dauid ex præcepto caeremoniali comedere panes propositionis, sed minus licebat permittere se mori fame contra præceptum morale de non occidendo cum nihil referat lethum inferas vel admittas dist. 83. cap. 1. Idem potest dici de Machabæis, illi enim qui se permiserunt occidi ne bella-  
rent in sabbatho ex animi simplicitate, & non intelligentes legem fecerunt. Post Marathias, qui legem intelligebat, in sabbatho bellauit, ne si cessarent à bello die illa omnis populus periret. Nam & Dominus ad destructionem Hiericò Iosue. 6. septem diebus iussit circumiri ciuitatem, in quibus dies sabbathi includebatur. Fornicari, quia sic est præceptum illud prohibens, nullo modo licet etiam si fiat pro saluanda vita propria, vnde laudatur qui ne se pollueret maluit ille mori. Coitus quippe de se non ordinatur nisi ad conseruandam speciem, quam conseruare per fornicationem est illicitum, conseruanda est per matrimonium; cum igitur non ordinatur coitus ex natura sua ad vitæ conseruationem nullo modo licet vagus & fornicarius. A simili neque licebat Constantino imperatori mors infantium innocentium, vt in sanguine eorum balneatus à lepra sanaretur, quia neque expresse, neque deductiue hic casus excipitur à præcepto legis naturalis de non occidendo innocentes.

Vide in  
Breuioloq.  
3. d. 40. p  
35.

Verinus  
Michael.

Ad secundum vide ibi glossam, & possunt esse duæ solutiones. Vna, quòd ita celsit Valerius Augustino quòd Valerius mansit episcopus & Augustinus erat quasi vicarius & inferior; potest poni exemplum in Ecclesia cathedrali ubi Decanus dedisset alteri de licentia Papæ ingressum & ambo seruirent, non simul, sed quando prior fuisset impeditus, seruiret secundus: ambo erunt Decani, sed vnus principalis, alter quasi vicarius supplens quando prior deficeret,

Ad. 2.

*Solut. 2.* quo priori defuncto secundus maneret in solidum Decanus. Secunda solutio, quod ambo habebant in solidum administrationem, sed vnus sine altero nil poterat disponere, sicuti duo iudices delegati & commissarij: Isto modo non loquitur nostra conclusio ( quia in hoc est discrimen, quod de esse isto modo duos episcopos in eodem episcopatu non constat Diuina prohibitio, ideo possit fieri dispensatio ) in Papatu non potest alter institui autoritate humana, vt essent sic duo simul; quia cum non sit discipulus super Magistrum. Matth. 10. & Christus qui est magister vnum caput reliquerit, qui aliud intentaret tolleretur Ecclesie vnitate, sicuti in citato cap. Loquitur Dominus. 24. quæst. 1. tolleretur priuilegium Romanæ Ecclesie datum sibi à Deo de primatu, vt docet Anacletus Papa, habetur in cap. Sacrosancta. dist. 22. Deus de potestate absoluta bene possit instituere duos Papas simul, in quibus coniunctim resideret suprema potestas, quia hoc non implicat. Quod dicimus implicare est, quod plenaria potestas sit in duobus ex æquo, & diuisim, ita quod quilibet in solidum sine alio totam potestatem haberet. Tunc enim vnus in alterum haberet potestatem, quia erat supremus; & non haberet, quia erat altero inferior: ideo non currit similitudo de Papa sub Christo, & de duobus summis pontificibus.

*Prop. 23.* Apostoli receperunt clauces non pro se tantum, sed etiam pro successoribus proportionabiliter: ita quod Petrus suscepit primatum pro se & pro Romanis pontificibus successoribus suis: dignitatem episcopalem, seu potestatem illius ordinis & gradus pro episcopis: sacerdotalem pro sacerdotibus. De hac nulla credo est cõtrouersia inter catholicos. Probatum ex cõc. Trident. sess. 4. c. 1. docente, in illis verbis Ioan. 20. Accipite Spiritum sanctum datam potestatem remittendi & retinendi peccata apostolis, & eorum legitimis successoribus. Ad idem facit ibidem. c. 5. & sess. 22. cano. 2. anathematizat, si quis dixerit illis verbis, Hoc facite in meam commemorationem Christum non instituisse apostolos sacerdotes: aut non ordinasse, vt ipsi, alijque sacerdotes offerret corpus & sanguinem suum, Concilium Florentinum definiens Romanum pontificem

ficem totius Ecclesie caput, subdit, ipsi in beato Petro pascendi, regendi, & gubernandi vniuersalem Ecclesiam à Domino nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse. Vide textum Augustini, refertur. 24. q. 1. c. Quodcumque: quod Petrus non pro se tantum sed nomine Ecclesie recepit clauces, videlicet quod recepit eas tanquam in Ecclesia perpetuo duraturas. In hoc fuit discrimen inter Petrum & alios apostolos, quod potestas suprema Petri instituebatur vt potestas ordinaria, ideo semper debet manere in Ecclesia, quod eius successor in eadem potestate succedat equali paritate: Alij apostoli, quia habuerunt potestatem extraordinariam & quasi ex commissione, quamuis à Christo illam habuerint ad omnes actus & in toto orbe vt dictum est, non mansit in successoribus nisi illa ordinaria, quæ mansit in episcopis, qui loco apostolorum succedunt, in Ecclesijs tamē particularibus. Hæricus rex Angliæ, ex odio Romani pontificis ei resistentis ne repudiaret regnam Catharinam primam uxorem, dixit potestatem clauium residere penes reges, atque se regem in temporalibus & spiritualibus gerebat, tanquam sui regni in ambabus potestatibus caput, episcopos & sacerdotes instituebat. Ex quo fiebat consequens tot esse capita in Ecclesia quot reges, & regna.

Contra ea quæ dicta sunt, quod Petrus pro se & successoribus recepit à Christo immediate plenariam potestatem, arguitur ex citato cap. Sacrosancta. d. 22. & ex cap. In nouo. d. 21. qui sunt textus Anacleti, vbi dicit, quod apostoli principem eorum esse voluerunt, igitur fuit ab apostolis electus. Dico, quod illud cap. Sacrosancta affert expositionem tam sui, quam alterius dum ait. Petro à Domino concessum est ( et ipsi inter se voluerunt ) vt reliquis omnibus præesset apostolis. Nam tantumdem est ac dicere, ipsum constituit Dominus caput illorum, & ipsi apostoli humiliter paruerunt electo: non quod illum voluerint ante electionem siue per eam, vt ex illo Dominus ei potestatem daret.

Clauces recipiunt omnes sacerdotes ritè ordinati. Ita docet Magister in litera. d. 19. c. 2. contra aliquos quos non nominat, qui dixerunt illis solis dari, qui doctrinam simul ac vitam apostolorum seruant. Habes sup. p. 16. de clauce scientiæ.



*Henrici regis error.*

*Argum.*

*Solutio.*

*Prop. 24.*

tiz, quòd non teneatur Magister, habes & d. 13. p. 2. errorem Vviclephi, & Hus.

*Prop. 25.* Claves Ecclesiæ seu potestas Ecclesiastica non fuit data à Christo ipsius Ecclesiæ communitati, quò sit formaliter, radicaliter aut fundamentaliter in tota Ecclesia, sicut est potestas ciuilis in republica. Hanc tenet Turrecrem. lib. 2. suæ summæ cap. 71. est contra magistros qui interfuerunt concilio Basiliensi, vt dixit idem Turrec. cap. 70. specialiter contra Almain. de autorit. Ecclesiæ. cap. 6. Ante probationem est sciendum, q̄ potestas spiritalis prout dicitur ex parte finis, quia est ordinata ad finē spirituale tantū, aliquando fuit in tota republica, neq; de hac loquitur conclusio, quia ipsa est potestas naturalis, & de iure naturali habet rēpublica q̄ dirigat se in Deum; in hunc finem etiam barbari habent & eligunt sacerdotes, & tempore legis naturæ primogeniti erant sacerdotes vel per Dei ordinationem, aut sine illa per ordinationem parentum, vt Adæ, Noe; hæc primogenita potest dicitur disse Esau. Potestas spiritalis ex parte effectus, quia habet effectus supernaturales quos explicauimus. p. 16. nō fuit ante Euāgelium, neq; post illud est in corpore Ecclesiæ, sicut dicit nostra conclusio. Probat, quia Ecclesia non habet potestatem ordinis, & iurisdictionis ex iure naturali, neq; humano; quia tales effectus sunt supernaturales, quod patet ex iam dictis; neq; ex iure Diuino, quia quotiescunq; Christus aliquid contulit de potestate Ecclesiastica nō dedit toti communitati, sed aliquibus membris, patere potest ex dictis discurrendo membra huius potestatis. Quòd si vocantur claves Ecclesiæ est, quia datæ aliquibus mēbris, sicut vocatur & dicitur data Ecclesiæ plenitudo potestatis, quia data vni membro, id est, capti, videlicet Romano Pontifici.

*Corol.* Ex hac inferitur, quòd Papa electus nō recipit ab Ecclesia potestatem, tantū electores eligunt cui Dominus det immediate illam potestatem, ideo Papa vocatur Christi vicarius. non Ecclesiæ; Christus etiam à quo tanquā à capite hæc manat potestas non ab hominibus, sed à Deo patre factus fuit sacerdos. Heb. 5. Non semetipsum clarificauit vt Pōtifex fierent. Psal. 2. Ego cōstitutus sum rex ab eo, A simili; neq; Papa recipit

recipit ab Ecclesia potestatem. In casu quo Papa hæreticus non sit depositus, sed deponendus, Ecclesia tantū declarat à quo Dominus potestatem illam auferat.

Secundo inferitur, quòd cum dictum sit in potestate data Apostolis includi facultatem docendi. prop. 20. & prop. 16. inter munia clauium fuerit annumerata potestas exponendi sacram scripturam, non posse quemlibet prædicare, & exponere sacram scripturam, neq; definire quæ de fide sunt. Quoniam potestas docendi Apostolis fuit data Matth. vlt. Euntes docete omnes gentes & Marc. vltim. Prædicate Euangelium omni creaturæ. Pro solis Iudæis eam dederat. Matth. 10. & septuaginta discipulis Luc. 10. pro ciuitatibus & locis quò erat ipse venturus. Vnde errauit Lutherus dicens ad omnes Christianos spectare munus docendi. In quo errore fuerant Vvaldenses, & Vviclephus cuius. 14. error ex damnatis in concilio Constanti. dicebat. Licet alicui diacono, vel presbytero prædicare verbum Dei absque autoritate sedis Apostolicæ, vel episcopi catholici ad idem est error. 13. In eodem errore fuit Ioannes Hus in. 17. & 18. articul. in eodem concilio damnatis dicendo q̄ sacerdos in sua ordinatione recipit potestatem prædicandi, & illam debet exequi non obstante excommunicatione. Sicut supra est dictum dist. 17. propos. 15. de potestate ministri sacramenti poenitentiz, quòd debet habere potestatem ordinariam aut subdelegatam, ita ad prædicandum Papa & episcopi habent potestatem ordinariam, alij subdelegatam ab eis. Vnde id. Roman. 10. Quomodo prædicabunt nisi mittantur? Vide infra. dist. 25. propos. 5. Ad secundam partem corollarij de interpretatione scripturæ & definitionibus fidei; vide in prolog. propos. 5. & 6. In breuiloq. 3. dist. 23. propos. 5. habes de promissione Spiritus sancti facta Petro & Apostolis, ne ipsi & successores errarent definiendo quæ sunt fidei; & ibi dist. 25. propos. 22. quòd neque Papa procedendo vt iudex possit errare; nam vt priuata persona errare poterit sicut aliquos legimus errasse, vt Anastasium secundum qui in hæresi comunicauit cum Fotino, & voluit occulte reuocare Acacium defunctum in hæresi, vt pro eo fierent orationes in Ecclesia. Vide Gratianum dist. 19. c. Anastasius,

Rr 5 & ibi

& ibi glossam. De Liberio multi idem dicunt, alij addu-  
bitant fuerit ne hæreticus. Honorium primum sexta syno-  
dus generalis, quæ est Constantinopolitana in actione. 13.  
hæreseos damnauit. Quos Pontifices licet aliqui catholici  
saluare velint, negare non debent sicuti negant, saltem id  
ex citato concilio deduci, quod Papa vt priuata persona er-  
rare possit, alioquin vana erit quæstio quod Papa propter  
hæresin iudicari possit, vide distinct. 40. capit. Si Papa. De  
concilio, quod errare non possit habes ibidem dist. 25. p. 22.  
Dictum est etiam ibi quod ad concilia non vocatur vniuersa  
& promiscua multitudo, cuius causa est hic in præsentia, quia  
talis potestas definiendi non fuit data multitudini sigillatim,  
pâreret quippè confusionem varietas tot potentium defini-  
re: imò neque coniunctim toti Ecclesiæ, sed membris princi-  
palibus, Papæ vt capiti, & episcopis: Cum hoc tamē stat q̄  
in concilijs generalibus audientur quotquot seculares adesse  
vouerint, non tamen admittentur ad definiendum. Reges si  
ad sunt per se, vel per suos oratores, ideo est quo sua præsen-  
tia auxilium dent & fauorem, & in suis ditionibus decreta po-  
nant in executionem, ideo & subscribunt, ne postea valeant  
resilire negando se talia decreta suscepisse, vel admisisse. Hęc  
est etiam vna causa propter quam generalia concilia à sum-  
mo Pontifice petunt confirmationem, ne si postea disideat  
à concilio causare possit vel se non consensisse, vel legatos in-  
structionem à se datam non obseruasse. Ante talem confir-  
mationem, si legati instructionem seruauerant, concilium  
errare non potuit, quia erat generale assistente capite cum  
membris quæ assistere ad definiendum debebant, videlicet  
episcopis. Non enim ex futura confirmatione pendeat as-  
sistentia Spiritus sancti ad tale concilium; quod neque ge-  
nerale dicendum fuisset ante confirmationem, quia per se  
metipsum Papa non aderat; neque confirmatio illud gene-  
rale faceret, si prius non erat. Hęc est fratris Alfonsi Ca-  
stro sententia. lib. 1. de punit. cap. 6. ad finem. Est alia cau-  
sa petendæ confirmationis, quoniam alia ibi tractantur &  
eduntur decreta & leges, quæ non sunt de rebus fidei, quæ ab  
ipso Papa confirmanda necessario sunt vt mandentur execu-  
tioni.

tionem. Hanc causam ibi etiam dat Alfonso, quia in illis errare  
potest concilium. Si petas, à quo, & quomodo est ple-  
naria potestas in concilio? Duos modos inuenies in relectio-  
ne fratris Francisci de Victoria. 2. de potestate ecclesiastica.  
Vnus dicit, quod ex quo est vnitas siue vnio, & congregatio  
ex omnibus potestatibus ecclesiasticis, non ex iure Diuino  
immediatè est talis potestas in concilio, sed ex voluntate Pa-  
pæ & prælatorum, qui ex seipsis voluerunt facere vnum cor-  
pus, & vniam autoritatem. Secundus modus, quod in tali cō-  
cilio est potestas à Deo immediatè, quia est vnio ex omni-  
bus prælatis ecclesiæ, etiam si omnes alij Christiani dissentirent,  
quia conciliū nō sic representat Ecclesiā quasi à Christo  
sit data potestas immediatè Ecclesiæ, & episcopi vices ge-  
rant, aut representent aliorum fidelium personas, quasi ab eis  
aliquid accipiētes, sed quia ipsi per potestates sibi Diuinitus  
datas totam Ecclesiam representant. Quod si data fuisset po-  
testas immediatè ecclesiæ, tunc episcopi alios fideles sic repre-  
sentarent quod eorum vices gererent.

Autoritas Ioannis. 20. Quorum remisieritis peccata remit-  
tuntur eis, quorū retinueritis retenta sunt, quadrupliciter ex-  
ponitur. Primò ab hæreticis, quod potestas ibi data sit ad præ-  
dicandum Euangelium; neque alias cognoscunt ibi datas cla-  
ues nisi potestatem scientiæ, & prædicationis, quibus referretur  
paradisus ostendendo ex verbo Dei legitime poenitentibus  
donatam esse veniam, atque hoc sit soluere. Ligare, seu  
claudere è contrario. Hanc expositionem tanquam hæreticā  
anathematizat concil. Tridentin. Sess. 14. cano. 3. Si forent  
claves potestas prædicandi iam illas habuissent missi ad præ-  
dicandum Matth. 10. Lucæ. 6. Marci. 3. dicitur fuisse Nona-  
tianorum seu Catharorum, Viclephi, & cuiusdam Bartho-  
lomæi Bultemeri. Alias tres expositiones dat Magister in li-  
tera dist. 18. cap. 6. & 7. quod videlicet sacerdos Euangelicus  
absoluit, & ligat quia ostendit absolutū aut ligatum; sicut sa-  
cerdos legalis ostendebat leprosos, hunc sensum ita Magister  
amplexatur q̄ vult clauem non operari ad absolutionē à cul-  
pa. Secundò ligant poenitentem dū ei imponunt satisfactio-  
nem, soluunt cum de illa satisfactioe remittunt partem.

Tertiò

Quæstio.  
Solutio.

Prop. 26.

Tertiò ligant per excommunicationem, & soluant per absolutio nem ab illa reconciliando cum Ecclesia. De his dicenda sunt aliqua.

*De absoluteione Sacerdotis in foro conscientia, seu pœnitentia.*

*Prop. 27.* **E**fficacia absoluteionis sacerdotalis non dependet à fide; qua quis credit se absolutum. Hæc est contra Lutherum vide cano. 9. Sess. 14. concilij Trident. Volebat, quippè Lutherus quòd à quocunq; daretur absoluteio etiam deficiẽte contritione absoluteio esset efficax, si crederet se homo absolutum, erraret vel non erraret absoluens, quia efficacia nõ consistebat quia fiebat absoluteio, sed quia credebatur. Verba canonis hæc sunt: Si quis dixerit absoluteionem sacramentalem sacerdotis non esse actum iudicalem, sed nudum ministerium pronuntiandi & declarandi remissa esse peccata cõfidenti, modò tantum credat se esse absolutum, aut sacerdos non serio, sed ioco absoluteat, aut dixerit non requiri confessionem pœnitentis, vt eum sacerdos absoluteare possit, anathema sit.

*Prop. 28.* Sacerdos non debet differre absoluteionem vsquequo pœnitens compleat iniunctam pœnitentiam seu satisfactionem. Hæc est contra Petrum de Osma, de quo supra in dist. 16. p. 2. cuius vnus error dicebat. Confitentes non peracta pœnitentia absolutei non debere.

*Prop. 29.* Absoluteio sacerdotis non est solum ostensio quòd pœnitens sit absolutus, sed sic est efficax gratiæ, quòd per illã peccator quandoque iustificatur. Hanc tenet Scotus hac. d. litera. B. quæst. 2. & dist. 14. q. 4. litera. C. Sequuntur. Adrian. in 4. q. 2. de clauibus, & quodlib. 5. q. 3. Thomas Vvaldenfis lib. de sacramentis cap. 144. Est contra Magistrum quem sequuti sunt antiqui doctores. Alex. 4. p. q. 80. m. 1. & 2. arti. 1. ad. 1. Bonauentur. dist. 18. nu. 17. Ocham in. 4. q. 8. & 9. litera. Q. Gabriel dist. 14. q. 2. artic. 2. concl. 3. quia hoc sacramentum, ait, nunquam dat primam gratiam. Ad conclusionem facit cap.

cap. Si presbyt. 26. q. 6. Si presbyter morientibus pœnitentiam negauerit reus erit animarum. Sequenti cap. Agnouimus, dicit Celestinus Papa de negante pœnitentiam morientii. Quid hoc est aliud quam morienti mortem addere, eiusq; animam sua crudelitate, ne absolutã possit esse, occidere? igitur videntur sentire quòd absoluteio posset vitam præstare. Metina Complutensis tenens in. q. de effectu absoluteionis q̄ hoc sacramentum non dat primam gratiam, dicit textus hos loqui de absoluteione ab excõmunicatione. Notandum etiam quòd tenentes hoc sacramentum non dare primã gratiam, quanuis in hoc concordent cū Magistro, tam en variant in modo, quia non fatentur omnes quòd absoluteio sit solum ostensio, talis est præfatus Metina, & Ricardus de sancto Victore, lib. de potestate ligandi atque soluendi, qui cap. 12. opinionem Magistri friuolam, ridendam potius quam refellendam dicit. Cõminiscuntur affectum absoluteionis, vel respectu æternæ damnationis, vel apertionis paradisi, quæ nõ erat sufficienter aperta pœnitenti, sicut est post absoluteionẽ. Alij concedunt hoc sacramentum remittere peccata in voto, quia quando exhibetur iam adest contritio & sic in effectu non remittit clauis culpam, sed in voto. Hoc impugnat citatus Alexand. quia plus potest sacramentum in actu quando est, quã in proposito. Ricard. d. 18. artic. 2. q. 1. dicit quod sacerdos non effectiue, sed ministerialiter & instrumentaliter dispositiue remittit peccatum; ipse tamen explicat se, quia tenet omnia sacramenta nouæ legis non conferre gratiam effectiue, sed instrumentaliter dispositiue. Ex his, licet variant de intellectu absoluteionis & ligaminis, duæ resultant opinionones; vna quòd hoc sacramentum nunquam confert primam gratiam neq; iustificat. Alia quòd sic, in casu quo quis accedit attritus. Hec secunda est nostra conclusio, ad quam facit canon concilij Trident. modo citatus prop. 27. qui non solum contra Lutherum, sed videtur etiam contra Magistrum. At quia tam Magister quam alij possent elabi dicentes se nõ negare esse actũ iudicalem, idem concilium Sess. 6. cap. 14. docens satisfactionem esse necessariam, ait, non quidem pro æterna pœna, quæ vel sacramento, vel sacramenti voto vna cum culpa remittitur.

tur. Igitur sensit concilium culpā & poenā aternā cum ipso sacramento remitti, & per consequens hoc sacramentū dat primā gratiam. Ratione; Sacramenta nouæ legis id efficiunt quod significant, sacramentum poenitentiae significat remissionē peccatorum, ergo illā efficit. Vide ab hāc supra de accedente attrito ad Eucharistiam. d. 9. p. 10. & d. 16. p. 14. Aliqui imponunt Scoto q̄ dixerit ad recipiendū sacramentum poenitentiae non requiri nisi non ponere obicem in. d. 17. lite. G. quasi voluerit dicere, q̄ non sit necessarius aliquis bonus motus interior. Hi non probē mentē Scoti percipiunt, quia Scotus plus requirit ad gratiā quā habere se negatiuē, nā in eius via ponere obicem non est solū peccatū habere mortale, sed etiā non habere aliquā displicentiam de peccato. Vnde in. d. 16. q. 1. liter. E. dicit. Non est utilis absolutio, nisi præcedat in confitente aliqua contritio vel attritio. hac. d. 18. ante liter. F. dicit de confessorē q̄ errat clauis scientiē si nō inquirat de attritione. Neq; sibi ipsi contradicit, vt intētat Gabr. d. 14. q. 2. liter. F. sed locus vnus exponit alterū. Scotus enim tria in poenitente requirit, voluntatem recipiendū sacramentū; displicentiā aliquam de peccatis, & q̄ non sit actu, vel voluntate in aliquo peccato. Si dicas, Sacerdos non debet absolvere nisi quē credit probabiliter à Deo esse absolutum, aliās male administrat sacramentum. Dico quod debet in quantum potest illū ad contritionem inducere, & cum viderit taliter dispositum quod per sacramentum iustificabitur, bene administrat sacramentum, quia absoluit absolutum à Deo, vel absolubile per tale sacramentum; sic facit, quod faciebat sacerdos legalis, & multo plus.

*Prop. 30.* De accedente ad confessionem cum attritione nota attritione si iustificetur maior dubiū est. Magister & sequaces negabunt, negant & aliqui iuniores etiā tenentes præcedentem conclusionē, imo talis mortaliter peccat, & probatur: quia cōfessio est accusatio de offenso Deo; in casu accusatio est falsa, quia dicit se dolere, & non dolet propter Deum, sed propter aliud: igitur mentitur & vadit cōtra propriam mentem in re tam graui, & sacramento tam serio, & per consequens nō est capax absolutionis, neq; absolutio in illum aliquid operatur.

Qui

Qui tenere voluerit contrarium afferet pro se Diuum Thomam. 3. p. q. 80. art. 4. ad. 2. cuius verba habes supra. d. 4. p. 9. Est enim poenitentia medicina contra febrim peccati, & sacramentum mortuorum per mortale peccatum. Hanc secunda pater Victoria in relectione prima de potestate Ecclesiastica non credit improbabile quāuis adheret priori ne recedat à cōmuniōri via. Facit in hanc, q̄ concil. Trid. Sess. 14. c. 4. non distinxit si esset nota vel ignorata: simpliciter decreuit, q̄ attritio cum sacramento disponat ad gratiam. Ad arg. alterius dicit talē non dicere quando se accusat, q̄ dolet propter Deum, sed q̄ dolet de offenso Deo, quod utiq; verū est, doleat quocunq; sine.

Abolutio sacerdotis, seu clauis se extendunt ad remittendam aliquam poenam, ita quod virtute clauium remittitur absoluto pars poenae debita pro peccatis. Ita docet Magister in litera. d. 18. cap. 7. sequuntur cōmuniter omnes scholastici. Alex. 4. p. q. 80. m. 2. ar. 1. Bonau. d. 18. num. 24. Scotus. hac. d. q. 2. Ricar. d. 18. ar. 2. q. 2. quantam vero remittat, dicit Bonau. non est nostrum determinare. Ad hanc iuxta dicta sup. d. 16. prop. 43. sacerdos arbitrando intra latitudinem poenae, esto q̄ arbitratus fuit poenā infimā, iam illa poena debet Deus esse contentus, & de illa infima sacerdos per absolutionē aliquid remittit. Quod si sacerdos arbitrando imposuit minorē infimā, remittit adhuc de poena soluēda in purgatorio. Si posuit talē qua Deus debuit esse contentus, etiā de illa aliquid remittit, quod si sciremus, vsq; quantū fuisset poenitens, ad illam quotam quasi iam solutam non teneretur.

Si virtute clauium de eisdē peccatis remittatur aliqua poena si iterum illa poenitens confiteatur duplex opinio à Scoto refertur. d. 18. q. 2. ad primum principale: Vna dicit quod secūda absolutio nihil remittit. Hanc tenet Alexan. citata. q. 80. m. 2. ar. 1. ad. 5. arg. Sequitur Almainus de potestate Ecclesiastica capit. 4. & est expressa mens Bonauent. qui. d. 18. num. 29. ad literam transtulit magistri sui Alexandri verba, fatentur nihilominus vtile esse pluries eadem peccata confiteri. Scotus in scripto Oxoniēsi citato, hanc reputat probabiliorē. Probat, quia in iudicio fori exterioris absolutus semel per

senten-

*Pro Scoto  
quid est  
in ei<sup>9</sup> via  
non pone  
re obicē.*

*Argum.  
Solutio.*

*Prop. 31.*

*Prop. 32.*

sententiam non amplius absoluitur, cum absoluendus nō sit nisi ligatus: sed hæc materia confessionis subordinatur materix de iudicijs, igitur in ea bene tenet arg. à simili. Secundò quia forma sacramentorum super eandem materiam numero non est iterabilis, vt baptismus super eandem personam; forma consecrationis super eundem panem. Hæc opinio fratri Andree Vegæ videbatur Salmanticæ durissima, intolerabilis, & nullo modo tenenda, quia ad ipsam sequebatur secundam absolutionem non esse sacramentum. At patroni magnæ sunt autoritatis, neque reputabunt inconueniens cōcedere quòd si sola iam confessio pœnitens confiteatur non sit secunda absolutio sacramentum, ideo, qui talia voluerit confiteri propter utilitates alias, intermiscere debeat peccata siue mortalia, vel saltem venialia non confessio. Alias absolutio neque remittet culpam quæ iam fuit remissa, neque pœnam, cum totum suum effectum iam fuerit consequuta, neque gratiam daret. Est alia opinio cōmunior, quam dicunt tenuisse Henricum Gandauensem, quòd supra eadem peccata pluries confessio remissionem pœnæ. 2. absolutio operatur sicut prima, & quòd est sacramentum; quoniam materia propinqua absolutionis non sunt peccata, neque persona pœnitentis, sed actus ipse pœnitentis, qui est confessio & sic absolutio seu forma sacramenti non iteratur supra eandem materiam numero, cum iam sit alia confessio. Hanc secundam tenet asseruit Scotus in reportatis dist. 18. quæst. 2. ad primum principale de prima nulla facta mentione. Ricard. d. 18. art. 1. q. 4. pro vtrâque facit rationes & soluit. Caietanus hanc secundam contra Scotum se putat defendere in 2. tomo opusculorum, de materia confessionis quæstio. 4. Fundamentum huius melius ponetur in actus nostri incertitudine si habuit circumstantias requisitas; quia in baptismo alia absolutio quæ est materia propinqua non sufficit, vt iteretur forma.

*Prop. 33.* Si sacerdos absoluat quem absoluere non potuit tenetur illum admonere si potest sine scandalo: quia dedit quantum est de se causam efficacem damni, & illum carere fecit absolutionis fructu, igitur tenetur illum admonere, non minus quàm teneretur, si sciret absolutum à quo non potuit absolui, ex  
fraterna

fraterna caritate: imò & de iustitia tenetur illi restituere, & resarcire damnū. Hæc quæstio dicitur à Rosella. Confessor. 1. §. 7. fuisse disputata in concilio Basiliensi neque decisa propter varietatem opinionum. Quoniam alij tenentes oppositum huic nostræ, dicebant quòd pœnitens iam fecerat quòd in se fuerat: igitur propter eius salutem non erat necessaria talis admonitio. Si non fecerat quòd in se fuit, aliunde iam illi periculum imminebat quam ex defectu absolutionis. Hoc habebit locum quando scandalum timeretur, neque aliunde esset periculum nisi ex absolutione, nam si aliunde posset esse non habebit locum ratio, neque forte scandalum quòd ex alia parte maius nasceretur, vt. v. g. si episcopus non ritè ordinauit remanet alteri occasio quotidie celebrandi, & confessiones audiendi: non ritè baptizatus, alia recipiet sacramenta: vbi simile timeretur admonendus foret etiam cum scandalo.

Absolutus virtute Iubilæi à reseruatis, qui postea ex superueniente impedimento Iubilæum non lucratur, verè est absolutus, neque amplius illa peccata sunt reseruata. v. g. precipitur quod ieiunetur feria sexta, vel sabbatho, vel quod comunicetur die Dominico, qui intra hebdomadam confessus fuit, bona quidem fide intendens ieiunare, & comunicare, quòd postea non fecit, verè fuit absolutus, quoniam absolutio non pēdet ex futuro, neque lata fuit ad reincidentiam, igitur valida fuit. Confir. per ea quæ dicta sunt de ampliatione fauorum: & quòd contra eum qui legem potuit dicere apertius & non dixit sit interpretatio facienda. Nam hæc absolutio sic dependet à lucratiōe iubilæi tanquam alij effectus dependent à causâ in esse & conseruari: dependet quidem à causâ in esse, postquam vero est, non dependet ab ea in conseruari, neque est reuocabilis, nisi quādò absolutio ab excommunicatione explicat conditionem ad reincidentiam.

Absolutio impensa à religioso quem episcopus approbavit in scio, aut inuito suo prælato, si talis religiosus idoneus erat aliàs idoneitate iuris, quia nō excommunicatus, neque suspensus; valida est, etiam si religiosus ille peccet. Hanc tenent Adria. q. 5. de confessione dub. 1. Metina Complutensis. q. de sacer-



*Argum.  
Solutio.*

dote alieno eligendo ex licentia proprii: est contra Angelicam. Confessio. 3. §. 4. Sed probatur, quia tali religioso nihil deest ut possit absolvere nisi iurisdictio seu materia, quam in præfatu casu ei dat episcopus. Fundamentum alterius opinionis (quã tenebat vnus ex tribus magistris meis, quos in theologia scholastica habui, quod videlicet monachus non habet velle neque nolle per cap. Non dicatis. 12. q. 1. & cap. Si religiosus: de electione lib. 6. vbi illius religiosi, qui sine sui superioris obtenta & petita licentia cõsensit electioni de se factæ extra suum monasterium, datur pro irrita electio, quia dependet in volendo & nollendo à voluntate superioris) respõdetur, quod multa possunt religiosi velle sine licentia prælatorum: multæ etiã prohibitiones & statuta non obligant eos ad culpam: esto etiam obligent, multa fieri prohibentur, quæ tamẽ facta tenent. Electo sic ibi prohibetur consensus absq; licentia, quod sine illa non tenebit electio. Hinc aliud oritur dubium; si virtute talis licentiæ possit audire alium religiosum; aut habentem bullam eligendi cõfessorem. De religioso ab episcopo exempto apertum est quod non, quia non est de iurisdictione episcopi, neque est materia quam dare potuerit episcopus. Sed cum iam ab episcopo fuerit datus pro idoneo, nõ video quare non possit habentes bullam Cruciatæ audire, licet à suis prælatis veniat pro quocunq; horum puniendus. Casu quo talis peccaret mortaliter audiendo cõfessiones, peccaret mortaliter id sciens si ei confiteretur inducendo ut audiat, si ipse sederet paratus audire quoscunq; & alium non haberet cui confiteretur redibit casus qui supr. d. 17. p. 17.

*Prop. 35.*

Absolutio impensa ab habente titulum beneficii iniuste, est valida, casu quo de iniusta obtentione est cõmunis error facti, seu ignorantia inuincibilis, Vide Angelicam. Confessio. 4. §. 12. Rosellam confessio. 3. §. 41. & est casus legis. Barbarius. ff. de officio prætoris. Vbi concurrentibus duobus simul, valebant gesta per illum Barbarium, videlicet titulo, quia positus fuerat autoritate superioris; secundò communi errore facti, quia putabatur liber cum esset seruus. Vide & Caietanum in summa. Absolutionis impedimenta. Casu quo impedimentum esset iuris Diuini, quia non erat sacer-

dos

dos, nullus titulus, nullus error facti faciunt absolutionem, quæ nulla fuit, validam. Cum lege Barbarius est synodus Romana habetur. 3. quæst. 7. cap. 1. dicens. Veruntamen si seruus dum putaretur liber, ex delegatione sententiam daret, quanuis postea in seruitutem depulsus sit, sententiã ab eo dictata, rei iudicatæ firmitatem tenet.

### De Indulgentijs.

**I**ndulgentia est relaxatio facta extra sacramentum autoritate Ecclesiastica de poena temporali debita Deo pro peccatis actualibus. Aliæ dantur notificationes longiores, hæc mihi videtur strictior & sufficiens, quæ nulli opinioni circa materiam præiudicat: aduerte quod Alexan. 4. par. quæst. 83. quæ est de indulgentijs vtitur nomine relaxationis, eodem vtitur Bonauentur. distinct. 20. numer. 55. & deinceps. Alij vtuntur termino compensationis. In extrauagati Vnigenitus vocatur remissio poenæ temporalis totalis, aut partialis. Idem cap. Quod autem, de poenitent. & remiss.

*Prop. 36.*

In Ecclesia est potestas concedendi indulgentias. Contrarium huius fuit hæresis Ioannis Viclephi, qui in. 42. errore ex ijs quos eius damnauit concil. Constantiens. dicebat. Fatuum est credere indulgentias Papæ & episcoporum. In eadem hæresi fuit Lutherus vocans indulgentias pias fraudes fidelium. Vvaldenses negant Papam posse illas concedere, & alicuius esse valoris. Contrã est tota fidelium Ecclesia in qua indulgentiarum concedendarum antiquus est vsus & receptissimus, quia D. Gregorius dicitur aliquas indulgentias concessisse. Concessæ etiam sunt in concilijs generalibus, vt in Lateranensi sub Innocentio. III. concessa est plena venia, quam vocamus indulgentiam plenariã, ijs qui arma sumerent pro terra sancta, & ijs qui talem expeditionem adiuuarent. Habetur bulla in fine concilij. Ex eodẽ concilio habetur, extra de poenitent. & remiss. c. Cũ ex eo; limitatio indulgentiarũ quas possunt episcopi concedere propter indiscretas

*Prop. 37.*

S s 2 & su:

pro indul  
gētīs ex  
Paulo.

& superfluas aliquorū concessiones. Postremo concil. Trid. Sess. 25. ad finem anathematizat eos, qui negauerint potestatem Ecclesiæ ad concedendas indulgentias; & eos qui dixerint illas esse inutiles. An sit locus scripturæ expressus vnde probentur neque ego inuenio, neque inuenit frater Alfonso Castro aduersus hæreses verbo indulgentia. Cōmuniter affertur id Pauli. 2. Corinth. 2. de illo incoestuoso quem epif. 1. cap. 5. mādauerat Paulus tradi Sathanæ in interitum carnis, cui pœnam remittēs ait. Cui aliquid donastis & ego; & Ego quod donauī, si quid donauī propter vos, in persona Christi. Glossa interl. ac si ipse Christus condonaret; sed si Christus condonat, verè est condonatum, ergo quod Apostolus cōdonauit fuit condonatum & relaxatum: at non est minoris potestatis summus Pontifex quā Paulus, igitur potest relaxare & condonare pœnas peccatorum. Sic arguit ex præsentī loco sanctus Bona. q. citata in præcedenti. Possent afferri auctoritates sanctorum exponentiū præfatū locum Pauli de remissione pœnarū. Si Ecclesia hunc locum vsurpasset in concilijs ad probandū ex illo indulgētias, ille esset verus & germanus sensus ipsius: at vero locus ille patitur alienam à proposito interpretationē: quia illius incoestuosi pœna fuit excōmunicatio expellēdo illū ab Ecclesia & tradendo Sathanæ corporaliter cruciandū, quia illā potestatem habuerunt Apostoli, q̄ sicut demones à corporibus expellebāt, ita quos excōmunicabant demoni corporaliter etiā tradebant, vt t̄git glos. ordin. & interl. atq; ibi Lyranus. Propter quod illa cōdonatio potest intelligi absolutio ab excōmunicacione, & à vexacione demonis. Alex. Alenf. citatus in præcedētī quāuis cōsentiat cuidā glossē super locū illum dicenti; Argumentū, relaxationes factæ ab episcopis valēt: & supponat q̄ ei apostolus relaxauerat de pœna debita peccato, t̄n exponit q̄ illa condonatio nō dicit indulgētiā pœnitētiæ iniunctā, sed potius offensæ animarū, persuadebat enim Corinthijs, vt cōdonarent illi q̄ eos offenderat. Volunt probari alij ex Euāgelio. Ter enim dictū fuit Apostolis, quodcunq; ligaueritis, &c. Ioan. 20. & hoc quātum ad forum secretum & pœnitentialem, idcirco datus ibi fuit Spiritus sanctus, qui in solo sacramento datur. Iterum Matth.

Ex Euan  
gelio.

Matth. 18. præposita fraterna correptione, & denuntiatione fienda ecclesiæ, quam qui non audierit habendus sit vt Ethnicus, subditur Amen dico vobis quæcunq; alligaueritis, &c. vbi data est potestas excōmunicandi & absoluendi ab excōmunicacione. Tertio Matth. 16. Petro soli dictum est in repensioem suæ cōfessionis de Christo. Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam portæ inferi non præualebunt aduersuseam. Tibi dabo clauēs, quodcunq; ligaueris super terram, &c. Vbi data fuit Petro potestas concedendi indulgentias, quia data est illi potestas specialis, quæ alijs non fuit ibi concessa. Neq; in his duabus Christus legitur dedisse Spiritum sanctum. Faciunt & vim, vt sint diuersæ potestates, in verbis, quia Ioann. 20. vsus fuit Christus verbo remissionis & retentionis, in alijs duobus locis solutionis & ligaminis, quam diuersitatem est & inuenire in textibus Græcis in qua lingua testamentum nouum conscriptum fuit.

Hæc deductio patitur aliquas instātias. Primò, in hac tertia nil videtur Diuo Petro collatum sed tātum promissum. Secundò, quia si ibi data fuit, aut promissa illi soli potestas indulgentias concedendi, igitur alij Apostoli talem potestatem non habuerunt, neque habent hodie episcopi. Ad ambas has. Si vtrobique data fuit potestas & non tātum promissa (quia verba dicta omnibus. 18. magis sonant collationem quam dicta soli Petro) igitur Apostoli habuerunt potestatem & iurisdictionem antequam essent sacerdotes; licet & fieri potuisset, non est credendum quod sic Christus fecerit in sua republica. Maximè, quia adhuc ipse viuebat curam gerens de corpore suo quod est Ecclesia. Item exinde videtur, q̄ viuentē Christo si quis Apostolus cōcessisset indulgentias valerent. Videtur igitur mihi q̄ Diuo Petro ibi nil fuit collatū speciale supra cæteros Apostolos, sed tantum promissus primatus in præmium suæ cōfessionis, qui postea fuit datus in illo, pascite oues meas; Vnde ly super terram sonat in totum orbem terrarum habiturum Petrum illam præminentiam, & iurisdictionem. Si dicas quod idem sit positum quando alijs Apostolis fuit loquutus, iam est supra concessum, quod habuere Apostoli cæteri in omnem terram iurisdictionem, sed

quia extraordinariā, non tranſiit ad ſucceſſores, ideo exceſſit conſeſſio Petri ſuper omne terram, quia non ſolū fuit pro ſe, ſed pro Romanis Pontificibus. Datur alia expoſitio, q̄ dictum fuit Apoſtoliſ collectiue, ita q̄ omnes ſimul habuerunt ſuper totū orbem, licet foret cuiq; in particulari Eccleſia ſua iuriſditiō, ſicut modo epiſcopi (non hic, aut ille, dempto Romano Pontifice) habent omnes ſimul poteſtatem in toto orbe, quia hic in ſua prouincia, alter in alia. In alio loco (eſtō ex proceſſu illo cōcludatur poteſtas iuriſditiōis excōmunicando, & ab excōmunicatiōe abſoluendo, & forſan ex eo etiam deduci poſſit poteſtas indulgentiarum) neque mihi videtur contineri niſi promiſſionē, & totam poteſtatem datam fuiſſe Ioan. 20. ſiue ad forum interioreſ conſcientiæ ſiue ad forum exteriorē iudicialiter. Differentiam verborum dicendo abſoluo, remitto ſupr. d. 16. p. 5. dictum eſt nihil adimere, aut ponere ſubſtantiale. Dico tandem q̄ ex abſolutione & retentiōe ſumit Eccleſia & probat ſuam autoritatem ad indulgentias. Patet ex bulla concilij Lateranenſis citati dicente. Nos omnipotentis Dei miſericordia, & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum conſiſi, ex illa, quam nobis (licet indignē) Deus ligandi atque ſoluendi contulit poteſtatem omnibus, qui laborem proprijs perſonis ſubierint plenam ſuorum peccaminum, de quibus fuerint corde contriti & conſeſſi, veniam indulgemus. Ideō ex præſato loco ſiue Matth. 18. ſiue Ioan. 20. Eccleſia intelligit ſibi conſeſſam poteſtatem elargiendi indulgentias. Harum figura fuerunt anni Iubilei in veteri lege Leuitici. 25. Vnde non eſt improprium eas vocare abſolutiones.

*Prop. 38.* Indulgentias concedere non poſſunt niſi epiſcopi, & prælati ſuperiores vt archiepiſcopi, & ſummus Pontifex, & hoc ex poteſtate ordinaria: quilibet ſuis duntaxat ſubditis. Hæc docet Alex. citata. q. 83. m. 3. Bona. d. 20. nu. 60. Ricard. ea. d. q. vit. Probatur, ex. c. Quod autē: & c. Noſtro. extra de poenit. & remiſſ. In cap. Cum ex eo, limitatur eorum poteſtas, quōd in dedicatione Eccleſiæ ſiue ab vno, ſiue à pluribus epiſcopis dedicetur non extendatur indulgentia vltra annum, neque in anniuerſario dedicationis tempore vltra quadraginta dies.

Hinc

Hinc apparet quōd laicus etiam ſi adminiſtret Eccleſiam indulgentias concedere non valet. Ratio ad hanc ſumitur ex conſeſſione Chriſti, quæ ſolis Apoſtoliſ data fuit, vt patet: tūm etiam quia cum ſit actus iuriſditiōis requirit ſubditos in quos exerceatur. Prælati alij minores epiſcopiſ, vt abbates, priores, guardiani concedere nō poſſunt, niſi de ſpeciali conſeſſione ſedis Apoſtoliſ in quantum fuerit conſeſſum, & non amplius.

Hi prælati electi & confirmati etiam ſi non ſint ſacerdotes poſſunt indulgentias concedere. Quoniam habēt iam iuriſditiōnem. Ita tenet Ricard. diſtinct. 20. artic. 5. quæſtio. 2.

*Prop. 39.*  
*Prop. 40.*  
 Theſaurus, ex quo diſtribuuntur & conceduntur indulgentiæ, conſtatur ex meritis Chriſti, & ex ſupererogatione ſatiſfactionis, quæ alijs ſanctis pro ſe ſatiſfacientibus competebat. Hoc eſt dicere, conſtatur ex meritis Chriſti, & ſanctorum meritis in quantum ſatiſfactorijs, vt illis ſatiſfactionibus pro ſe non indiguerunt. Ad hanc eſt Alexand. & Bonauentur. locis citatis, & docetur in citata extrauaganti. Vnigenitus: quōd fit theſaurus ex meritis Chriſti, ad cuius theſauri cumulum beatæ Dei genitricis, omnium electorum, à primo iuſto vſque ad vltimum merita adminiculum præſtare noſcuntur; de cuius conſumptione non eſt aliquatenus formidandum propter infinita Chriſti merita. Hæc ibi. Quantum ad merita & ſatiſfactiones ſanctorum conſuſio eſt contra aliquos, qui tenent, quōd conſtatur ex ſolis meritis Chriſti, vt Angelica. §. 9. Durand. diſtinct. 20. quæſt. 3. quia cuiſlibet ſancto merita ſua ſunt iam ſupra condignum remunerata. Quauis hoc verūm ſit in quantum fuere opera meritoria gratiæ & gloriæ, non tamen in quantum ſatiſfactoria fuerunt. Quōd ſanctis ſuperfuerint ſatiſfactiones, patet quia beata Virgo nullum habuit peccatum de quo ſatiſfacere debuerit, igitur omnes ſatiſfactiones operibus ſuis reſpondentes ſuperfuerunt. Idem eſt de alijs, qui leuia, & pauca peccata commiſerunt, & multa opera ſatiſfactoria egerunt; multasque poenas perpeliſi ſunt, vt

Ss 4

martyres,

martyres. In hoc tendebant illa verba Iob. 6. Utinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas quã patior in statera, quasi arena maris hæc grauior appareret, igitur erat ibi superabundantia passionis debitæ pro peccato, & ex consequenti satisfactio aliqua supererat. Non autem debet illæ satisfactio remanere absque retributione, quæ cum non sit danda illis met quorum fuere, debent dari alijs membris corporis Christi, quæ inter se communicant secundum articulum, sanctorum communio. Possunt dari exempla in Dauid. 2. Reg. 9. qui, quod fuit retributurus Ionathæ amico iam defuncto cum retribuere illi non posset, retribuit filio eius Miphiboseth, videlicet omnia quæ fuerant Saul, & capit. 19. quæ daturus fuit & retributurus Berzellai Galaaditæ, suscepit retributurus filio eius Chamaã, idemque moriens mandauit Salomoni. 3. Reg. capit. 2. Ad hunc thesaurum afferunt autoritatem Pauli Colossen. 1. Gaudeo in passionibus pro vobis; & adimpleo ea, quæ de sunt passionum Christi in carne mea pro corpore eius, quod est Ecclesia. Cum enim Christus Dominus sic pro nobis satisfecerit, vt & nostram cooperationem requiratur, adimplemus nos sequendo ipsius vestigia satisfactionem suæ passionis, Paulus igitur & alij sancti (quia non est differentia aliorum in hoc ad Paulum hic loquentem) ex suis passionibus & poenis adimplent, & adiuuant satisfactionem totius corporis Ecclesiæ. Ita hunc locum vsurpat Thomas in additionibus. 3. part. q. 25. artic. 1. & multi scholastici post eum. Quem sensum dicunt esse Anselmi in locum illum, & fateor me vidisse citatam literam Anselmi quod eum sensum redderet, satis diuersam ab ea, quæ est in originali, & quãuis occasio posset sumi ex verbis eius ad interpretationem eiusmodi depromendã, quia loquens de corpore Ecclesiæ (in quo & Christus ipse pati dicitur) debente passiones, ait; Ad cõmunem hanc quasi rempublicam nostram quisq; pro modulo nostro exolui mus quod debemus, &c. tamẽ bene pressis Anselmi verbis ab eiusmodi sensu posset dici fuisse alienus, & quod id voluerit, nempe vnumquemq; pro se satisfacere, vt adimpleat quæ desunt passioni Christi, non quantum ad sufficientiam pro

pro nobis, sed quantum ad efficaciam, quæ fuit nobis finite applicata, & ipse Paulus pro seipso reddebat passiones ferendo illas pro Ecclesia: ita quod ly, pro Ecclesia, non est in quã passiones illæ, ac satisfactioes erant ad retributionem conferendæ, sed pro qua ipse illas tolerabat; vnde idem Anselmus subdit: quas quotidie tolero pro vniuersali corpore eius, quod est Ecclesia. Si enim ab eruditione fidelium cessarem has passiones ab infidelibus non sustinerem. Sed quia semper Ecclesiæ studeo prodesse, semper aduersa cogor tolerare. Hæc Anselmus. Vnde aliæ dantur expositiones loco illi; ad quem faciendã est vis in ly desunt, & ly pro corpore. Passioni vt est Christi capitis nihil deest quantum ad sufficientiam, vt modo dixi; passionibus Christi vt sunt in membris & corpore eius, de quo ipse dixerat Act. 9. Saule quid me persequeris? quia persequeretur Ecclesiam, multæ desunt passiones, quæ vsque ad sæculi finem non complebuntur. Passioni igitur Domini sufficienti ad redimendã Ecclesiam, defuit efficacia ipsam per se congregandi, Paulus & alij apostoli, similesque doctores hanc efficaciam præstabant patiendõ & tolerandõ pro congregandõ in vnum, & retinendõ corpus Ecclesiæ. Hunc sensum innuit ibi glossa interli. & expressius frater Fraciscus Titelmannus. Est & alius, quod passio Christi cum fine intento nostræ redemptionis, habuit intentum & modum ex parte nostra vt illam imitemur dicente Petro. 1. cap. 2. Christus passus est pro nobis vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Deest igitur passionibus Christi hic finis intentus, vt nos tanquam debitores cõstituti eiusmodi imitationis toleremus, vicissimque sustineamus afflictiones, ac calamitates pro Christo, vt compleamus quæ passus est Christus pro nobis. Hanc vicissitudinem passionum, & imitationis, cum alij aliter reddant in solitudinibus errantes, in montibus & speluncis & cauernis terræ. Hebr. 11. Paulus ceterique apostoli prædicandõ, & laborandõ pro Ecclesia præstabant. Posset ideo dici quod de his loquebatur Paulus, & non de satisfactione sua in Ecclesiam refundenda; poterunt & alij concedere interpretationes & dicere, quod adhuc stat cum illis, quod tales satisfactioes

*Prop. 41.* Etiones ad Ecclesie membra congregentur & diuidantur. Indulgentie ex iusta causa concessae tantum valent apud Deum quantum sonant in foro Ecclesie. Hec est contra quosdam quos referunt Alex. 4. p. q. 83. m. 1. artic. 1. Bona. d. 20. num. 55. Ricar. ea. d. ar. 3. q. 1. dicentes quod solum valerent in foro Ecclesie remittendo poenas taxatas a iure per canones poenitentiales, vel a iudice: non tamen in foro Dei remittendo poenas taxatas a Deo. Impugnant id praefati autores, quia tunc Ecclesia illos deciperet absoluendo a poenis leuioribus huius vitae, & transmittendo ad poenas grauioribus purgatorij, & sic magis nocerent indulgentie, quam valerent. Item tunc falsa fuisset Christi promissio, & concessio quod soluta in terris essent & in coelis etiam soluta. Vnde sententia illa non est sana. Alias opiniones potes videre in glossa ad cap. Quod autem, extra de poenitent. & remiss. quas impugnare poteris facile ex ijs, quae in hac materia dicuntur.

*Prop. 42.* Forma concedendi indulgentias solet esse duplex, vna dicendo & explicando concedi indulgentias de iniunctis poenitentibus. Tunc qui lucratur indulgentiam solum habet relaxationem, seu remissionem poenitentiae impositae a confessore, quia non plus illi valet indulgentia quam sonat. Quando absolute conceditur nullo explicato, dubium est & quaestio si se extendat ad non iniunctas. Annotabis quod quando dicit de iniunctis, si nulla fuit iniuncta nulla deletur: Dixi iniunctam a confessore, quia iniunctam in foro exteriori & contentioso non delet, ut sunt iniunctae monachis a praelatis in suis capitulis, quae per indulgentias non deletur.

*Prop. 43.* Quando Papa concedit indulgentias absolute, non dicendo de iniunctis, tanta poena remittitur, quantam sonat tenor indulgentiae siue sit iniuncta a sacerdote confessore, siue non. Hanc tenet Thom. in additionibus. 3. p. q. 25. artic. 1. & sequuntur communiter hodie Iuniores: est contra Caieta. tractatu de indulgentijs cap. 7. qui quamuis fateatur Papam posse concedere indulgentias tam de iniunctis, quam iniungendis poenitentibus, dicit quod de facto non concedit nisi de iniunctis. Sed conclusio probatur. Potest Papa remittere poenas non tantum iniunctas sed etiam iniungendas: igitur quando nihil

nihil explicat vtrasque remittit. Antecedens probatur ex suprema potestate concessa a Christo soluendi, atque ligandi nulla facta exceptione seu modificatione. Confirmatur per simile, quia praelati religionum poenas per statuta taxatas, quandoque remittunt impositas, quandoque imponendas, quod vti nam semper ex iusta & rationabili causa & non per affectum, & personarum faciant acceptiones. Item tam remittitur poena mortis, aut pecuniarum ante condemnationem iudicis, quam postea, & vtraque dicitur remitti. Consequentia probatur, quia Pontifices hanc sciunt esse & versare opinionem, & tolerant, faciendo quandoque distinctionem, quandoque non. Igitur si de facto vellent ad solas iniunctas extendere deberent explicare. Imo, ut ait Paludanus. d. 20. q. 4. in fine, Papa consuevit praecipere poenitentibus ut concedant indulgentias & nullatenus imponant poenitentias. Item in articulo mortis conceditur indulgentia plenaria, & tunc nulla remittitur iniuncta poenitentia, cum ut dictum fuit supra dist. 16. p. 38. non sit tunc poenitentia imponenda. Tercio, quia beneficium principis est large interpretandum cap. Olim, de verbor. signific. & contra eum qui legem dicere potuit apertius est interpretatio facienda. De regul. iuris lib. 6.

Archiepiscopi & episcopi de iure non possunt concedere nisi de iniunctis poenitentibus; & ita sunt eorum concessiones intelligendae. Patet ex cap. Cum ex eo, citato in. 38. p. quod, sicut restringit eis quantitatem indulgentiarum, ita restringit poenas ad quas possint. *Prop. 44.*

Quando conceditur annus, siue tot dies indulgentiae de iniunctis poenitentibus, eo modo quo fuerint poenitentiae illae iniunctae relaxantur. V. g. fuit alicui iniunctum, quod per annum ieiunaret qualibet sexta feria: seu fuit impositum quod ieiunaret toto anno continuo qualibet die: Similiter fuit iniunctum, quod per decem dies continuos ieiunaret & oraret: vel non continuos: per talem indulgentiam decem dierum, aut annivnius remittuntur poenitentiae dierum, & anni quomodocumque fuerint impositae. Si absolute sit indulgentia vnius anni, aut quadraginta dierum dubium est

est & opiniones inter doctores, quomodo intelligantur. Pro quo præmitte quòd doctores faciunt hanc distinctionem, quòd vocant annum & dies vtilis, continuos, communis: & in accipiendo variant, quiddam vocant vtilem, id est continuum: communem interpolatum. V. g. est ieiunandum integro anno quotidie, hic annus vocatur vtilis; quia còtinuus: Est ieiunanda qualibet sexta feria totius anni est annus communis. Alij vocant vtilem distinctum à continuo: ita quòd annus vtilis habet trecentos sexaginta quinque dies siue iniungatur continuè, siue interpolate, puta dicendo, intra duos annos ieiunetis alternis diebus, talis tenetur ad vnum ieiunij: Ieiunetis decem dies illi dies sunt vtilis, quia quàndocunque siue continuè, siue interpolate ipsos ieiunet complet poenitentiam. Dicunt aliqui doctores, quòd quando conceditur annus, siue conceduntur dies tot indulgentiarum, quòd semper intelliguntur dies & annus vtilis. Ita quòd ille qui tenebatur alternis diebus duos annos orare, aut ieiunare lucrando annum indulgentiæ est absolutus ab illo ieiunio tercentū sexaginta quinque dierum. Itatenet Angelica Indulgentia. §. 3. Sequitur Siluestrina. eo verbo. q. 8. §. 3. est contra Rosellam. eodem verbo. §. 21. sequentem. Panormi. & Hosti. quòd talis annus sit continuus, ideò ille de quo est exemplum per illam indulgentiam est absolutus ab vno anno vt non ieiunet: sed altero anno tenebitur ieiunare alternis diebus, quia lucratus fuit illum annum continuum eo modo quo ad illum tenebatur. Dies verò semper in vtraq; opinione intelliguntur vtilis, inde siue teneatur ad illos continuè, siue interpolate per indulgentiam liberatur.

*Prop. 46.* Indulgentiæ annorum siue dierum si explicent, poenitentia, intelliguntur de diebus vel annis quibus talis lucrans tenebatur agere poenitentiam in hoc mundo. Patet, quia poena purgatorij non dicitur propriè poenitentia, cum poenitentia sit voluntaria & voluntariè assumpta, igitur talis indulgentia non debet intelligi de poenis purgatorij, quæ sunt propriè poenæ magis, quàm poenitentia. Quando non explicant poenitentias iniustas neque iniungendas, neque nominant poenitentias, sed duntaxat concedimus indulgentiam, quia

pendet

pendet ex intentione còcedentis videtur aliquibus dubium, si sit intelligenda de poenitentia in hac vita seu de poena purgatorij. Videtur autem mihi, quòd sit simpliciter de poenitentia facienda in hac vita, quia vt dicunt Angelica Indulgentia. §. 2. in calce: & Rosella eo verbo. §. 16. dies, atque anni non sunt coeli, neque purgatorij, vel alterius sæculi, sed huius vitæ: ideo nisi explicetur de purgatorio, de hac vita intelligendi sunt. Facit in hoc, primò, quòd indulgentiæ succedunt loco poenitentiarum, nam videns Dominus iam in fidelibus suis feruorem ad satisfaciendum per se tepuisse, partim ex refrigerante caritate, partim ex debilitata ad patiendum humanæ naturæ complexione, aperuit thesaurū suum, quem forsan in primitiua Ecclesia quando feruentius laborabatur, & per canones poenitentiales peccata satis luebantur, non aperuerat. Habemus autem ex iure cap. 1. extra de solutionibus, quòd filius qui loco patris succedit, & prælatus qui loco prædecessoris tenentur ille ad patris debita, hic ad soluenda debita sui prædecessoris pro Ecclesiæ necessitate contracta, sunt ad idem lib. 6. regula. 46. 55. & 77. quæ. 77. ait. Rationi cògruit vt succedat in onere, qui substituitur in honore, igitur indulgentiæ debent soluere onus poenitentiarum, & non purgatorij. Secundò facit communis regula dialecticorum, quòd analogum per se sumptū stat pro famosiori significato, igitur à simili indulgentia stat pro poenitentia propriè sumpta, & non pro poena purgatorij.

Dubium est si anno indulgentiæ huius vitæ respòdeat alter annus purgatorij, vel si plus aut minus. Quòd sit plus in hac vita poenitere vno anno, & habere vnus anni indulgentiam, quàm in purgatorio probatur, quia plus satisfacimus in hac vita per opera poenalia voluntariè assumpta, quàm per poenas purgatorij, igitur plus est habere vnū annum indulgentiæ poenitentiarum huius vitæ, quàm remissionis purgatorij. Confirmatur, quia hinc est forus misericordiæ, ibi rigidæ iustitiæ. Confir. exemplo, quia modicum aurum præponderat multo plumbò. Cum hac sententia transit Adrianus de indulgentijs. §. Petes fortasse: & est ante tertiam conclusionem. Verum est quòd addit, si poenitentia huius vitæ iniuncta



Vide. dis.  
seq. p. 8.

iniuncta est grauis. Pro alia parte est quòd poena purgatorij est acerbissima, & in modico tempore infligitur maior poena, quàm fiat poenitentia voluntaria in hac vita in maiori tempore. Vnde vnius anni poenitentia in praesenti forsitan compensatur in purgatorijs poenis in vno mense. Nam fortè nullus mansit in purgatorio viginti, neque decem annos compensante poenae acerbitate longitudinem temporis. Vnde concessio anno indulgentiae in hac vita, in purgatorio solum fit liberatio illius mensis anno tali respondentis. Cum hac transit Dominicus de Soto in. 4. d. 21. q. 2. art. 1. In hanc difficultatem perpendendum est quòd remittuntur poenitentiae iniungendae, quae sint illae poenae, vel acerbissimae quae secundum iudicium Dei debent infligi; an antiquae quae secundum canones infligi solebant? Hodie omnes confessores mitissimas poenas imponunt. Angelica. §. 3. dicit, quòd remittit de poena debita pro peccato in foro animae, siue sit imposta à sacerdote, siue à iure, siue à Diuina iustitia, non tamen explicat quàm, videlicet à iure, vel à Deo, quia de imposta à sacerdote non est dubium quin eam tollat pro sua rata. Vnde miror quendam citasse Angelicam, vt tenentem absolutè dies vel annos esse de acerbissima poenitentia intelligendos. Nam beneficium principis latè est interpretandum, vt citauit. p. 43. verba illa non inuenio in Angelica. Tenet verò ille doctor, quòd remittit mediocres poenitentias, quas mores hominum ferunt, & in suam ducunt consuetudinem, non verò acerbissimas, quia rarò accidit tales imponi; neque leuissimas, quia nò reputantur poenitentiae; & verba sunt ad communem intelligètiã reducenda. Ego ex hac sententia, cum incertiores maneamus quae sint respectu cuiusque mediocres, potius crediderim remitti poenitentias iniungendas secundum antiquos canones. Nam vsq; hodie videmus longissimas illas concessiones centum annorum, mille annorum, quos re vere nullus hominũ viuere, neque in purgatorio erit: igitur concessae fuerunt ad annos iuxta canones infligendos, cuiuslibet peccato suos annos attribuendo, quos talis poenitens deberet. Ideo indulgentiae, de iniungendis eo more quo Ecclesia iniungere solebat si poenitens ferre poterat, sin minus

quae

quae iniungendae fuerant innotesceret, arbitror quod remittant. Has quippe fuisse iniungendas Ecclesia nouit ex canonibus.

Differentia est inter indulgentiam plenam, pleniorẽ, & plenissimã, & iubilèum ex iure antiquo. Vt potes videre in Adriano de indulgentijs sub quinta conclusione. §. pro intellectu, & in supplemento ad. 4. Gabrielis. d. 45. q. 3. ad. 1. notabili. 3. vbi dicit, quòd parum certitudinis haberi potest de differentia citra declarationem summi Pontificis. Imò summi Pontifices non eodem modo vtuntur vocabulis. Bonifacius. VIII. in extrauag. Antiquorum: nominauit differenter plenam, largiorem, plenissimam indulgentiam, & vocat ibi iubilèum plenissimam indulgentiam, ita eum vocat Clemens. VI. in citata extrauag. Vnigenitus. Sixtus. IIII. in extrauag. Quemadmodum, indulgentias anni iubilèi vocat plenarias. Vnde infert supplementum quòd notificationes doctorum ad praedictas differentias sunt voluntariae. Videtur igitur, quòd hae praedictae differentiae hodie nullae sint, sed quidquid fuerit in saeculis antiquis, modo pro eadem sumatur. Carena quid sit habes ibidem in eodem supplemento, videlicet poenitentia quadraginta dierum in pane & aqua, dicta Carena à carentia hominum, quia illos quadraginta dies excludebatur poenitens ab Ecclesia, incedebat nudo capite asperso cinere, deinde iniungebatur à sacerdote septem annorum poenitentia. Sic includebat Carena, quod est nomen Longobardorum, quadragenam & septennam. Vide .c. Accepisti, extra de sponsa duorum. Inde habebitur quòd quando conceditur in indulgentiã vna quadragena, siue quarentena, sonat illos quadraginta dies & septem annos. Nisi ex tenore literarum distinguantur quadraginta dies per se solos à septem annis, vt videtur distinguere cap. Accusasti, extra de accusati. vbi pro homicidio imponitur in poenitentiam Carena, id est quadraginta dies & septem anni, & pro mutilatione membri tres quadagesimae, quae si cum septem annis numerandae forent maior poenitentia pro mutilatione, quàm pro homicidio iniungebatur. Paludanus. d. 20. quæst. 4. artic. 2. conclu. 4. sumit quadragenam, seu poenitentiam quadraginta dierum, non addendo septem annos.

Quae



Quæ septem annorum pœnitentia pro quolibet peccato imponeretur, vt in cap. Hoc ipsum. 33. quæst. 2. Clemens .I. dicitur instituisse illam pœnitentiam quadraginta dierum cum septem annis, quam iniungebat pro vno peccato mortali.

*Prop. 49.* Quando dicitur concedimus indulgentiam omnium peccatorum de quibus fuerint contriti & confessi, non includuntur peccata oblita, neq; ignorata. Ita tenet Angelica. §. 2. versus finem. Rosella. §. 16. Ratio ad hanc est tenor indulgentiæ. Ad idem est supplementum Gabrielis citato loco in præcedenti artic. 2. p. 8. & art. 3. dub. 1. & sic dicit fuisse practicum tempore Sixti. III. per multos doctores. Vnde videtur mirum quomodo Adrianus post. 5. conclusionem de indulgentiis. §. Si quis dubitet, tenendo contrarium huius conclusionis dixerit suam esse communem opinionem doctorum. Forfan id eum fefellit, quod multæ indulgentiæ conceduntur verè contritis & confessis, & tamen fatètur omnes ferè doctores communiter, quod non est necessaria tunc actualis confessio, sed sufficit esse in gratia; & secundum aliquos fuisse confessum in Quadragesima. Ita tenet citatum supplementum art. 3. dub. 1. & talis lucrabitur indulgentiam illorum tantum; quorum præcessit confessio sacramentalis, aliorum non confessorum si vult habere indulgentiam cõfiteatur. Idem tenet Antoninus Florent. 1. p. titu. 10. c. 3. §. 5. Alij tenent non esse necessarium præcessisse confessionem, sed sufficere esse in gratia & habere propositum confitendi suo tempore. Ita tenet Siluestrina. q. 7. quod sufficit fuisse confessum semel in anno, vel habere voluntatem cõfitendi. Idem innuit Angelica. §. 17. dico innuit, quia potius est in eo quod debeat præcessisse confessio semel in anno, sed quia dicit non obstare quod post confessionem incidit in mortale si tamen de illo fuerit contritus, dixi, innuit, non tenet: quia neque explicat, si lucrabitur indulgentiam pro illo non confesso, neq; si forma sonet verè confessis: reputat vero Angelus tutius quod confiteatur, maximè sæculares qui vix sciunt cõteri. Rosella citatur cum Siluestrina. §. 22. sed est cum prima quod fuerit confessus tempore determinato, & habeat propositum confitendi;

*Cõfessio, quæ ad indulgentias requisita.*

fitendi; vtrunq; ponit copulatiuè. Ratio exigendi confessionem annalem est intelligere Papam in indulto præexigere confessionem, quam Ecclesia ab omnibus Christianis exigat. Quod si Adrianus in hoc fecit vim, vt diceret communem esse suam opinionem doctorum, falsus fuit: aliud est enim præexigere confessionem ad lucrandas indulgentias: aliud concedere illas de confessis. Caietanus in tractatu de indulgentiis ad Iulium Medicen cap. 10. tenet quod prærequiritur actualis confessio ad talem indulgentiam ex forma ipsius confessionis, ita quod non sufficit confessio anno illo, sed facienda est ad effectum indulgentiæ, & fuit opinio aliquorum antiquorum, vt refert tam ipse, quam Siluestrina citata. Neq; videtur dissona rationi, quia licet videatur Papa non dare indulgentiam ratione confessionis, sed alterius elemosynæ, aut orationis intentæ, modus tamen hic de præmittenda confessione videtur intrinsecus formæ datæ indulgentiæ. Quod addit supplementum Gabrielis citata p. 8. quod si dicit indultum de corde contritis & ore confessis, qui amisit loquelam & confitetur per nutus non habebit indulgentiam nõ credo verum, quia etiam conc. Florent. citatum. d. 16. p. 4. expressit actum pœnitentis oris confessionem, & tamen confessus per nutus verè est confessus, & sacramentaliter absoluedus: & sicut ipse & alij dicunt sufficere in prærequisita confessione quod sit ad formam iuris semel in anno, quare & in hoc casu non sufficet confessio, vt de iure Diuino & humano sufficit ad absolutionem sacramenti? Notabis etiam ad conclusionem, q̄ pro oblitis & ignoratis in casu conclusionis non sufficit confessio generalis, neq; quod ad ea se extendat absolutio sacramentalis, sed illa tantum remittuntur quæ specialiter cõfessa fuerint quocunq; tempore præcedenti. Nam confessionē sacramentalem exigit indultum, & sacramentalis est specialis & non generalis: adeò quod venialia nõ confessa non remittuntur per formam talis indulti. Sic tenet Adria. citato. §. Si quis dubitet: & est verior sententia, quam opposita quam tenet Florent. vbi supra, de venialibus q̄ indulgentur ibi sine confessione quæ ad illa non requiritur: Ratio sumitur ex tenore indulti. Sed in opinione Adri.

*Cõtra supplementum Gabrielis*

quod remittuntur mortalia oblita concedere potuisset, quod venialia etiam non confessa, modo de illis actu non complaceret. Quandoquidem per gratiam sacramenti remittuntur, vt supra. d. 16. p. 79. Iuxta prædicta potes philosophari ad communionem requisitam.

*De com-  
municone.  
Prop. 50.*

Quando in bullis dicitur quod per indulgentiam illâ plenariam restituitur lucrans ad innocetiam baptismalem, non intelligitur quoad culpam, neque quoad alia dona quæ in baptismo conferuntur, quia indulgentiæ tantum delent poenam temporalem succedentes loco tertij actus poenitentium, qui est satisfactio operis. Ideo cum dicitur, quod tales indulgentiæ absoluunt à culpa & poena est abusus quæstorum, vt dicit Clementina, Abusionibus, de poeniten. & remiss. §. Ad hæc. Facit & Clemen. 1. de priuilegijs. Quod si sanè debeat intelligi, est quod culpa remittitur per poenitentiam, poena per indulgentiâ. Et sic per plenariam remittitur omnis poena, sicut in baptismo remittitur.

*Prop. 51.*

Qui lucratur indulgentiam neque in foro Dei, neque Ecclesiæ tenetur ad poenitentiam pro rata & quota indulgentiæ lucrata. Hæc est communis piorum & catholicorum sententia. Circa quam omnes consulunt, quod ea non obstante laboret homo in operibus satisfactorijs, quia per illa plus satisfacet, & merebitur gratiæ atq; gloriæ augmentum, quæ cum sint respectu præmij essentialis præponderant satisfactoriibus per indulgentias. Sunt & doctores quantû ad hoc diuersi. Angelica. §. 1. in fine dicit esse melius facere iniunctam poenitentiam, & referuare indulgentiam pro purgatorio. Mihi cum Adriano. §. Sed ex hoc petas, magis placet quod redimat per indulgentiam poenitentiam iniunctâ, & eam complens, talem satisfactionem applicet ad poenas remanentes: quia incertum est si tempore satisfactionis cõplendæ erit in gratia, & certius potest fieri in gratia pro breui tẽpore indulgentiæ, quàm pro multo poenitentia. Hæc ratio quantû ad meritum bona est, quantû ad satisfactionem in via Scoti parum facit, quia acceptata poenitẽtia in gratia, licet expleatur in mortali, est satisfactoria. Est ratio efficacior, varietas opinionũ de valore indulgentiarũ, ideo sumatur tutius, & cum nulla sit diuer-

fitas

fitas de ipsarum valore respectu poenitentia iniunctæ, quid quid sit de iniungenda, foret vtile imponi à cõfessore grauem poenitentia etiã secundũ canones, quã indulgentia mox remitteret. Imo erit semper vtile imponere poenitentibus talia opera pro satisfactione quibus annexæ sint indulgentiæ.

Papa potest cõcedere indulgentias animabus purgatorij. De hac nulla est controuersia, sed de modo. Communiter dicitur qd non potest illas concedere directè, quia non sunt iam de foro Ecclesiæ, cõcessa potestas Papæ est super terram, illæ non sunt super terram: concedit ideo per modũ suffragij. De intellectu modi suffragij variè loquuntur & sentiunt doctores. Videtur breuiter qd per modum suffragij sit, qd non conceduntur eis autoritatiuè & iudicialiter, vel per modũ iurisdictionis & absolutionis, sicut cõceduntur viuis qui sunt de iurisdictione Papæ. Vnde sunt notãdi hi tres termini in indulgentijs, absolutio, communicatio, participatio. Viuis dantur indulgentiæ de thesauro per modum absolutionis, mortuis per modum communicationis, quia communicatur eis thesaurus Ecclesiæ. Exemplum de prælatis religionum admittentibus alios ad communicationem operum & satisfactionum religionis, neque per absolutionem neque per iurisdictionem, sed per liberalem cõmunicationem. Vult ergo dicere, quod sicut alia opera bona facta pro mortuis valent illis & suffragantur, ita indulgentiæ eis communicantur, vt valeant tanquam alia suffragia, sed ex Diuina misericordia & liberalitate cui innittuntur, vt viuis tale opus faciens pro mortuo lucratur illi tot dies remissionis, nõ de stricta iustitia, sed ex Dei misericordia, ideo est nobis incertum si consequatur suum effectum, quia non est ita efficax ad mortuos, quantum ad viuos. Vel posset poni differentia ad alia suffragia, quia fructus aliorum suffragiorum valet iuxta valorem operis, indulgentiæ iuxta taxationem, & sonum illarum, ideo fructus earum est certus & determinatus, potestq; Papa ex thesauro distribuere mortuis per communicationem tam certam summam sicut viuis, modò causa extet iusta illius. In alijs suffragijs nõ est ita certus & determinatus valor. Per modum participationis lucratur indulgentias idem ipse, qui alijs illas

*Prop. 52.*

*Quid est  
per modũ  
suffragij.*

T t 2

concessit.

concessit, non enim potest sibi concedere illas directè, quia neque potest seipsum absoluere, neque contra se iudicialiter procedere: ex quo tamen illas suis subditis concessit, potest ipse participare de aperto thesauro quantum quilibet subditorum.

*Prop. 53.* Qui dixerit Papam habere potestatem iurisdictionis super animabus purgatorij, ideo posse illis concedere indulgentias iudicialiter & autoritatiuè per modum absolutionis, & non per solam communicationem, nihil dicit improbabile. Dicit sanctus Bona. d. 20. num. 78. Si quis contendat vicarium Iesu Christi habere iudiciariam potestatem super eos qui sunt in purgatorio, non est ei multum improbè resistendum, dum tamen hoc dicit ratio, vel autoritas manifesta. Quidquid enim loquamur disputantes, vel etiam prædicantes, hoc sana fide tenendum est quod Dominus vicario suo plenitudinem potestatis contulit, & tantam, quantam debebat homini puro dari, & hoc ad ædificationem corporis sui quod est Ecclesia, vnde super hoc non temerariè iudicare, sed gratias plurimas Deo debemus agere. Hæc sanctus Bona. Ex quibus verbis præfatio, vel tempore suo aliquos hanc opinionem tenuisse, vel eundem sanctum non vsquequaque adhæsisse contrariæ, quin ei animus suboleret posse dilui oppositas rationes, & quæ hanc iuuabant corroborari. Sæpe nanque pulsatur animus doctorum in partem aliquam, ad quam quoniam aperta via nondum ostenditur declinare formidant. Ut igitur propositio hæc neque erronea neque temeraria videatur roboremus eiusdem sancti rationes pro ea, & oppositas diluamus.

*Quinque rationes pro conclusione.*  
1. Ratio.

Prima ratio sumatur ex ratione clavis. Petro datæ sunt claves regni coelorum, & non alterius (quidquid exponatur varijs interpretationibus) quam coeli Empyrei & paradisi vbi sancti cum Christo regnant fruentes Deo clarè viso, igitur ante ingressum est potestas iudiciaria in Petro admittendi, & aperiendi. Alioquin iam nõ erunt claves illius loci & regni. Animæ purgatorij nondum intrauerunt, igitur potest illis Petrus aperire clauem sui iudicij. Confirmatur neque debili- ter meo iudicio, Petro dictum fuit quod contra eius claves portæ inferi

inferi non prævalerent: sed orat Ecclesia liberari animas defunctorum à porta inferi, & quomodocunque exponantur portæ inferi siue peccata, siue locus purgatorij, quasi superior loco inferni, easdem portas par est quod intelligamus contra quas orat Ecclesia pro defunctis, & contra quas & supra quas excellit, præminet aperiendo & claudendo clavis iudiciaria Petri, ergo potestatiuè & iudicialiter vel in purgatorio, vel in peccata purgantium quæ in hac terra commiserunt se intromittit clavis Petri.

Secunda ratio. Fatetur idem Bonauen. ibidem num. 76. *2. Ratio.* quod quia animæ purgatorij in hac vita meruerunt quod eis valeret Ecclesiæ suffragia, ideo valent eis indulgentiæ: Ex hoc arguo ex ratione delicti. Animæ peccauerunt in hac vita, igitur ad illa peccata se extendit iurisditio Petri. Probatur consequentia, quia secundum vtrunque ius ciuile & canonicum ratione loci quis sortitur forum, vt habetur. 3. quæst. 6. cap. 1. dicit nanque Fabianus Papa. Ibi semper causa agatur, vbi crimen admittitur. In quo loco glossa citato Codice, vbi de crimine agi oporteat: quod si grauius est crimen remittitur puniendus ad iudicem vbi deliquit, ergo animæ purgatorij nondum omnino sunt extra forum & iudicium Petri. *Confir. per aliam causam,* qua quis sortitur forum, videlicet ex mutua reconuentione, vt patet in cap. 1. De mutuis petitionibus; quia si quis petat, vt ibi petebat plebanus & clerici Maturenses contra monachos; & monachi repetebant coram eisdem iudicibus contra clericos, respondet Alexander, quod clerici respondeant monachis ante eosdem iudices, seu sententia vtraque causa terminetur: igitur à simili: si ex meritis in hac vita, tanquam huius reipublicæ membris communicantur opera & suffragia, ex peccatis in hac vita trahi possunt ad forum & iudicium Petri, quasi peccatis nondum plene punitis. Confirmatur secundò. Animæ purgatorij nõdum sunt de reipublica coelesti, seu de Ecclesia triumphante, igitur adhuc pertinent ad militantem. Alias erunt plusquam dux Ecclesiæ, militans & triumphans. Sed in militante clauem suam exercet Petrus congregando dispersos, sanando cõtritos cor-

de, & alligando contritiones eorum. Psal. 146. Confir. tertio; quia post mortem absoluitur ab Ecclesia excommunicatus, & impoenitens excommunicatur, & hanc suam potestatem probat Innocentius. III. in cap. A nobis, el. 2. de sentent. ex. communi. ex illo, quodcumq; ligaueris super terram, & dicit non ob stare quod dicat super terram, quominus possit etiam absolvere & ligare sub terra sepultos, igitur clavis se extendit iudicialiter ad mortuos, & sic adhuc ante ingressum paradisi sunt de foro Petri. Ad hanc facile respondent contrarij, quod ab excommunicatione absoluitur, & ligatur quoad Ecclesiam, vt pro tali oretur, & fiant suffragia, vel non fiant: quoad Deum per poenitentiam cordis absoluitur.

3. *Ratio.* Tertia ratio sumitur ex plenitudine potestatis, quam dicit Bona. datam quantum debuit puro homini dari. Maius est dari potestatem cunctis sacerdotibus consecrandi corpus Christi, absoluedi a peccatis conferendo gratiam, & exorcistis super Spiritus, iuxta illud Matth. 10. & Lucæ. 10. & Marci vlt. & in alijs signis, etiam mortuos suscitando. Matth. 10. hoc est præcipiendo animas ubicumq; essent redire ad corpus quam dedit omnibus apostolis, ea vsus Petrus præcipiendo suscitauit. Thabita, dicens Thabita surge Act. 9. quam dare vni suo vicario iurisdictionem & auctoritatem super animas purgatorij. Si ergo habuerunt apostoli potestatem coerciuam super alios spiritus excellentiores animabus in natura, siue ad expellendos illos, siue ad immittendos in humana corpora, vt supra .p. 37. & super ipsas animas reuocando ad propria corpora, quid mirum siue magnum quod Petri potestas se extendat auctoritatiue ad purgatorium?

4. *Ratio.* Quarta ratio ex natura & ratione indulgentiarum, quam ponit idem Bona. in arg. tertio ad oppositum. Indulgentiarum sunt relaxationes & absolutiones quæ dari non possunt nisi ab habentibus iurisdictionem in subditos, sed conceduntur animabus purgatorij, à Papa, igitur habet in eos potestatem iurisdictionis. Et confir. contra solutionem eiusdem Bona. quia indulgentia semper fuit & est eiusdem rationis, alioquin data differentia distrahetur in aliam speciem, & si differant specie non erit concessa Petro potestas dandi indulgentias pro animabus purgatorij in verbis illis,

bis illis, quæcumq; absolueris. Confir. secundo. Quod est de per se non variatur per id quod est de per accidens, sed est de per se & intrinseca ratione indulgentiarum, quod sit relaxatio & absolutio procedens à iurisdictione, igitur non variatur ex eo quod eam habiturus sit in isto, vel illo loco, & si variatur, indulgentia non est. Probat, quia sola communicatio satisfactionum, seu admissio ad communicationem bonorum, quæ fiunt & sunt alicuius communis sine iurisdictione non est indulgentia, igitur communicatio thesauri Ecclesiarum siue admissio ad illum communicandum neque erit indulgentia. Item quæro, ille thesaurus cuius Ecclesiarum est? non triumphantis, sed militantis, igitur vel animarum purgatorij sunt computandæ cum militante, vt supra, & de Papæ iurisdictione, aut eis thesaurus dari non debet. Nam dare medium inter has duas Ecclesias vt dat sanctus Bona. ibidem d. 20. nu. 75. non videtur rationale, & tunc adhuc remanet apparentia in argumeto; quod roborari posset per titulos & capita iuris de reb. Eccles. non alienandis: si voluit participare cum militante in utilitate, participant in onere essendo de iurisdictione Petri. Ad quam Ecclesiam magis appropinquat, & similiores sunt, illius esse debent, sed in triumphante non erit luctus, neque clamor, neque dolor, neque lacrymæ Apoc. 21. ergo magis participant cum militante, in qua saucij ex prælio per interiorē poenitentiam, & exteriorē satisfactionem curantur; ipsæ curantur per interiorē poenitentiam, per purgationem adhuc curantur, vt cicatrice obducta sanentur perfecte.

Quinta ratio potest sumi ex loco ipso per similitudinem; siue purgatorium assimilamus infirmariæ ubi curantur infirmi vt modo est dictum: siue expressius, vt ipsum est, carceri in quo torquentur qui male bellantes ab hostibus victi fuerunt, dando, Christus Dominus vicario suo plenitudinem potestatis super militantes ad omnia requisita ad hanc militiam, vt eam probe, & cum victoria explerent, quare non est credendus extendisse vicarij sui clauis vt auctoritatem haberent in carcere huius militiarum? Hæ sunt rationes quæ mihi videntur dictare non esse tam absolum hoc asserere, & quamuis desit auctoritas manifesta scripturæ, tunc enim de fide esset, neque adsit demonstratio quæ scientiam faciat, quæ in his pertinentibus ad fidem

haberi non potest; dictante probabili ratione non habebit sanctus Bonaventura assertum pro erroneo, neq; temerario, maxime his temporibus ubi exaltanda & magnificanda est potestas, & claves Petri. Frater noster, Michael de Medina in suo tractatu de indulgentijs hanc propositionem nifus est defendere disputatione. 7. à cap. 32. & deinceps renitente fratre Antonio Cordubensi in suo quaestionario. q. 16. de indulgentijs, & eius rationes solvente.

*Argu. 1.* Sed contra hanc arguitur. Primo, ex concessione facta Petro, ubi dicitur, quæ solueris super terram, sed animæ illæ non sunt super terram, igitur non potest eas absolueri neque ligare.

*Argu. 2.* Correlatiue se habent soluere & ligare, sed non potest eas ligare, igitur neque soluere.

*Argu. 3.* Tertio, si iudiciariam habet potestatem in illas, igitur sine thesauro aliquo posset illis dare indulgentias, esto nulus esset thesaurus, nam aliqui negantes thesaurum Ecclesiæ, non negant viuorum indulgentias, quia sunt absolutiones.

*Argu. 4.* Sequeretur ex conclusione, quod posset episcopus saltem subditis suis defunctis concedere indulgentias ex potestate sua, sicut poterant alij apostoli, in quorum loco succedunt, quia omnibus apostolis data fuit potestas & eisdem verbis quibus Petro, aut monstratur exceptio per ius Diuinum, aut restrictio ipsis facta per ius humanum.

*Solutio.* Primum argumentum retorquetur contra concessionem per modum suffragij, quia ex quo non sunt super terram; potestas indulgentiarum ibi data neq; per modum suffragij extenditur ad illas. Respondet Alex. q. 38. m. 5. ad. 1. q. solutio & ligatio potest dici esse super terram quoad usq; fiat traditio siue ingressus in regnum: sed quia vidit hanc solutionem iuuare nostram. p. addidit disiungendo; Vel potest dici q. illa ligatio & solutio quæ fit per modum suffragij, & deprecationis dicitur esse super terram, non illa quæ fit per modum iudiciariæ absolutionis. Hæc dist. videtur liberè poni, ubi eam Christus non posuit, q. si ipse non distinxit neq; nos distinguere debemus. Stado in. 1. parte sine distinctione dicim⁹, q. nomine terræ sæpè imo

pè imo sepius in Diuina scriptura intelliguntur omnia, quæ in terra sunt; siue aqua, siue aer, siue ignis, deniq; quidquid non est coelum. Genes. 1. In principio creauit Deus coelum & terram; neque desinunt ibi intrare nomine terræ, quæ super eam & infra sunt: sicut creditur sub terra esse purgatorium. Ibi de cap. 14. dixit Melchisedech. Benedictus Abraham Deo excelso qui creauit coelum & terram: & ipse Abraham ad regem Sodomorum. Leuo manum meam ad Dominum Deum excelsum possessorem coeli & terræ: sed si nomine terræ non intelligerentur alia, ipsa non possideret, neque ipsum purgatorium.

Secundum etiam retorquetur, quia si non potest ligare: neque absolueri per modum suffragij. Concedit Alex. ubi supra quod absolutio se extendit vsque ad ingressum regni non tamen ligatio, nisi ex causa aliqua speciali quis fuerit meritis eijci ab Ecclesia per subtractionem suffragiorum. Dico ergo, q. se habent correlatiue, sed executio est absolutio respectu absolubilium, ligatio respectu ligabilium: Animæ purgatorii sunt absolubiles non ligabiles.

Tertium argumentum conceditur tam pro viuis, quàm pro mortuis.

De quarto arg. qui tenere voluerit & concedere, habebit pro se supplementum Gabriel. citatum. dist. 45. q. 3. artic. 2. concl. 6. Ad quod citat omnes illos doctores, qui dicunt indulgentias pro defunctis dari posse à prælatis, ubi non distinguunt de Papa & episcopis: sicut igitur citatum supplementum illud concedit per modum suffragij, ita tenendo istam de qua est sermo poterunt illas concedere autoritatiue & iudicialiter. Qui tenere voluerit contrariū, habebit pro se, quod nunquam est auditum & vsitatum quod episcopi tales dent indulgentias, & argumentum ab autoritate negatiuum in moralibus multum valet, vt habes in breui orq. 3. d. 25. p. 8. & sic etiã debet habere in vsu sacramentorum & similibus. Facit & allegatum supra. dist. 17. p. 21. ad finem: ex cap. Inter corporalia de translat. episcopi. Si dicatur aliquis episcopus concessisse, vel egit autoritate Papæ, aut sequutus opinionem supplementi potuit errare. De restrictione episcopis facta potest dici sicut

supra. p. 38. ex cap. Quod autem: quod non possunt dare nisi suis subditis, tales animæ licet cōcedantur subditæ Petro propter plenitudinem potestatis, & Apostolis: non tamen iam episcopis: & cum non possint episcopi concedere, nisi de iniunctis poenitentijs, ut ibidem & p. 44. ex. c. Cum ex eo: poenas purgatorij non possunt remittere, quia non sunt poenitentia iniunctæ. Quauis supplementum fugiat, & euadat textus, q̄ loquuntur in genere nihil de mortuis exprimētes, neq; illos excludentes, hoc quod dicimus de iniunctis pondus habet, ut sint quoad mortuos restricti.

*Prop. 54.* Ad hoc ut defunctis valeant indulgentiæ ex parte ipsorum nulla dispositio alia, neque meritum requiritur, quam quod decesserunt in fide Ecclesiæ, & in caritate. Hæc est contra Caietan. in opusculo. 21. quæstionum. q. 5. tenentem requiri quod in hac vita meruerint indulgentias sibi prodesse. Nam qui negligentes fuerunt dum viuerent ad satisfaciendum per se, neque deuoti ad claues indulgentiarum donatiuas; neque solliciti ad pietatem adiuuantes alios defunctos non merentur quod illis profint. Contra hoc, & pro conclusione est articulus communionis sanctorum, quia illis tanquam Ecclesiæ mēbris debent Ecclesiæ merita & thesaurus communicari, & fides atque caritas in qua decesserunt habet habitualiter & implicite omnia requisita ex parte animarū, ut illis profint. Bene ex talibus poterit esse, quod magis valeant vni quam alteri.

*Prop. 55.* Qui concessit indulgentias potest illas pro se lucrari. De hac nulla theologis est controuersia. De modo illas lucrandi in duobus est differentia: Supplem. Gabr. vbi sup. in solu. 4. concl. 7. dicit, q̄ non tenetur facere in specie, quod alij, sed sufficit si faciat æquiualens. Ricard. d. 20. art. 4. q. 3. dicit q̄ debet eas lucrari sub eadem forma qua illas concessit subditis. Sequitur Angelica. §. 23. & Rosella. §. 10. Caietanus de indulgentijs ad Iulium. c. 5. dicit quod non eas lucratur implendo conditionem taxatam alijs, sed quod cū sit actus iurisdictionis potest dare suo confessori iurisdictionem, q̄ concedat sibi, quam ipse concessit subditis, ut Papa subdēs se confessori dat illi iurisdictionem, quod se absoluat. Est in alio differentia quomodo illam

dō illam participat? quidam dicunt quod per modum cōmunicationis, seu participationis thesauri, quia ex quo omnibus aperuit thesaurum Ecclesiæ ipse non est peioris conditionis; neq; prælati aut gubernatores reipublicæ participare de bonis cōmunibus quātum ceteri, & ea cōditione qua ceteri prohibentur. Imo in cap. Per venerabilem, extra qui filij sint legitimi, dicit Innocentius, quod aliquibus videtur q̄ princeps per seipsum tanquam cum subditis potest dispensare. Facit exemplum, quia sacerdos alijs cōmunicans Eucharistiam, ipse se cōmunicat. Hæc est sententia Thomæ in addit. 3. part. q. 27. artic. 4. & est communis. Caiet. tenet quod per viam remissionis & absolutionis, & quia vidit quod nemo possit iurisdictionem in se exercere absoluendo & ligando recurrit ad modum supra positum. Ego licet videar singularis, paruum aut nullum reputarem incōueniens dicere, quod faciendo quod alij faciunt lucretur eas per modum absolutionis, ne alterius faciamus rationis indulgentias, præcipue eadem. Concedimus nanque supra. d. 14. prop. 6. quod poenitentia est sub iustitia, quia punit se homo sicut alterum, & in breui loq. 3. d. 28. p. 2. de caritate ad se, tanquam ad alterum. Possit quippe eundem hominem facere aliquid quasi representando duas personas habemus in iure. 23. q. 4. cap. Si Ecclesia: dicit Augustinus cuius est ille textus, q̄ rex, quia homo est seruit Ecclesiæ viuendo fideliter: quia rex est seruit Ecclesiæ sanciendo leges contra Ecclesiæ persecutores. Item in cap. Quod sicut, extra de electione, reprehenditur archiepiscopus consecratus, qui antequam reciperet pallium ordines celebravit, quia nullius alterius Ecclesiæ erat episcopus: Si enim alterius Ecclesiæ fuisset episcopus & tanquam talis ordinasset, & non tanquam archiepiscopus; nihil præsumptionis admisisset.

Religiosi possunt lucrari indulgentias cōcessas à Papa cūctis fidelibus, quia sunt de eius iurisdictione: Cōcessas ab episcopis de quorū iurisdictione nō sunt lucrari nō possunt, ut sunt absolutiones, quia licet sint & stent in diocesi non tamen de illa sunt, neq; monasteria ipsorum: De licētia prælatorū possent illas lucrari, quia talis licentia facit quod in illos valeat iurisdictione episcoporum: Per viam cōmunicationis thesauri possent



possent illis etiam valere. Hæc deducitur ex Bonauen. d. 20. num. 65. vbi dicit, quod episcoporum indulgentiæ subditis alterius diocesis non valent tanquam relaxationes, bene tamen valent sicut cōmunicationes. Tenendo mordicus quod sint absolutiones iurisdictionis, cessaret ratio cōmunicationis, & satis datur eis quod possint de suorum prælatorum licentia lucrari. Exire claustrum pro indulgentijs etiam Papalibus sine licentia prælati monachis non licet, imo iuxta sententiã Bernardi epist. 319. rectius est quãtunlibet reum monachum in suo monasterio pœnitentiã agere, quam foris vagando, prouincias circũire pro peregrinatione. Videmus quod religiosorum peregrinatio ad loca sancta multam habeat distractionem, in monasterio plus proficitur merendo præmium substantiale, quam valeat illis peregrinatio pro pœnis temporalibus. Nam vt ibidem Bernardus ait: Monachorum propositum est non terrenam, sed cœlestem requirere Hierosolymam, & hoc non pedibus proficiscẽdo, sed affectibus proficicndo. Per hoc non damnamus peregrinationes, quæ sunt ire de proprio domicilio ad alias Ecclesias visitandas, aut sanctorum reliquias vt indulgentias lucrẽmur, & maiori deuotione Deum & sanctos adoremus exemplo pastorum Luc. 2. & Magorum Matth. 2. beatæ Virginis & sponsi Iosephi, qui cum puero Iesu iuerunt ad templũ Luc. 2. Magdalenæ & aliarum quæ venerunt videre sepulcrum & vngere corpus Domini. Matth. 28. In quas multum facit cap. vltim. Zachariæ, quod omnes qui reliqui fuerint de omnibus gentibus ascendent ab anno in annum in Hierusalem, vt adorent. Ex quo loco vsque ad finẽ cap. loquebatur de profectu Ecclesiæ post mortem Christi, & quod ibi dicit; In die illa erit, quod super frenum equi est, sanctum Domino; exponitur de clauo crucis, quem Helena mater Constantini posuit in fræno equi ipsius imperatoris. Non inquam eas damnamus (sicut damnauerat impius Vvicleph. Vide Vvaldensẽ lib. de sacramentalibus tit. 15. c. 13.) sed religiosorum inutiles vagationes sub hoc prætextu, qui magis vt monasterij disciplinam effugiãt, choro non assistant, à prælatorum obedientia quouis colere etiam pro breui tempore eximantur importunẽ licentiã

extor-

extorquent, potius quam impetrant, cum in monasterio possent vtilius proficere, & indulgentias ordini concessas lucrari.

Ex parte concedentis indulgentias vltra potestatem iurisdictionis requiritur, quod illas concedat ex honesta, rationabili, iusta, & sufficienti causa. Hæc est communis omnium doctorum. Probatur ex illo Pauli. 1. Corinth. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei. Quæritur inter dispensatores vt fidelis quis inueniatur: igitur non potest eas infideliter dispensare, quia nõ est dominus ad eas prohibito concedendas. Alioquin vt idẽ Paulus ait. 2. c. 6. daret offensionem, & vituperaretur ministerium, & quia non esset fidelis dispensator & prudens dando in tempore tritici mensuram, veniens Dominus partem eius cum infidelibus ponet. Luc. 2. Hinc patet quod sanctus Bonauen. ait. d. 20. num. 80. nullius valoris esse indulgentiam si daretur euntibus videre torneamenta. Adulter minus valeret pro opere peiori peccandi mortaliter, aut vanialiter. Iusta causa, honesta, & rationalis est honor Dei. Petr. 4. Vnusquisque sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei, si quis loquitur, quasi sermones Dei, si quis ministrat, tanquam ex virtute quam administrat Deus, vt in omnibus honorificetur Deus per Iesum Christum. Sic in politijs humanis distribuitur thesaurus propter gloriã principis. Hester. 1. fecit. Ac fuerus grande conuiuium vt ostenderet diuitias gloriæ regni sui: & quia Deus honoratur in sanctis suis, dantur indulgentiæ celebrantibus eorum festa, ædificantibus, seu reparantibus templa, in sermonibus & prædicationibus suarum virtutum, comitantibus Eucharistiã quando ad infirmos, & in processionibus defertur. Est alia iusta & rationalis causa, communis vtilitas Ecclesiæ, iuxta illud Pauli. 2. Corinth. 10. Dedit nobis Dominus potestatem in ædificationem, non in destructionem vestram. Tales sunt iuxta Bonauen. num. 67. defensio terræ sanctæ, defensio fidei, promotio studij. In cõcilio Basiliensi concessæ sunt indulgentiæ orãtibus pro vniõne Ecclesiæ Latinæ & Græcæ. Sic. 1. Reg. 17. Vinceti Philistæũ

expro-

Peregrinatio  
quid.

Prop. 57.



exprobrantem Deo & populo promittebatur libertas à tributo pro se & domo patris sui. Lucæ. 7. orabant seniores Iudæorum Dominum Iesum quod daret salutem seruo Centurionis, quia dignus erat Centurio, qui eis ædificauerat synagogam, vbi de lege & prophetis docebat, & disputabant. Imò etiam pro bono alicuius particularis, sicut dicitur dedisse Innocentius. III. indulgentiam oratibus pro rege Franciæ, verum est tamē q̄ salus & vita regis boni & iusti cedit in publicam Ecclesiæ vtilitatem secundū id Pauli. 1. Timoth. 2. Obsecro fieri orationes pro regibus (& erāt tunc infideles) & omnibus qui in sublimitate sunt vt tranquillā, & quietam vitam agamus. Ex quo Deus vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, & Dominus Iesus dedit semetipsum redemptionem pro omnibus simul, & pro quolibet nostrū, etiā est licita causa ad indulgentias labor, siue oratio etiā pro vno peccatore vt conuertatur & saluetur. Dare pro bono ipsius lucrantis videtur habere distinctionē, quia dare vt ipse cesset à peccatis nō videtur causa legitima, sic deduco ex Bonauenturæ argumento, cui respondet citata. d. 20. num. 69. q̄ non est danda pro remissione iniuriarum, quia est necessitatis, & tenetur homo illas remittere. Ex consequenti dicendū est ne quis fornicetur, aut teneat, siue dimittat concubinā. Facit Cyprianus lib. 1. epist. 10. de histrione paupere, quem volebat ab officio cessare, dicit Eucratio ad quem est illa epistola, q̄ poterit cū alijs pauperibus de alimentis adiuuari. Nec putet salario se esse redimēdum vt à peccatis cesset, quādo hoc non nobis, sed sibi præstet. Si igitur non erat dandū illi de bonis Ecclesiæ temporalibus quasi salariū, vt à peccato cessaret, neque erit danda indulgentia de thesauro Ecclesiæ vt à peccatis quisque cesset. Pro Bonauent. quia dicuntur indulgentiæ cōcedi pro iniurijs, dic q̄ non dantur pro rācore, sed pro actione iniuriarū, quam potest petere offensus vt in breuil. 3. d. 30. p. 3. Aliter potest exponi, q̄ tam ipse sibi, quā Alex. à quo sumptus, loquuti sunt de facto, quia suo tempore neq; pro iniurijs, neq; pro ingressu religionis dabātur, non tamen dicunt q̄ nō possint dari. Nūc pro ingressu religionis dantur. Ceterū pro bonis voluntarijs & supererogationis dantur & dari possunt, licet

sicut ingrediētī religionē, & illi qui toties in anno cōfiteretur, cōmunicaret, toties psalmos recitaret. Hinc non est tā taxabile concedere aliquā indulgentiam recitantibus per spherulas, calculos, seu numeros, vt quidā loquuntur, quia ibi est pietas & deuotio ad Ecclesiā, & eius clauēs; sicut statuit Ecclesia sacramentalia cōtra peccata venialia, quorū exercitamentū est actus religionis, deuotionis, & poenitentiæ virtualis: ita potest concedere indulgentias habentibus deuotionē ad tales calculos benedictos. Dicit cōclusio q̄ sit causa sufficiens, vbi est distinguenda causa, sufficiens & æquiualens. Causa æquiualens non est necessaria, videlicet quæ æquiualeat poenæ remittendæ, siue estimationi qua aliquis tantum daret ne vno anno, aut plus torqueretur, quia tunc benedicunt Alex. citata. q. 83. m. 7. & Bonauent. nu. 80. nulla esset misericordia, sed cōmutatio; causa debet esse sufficiens ad tantam indulgentiam, quō maiori causę respondeat maior, minori minor. Sicut autē satisfactio habet latitudinem. d. 16. p. 43. ita & causa indulgentiarum quę loco illius successerunt.

Indulgentias cōcessas ex iusta & sufficienti causa non oēs lucrātur equaliter. Ad hanc notanda sunt verba sancti Bon. d. 20. nu. 81. dicentis. Qui dat indulgentias considerat causam pro qua reputat eū dignū tanta gratia, & secundū q̄ plus vel minus accedunt homines ad illā causam, plus vel minus participant de indulgentia. Vt verbi gratia. Stationes Romę instituerūt sancti patris propter peregrinos, qui veniebāt de locis remotis, nec existimauerunt dignū esse tanta gratia eū qui natus est iuxta Ecclesiā, sicut eum, qui per longā venit viam, vnde nec tantam recipit indulgentiam, sed aliquantā. Concedo igitur q̄ indulgentiæ, quantū est ex parte dantis, tantū valēt quantū promittunt. Cōcedo nihilominus, q̄ non cuiuslibet valent tantū, nec æqualiter omnibus, sed secundū æstimationē eius quā habuit vel habere debuit qui indulgentiā fecit, quā nō oportuit exprimere, quia oēs fideles debēt illud in corde præsupponere, q̄ dona & miserationes sancti Spiritus donentur cū equo libramine, neq; hoc debēt aliquē ab his retrahere, quia semper plus valent si homo sit in caritate, quā valeat obsequiū, vel aliud aliquid pro quo indulgentia conceditur.

Hæc

Prop. 58.

- 1. Hæc verba multas & claras doctrinas complectuntur. Primò, doctrinam conclusionis quòd non omnes æqualiter participant de indulgentia. Secundò, quòd nos subditi non debemus discutere causas indulgentiæ si iuste fuerunt, aut sufficientes, sed præsumere causas iustas quandò manifestum nõ continerent, & intolerabilem errorem. Tertiò, quòd neque ex parte concedentis semper est iusta æstimatione vt valeant indulgentiæ quantum sonant, quia non solum pensatur æstimatione quam habuit, sed quam habere debuit. Ex quo fit cõsequens quòd si dñs illas pensauit iustã causam, & talis æstimatione excessit, saltem ille excessus non cedit lucranti indulgentiam. v. g. æstimauit dignam causam ad concedendum decem annos, quæ non erat nisi ad vnum nõ lucrabitur illos nouem. In hoc 3. habet Bonauent. contrarios aliquos discipulos diu Thomæ contententes, quòd posita iusta causa neque sit attendenda deuotio, neque labor, neque datum recipientis, neque quantitas cause, sed abundantia meritorum Ecclesiæ, quæ se habet sufficienter ad totam poenam expandam; neq; in hoc sit magnum forum de Dei misericordia, nec Diuine iustitiæ derogatur, quia non de poena dimittitur, sed vnus poena alteri computatur. In hoc afferunt ipsum Thomam cuius ad literam sunt citata verba in additio. 3. part. q. 25. artic. 2. Ita tenet Siluestrina: indulgentia. q. 3. & Antoninus Florent. 1. p. tit. 10. cap. 3. §. 1. vbi & se videtur in plus extendere, quòd etiam sine causa iusta si Papa daret, licet peccaret, factum teneret, adeò quòd si proprio motu morientem absolueret ab omni poena per modum indulgentiæ, & ille piè crederet, statim euolaret, nisi lucraturus illam sine causa scienter impetrasset, quia tunc ipse peccaret sicut concedens. Caietan. in tractatu de indulgentijs. q. 1. de causa indulgentiarum est cum sancto Bonauentura. Adrian. §. Respondeo, ad secundum facit Thomam & Ricardum sentire cum Bonauentura. Quartò, dicit sanctus Bonauentura, quòd plus valent opera facta cū indulgentia, quam idem obsequium sine illa. Ad hoc facit regula iuris lib. 6. Vtile non debet per inutile vitari. Vt in cap. Dilectus: el prim. extra de præbendis, factum legati in dando præbendam canonico confirmatur, conditio vitiosa
- ne fru-

ne fructus perciperet reprobatur & reijcitur, vbi vtile per inutile non fuit vitatum, & sic est regulariter quando sunt separabilia: sic igitur in proposito concessus excessus in indulgentia non ratificatur in coelo, sed ratificatur indulgentia in quota respõdente causæ: hoc est, quod ex Bona. deducimus, ne quis desinat operari opera pro indulgentijs, quia si nõ habuerit totam indulgentiam habebit aliquam partẽ, quæ melior illi erit, quam si opus illud solum faceret.

Lucraturus indulgentias debet esse in gratia: existenti enim in mortali nõ profunt, sicuti neq; profunt propria opera ad satisfaciendum. Credo nõ plus requiri: quia ex quo est in gratia faciens illud pro quo indulgentia conceditur fidem habet, & deuotionem ad clauas Ecclesiæ: neque ei obstitit quod sit tepidus ad satisfaciendum pro se, cum omnes vnum corpus simus, & membra inter se communicent: neque si actus lucrandi indulgentias præ se fert imperfectionem fugiendo opera poenalia, definit esse bonum. Vnde cunq; licet satisfacere Deo pro culpis, & poenis, & velle habere ipsum placatũ, Sicut dixit Psalmista. Psal. 55. In quacunq; die inuocauero te, ecce cognoui quoniam Deus meus es: sic, ecce eo ipso, quòd quis in gratia est, & lucrari vult indulgentias fidem & deuotionem habet, satisfacereque Deo, vnde potest, vult. Aduertendum quando quis dat elemosynam pro indulgentia quã ei confessor suus concessurus est nõ esse opus, quòd in gratia sit, sed tempore quo illam concedet confessor. Hoc est cõtra Caiet. tractatu de indulgentijs ad Iulium. c. 9. & in quadã alia. q. 2. de tempore quo fit opus à suscipiente indulgentiam; qui non solum tẽpore vsus indulgentiæ siue luocationis illius requiritur quòd sit in gratia, verumetiam tempore actus siue operis quod facit pro indulgentia. Rationes pro vtraque parte multæ sunt; at vero opus dandi elemosynam illã, etiã in peccato, est piũ de genere suo, sicut alia opera religionis facta in mortali, quanuis nõ sint meritoria, neque habeamus specificationem in indulgentia ad oppositum, per opera, etiã in mortali facta cõplentur Diuina præcepta; igitur tale opus sine gratia satis est, modo tempore luocationis sit homo in illa. Non sunt enim præsumendi pontifices plus intendisse de

Vv opere,

opere, & sine operis, quam sit intentum à Deo in suis præceptis, atque ab Ecclesia in suis. Maximè cum indulgentiæ sint poenarum relaxationes, ad quas gratia si requiritur, non est nisi ad remouendum impedimentum & non ad merendum, sufficet ergo remouere impedimentum tempore lucracionis. Quod si aliquando forma concedendi fuisset, & tale opus faciens esset in gratia, talis forma vel usus non fecit legem vniuersalem, quam si fecisset potuit per communem practicam cum temporis varietate & ipsa variari.

*Corol.  
Notabile*

Ex hoc sequitur quòd quando forma indulgentiæ habet quòd quis possit illam per alium lucrari mittèdo illum loco sui, non requiritur quòd ille vadens sit in gratia, sed ille alius principalis cui conceditur indulgentia, quia vt bene ait sanctus Bonauentur. numer. 64. qui recipit indulgentias pro se non potest eas dare alteri, quia Ecclesia pro illo soluit debitum, non dando potestatem quòd ipse pro alio solueret. In casu non dat Ecclesia indulgentiam eunti sed mittenti, ideò ei nihil obest alienum peccatum, cum ille alius non sit lucraturus indulgentiam & in alterum refusus. Per hanc rationem videtur sustentabile contra eundem Caiet. citata quæst. 2. ad. 2. quòd lucrans indulgentiam pro anima purgatorij faciendo tale opus, quòd etiam si sit in mortali, anima habebit indulgentiam, quia animæ conceditur non facienti opus, nisi forma concessiois exigat quòd faciens opus sit in gratia.

*Prop. 60.*

Habens diuersa indulta, si sunt ad eandem indulgentiam numero, per illa quis nõ habet nisi vnicam relaxationem: secus si ad idem specie. v. g. quis habet tres bullas quòd lucratur indulgentiam quæ habetur in die palmarum in tali parte, quod potest accidere religiosis habentibus talem per sui ordinis priuilegia, pono quòd habeat eandem per bullam sancti Antonij aut Cruciatæ, per illas & per mille non lucrabitur nisi illam specialem indulgentiam: Si est ad idem specie. v. g. per vnã bullam conceditur, quòd si assumat habeat indulgentiam plenariam à confessore, per aliam similiter: tunc poterit semel habere plenariam per vnã bullam & postea per

per aliam. Hæc deducitur ex doctore subtili, quod lib. 20. littera. X. Datur & exemplum, in ieiunio ad quod duplici via teneor, quia eodem actu soluuntur duæ obligationes, igitur à simili duabus concessioibus respondet idem actus, & eodẽ actu expirant ambæ simul.

Quando sunt ad idem specie, dubium est si vno actu *Dub.* possit vtrasque lucrari. v. g. habet qui dederit eleemosynam pro fabrica vnus Ecclesiæ indulgentiam decem annorum ab vno Pontifice, habetur eadem indulgentia ab alio, dat quis talem eleemosynam, quæritur, si habebit viginti annos, aut decem? Mihi videtur salua reuerentia tenentium oppositum, quòd tantum habebit decem, quia quilibet concedens æstimauit illam eleemosynam sufficientem pro decem & non pro viginti: si vult habere viginti det aliã eleemosynam: idem est de ieiunio, & quia eodem die nõ posset quis ieiunare bis, per concessas ieiunio eiusdem diei non lucrabitur nisi alteram.

Quando indulgentia conceditur per tempus limitatũ non potest quis eam lucrari nisi semel intra illud tempus. v. g. datur visitanti Ecclesiam in die suæ dedicationis, aut simile: Si est perpetua potest lucrari toties quoties. Vide Thom. in addit. 3. part. q. 25. artic. 2. ad. 4. Siluestrinam. q. 8. Angelica. §. 4. tenet quòd etiam si sit concessa pro vno die visitantibus Ecclesiam toties quoties in illo die visitauerit lucrabitur indulgentiam. Ambas has refert Rosella. §. 12. nulli adhærēs. Prima opinio sancti Thomæ verior est & tenenda nisi vbi iam practica & consuetudo aliud fuerit interpretata, quæ est optima legum interpres, maximè sciente & tolerante Pontifice. Dicitur esse iam in practica, quòd vbi concessa fuerit per tres, octo dies, aut simile quanuis non sit perpetua, talis potest lucrari quotidie semel intra illos dies. Vbi est perpetua & toties quoties intelligenda est cū grano prudentiæ; quoniã non intendit pontifex, quod fiat irrisorie intrãdo, & exeũdo, sed quod quotidie. Vide Adrian. ante. §. Sed ex hoc petas. Alijs posset non immeritò videri, quod qui sine fraude, atque irrisione pluries iret ad eandem Ecclesiam manè pro Missa, serò pro vesperis posset perpetuam lucrari sæpius in die.

Vv 2

Indulgen-

- Prop. 62.* Indulgentiæ & aliæ bullæ Pontificis nisi aliud explicent sunt perpetuæ, quia illas concedit nomine sedis. cap. Si gratiosè: de rescriptis. Et beneficium à Principe concessum debet esse manurum, de regul. iuris lib. 6. Si exprimat tempus limitatum, eo adueniente expirat. Potest autem priuilegium reuocari, si postea fiat nociuum. cap. Suggestum extra de decimis. Propter hoc ego credo quòd post bullam Cruciatam Pij. V. concessam anno Domini. 1571. die Maij. 21. omnes aliæ Cruciatæ cessauerunt, quia dicebat se reuocare omnes gratias & indulta concessas in Hispania virtute Cruciatarum: & cum sit aliud reuocare, aliud suspendere, nõ reualidabantur priores sumendo illam & alias posteriores. Cũ etiam tenor illius Cruciatæ & quæ postea conceduntur sonent tempus limitatum duorum, aut vnus anni pro solo illo valeret. Indulta aliarum bullarum, quæ non erant Cruciatæ, quia solũ suspenduntur bene reualidantur sumentibus Cruciatã, quod est aspiciendũ, quia etiam in alijs bullis indulta Cruciatarum intexebantur, quæ quantum ad illa hodie non valent.

### De Excommunicatione & censuris.

- Prop. 63.* **N**omine censure Ecclesiasticæ intelligitur excommunicatio, interdictũ, & suspensio. Ita definiuit Innocentius. II. in. c. Querenti. De verb. signif. Vnde miror aliquos nostros Hispanos, vt Sot. in. 4. d. 22. q. 3. art. 1. & fratrem Antoniũ Cordubensem in suo tractatu de indulgentijs. q. 43. dub. 4. dixisse quod irregularitas contracta ratione peccati, vt si celebret excommunicatus possit absolui virtute Cruciatæ cõcedentis absolutionem à censuris. Vellẽ adduxissent textũ iuris aut aliquam pontificũ declarationem, cõtra præfatũ textum Innocentij, qui solas illas tres reputat censure. Nisi fortè quia in antiquis bullis dabatur facultas absoluendi à censuris & alijs poenis, ipsi nomine poenæ assumpserunt & irregularitatẽ ex delicto. Nã quæ sine delicto, vt homicidũ, potius est indignitas, quã poena. Cũ itaq; irregularitas de se requirat dispensationem, quæ in plus est quã absolutio, tutius arbitraret, quod tales irregula-

irregulares quærant dispensationẽ. Censurę nomẽ capitur dupliciter, vno modo pro dignitate cõsoris, sicut prætura dignitas prætoris est. Censores quippè magistri morum erant dicti à censendo, hoc est ab arbitrando, quia de moribus arbitrabantur, isto modo non capitur in proposito: Alio modo pro seueritate & correctione, vnde id Iuuenalis. Satyra. 3.

Dat veniam coruis vexat censura columbas.  
Hoc modo sumitur in proposito, pro correctione Ecclesiastica.

Ecclesia potest excommunicare potestate à Christo sibi data. Hæc est contra Vviclephum, Hus, & Lutherum. Vnde decimus error Vviclephi dånatus in concilio Constantiensi dicebat. Nullus prelatus debet aliquem excommunicare, nisi prius sciat esse excommunicatũ à Deo, & qui sic excommunicat est hereticus, & in. 12. aiebat esse regni proditorem qui excommunicabat clericũ, quia ad regẽ appellasset. Decimus nonus Ioannis Hus dicebat. Per censuras Ecclesiasticas excommunicatio nis, suspensionis, vel interdicti ad sui exaltationẽ clerus populum sibi laicalem suppeditat, auaritiã multiplicat, malitiã protegit, viam preparat Antichristo. Lutherus dixit excommunicationem non solum non esse timendam, sed cũ gaudio recipiendam, & procurandam. Contra eos & pro conclusionẽ est ille processus Christi apud Matth. 18. de correctione fraterna, cum dixit si Ecclesiam non audierit sit tibi tanquam Ethnicus & Publicanus. Amen dico vobis quæcunque alligaueritis, &c. vbi clarè loquitur de potestate excommunicandi & eijciendi ab Ecclesia. Paulus eiecit Corinthium de quo supra propos. 37. quod quia fecit propter eius bonum spirituale, vt saluus fieret, vocatur excommunicatio medicina: lis in capit. 1. de sentent. excommunic. lib. 6. quia est finis eius mederi peccatoribus. Propter illam pastor Ecclesiæ nõ est crudelis, sicut neque chirurgus abscindendo carnem putridam quo purior generetur. Ambrosius excommunicauit Theodosium imperatorem, & eum sanauit. Vt dicit Gelasius Papa distinct. 96. c. Duo sunt. Sic & Paul. 1. Timoth. 1. dicit se tradidisse Sathanæ Hymenem & Alexandrum, vt discerent non blasphemare. Ecce finẽ, mederi peccato blasphemix.

*Prop. 64.*

*Vide sup. dist. 13.*

*p. 49.*

*Prop. 65.* Excomunicatio est separatio hominis Christiani ab Ecclesie cōmunionē. Hoc sonat ipsum nomen, quasi extra cōmunionē: Sic Ioan. 9. conspirauerant Iudei, vt si quis confiteretur Dominū Iesum extra synagogā fieret. Quod licet non esset excōmunicatio quæ modō exercetur in Ecclesia erat tamen opprobriū non paruū apud Iudæos separari à synagoga conuentu. De eadem separatione præ monebat. Christus Aposto los. c. 16. Absq; synagogis facient vos. Dicitur, Christiani quia de infidelibus ecclesia nō iudicat. 1. Corinth. 5. Quid mihi de his qui sunt foris iudicare? Cū nondū sint ingressi Ecclesiā nō possunt ab ea iudicari, & separari, seu excludi. Scot. enim. d. 18. q. 1. litera. L. dixit, q̄ est exclusio à cōmunionē fidelium. Est vero cōmunicatio fidelium duplex: animorū, per caritatē, orationes & suffragia spiritualia: Corporū, in colloquendo essendo simul in eodē loco siue orando, siue aliter contrahendo.

*Prop. 66.* Excomunicatio est duplex, vna vocatur maior, altera minor. Maior proprie est excōmunicatio, & separat, à cōmunionē tā spiritus, in participatione caritatis, sacramentorū, suffragiorū Ecclesiæ; quā corporū, in omni conuictu & colloquio. Hæc vocatur anathema, quid sit anathema habes in breuil. 3. d. 40. p. 33. propter hoc excōmunicatus dicitur tradit Sathane, quia licet per peccatum mortale sit peccati, & diaboli seruus, manet tamen adhuc particeps suffragiorū Ecclesiæ, & virtus aliorū membrorū Ecclesiæ resistit demoni ne tantā potestātē exercere valeat in illū sicut in excōmunicatū, quē liberius tentare, torquere, ac vexare poterit. Vide in decretis. 11. q. 3. c. Omnis Christianus, & sequenti. c. Nihil. vbi infra citatur Hieronymus, q̄ excommunicato ianua regni cœlestis clausa erit. Vnde arguitur error glossatoris in cap. Quodcunq; .24. q. 1. dicentis q̄ excōmunicatio quoad Ecclesiam triūphantē nullius potestatis vim exercet, sed tantum ostendit ligatum, vel solutum: quoad Ecclesiā militantē ligat. Lutherus peius asseruit, q̄ pœna est tantum exterior, neque priuat cōmunionē suffragijs. Quidam cum glossa & Luthero inuoluunt Gabriel. d. 18. q. 2. notab. 3. corol. 3. sed malè: quia ipse intelligit & loquitur sicut Bonauent. hac. d. num. 64. quod Ecclesia per excommunicationem non damnificat in spiritualibus. ( intellige

tellige quoad culpam) sed peccans se damnificauit: de suffragijs bene cōcedunt quod damnificetur contra Lutherum: & si glossa hoc tantum voluit non errauit. Alia excōmunicatio vocatur minor, quæ vt dicit Scotus in hoc. 4. d. 25. liter. F. est excōmunicatio secundum quid, quia secundū aliquid & non omnino excludit à cōmunionē fidelium. Videlicet à cōmunicatione sine participatione passiuā sacramentorū. Talis enim excōmunicatus quanuis possit ministrare saltem sine mortali sacramenta, non tamen potest illa recipere sine illo priusquā absoluat: neq; si celebret sacerdos excōmunicatus minori efficitur irregularis ex cap. vltim. extra de clericis. excōmunicato, vbi ponitur alia priuatio excōmunicati minori excōmunicatione, scilicet ab electione passiuā, quia licet possit eligere, eligi tamen ipse non potest. Cū textus dicat, q̄ si talis scienter fuerit electus, eius electio est irritanda, & nō dicat ipso facto est nulla, dubietas posset esse triplex. Prima an electio sit ipso facto irrita & nulla? Angelica dicit excommunicatio. 1. §. 1. quod est inhabilis ad beneficium, quodcunque ecclesiasticū consequendum, neq; dignitatem aliquam consequi potest, etiam si eligentes ignorent, citat glossam & Innocentiū. Ex hoc videtur q̄ ipso facto sit nulla. Ad idē est Rosella. Excōmunicatio. 8. citato Panor. Facit in hoc. c. Postulatis eo tit. & tunc exponendus est textus electio est irritanda, id est irrita declaranda. Felin⁹ in. c. Dilectę de exceptionibus, dicitur tenere contrariū, q̄ electio ipso iure valida sit, tñ irritanda. Quanuis inter Canonistas alia opinio dicatur esse cōmunicatio, mihi tñ hæc Felini placet, & nisi adsit alia Pontificū declaratio, seu prohibitio, non compellerē in consciētia q̄ talis electus renūtiaret, aut fructus restitueret ante condēnationē. Ad. c. Postulatis dicerem q̄ loquitur de maiori, quæ simpliciter & sine addito vocatur excōmunicatio. Facit. c. penul. de sent. excom. vbi dicitur q̄ quādo iudex excōmunicat nō expressa minori, intelligendus sit de maiori, sic ex litera eiusdē. c. Postulatis videtur deduci, cum præmiserit pro causa q̄ non possint illis conferri beneficia, neque ipsi licitē retinere, quia cum excommunicatis communicari non debet: sed cum excōmunicatis minori cōmunicare non est omnino illicitū.

2. *Dub.* Hæc secunda est de mente Ricard. hac. d. ar. 7. q. 4. Secundū dubium est, si fuit ignorantia in electoribus de excōmunicacione? quia dicit textus si fuerit scienter electus, ex quo videtur q̄ si ignoranter, non sit electio irrita, neq; irritanda. Glossator ibi, q̄ non obstante ignorantia non valet electio. Est ratio, quia ad peccatū facit vel non facit ignorantia, sed electionē ipso facto nullā ignorantia eligentiū non facit validā, pro quo est. c. Innotuit: extra de electione. Cū hac glossa transit Angelica citata, & vt dicunt, transeunt cōmuniter doctores. Siluestrina excōmunicatio. 4. §. 3. tenet oppositū, sed q̄ si ignorantia est probabilis valet electio, quia nō expecificasset textus scienter, nisi aliter sentiret de opposita. Dixi q̄ nō peccat salte mortaliter excōmunicatus minori si ministrat sacramēta, quia textus dicit, q̄ peccat conferendo sacramenta. Adrianus de clauibus. q. 3. protinus in principio, & Rosella citata simpliciter fatetur q̄ peccat neq; plus explicat, idē facit Siluestrina Excom. 1. §. 1. & loco sup. citato. Martinus ab Azpilcueta doctor Nauarrus in manuali. c. 27. nu. 24. tenet q̄ nō peccat sequens Hostiensē contra Panormitanū. Vide si vis Couarruuiā in relectione sup. c. Alma mater. i. p. §. 8. vbi citat alios, q̄ peccēt mortaliter. Tertiū dubiū, de beneficio collatiuo? Ponit Ricar. vbi supra duas opiniones, primā q̄ non est eadē ratio, ideo potest illi cōferri beneficiū, quia iura prohibētia collationē loquūtur de excōmunicato maiori: Aliā, q̄ sit irritāda collatio, sicut electio, quia collatio est aliquo modo electio. Hanc sequitur ipse Ricardus. Mihi magis placet prima, quia poenæ sunt restringendē. Ad has dubietates tollendas quādo Romæ conceduntur literæ datur absolutio impetrāti ad cōsequendum effectum illarum.

*Prop. 67.* Excommunicatio alia est generalis, quæ fertur in generali contra facientes hæc aut illa: Specialis, quæ fertur cōtra personam particularem. Generalis est duplex, vna lata à iure, alia ab homine, hoc est à iudice. Lata à iure semper durat cum iure: Lata generaliter ab homine contra illum, qui hoc aut illud fecerit, aut factum non reuelauerit mortuo, aut ablato ab officio tali iudice expirat, neque amplius ligat. Sic dicit Glossa in cap. A nobis, el. 1. extra, De sentent. excom. quod

quod interdictum, siue sententia excommunicationis simpliciter lata non durat ultra tempus proferentis nisi successor eam confirmet: Statuta quia sunt perpetua ligant post recessum illius. Vide summas verbo mandatum, quomodo expiret morte mandatoris. Ex hoc habes in Hispano Manuali à Nauarro cap. 27. nu. 54. quod processus bullæ poenæ, quia est dispositio hominis & non statutum expirat cum latore, quo mortuo, & sede vacante poenæ illius processus non incurritur sed manent in dispositione iuris cōmunis. Facit cap. Si gratiosè de rescrip. lib. 6. Excommunicationes latæ à iure sunt plurimæ ad quas potes videre summas. Hodie nanque hic gladius sæpius eximitur in Ecclesia, quàm in primitiua, quod annotauit Scotus hac. d. q. 1. litera. M. Nam bis duntaxat inuenitur Paulus sententia lata illo vsus, videlicet contra illum Corinthium. i. cap. 5. & contra Alexandrum & Hymeneū. i. Timoth. 1. Contra pseudoapostolos prædicantes contra fidem Galat. 1. Scotus non inuenit sententiam latam, vide infra. p. 79. In alijs in quibus præcipit vitari malos non est lata sententia excommunicationis, vt. i. Corinth. 5. Cum his neque cibum sumere: Thessal. 3. non commisceamini cum illo. 2. Timot. 3. & 4. præcipit vitari Alexandrum ærarium & alios: sed erant monitiones & exhortationes, quia non tradebantur Sathanæ vt statim eos vexaret corporaliter. Hæc excommunicatio lata ab homine specialiter, qua quis specialiter fuit excommunicatus, durat post mortē per cap. Pastoralis, de offi. ordin.

De potestate excommunicandi qui habeant illam ex Di. *Prop. 68.* uino iure potes philosophari, sicut. p. 37. & 38. de potestate indulgentiarum. Facit cap. Corripiantur. 24. q. 3. quod est Augustini, vbi eam vocat damnationem quam facit episcopale iudicium. 16. q. 2. c. 1. Ioannes Papa vocat eam felicē murationem episcopi. Concil. Trid. sess. 25. c. 3. vocat neruū Ecclesiasticæ disciplinæ. Ex iure positiuo & cōmuni omnes prælati possunt excommunicare per. c. Cum ab Ecclesiariū, extra, de officio ordin. & ibi glossam. Item, in. c. Cum Ecclesijs, extra, de maiortate & obedientia, rata profertur sententia excommunicationis à priori cōtra canonicos regulares, ibi subditos.



*Prop. 69.* Excommunicari non possunt nisi subditi, quia sententia à non suo iudice lata est nulla. De regul. iuris lib. 6. & excommunicatio requirit iurisdictionem. Sed quia potest proferrì generaliter, vel specialiter, ut dictum est, subditi etiam esse possunt in territorio, vel extra, forenses etiam qui non sunt subditi possunt fortiri forum ex causis, recurrere ad summam, ad Angelicam, Excommunicatio. §. 9. & deinceps. Rosellam, Excommunicatio. 7.

*Prop. 70.* Licet excommunicatio sit de iure Diuino, modus infligendi illa est de iure positiuo. Probat, quia Christus Dñs quando dedit apostolis potestatem excommunicandi, nullam formam neque modum, neque alias circumstantias expressit.

*Prop. 71.* Excommunicatio semper est infligenda pro peccato mortali, aliis non ligat. Probat ex processu Christi Dñi, Matth. 18. ubi priusquam diceret, sit tibi tanquam ethnicus & publicanus, pramiserat de illo monendo, lucratus es fratrem tuum: Nemo autem perditur, ut lucratus postea sit, nisi per mortale, igitur denunciandus Ecclesie & ab ipsa excommunicandus debet esse pro mortali. Confirmatur, quia dato opposito, poena notabiliter excederet culpam, quod est contra iustitiam, cum talis priuaretur suffragiis & communione sacramentorum, atq; conuictu aliorum fidelium. Pro mortali (poena licet sit grauissima qua nulla maior est in Ecclesia ex cap. Corripiantur. 24. q. 3. adeo q; æquiparatur poenæ mortis quæ infligitur in iure civili, & à iudicibus laicis, patet in cap. Per venerabile, extra qui filij sint legitimi, ex quo inferunt doctores q; quando in iure Ecclesiastico inuenitur poena mortis pro excommunicatione debet intelligi non tamē excedit culpam quia priuatio suffragiorū, & communicationis cū fidelibus nō æquivalent priuationi gratiæ & caritatis, qua seipsum ipse priuauit per mortale, per quod exclusus erat apud Deū à participatione sacramentorū. De cōclusionone vide Alex. 4. p. q. 81. m. 1. Scot. d. 25. q. 1. litera. F. Ex hac potes deducere; quod vbicunq; lata fuerit excommunicatio siue à iure, siue à iudice, & actus propter quē est lata ex aliqua circumstantia, potuit fieri, aut dimitti sine mortali, sed fuit solum culpa venialis, transgrediens nō est excommunicatus. Casu q; plures ignorantes

Vnus

Vnus de altero spoliasset furtis venialibus vineam alienam, ob quod damnū infligeretur excommunicatio, quia iam quilibet cognoscit illud graue damnū, sub mortali tenetur suam partem restituere, q; si nō restituat, quia est in mortali & contumax ligabitur censura, nō tamen si absq; graui damno leue fuit furtū, de quo vide sup. d. 16. p. 83. si tam leuis percussio clerici, q; non fuerit mortalis; & de similibus. Vide. cap. Nemo episcoporum. 11. q. 3. & cap. Nullus, quod est cōcilij Vormatiensis, cano. 2.

Ad excommunicandum debet præcessisse contumacia. Ita dicunt doctores cōmuniter, nominatim Scotus loco supra citato, quia quādiu aliquis est paratus satisfacere pro culpa & audit Ecclesiam nō est habendus vt ethnicus & publicanus, quia Christus illū dixit pro tali habendū, qui Ecclesiam non audisset. Cōtumax quis sit habes in Breuil. 3. d. 40. p. 33. & licet dici videatur à contēnendo, nō tamē quotiescunq; committitur est ibi peccare ex contēptu, nam qui citatus corā iudice non cōparet propter aliquam causam, vel impedimentū iustum vel iniustum, quod non sit ex iudicis, & iudicij contēptu, sed ex metu, non contēpnit. Vide. d. 7. p. 10. supra, quid sit peccare ex contēptu. Requiritur ad excommunicationē trina monitio cum debitis interuallis, nisi necessitas aliud suadeat, vel vna pro tribus: ita cap. Constitutio, de sentent. excom. lib. 6. & cap. Contingit e. 2. extra. eo. tit. Hoc est verum in excommunicatione infligenda ab homine, non tamen in lata à canone, quoniam ipse canon, siue statutum semper est in continua monitione, ideo non est necessaria alia monitio: Si feratur ab homine sine trina monitione præuia licet sententia sit iniusta, valet tamen, neque est nulla ex defectu monitionum. Patet in cap. Sacro, extra de sentent. excom. & in cap. Romana, eo. tit. lib. 6. Inferens verò est per mensuram ab ingressu Ecclesie interdictus, & alia poena multandus. Adeo est verum q; defectus trinae monitionis non facit sententiam nullam, vt si iudex delegatus haberet in mandato quod deferat sententiam excommunicationis trina monitione præmissa, si prætermittat, adhuc est valida licet videatur contra formam mandati, quæ forma quando non seruatur factum

Excom-  
municatio  
poena  
mortis.

Corol.



*Forma  
mandati  
nō serua-  
ta actus  
est null.  
Coroll.*

factum est irritum, ex cap. Cum dilecta de rescriptis. Est ratio ad præsens, quoniam ea quæ in iure sunt, quando exprimentur ab homine eo modo & ad eum finem ad quem in iure traduntur, non constituunt formam, sed sunt recitatio & admonitio ipsius iuris: Quando exprimerentur ad formam atque solennitatem actus, quæ mandans vellet obseruari, tunc si præmitterentur, præmitteretur forma, & factum foret nullum. Infertur ex prædictis quod non sit ferenda excommunicatio nisi pro peccato futuro. Patet ex contumacia requisita, quia de præterito nullus est contumax. Intellico tamen de excommunicatione speciali contra aliquem. Generalis ab homine pro peccato futuro, videlicet si tale quid fecerint, vel pro commissio sub hac forma, si de illo intra tale tempus minime satisfecerint prohibita est in cap. Romana, citato lib. 6. nisi mora vel culpa inducant iudicem, vt faciat similia. Est verò iam introductum vsu & practica, quod tales excommunicationes ferantur ab homine quasi imitantes canones & statuta. Caietanus. 2. 2. q. 69. art. 2. dicit, quod sicut ante factum potest excommunicari quicumque furtum commiserit & huiusmodi, ita post factum potest excommunicari quicumque fecit absolute, & multo magis sub conditione, quæ pendet ex eius voluntate, scilicet si non satisfecerit, aut se reuelauerit: hoc de absolute, non est verum ratione dictæ contumaciæ necessariæ. Quando excommunicatio maior fertur contra participantes, ita est necessaria canonica monitio quod alias lata est ipso facto nulla: minor ipso facto incurritur vide cap. Statuimus, de senten. excom. lib. 6. Eodem lib. & tit. cap. 1. decernitur quod excommunicator requisitus teneatur exemplum excommunicationis intra mensem tradere excommunicato. Ad idem est cap. Quoniam contra, de probatio. Ideo debet ferri in scripto sub poena suspensionis per mensem ab ingressu Ecclesiæ & Diuinis officijs per citatum cap. 1.

*Prop. 73.*

Vniuersitas, vel collegium excommunicari non possunt. Per cap. Romana, de sent. excom. lib. 6. datur ibi ratio ne puniantur innoxij. Si autem de facto excommunicetur, tenet Ricard. d. 18. ar. 5. q. 3. quod non ligat, est contra aliquos quos refert;

refert, cū quibus est Siluestrina, Excom. 1. §. 3. & videtur probabilior sententia Ricardi, ex mente illius capituli, quia alias non fuisset satis obuiatum periculo de innoxijs, quod intendebat remouere. Vt nō inuoluantur innoxij, debet ferri contra eos qui de tali collegio fuerint contumaces in parendo: & quando declarabuntur pro excommunicatis sunt nominatim & sigillatim quilibet declarandus, & nominandus.

Qui committit crimen Diuina lege prohibitum cui annexa est excommunicatio, quam ipse inuincibiliter ignorat: Si illam incurrat duplicem opinionem recitauit in Breuiloq. 2. d. 22. p. 9. Affirmatiuam tenebat Scotus: alij negatiuam. Pro Scoto præter illic citatos est dominus Didacus Couarruias relectione sup. cap. Alma mater. p. 1. §. 10. nu. 8. & deinceps, vbi latè inuehitur contra tenentes requiri scientiam aut consensum delinquentis circa poenas legis: neq; vult distinguere ab alijs poenis poenam excommunicationis. Ego loco citato fui cum alia opinione mitiori siue habeat locum in omnibus poenis, seu saltem in excommunicatione: & hanc sequitur Martinus ab Azpilcuera doctor Nauarrus in Manuali. c. 27. num. 15. Adria. q. 3. de clauibus. §. Sed magis dubium. fol. 312. in libris paruis, tractat hanc questionem, ex quibus videre potes quanta sit doctorum varietas circa hoc. Sumunt variandi occasionem cum ex alijs, tum ex cap. Vt animarum, de constitutionibus lib. 6. vbi determinat Bonifacius. VIII. Vt animarum periculis obuietur, sententijs per statuta quoruncunq; ordinariorū prolati, ligari nolumus ignorantes. Dum tamen eorum ignorantia crassa nō fuerit aut supina. Quamuis ibi propositum sit. si ligatur subditus delinquens extra territorium, ad præsens facit, quod sumit exemplum de furto prohibito Diuina lege, si ligatur excommunicatione episcopi lata statuto suo contra committentes furtum, qui extra diocesim illud facit, & dicit quod non ligatur. Ex hoc textu volunt aliqui doctores quod ignorantia probabilis, seu inuincibilis de poena excusat & liberat generaliter ab omni poena. Contra facit, quod obligatio ad poenam naturaliter contrahitur ex ipso delicto, ex quo naturaliter contrahitur obligatio satisfaciendi læso, si quis per tale delictum læsus fuit siue persona

sona fuerit particularis, siue ipsamet respublica, in quod videtur esse frater Alfonsus Castro lib. 2. de punit. cap. 3. docens latè, esse de lege naturali q̄ delicta puniantur, probatq; ex duobus; videlicet ex correctione ipsius delinquentis necessaria; secundò ex vtilitate còmuni totius reipublicæ. Ideò videntes hoc alij doctòres, & quòd de ratione poenæ potius est quòd sit inuoluntaria, & si generaliter ab omni poena eius ignorantia etiam inuincibilis liberaret iniuste infligerentur poenæ adulteris, incoestuosis & similibus ignorantibus illas, concedunt neque requiri scientiam poenarum, neque consensum ad illas expressum, siue interpretatiuum delinquentium, eximunt tamen ab hac generalitate poenam excommunicationis propter dictum cap. Vt animarū. In hac poena excommunicationis etiam variant. Aliqui vt Adrianus citatus volunt quòd ignorantia poenæ liberet à poena statuti, siue constitutionis ordinariorum, quia de illi præfatum cap. Loquitur, non tamen ab excommunicatione iuris communis, seu constitutionis apostolicæ. Alij volunt quòd etiam à tali excommunicatione liberet, sic tenet præfatus Martinus ab Azpilcueta. Neque aliud inuenit discrimen nisi quòd ignorantia poenarum legum Papæ non præsumitur, neque tam facillè probatur in foro exteriori, sicut ordinariorum. De Scoto qui fuit tēpore ipsius Bonifacij nescio si viuebat quando compilatus fuit sextus liber.

*Prop. 75.* Communicatio siue participatio cum excommunicato est illicita in multis casibus contentis in hoc versiculo.

*Si pro delictis anathema quis efficiatur:  
Os, orare, vale, communicatio, mensa negatur.*

Hæc sic explicatur. Os, id est loquutio, siue verbis, siue per epistolam aut nuntium aliquem: Orare: quia non licet cum eo esse simul in eadem Missa, aut vesperis, neque simul cum eo dicere horas canonicas, aut aliam orationē alternando versus, si tamen ipse sit in vna capella, alius in altera non communicant: neque si sint in eadem camera & quilibet seorsim oret, aut comedat, neq; quando pulsatur, Aue Maria, quam quilibet seorsim dicit. Non etiam licet pro eo offerre sacrificium

ficiū Missæ, quæ est oratio, suffragium, & sacrificium Ecclesiæ, licet tamen pro eo orare in oratione priuata, imo licet in Missa orare pro illo particulariter in Memento, modo non offeratur pro ipso sacrificium, quamuis hoc non careat aliquo scrupulo propterea, quòd illa oratio in Memento est consecutiuā, & post eam dicitur, & omnium circumstantium pro quibus tibi offerimus, &c. vnde debet habere intentionem separandi illum à participatione sacrificij, & ab oratione vt est generalis & Ecclesiæ, sed tantum orare prout ipse oras est persona particularis. In alijs orationibus Missæ non potest pro excommunicato orari specialiter ponendo pro illo collectam. Discrimen in hoc est, quia illud spacium per quod durat, Memento, datur sacerdoti ad orationem specialem: aliæ quæ sunt publicæ dicuntur tanquam à publico Ecclesiæ ministro, idè non debet pro excommunicato in illis facere specialem memoriam: habere pro illo in illis generalibus generalem intentionem, & non includendo neque excludendo, sed orando pro omnibus peccatoribus generaliter non pro eo specialiter, forsitan licet: cum hoc transit Angelica, Missa. §. 51. ex Hostiensis. Ex hoc habetur quòd si rex aut prælatus sit excommunicatus non debet nominari, infra Te igitur. Aduerte propter aliquos vt Rosellā, Excommunicatio. 6. §. 21. dicentes, quòd non licet pro excommunicatis orare specialiter in publico, q̄ imo licet si oratio est priuata, quia Ecclesia pro hæreticis, qui sunt excommunicati orat in die Parasceues; nisi dicas, vt eadē Rosella quòd pro nullo eorum orat specialiter sed in genere: at verò si licet orare pro illis omnibus simul publicè in oratione priuata, quare non & specialiter pro aliquo eorum vt illuminetur & conuertatur? Si excommunicatus incepta Missa ingrediatur Ecclesiam & velit assistere sacerdos debet eū monere quòd exeat, si exire non vult & sacerdos non inchoauit canonem, videlicet, à Te igitur, vbi canon incipit, secundum aliquos, secundum alios à verbis cōsecrationis, debet Missam dimittere: si canonē inceptat debet finire cum ministro sibi respondente, & sumpto sacramento exire, & Missam alibi finire. Ita Angelica, Excommunicatio, 8. §. 21. Rosella eo verbo, 6. §. 15. Vale; hoc est salutare

*Quomodo  
Indæi ora-  
bant etiā  
in sacri-  
ficijs pro  
Spartia-  
ris ethni-  
cis, vide  
lib. 1. Ma-  
chabæor.  
cap. 12.*

salutare illum. Pro salutatione dicendum est ei. Deus te illuminet: Deus te conuertat: ad suam gratiam te reducat: aut similia. Assurgere ei, vel reuerentiā facere aut inclinare caput, vel etiam discoopere dum modò labijs nihil dicat non inducunt minorem excommunicationem, vt dicit Angelica, Excommunicatio. 8. §. 4. Contrarium tenet Rosella vbi supra. §. 30. quia homo nutu & signis loquitur. Et Siluestrina eo verbo. 5. §. 1. Aliquibus etiam modernioribus non omninò displicet Angelica vt in pœnis benignior fiat interpretatio. Communio, hoc est communicatio in quibuscunq; actibus, specialiter legitimis, & sunt actus legitimi qui firmantur à lege. Vnde nemo debet contrahere cum excommunicato, neque in eadem domo cum illo manere pro eisdem negotijs, quia si ipse est pro suis, & alter pro alijs non communicant, sicuti dictum est de eadem camera, in qua possunt simul hospitari in diuersis lectis & mensis. Mensa, hoc est commessio, quia neque licet comedere cum eo, neque cibos ei dare, neque ab eo recipere, neque à tertio aliquo nomine eius, nisi in casu necessitatis, vt infra. Neq; licet amico illos per se sumere si sunt excommunicati sub spe rati habitationis, quia hoc est ei participare. De his: latius potest informari à Summis.

*Prop. 76.* In duobus vel tribus casibus est peccatū mortale communicare cum excommunicato. Primò, in Diuinis, & si participans est clericus, & excōmunicatus à prælato inferiori Papa, est illi clerico interdictus ingressus Ecclesiæ donec ad arbitrium excommunicatoris satisfecerit, per cap. Episcoporum de priuilegijs lib. 6. Si fuit excommunicatus à Papa iudicialiter & sententialiter, talis clericus est excommunicatus neq; potest absolui nisi à Papa: est vltra necessarium ad incurrendam excōmunicationem, quòd participet sciēter & spontè, per cap. Significauit in Clementina, de senten. excommuni. vbi, in ly spontè, aduertendum: quòd qui communicat propter metum cum excommunicato, si metus est talis vt cadat in constantem virum excusatur à peccato, quod committitur transgrediendo præceptum humanum & iuris positiui, quia non tenemur obedire prælato præcipienti quòd exponamus

nos

nos morti, vel martyrio, neque similiter ad aliquod aliud præceptū eius tenemur cum tali, aut pari periculo, & quantum ad hoc non incurritur excommunicatio: Quia verò nullus metus excusat à transgressione Diuinæ legis si mors minaretur à tyranno, siue alio infideli vt cōmunicarem cum excommunicato in contemptū Ecclesiæ moriendum est potius, sicuti Eleazar & Machabæi, ne in contemptum legis carnes porcinas manducarent. 2. Machab. 6. & 7. Per dicta est intelligēdam cap. Sacris, extra de his quæ, vi, metus ve causa fiunt loquitur enim in casu quòd vel metus est leuis, vel est in contemptum Ecclesiæ incussus, vbi peccatur mortaliter communicando excōmunicato: & non in casu quo metus est grauis cadens in constantē virum. Vide Angelicam, Excommunicatio. 8. §. 18. Rosellam eo verbo. 6. in principio. Contrarium tenet Adrianus. q. 3. de clauibus. §. Octaua exceptio, tenent idem alij doctores sed, vt dicit Angelica, cum sint varij possunt præfata distinctione concordari. Caieta. in summa Excommunicatio cap. 58. dicit ad citatum cap. Significauit, ly sponte facere quòd etiam per quencunq; metum quauis non sit is, qui cadit in virum cōstantem excusetur illa pœna, licet non excusetur peccatū. Martinus ab Azpilcueta ei contradicit in. c. 27. nu. 93. quia spontaneè fit, quod fit propter metum non cadentem in constantē virum, vt probant arg. c. Super hoc de renunti. & c. Ad audientiam de his, quæ vi metus ve causa fiunt, idcirco quoad forum exteriorem, ait, quòd habebitur pro excōmunicato: In foro interiori dicit quòd possit feruari mens Caieta. in tali metu, qui fuisset causa sine qua non illius communicationis. Secundò peccatur, communicando cum excommunicato mortaliter, si communicatur in crimine propter quòd lata est excommunicatio dando videlicet auxilium, fauorem, consilium postquam est excommunicatus, sic habet cap. Si concubinæ, de sent. excommunicationis, quòd concubina excōmunicata propter concubinatum, si accedat ad eam concubinarius fit excommunicatus, idem in cap. Nuper eo tit. Est verò discrimen, quia ante excommunicationem nō incurritur dando illi fauorem, sed post latam sententiam. Vbi excommunicatio de se fertur in

Xx dantes

dantes auxilium atque fauorem, vt in percussione clerici, tunc participans in actu, etiam priusquam alter incurrat, incurrit ipse. Verum hic potius est principalis, quam participans, & ideo excommunicatur. Vide cap. Nuper de sentent. excom. Rosellā, Excommunicatio. i. Excommunicatio. 17. Angelicam eo verbo. 3. §. 1. Tertiō si in contemptū clauium, aut iudicis excommunicantis. Vide in eadem Angelica ibi §. 4. In alijs colloquendo, comedendo siue ex affabilitate, amicitate, aut pusillanimitate peccatum est veniale & incurritur excommunicatio minor. Quæ minor excommunicatio licet possit infligi ab homine sicut à iure, iam ab homine non est in usu. Ponuntur multi casus in quibus incurritur, illos habes in Rosella, Excommunicatio. 8. Angelica tantum ponit duos eo verbo. 4. videlicet, ex participando cum excommunicato, vt dictum est, & etiam ex quolibet peccato mortali, quia per quolibet mortale exclusus est homo à participatione sacramentorum: quam sententiā sequitur & Gabriel. d. 18. q. 2. not. 1. in coroll. Sed est aduertendum quod sumunt largè, & non in rigore excommunicationem minorem tam in hoc casu, quam in alijs quos etiam retulit Siluestrina, Excommu. 4. §. 1. quia de rigore ad minorem, vt de ipsa est communis sermo, non requiritur contritio, cum contrahatur ex veniali, neque requiritur absolutio sacramentalis, sed absolutio ab excommunicatione seu censura & poena Ecclesiastica, ad mortale peccatum necessaria est contritio & confessio, atque absolutio sacramentalis.

*Prop. 77.* Ipse excommunicatus peccat mortaliter participando in Diuinis: recipiendo sacramenta aut conferendo: vtendo actibus legitimis, vt dando suffragium in electionibus, in quibus caret voce actiua, & passiua, quia neq; ipse alijs neq; alijs sibi suffragari possunt: exequendo officiū iudicis, quia in his actibus admiscetur grauis & perniciofa iniustitia: in alijs vbi nō de se admiscetur nisi tantū ex malo modo administrandi illos actus, si administrantur sine illa, forsan nō est mortale vt placet Caietano in summa vt in esse testē, accusatorem, tabellionem, notarium, procuratorem, aduocatū. Quod si per annum permanet in excommunicatione habetur de si-  
de suspe-

de suspectus; & sicut contra talem proceditur per Concilium Tridentinum, sess. 25. cap. 3. In alijs colloquendo & conuersando cum cæteris fidelibus peccat solū venialiter. Quæ mala faciat excommunicatio vide in Angelica eo verbo vltimo, in Rosella eo verbo. 7. §. 49, in Siluestrina ibi. 3. per totum.

De effectibus excommunicationis, videlicet priuatione *Prop. 78.* sacramentorum, suffragiorum Ecclesiæ, communionem fidelium, si sint de iure Diuino dubium est. Dominicus de Soto in. 4. dist. 22. quæst. 1. art. 1. tenet esse de iure positiuo omnes illos. Quod mihi non satisfacit, neque ratio quam dat, quod Christus in Euangelio neminem iussit excommunicari expresso tali nomine priuationis eorum. Sed est in contrarium, quod excommunicatum ab Ecclesia iussit haberi vt ethnicum, & publicanum: vel si mauis: dans potestatem Ecclesiæ excōmunicandi, dixit quod sibi inobedientes posset facere sicut ethnicos & publicanos, & quando ipsa faceret, iudiciū eius ipse in cœlo ratificaret: igitur in quibus est illicita de Diuino iure participatio cum ethnicis erit & cum excommunicatis. Patet consequentiā; quia sunt de iure Diuino tractandi vt ethnici. Idcirco ex Diuino iure non solum ratione peccati mortalis, sed ex intrinseca ratione excommunicationis sunt priuati cōmunionem sacramentorum. Item sunt priuati ex Diuino iure illa communionem caritatis, quam inter se habent Ecclesiæ membra, sicuti & ethnici, quia Christus caput in eos non influit tanquam in membra, & palmites aridos; inde neque possunt fieri participes sacrificio Ecclesiæ. Hanc meam sententiā iuuabit opinio, quæ tenet illos non esse Ecclesiæ membra. Quod si Christus in eos non influit; neq; caritas membrorum Christi illis proficiet. Aliarum orationum, quas Ecclesia ipsa statuit, forsan participare possent ex Ecclesiæ intentione, ita q̄ Ecclesia possit habere in suis precibus simul intentionem orandi pro omnibus. Pro fidelibus, vt pro membris Christi inter se communicantibus; pro ethnicis, infidelibus, excommunicatis, vt corrigantur sicut alijs peccatores, vnusquisque in suo gradu, vt sicut Christus Dominus pro omnibus passus

fuit, omnesque vult saluos fieri & ad veritatis viam peruenire. 1. Timoth. 2. ita velit Ecclesia: propter quod sup. p. 75. dictum fuit quod forsitan in Ecclesie orationibus poterit pro ipsis haberi generalis intentio. Cæterum ab alia communione in conuictu, & actibus legitimis non excluduntur nisi ex positio iure. Alias enim non liceret in eis communicatio cum excommunicato, neque posset Ecclesia in hoc dispensare, sicut credo quod non potest in supra memoratis. Excommunicatio minor ex participatione, etiã est de iure positio, alias incurreret illam summus Pontifex loquendo cum excommunicato, & vtendo illo familiariter, neque valet dicere quod per talem colloquutionem intelligitur eum absolueri, quia expresse deciditur in cap. Si summus Pontifex, Clementina vltima de sent. excom. quod etiam si illi scienter communicet, non propterea illum absoluit, nisi aliud exprimat se velle, & hoc quocunq; modo communicet literis, verbo, osculo, aut alio quouis modo: Sicut neque ex eo quod sub titulo dignitatis ex certa scientia verbo, constitutione, literis aliquem nominet, vel honoret, seu quouis alio modo tractet intelligitur in illa dignitate ipsum approbare, aut quidquam tribuere noui iuris. Quod est valde notandum pro aliquibus qui in literis quasi impetrat à Papa vel legatis, aut alijs prælatis sæcularibus, siue regularibus faciunt se nominari doctores, prædicatores, confessores, lectores, quia tali nominatione non probatur quod tales sint, alio indigent testimonio. Ius positio vitandi excommunicati sub poena minoris excommunicationis est antiquissimum & à tempore apostolorum ab ipsis institutum. Patet. 11. q. 13. ex Fabiano Papa in. c. Sicut apostoli, & ex Calyxo. c. sequenti. Excommunicatos, & cum dicant quod nullus recipiat excommunicatos sub poena priuationis communionis, siue excommunicationis, sit cõstans quod episcopus, si cõmunicat cum excommunicato se, incurrit minorem. Vide & c. Cum desideres, extra de sent. excom. Per hos text. soluitur arg. & dub. quod Scot. dimisit indecisum hac. d. q. 1. lit. L. Nullus nõ subditus excommunicatoris teneat vitare ab eo excommunicatũ, quia non tenetur eius præcepto, cũ non sit eius subditus: Sed excommunicatũ ab vno episcopo omnes vitare

*Notab.*

*Argum.*

vitare tenetur, igitur vel excommunicare pertinet ad solum Papam, cui tenentur omnes obedire, & sic episcopus quando excommunicat, non id facit autoritate propria sed ex commissione: vel detur vbi habuit episcopus & alij excommunicatores autoritatem super omnes Christianos, vt sibi obediunt vitando ab eis excommunicatum, & vbi fuit eis limitata quoad numerum subditorum, & quoad excommunicationis obseruantiam: & quare fuit limitata inæqualiter illorum & non aliorum. V. g. aliorum ab episcopis est limitatior, & episcoporum pro suis episcopatibus non.

Respondetur primo per. p. 68. quod omnes episcopi de iure Diuino habent potestatem excommunicandi: Alij ab episcopis, cum non ex Diuino iure habeant, nunquã fuere limitati, sed cõcessio ipsis facta est de iure humano, ideo restringi aut ampliari potest. Episcopis per Papam restringi potuit potestas ex. p. 21. supra, quod si aliud non constaret, nisi quia dati sunt particularibus diocesis pastoribus, eò ipso probatur restrictio iurisdictionis illorum. Per hæc patet ad cõsequens & consequentiam. Ad maiorem dicitur quod in eis, quibus de iure Diuino priuantur excommunicati, ex ipso Diuino iure tenentur omnes illum vitare, quia tenentur habere vt ethnicum: In his, quæ sunt de iure positio illis illicita, per idem ius in citatis canonibus tenentur omnes fideles à quocunq; excommunicatum vitare.

De iure Diuino nullus est excommunicatus. Hæc ponitur contra Almainum hac. d. q. 1. ad calcem dicentem sic. Videtur quod ab iure ab apostolis confecto hæreticus sit excommunicatus, & non solum iure positio, & hoc tenet Ocham, & sic iure Diuino hæretici possunt dici excommunicati, ideo iure Diuino & non solum humano sunt priuati titulo beneficij. Affert illud ad Galat. 1. Si quis vobis euangelizauerit præter id, quod accepistis anathema sit. Iam supra. p. 67. diximus ibi non inuenisse Scotum sententiam latam. Pro quo sciendum aliam esse excommunicationem latam, aliam ferendam: ferenda est comminatoria & non protinus ligat, vt quando dicit prælatus quod fiat hoc vel illud sub excommunicationis poena: Lata, imponitur ipso facto, vel dicendo latæ sententiæ,

*Solutio.*

*Prop. 79.*

*Excommunicatio lata & ferenda.*

vel simile: Ibi in verbis Pauli anathema non sonat sententiam latam, sed ferendam. Nihil enim aliud vult asstruere nisi quod tales pseudo apostoli, quicumque illi essent, siue ipsemet Paulus, siue Ioannes, siue Petrus, siue Angelus Dei execrabiles erant & digni anathemate, quod anathema imponendum erat ab his, qui potestatem habebant excommunicandi. De statutis in quibus anathema ponitur, dicendo sub anathemate, idem dicit Siluestrina quod tantum sit comminatorium. Excommunicatio. 1. §. 9. In quod facit cap. vnicum, extra de Sagittarijs, vbi prohibetur ars Sagittariorum contra Christianos sub anathemate, & continet comminationem sententiæ ferendæ, vide ibi glossam; etiam in cap. Ex literis de matrimonio contracto. At verò cum receptum sit, quod si statutum, vel mandatum loquatur dicens, sit excommunicatus, vel interdictus, contineat sententiam latam & ipso facto liget, in decretis Conciliorum vbi ponitur qui hoc vel illud dixerit, anathema sit, sententia continetur lata: Excipiunt ab hoc nisi alia iura declarent oppositum, & sic intelligunt glossam in cap. Si quis ex clericis, de vita & honest. clericorum: Nam in illo verbo anathema sit clericus qui comam relaxauerit, ait glossa, id est fiat anathema, non enim est excommunicatus ipso iure: item eadem glossa in cap. 2. de Foro competentis: vbi dicitur, qui clericum condemnare præsumpserit, ab Ecclesia sit sequestratus, quousque emendet, ait. Sequestratus per sententiam. Quoniam ex alio iure neque præfatus clericus est excommunicatus ipso facto ante monitionem & contumaciam, neque ille alius ipso facto sequestratus. Quod si ex hoc sumat pro se argumentum

*Argum.*  
*Solutio.*

*Vide in*  
*2. d. 14.*  
*p. 10.*

Almainus, quod Paulus dixerit, sit anathema, dupliciter potest responderi, primo quod ly sit in sacris literis non sonat ipso facto, & protinus. Genes. 1. Germinet terra lignum pomiferum, herbam virentem, cuius semen sit in semetipso, & tamen si mundus creatus fuit in mense Martio ut dicunt doctores non habebat herba semen in semetipso, neque ligna omnia, sed haberent processu anni. Ibi. c. 9. maledicens Noe filio, dixit. Benedictus Dominus Deus Sem, sit Chanaan seruus eius, & tamen hoc fuit in posterum quando filij Israel descendentes à Sem expulerunt

pulerunt & subiugauerunt Chananæos in terra promissionis. Secundò stando in rigore iuris canonici, quod sit anathema, contineat sententiam latam, nisi ex alio iure constet quod continet ferendam dico in casu, quod habemus ex eodem Paulo ad Titum. 3. Hæreticum hominem, post unam & secundam correctionem deuita. Si igitur monitio cum omnibus hæreticis ante deuitationem fuit præmittenda, non fuit ibi sententia lata, sed ferenda post monitionem. Verba æquivalentia, ipso iure, ipso facto, sunt subiaceat excommunicationi, habeatur excommunicatus: mox: vt, erit mox excommunicatus, omnino etiam secundum aliquos: Si respiciunt actum iudicis non est sententia lata, vt excommunicetur & similia.

In aliquibus casibus licita est participatio, siue communitio cum excommunicato ponuntur in his verbis. *Prop. 80.*

*Vtile, lex, humile, res ignorata, necesse:*

*Hec sunt quæ faciunt, anathema ne possit obesse.*

Vtile: id est pro vtilitate ipsius excommunicati spiritali dando ei consiliū pro anima sua, admonendo, prædicando, exhortando, vnde excommunicati licite assistunt concionibus, & theologiæ lectionibus: ita cap. Responso, de sentent. excomm. In cap. Cum voluntate, eo tit. dicitur quod licet alia verba incidenter, vt apud eum magis proficiat, interponat non incurrit excommunicationem. Pro vtilitate propria temporali petendo ab eo debitum siue in iudicio per cap. Intelleximus, extra de iudicijs, siue extra iudicium. Pro salute propria spiritali, quando alius non haberetur à quo peteretur consiliū æquè vtiliter sicut ab excommunicato. Lex; vt matrimonij, vnde vxor licite communicat viro excommunicato, & vir vxori, quamuis aliqui de viro aliter dicant; tenetur tamē vir inducere vxorē ad petendam absolutionem, quia est caput obligatus illam corrigere. Vide Angelicam, Excommunicatio. 8. §. 8. Qui tenent eos esse impares quantum ad communicationem sunt Siluestrina, eo verb. 5. §. 2. citat contra Angelicam Rosellam, sed si bene ponderetur eodem verb. 6. §. 4. licet verba sint contraria; ex ratione quā dat quod tenet eam corrigere & facere quod petat absolutionem Rosella videtur

potius eiusdem mentis cum Angelica, quoniam si illud vir non faceret peccaret mortaliter, & incurreret minorē, vt dicit eadem Angelica: sed si ipsa nollet adquiescere, quare non poterit vir vti ministerio vxoris sibi debito in conuersatione & conuictu familiæ? Ideo melius dixit Caieta. Vir licite communicat vxori excommunicatæ eadem ratione, saltem in ijs quæ debet illi: ly debet, referri potest ad vtrunque, id est, in ijs quæ vir debet vxori & vxor viro. De debito coniugali nulla est ambiguitas, sicut potest exigi aliud debitum. Humile: inde cap. Quoniam multos. 11. quæst. 3. quod est Gregorij. VII. excusat vxorem, filios (intellige si sunt sub patria potestate, aut patri commensales) seruos, ancillas, mancipia, rusticos & seruietes, qui ante excommunicationem illi tenebantur, & eadem ratione poterit pater filio excommunicato, & herus communicare illis vt tenet Adrianus contra aliquos, & tam hoc, quàm quod dictum fuit de vxore magis pertinet ad vtile, quia petit dominus siue herus, & pater obsequium & obedientiam debitam. In hoc est Martinus ab Azpilcueta. c. 27. num. 27. qui faciunt pro Angelica citata. De monachis, si possunt communicare cum abbate, priori, siue guardiano, idem est dicendum, quia omnes fatentur quod cum episcopo excommunicato communicare possunt sacerdotes, qui ei cohabitant & sunt de familia, igitur & monachi idem poterunt cum prælatis. Ita Adrianus quæst. 3. de clauibus ante septimam exceptionem. Rosella, vbi supra. §. 17. tenet quod episcopo communicare possunt clerici de familia, sicut alij seruietes. §. 18. idem dicit de monachis, quasi de familia enim sunt: Obedire illi non tenentur, quia neq; ipse potest præcipere cum præcipere sit actus legitimus. Vide Ricar. hac. d. ar. 11. q. 3. Res ignorata, id est ignoratia facti, putà q̄ talis sit excōmunicatus, atq; ignoratia illius iuris quod quis scire nō tenet, debet verò esse ignoratia inuincibilis seu probabilis, non crassa, neq; supina, ita citatū. c. Quonia multos, & c. Apostolica, extra de clerico excōmunicato. Cōstat excōmunicatio vel per denūtiatiōē, quā quis denuntiat a prælato aut parochio incurrisse illā, vel per famā veridicā, ita dicit. c. Cū desideres, de sent. excō. quod

quod si est publica fama aliquem verberasse clericū nullus debet illi communicare, & hoc ita tenendum est in conscientia: sic tenet Angelica. excomm. 8. §. 15. Rosella eo verbo. 6. §. 38. vbi dicit ex Panormit. quod ex textu cap. Illud: de clerico excomm. (quod cap. facit ad modo citatum. Cum desideres) eximitur vnus casus in quo fama facit plenam probationem. At vero quia cap. Cum desideres: subdit nisi se ad arbitrium episcopi purgauerit de hoc, posset dubitari si ante talem purgationem debeat vitari: & in conscientia tenendū est, quod sit vitandus quousque se cōpurgauerit, vel ad cautelā se fecerit absolui. Per dicta paucorum, & leuiū, seu per famam incertam non constat excommunicatio. Ad ignorantiam reduces inaduertentiam, si scio excommunicatum, & non aduertens, neque recordans illi leuiter cōmunicō. Necessesse: Pro necessitate propria corporali, vt trāsiens per terrā excommunicatorum non potens aliunde emere victui necessaria, aut etiam ipsius excommunicati, quia indiget elemosyna ad sui sustentationem. Ita dicit cap. Quoniam multos, citatum: & ex consequenti quia causa non excommunicatorum est fauorabilior potest elemosyna peti ab excōmunicatis. De prædicatoribus id tradit specialiter cap. Cū voluntate: de sent. excomm. §. prædicatores: quod & de alijs pauperibus intelligi debet, vt dictum est.

Post concilium Constantiense in duobus tantum casibus *Prop. 81.* tenemur vitare excommunicatum, videlicet quando est denuntiatus & nominatim excommunicatus: secundus casus, pro manifesta & notoria percussione clerici, quæ nulla tergiversatione possit cæleri. Decretum fuit editum pro vitando scandalo & periculo illis communicantium, ipsi vero excommunicati per hoc in nullo sunt releuati. Tenor concilij refertur ab Antonino Florent. 3. part. titul. 25. cap. 3. à Caieta. in summa. verbo excommunicatio minor, à Martino ab Azpilcueta in manuali. cap. 27. num. 35. Propter quod decretum idem Caietan. verbo absolutio non inuenit, distinctionem inter excommunicatum occultum vel manifestum, quam alij doctores inueniunt, vt scilicet non obstante decreto illo, sit occultus excommunicatus vitandus in occulto: ita Adria.



q. 5. de confess. dub. 9. & Ioannes Metina Complutensis. q. de confessione facta confessori excommunicato distinguunt, quòd quando aliquis est nominatim excommunicatus licet non sit declaratus & aliquis illud nouit in occulto tenetur illum vitare in occulto. v. g. alicui mandatum fuit sub excommunicatione ipso facto, quòd soluat tale debitum intra terminum certum, ille non soluit intra taxarum terminum incurrit excommunicationem, scio illud ego teneor euitare in occulto. Fundant se in eo, quòd tenor concilij Constantium expressit se indulgere, quòd non teneatur quis vitare excommunicatum prætextu cuiuscunque censuræ & sententiæ ecclesiasticæ à iure vel ab homine generaliter promulgatæ: sed præfata excommunicatio in casu non est generaliter sed specialiter promulgata, & à iure antiquo non est recedendum nisi quatenus per nouum exprimitur, vt sup. d. 17. prop. 21. in sol. 2. igitur tenetur omnis qui sciuerit illum vitare, sicut tenebatur ante concil. Constantiense, nam in cap. Cum non ab homine: de sent. excomm. Iubebatur vitari excommunicatus pro sacrilega iniectione manus in clericum etiã occulta, tamen nota vni, qui vnus priuatim illum vitare tenebatur: ex quo textu quauisiam moderato per concilium deducitur quòd occultus occulte debebat vitari antè præfati concilij moderationem. Martinus ab Azpilcueta referendo tenorem decreti refert differenter præfatam clausulam exceptionis, quia non tantum excipit manifestos percussores clericorum, quòd sint vitandi, sed tacitis illis generaliter loquitur, post expressum quòd non vitentur nisi fuerint specialiter & expressè à iudice denunciati; de alijs, sic. Neque manifestò constet incurrisse in sententiam excommunicationis, quod nullo modo potest occultari, aut per aliquod remedium iuris excusari. Quia à communionem huius vult quòd se separent iuxta canonicas constitutiones. Vnde non solum manifesti percussores, sed omnes alij manifesti etiam per sententiam generalem debent euitari eo modo, quo Caietanus & alij volunt manifestum percussorem. Citat concilium Basiliense. Sessio. 21. ita definisse. Adrianus, item. quæstio. 3. de clauibus. §. Sed quoniam: refert præfatum

Basi-

Basiliense generalius excepisse, quam Constantiense, & quia de illius Basiliensis autoritate multi dubitant, ait, quòd possumus stare cum concilio Constantiensi: Martinus verò superaddit concilium Lateranense sub Leone. X. Sessio. 11. renouasse præfatum decretum cum illa generaliori exceptione. Quidquid vero sit de iure horum conciliorum, credo quòd ex consuetudine, quæ est optima legum interpret, concilium Constantiense practatur, & est in vsu sicut illud referunt Antoninus & Caietanus, ita quòd manifesti hæretici in terris vbi liberè degunt sine denuntiatione, & speciali nominatione pro excommunicatis, tractantur licitè & conuersantur à catholicis: perinde, saltem ex eadem consuetudine, neque illi quibus est specialiter & nominatim aliquid mandatum sub excommunicationis poena ipso facto incurrenda; etiam si manifestè vel occultè transgrediantur & incurrant, euitantur à scientibus.

Ab excommunicatione minori non potest absolueri *Prop. 82.*  
simplex sacerdos. Licet ad eam incurrendam non peccetur nisi venialiter, debet absolueri proprius sacerdos, siue confessor qui potest talem audire de peccatis & absolueri per capit. Nuper, extra de sentent. excommunic. Ratio est, quia cum sit censura Ecclesiastica exigit iurisdictionem.

Ab excommunicatione lata ab homine solus qui eam tulit, vel superior illo, absoluit ex eodem capit. Nuper. Si est lata à iure & reseruata summo Pontifici solus ipse absoluit, aut cui ille commiserit. Si non est reseruata absoluit proprius sacerdos per idem cap. Nuper. Intelligunt communiter doctores per proprium, episcopum vel curatum, ita tenet Bonauent. d. 18. num. 84. & Thom. in additio. 3. parte quæst. 24. artic. 1. Angelica. Absolutio. 1. §. 2. Siluestrina eo verbo. 1. §. 4. Martinus ab Azpilcueta. cap. 27. num. 39. & alij quos ipsi allegant, atque etiam Soto in. 4. d. 22. q. 2. art. 3. conclus. 3. facit. 6. Omnis vtriusq; sexus: vbi per proprium intelligitur curatus, habes sup. d. 17. p. 15. ipsummet etiam cap. Nuper. distinguit proprium ab episcopo, & coniunxit ambos quoad

quoad potestatem absoluendi ab excommunicatione iuris nulli reseruata. Cum hoc tamen stat quòd posset canon illam absolutionem reseruare soli episcopo, aut concedere vt habes supra dist. 13. prop. 28. de occulto hæretico: Vel posset etiam ipse episcopus aliquas excommunicationes iuris sibi reseruare.

*Corol.*

Ex hac infertur quòd sicut episcopus proprius potest suū subditum alibi peccatē absoluere à peccatis; ita potest absoluere ab excommunicatione iuris quam in aliena dicecesi incurrerit.

*2. Corol.*

Secundò, quòd etiam suum subditum si fuit ab alio episcopo iustè excommunicatus non potest absoluere: quia illius est absoluere cuius fuit ligare. Par enim ius est vtriusq; vt habetur de pœnitent. d. 1. c. Verbum Dei: Propter has absolutiones impendendas vel retinendas oportet præ manibus habere canones excommunicationum, quia cum antiquitus nõ inuenirentur nisi sex casus reseruati Papæ, quos referunt Bonaventura & Thomas locis citatis, sunt iam quam plurimæ iuris excommunicationes. Ad earum absolutionem piè prouidetur committendo auctoritatem absoluendi regularibus doctis per sua priuilegia, vel per confessionalia data ipsis pœnitentibus. Circa confessionalia sunt quoad præsens aliqua scitu digna. Primum, quando in illis datur facultas quòd absoluat aliquis ab excommunicatione satisfacta parte, qui verè incidit excommunicationem, quanuis postea fiat impotens ad satisfaciendum absolui non potest virtute talis indulti, quod non plus valet, quam sonat. Secundum, qui nõ incidit excommunicationem, quia fuit impotens ad soluendum. v. g. tempore præfixo: vt si dicat excōmunicator: qui intra tale tempus non soluerit, vel restituerit sit eo ipso excōmunicatus: aut etiam finito termino fulminauit excommunicationis sententiam, Ioannes nequiuit soluere intra tale tēpus, aut quia absens promulgationem sententiæ, & præcedentes monitiones ignorauit inuincibiliter, seu probabiliter, etiam si postea non soluat quando posset, excommunicationem non incurrit, licet à peccato furti non excusetur. Hoc est contra Dominicum de Soto in. 4. d. 22. q. 2. art. 3. conclusio. 2. & ideò

*Primum no  
tandū cir  
ca confes  
sionalia.  
Secundū.*

& ideò talis non indiget quantum ad hoc absolutione bullæ si postea rediens ad cor, restituat, & satisfaciat parti. Quod vere impotens non incurrat, docent Angelica excommunicatio. 3. §. 14. atque ipsemet Dominicus fatetur. Rosella. 7. §. 35. Siluest. eo verbo. 2. §. 1. casu. 12. & probatur ex regula iuris. lib. 6. Nemo potest ad impossibile obligari: sed talis impotens pro tunc non tenetur restituere, vt habet Scotus in hoc. 4. d. 15. q. 2. ante soluti. principalium, ex cap. Odoardus: extra de soluti. vbi si erat ad soluendum impotens excommunicatio contra eum lata nominatim reponi iubetur à Papa Gregorio. IX. recepta idonea cautione quòd cum posset restitueret: igitur sicut liberatur ab obligatione pro tunc restituendi, liberatur & à pœna.

Quòd post tempus præfixum excommunicationis illam non incurrat si non soluit, tenet Rosella, excōmunicat. 7. §. 9. quia talis sententia nullum habet vigorem vltra terminū illam statuentis: & probatur ex ipsius tenore, quia fertur cōtra contumaces qui fuerunt de præterito, iste non fuit contumax, igitur non est excōmunicatus. Secundò, quia excōmunicatio non ligat nisi secundum intentionem ferentis illā, quo non habente intentionem ligandi ipsa non ligat, adeò, quòd si desit intentio etiam in ipso petente ad cuius instantiam iudex fulminat excommunicationem non ligat, quia iudicis intentio non excedit intentionem partis instantis & requirentis: modò intentio excōmunicantis est ligare secundum formam iuris trinæ monitioni præmissæ contumaces, talis ignorans aut impotens nõ fuit contumax trinæ monitioni factæ, igitur alia trina indiget vt ligetur. Tertio facit, quia qui excōmunicatur nominatim sub conditione si ad talem terminum Titio nõ soluerit, si accipit prorogationem termini ab eodem Titio antequam incurrat, non incurrit illam ad præfixum terminum, neque etiam si non soluat prorogato termino completo, nisi prorogatio auctoritate iudicis facta fuisset absoluentis ad reincidentiam. Ita tenet eadem Angelica eo verbo. 3. §. 15. & 1. §. 21. Rosella vbi supra. §. 39. est cum eis Martinus ab Azpilcueta. cap. 27. num. 15. igitur à simili, qui non incurrit quia ignorans aut impotens, post terminum

minum indiget alia sententia vt incurrat. Cum Rosella contra Dominicum est autor summæ Armilla: eodem verbo. §. 34. & forsan Dominicus sumpsit sibi occasionem ex eo, q̄ aliqui doctores in casu de prorogato termino tenent, q̄ postea tempore prorogato incidit, sed sunt intelligendi quādō fuit prorogatio autoritate iudicis.

*Argum.*

Pro Dominico arguo ex cap. Cum dilecti: extrā, de dolo & contumacia, vbi dicit Innocentius. III. q̄ si mandatur alicui, vt ad certum terminum se iudici representet, vel ad certum diem soluat, duo sub hac forma mandantur videlicet q̄ veniat ad iudicem, seu soluat: aliud q̄ ad diem præfixam: vnde si non potest implere secundū de die præfixa, tenetur nihilominus se iudici præsentare, & elapso etiam die solutionis ad solutionem tenetur.

*Solutio.*

Huic textui dico quōd loquitur de obligatione, & non de excommunicatione, & concedo quōd soluere tenetur elapso termino, quia per impossibilitatem ad tunc, non expirat obligatio simpliciter, sed sopitur, vt dicit Scotus supra citatus. Secundō dico quōd præfatus textus loquitur de nominatim & specialiter mandato alicui, & in foro exteriori talis impotens non habebitur pro non excommunicato sine cognitione causæ de sua impotentia, in hoc est citatum cap. Odoardus, cū glossa ibi, nam glossa tenens q̄ illa sententia excom. non ligauit prædictum Odoardum, sed quia de impotentia non planè constabat, ait, fortè propter dubium tenuit sententia, & fuit præcepta relaxari. Per idem patet q̄ qui non denuntiavit intra tempus in edicto contentum eo transacto adhuc tenetur denunciare.

*Tertium notandum.*

Tertium, quōd pars læsa cui est facienda satisfactio nō est excommunicator, seu forus episcopalis, alioquin Papa parua aut nullam iurisdictionem confessori commisisset, sed est illa ad cuius instantiam procurata fuit excommunicatio; siuè cui damnum accreuit ex actu propter quem excommunicatio incurrebatur, nisi fortè iam propter sententiam aliqua pœna imposta pecuniarum deuentura esset camera seu fisco episcopi aut alterius, quæ prærequireret solutionem ante absolutionem. Ideo pro iniectiōe manuum in clericum

eum cum soleat imponi pœna pecuniaria, ipsi clerico, si est secularis, venit soluenda, ex quo iam in suis domibus sigillatim viuunt; si est regularis prælato & monasterio, quibus de iniuria monachi actio conuenit. Vide Angelicam Absolutio. 3. §. vltimo.

Quartum, quōd quando in talibus confessionalibus conceditur posse eligere confessorē qui absoluat à censuris referuatis sedī Apostolicæ semel in vita, & in articulo mortis: ab alijs censuris & peccatis sedī Apostolicæ non referuatis quotiescunque illa fuerint confessi, dubitari solet an possit talis absolutio fieri sine confessione peccatorum. Mihi quidē videtur quōd de non referuatis sedī Apostolicæ non sit necessaria cōfessio peccatorū, sed distinctè possit dari à censuris absolutio, & hoc tenor cōfessionis videtur sonare cū ait, quotiescunq; illa fuerint confessi, nam reddendo suum cuique, censuras & peccata propter quæ incurrit illas confitetur ad suam illarum absolutionem; peccata omnia ad absolutionē sacramentalem. De referuatis sedī maius dubium est, mihi tamen magis placet in his omnibus considerare duas confessiones, vnam ad absolutionem censurarū, aliam ad peccata, quarum cōstat vnam distingui ab altera, sicuti modo in cap. Cum dilecti in arg. diximus de mādatis. Secundō, quia principis beneficium latè est interpretādum, & fauores maximè animæ ampliandi. Neque mihi videtur quōd si ibi explicatur aliquis ordo siue causa, videlicet vt oret fructuosius aut similes (nisi apertissimè constet, esse formam siuè causam præcisè necessariam) ex eo quōd illa non impleatur definit absolutio valere & tenere effectum per dicta supra, propof. 72. quia magis videntur recitatio & admonitio pia ad bonum; quam forma seu causa necessariò præscripta. Scio Martinum ab Azpilcueta capit. 26. numer. 31. tenere necessariò confessionem requiri tanquam finem; & absolutionem concedi quasi præludium ad illam ne censure obstent.

Quintum est, quōd virtute harum facultatū sicut possunt absolui à censuris iuris, ita possunt à censuris latis ab homine, vt in tertio dicto supra est. At nisi exprimat confessionale, q̄

*Quartum notandū.**Quintum notandū.*

stetur

stetur in vtroque foro sententiæ confessoris, possent iudices excommunicatores nō admittere absolutionem, cum res inter alios acta alijs non præiudicet vt supr. d. 13. p. 24. citatum est. Item Glossa in cap. De his: extra de accusationibus dicit q̄ absolutus in foro animæ per secretam poenitentiam potest accusari in iudicio: igitur à simili in proposito. Tertio, quia aliqua confessionalia explicat quod valeat absolutio in vtroque foro, alia id non explicat, igitur hæc habebunt vigorem solum in conscientia, alioquin si plus voluisset cōcedens explicuisset. Cum hoc tamen stare debet quod episcopi & alij iudices non sint morosi, vel cerebrosi in admittendis eiusmodi absolutionibus, quas scripto & testimonio digno fide sibi præsentauerint. Quod testimonium certū quicumq; nominatim excommunicatus, aut manifestus clerici percussor habere debet, aliàs cum semel malus semper malus præsumatur de reg. iuris, lib. 6. mirari non debet si semper euitetur quousque de absolutione certò constet. Glossa in cap. Proposuit. extra de clerico excommunicato dicit q̄ quicumque absolutus semper ad cautelam obtineat literas absolutionis, quia cum vnus opponit alteri quod fuit excommunicatus, & alius negat vel excipit vtriusque testes admittuntur. Ad idem est cap. Sicut nobis: de sentent. excomm. q̄ nisi literas ostenderit excommunicatus super absolutione, vel alio modo legitime de absolutione constiterit semper euitetur. Vbi eadem Glossa in verbo alio modo legitime, dicit quod non sufficit vnus testis, neque indicia, neque honestas personæ, vt ei credi debeat. Angelica excommunicatio. 8. §. 16. dicit quod si talis est persona, de qua probabiliter credi possit dicto suo affirmanti se esse absolutum sufficet per arg. cap. Ex parte de officio ordinarij. Rosella eo verbo. 6. §. 40. exemplificat, si est homo timoratus & antea seruabat excommunicationē, modo non seruat, & à tempore excommunicationis elapsus sit annus in quo eum non videram: credo non esse necessarium tam longum tempus.

*Sextū no xandum.* Sextum, qui habet facultatem vt absoluator, aut ei aliqua indulgentia concedatur in articulo mortis, nisi dicat indultū quod si vice illa mortuus non fuerit possit iterum habere in vero

vero mortis articulo, semel per illam absolutus, & indulgentia lucrata expirat indultum, & nequit iterum absolui. Vide supplementum Gabriel. dist. 45. q. 3. art. 3. dub. 1. Azpilcueta, cap. 27. num. 47.

7. *Notād.*  
Absoluendus ab excommunicatione reseruata ob mortis periculum, seu propter impedimentū ad eundem superiorem, cessante impedimento tenetur præsentare se superiori, alioquin reincident in eandem per cap. Eos de sent. excom. lib. 6. & absolues id eis debet iniungere, atq; notificare. Si excommunicatio lata est propter dānum seu offensam tertij debet prius satisfacere si possit, vel dare cautionem pignoratitiā, vel fideiussoriam (hoc est depositare pignora, aut præstare fideiussores) quia dicit cap. Ex parte, el. 1. de verb. signif. q̄ pro manifesta offensa, vt relaxetur sententia, sufficiens præstetur emenda. Hæc glossa ibi & cōmuniter doctores dicunt intelligi per sufficiētem: & in harū defectū iuratoriā. Vide Angelicam Absolutio. 3. §. 20. Rosellam eo verbo. 1. §. 131. quæ refert extra uangantem Sixti. III. ad hoc. Aliàs absolutio erit nulla & peccabit absoluens. Vide in hoc & Caietan. eo verbo. c. 69. & 79. Aduertes etiam in hac absolutione, quod nō solum est impotens ad soluendum qui non potest omninò, sed etiam qui non potest cōmodè, purā si incurret notabile dānum vendendo sua protinus vili pretio, & alter sine dāno, aut saltē modico potest expectare, quæ casum habes in Scot. d. 15. q. 2. littera. Ee. dānum verò ex restitutione dilata debitor cōpensare debet. Neque in casu præfato Scotus distinxit de re detenta per furtū aut rapinā, aut per licitū contractum, loquutus est absolutè. Adhuc notanda sunt citata verba textus. Ex parte, quia dicit pro offensa manifesta, nam si esset occulta, quia talis damnificans non se debet infamare, pignoratitia, aut fideiussoria cautio, quæ cerni potest, vel iuramentum ante notarium & testes dandum non est, sed alio modo satisfaciendum sufficienter vel ponendo in testamento, tali personæ detur tanta quantitas, de qua potest haberi confidentia, quod secreto restituet, aut quid simile.

Ab excommunicatione lata ab homine potest excommunicatus absolui etiam inuitus, & cum excommunicatio sit medicinalis, *Prop. 84.*

dicinalis, in casu, quòd excommunicator videat illam vergeri in deterius, inuitum absoluet. Ab excommunicatione iuris secundum Ricard. d. 18. art. 11. q. 1. non potest absolui, quia beneficium non datur inuito. ff. de reg. iuris. & arg. ex. c. Cum contingat: de officio delegati, atq; cap. Significasti de eo qui duxit in matrim. Alij devtraq; concedunt qd possit inuitus absolui, sed si fiat sine legitima causa licet absolutio teneat, forte peccabit absolvens. Hec videtur mens Angel. Absolutio. 3. §. 7. quia loquitur generaliter sine distinctione. Alex. 4. p. q. 81. m. 7. art. 1. in corpore & ad. 4. fatetur qd inuitus absolui possit de facto, nò tamen de iure. Ratio ad hoc quia sicut ad excommunicationem requiritur contumacia, ita ad absolutionem requiritur contumacia depositio. Idè dicit Bona. d. 18. q. vlt. ambo Magister & discipulus exemplificat in iudice qui tulit sententiã. Glos. in. c. 1. de sent. excom. lib. 6. est ad idem, & loquitur de iudice, qui si viderit excommunicationem non profuturam ex eo, qd subditus eam non curabit, nò debet eum excommunicare sana conscientia, sed aliam poenam exercere: (prælati monialium hoc valdè aspiciant, quia parù vel nihil de excommunicatione curant, maxime fidentes confessionalibus, per que de facili absoluuntur) sed si viderit excommunicationem non proficere qd debet inuitum absolvere, vt dictũ est. Debet nanq; iudex in contumacem exercere poenam quam illum viderit magis timere. Diuus Tho. in addit. 3. part. q. 24. art. 2. indistinctè loquitur, qd possit absolui inuitus (non explicans si ab excommunicatione lata à iure vel ab homine) quãdò magis saluti eius expedit.

*Prop. 85.* Excommunicatus qui propter inuincibilem ignorantia siue iuris siue facti confitetur alia peccata, tacita excommunicatione, verè absoluitur à peccatis, neque postea quã sciuerit excommunicationem tenetur querere absolutionem à peccatis, sed à sola excommunicatione. Ita tenet Caietanus in summa verbo, absolutionis impedimenta. Martinus ab Azpilcueta, capit. 9. num. 3.

*Prop. 86.* Excommunicatus scienter tacens excommunicationem, quia ponit obicem sacramento, neque absoluitur à peccatis, neq; valet confessio, ijdem doctores sic dicunt,

Si ex-

Si excommunicatio de ratione intrinseca sua, ita exigit absolutionem ante absolutionem peccatorum, quòd ipsam, si detur non prius data absolutione excommunicationis, irritet & annulet duplex opinio est. Vna affirmatiua, quòd ipsam irritat, in eam esse debet Adrianus. q. 1. de matrimonio, dum ait soluendo rationes ad oppositum, quòd Ecclesia per excommunicationem inhabilitat, & subtrahit materiam sacramento absolutionis, sicut inhabilitando personas ad matrimonium, subtrahit materiam. Contrariam tenet Caietana loco citato, Angelica. Confessio. 5. §. 10. Dimitto citare alios quoniam non ita punctualiter tractant hanc questionem, sed dicunt quòd non possit dari absolutio peccatorum sine absolutione excommunicationis præcedente, etiam si per excommunicatum non ster quòd non sit absolutus, ita dicit Ricard. d. 18. art. 9. quæst. 4. & loquitur quando excommunicatio fuit iusta: de quando fuit iniusta ponit sub dubio, & magis declinat in id, quòd non possit absolui.

Pro Angelica & Caietana sic argumentor. In aliquo casu, vt est in. p. 87. præcedenti, valet absolutio à peccatis sine absolutione ab excommunicatione, igitur se cõpatiuntur excommunicatio in foro exteriori, & absolutio à peccatis. Confir. illic sunt omnia requisita ad sacramentum videlicet debita materia, debita forma, debita intentio, & nullus fuit obex: patet, quia dato opposito, maximè in doctrina Adriani, sicut non obstante ignorantia in gradibus, prohibitis matrimoniũ semper est nullum ex nullitate materię, ita esset in confessione excommunicati. Confir. secundò, quia cætera sacramenta suscepta ab excommunicato non sunt eò ipso irrita & nulla, vt sacramentum ordinis, matrimonij, confirmationis, igitur neque sacramentum poenitentię.

Secundò arguitur ad hominem contra Adrianum, ipse fatetur. q. 3. de clauibus iam ad finem. §. Ex hoc oritur dubium, fol. 324. in libris paruis, quòd in casu potest dari absolutio à peccatis sine absolutione excommunicationis, videlicet si infirmus sit, aut grauiter vulneratus, iam morti vicinus, & confessor non speret se posse perficere absolutionem antequam talis decedat, quia esset contra caritatem non excludere ab

Yy 2 illo

*Moniales raro excommunicantur.*

*Argum.*

*Arg. 2.*

*Vide alias auctoritates supra p. 29.*  
illo morienti mortem: vt dixit Papa Symmach. 83. d. cap. 1. Mortem languentibus probatur infligere qui hanc cum potest non excludit. Igitur excommunicatus materia est absolutionis sacramentalis, quæ per excommunicationem non est facta irrita & nulla, & per consequens non repugnant de intrinseca sui ratione excommunicatio fori exterioris & absolutio à peccatis in sacramento.

*Corol.*  
Ex his non videtur opinio Angelicæ tam irrationalis, vt eam facere nititur Martinus ab Azpilcueta citato capite. 9. numer. 3. videlicet quòd quando per excommunicatum non stat quòd non absoluetur, potest absolui à peccatis per inferiorem & pro excommunicatione remitti ad superiorem cui est illa reseruata: neque tam perperam allegat pro se Ricardus vbi supra citatum, quam extimat ipse Martinus, quoniam Ricardus expressè dicit, quòd de iniuste excommunicato, aut de iuste per quem non stat quin absoluetur, non est ita clarum, si possit absolui, quia tales non semetipsos segregant ab unitate fide & societate Petri. 24. quæstio. 1. capit. Quicunque, de quibus ibi dicitur, quòd neque possunt à vinculis peccatorum absolui, nec ianuam regni cœlestis ingredi: & tenens quòd non possint absolui ab homine, subdit; quantum absoluantur si verè pœnitent in iudicio Dei: quæ absolutio licet videatur esse & ab eo intelligi per contritionem, & non per actum sacerdotis, tamen ratio quam in probationem sui dicti assumit fundatur in præsumptione, ait enim, quia præsumendum est vt in pluribus, quòd iuste excommunicati fuerunt, & quòd nisi per eos staret ab excommunicatione absoluerentur: igitur si verè fuit excommunicatio iniusta, & verè per iuste excommunicatum non stat poterit absolui à peccatis etiam secundum Ricardum, cum veritas præualeat præsumptioni. Sed probatur opinio Angelicæ, aut saltem fit verisimilis. Ignorantia seu obliuio excommunicationis, quia æquiparantur, & necessitas, ex dicto Adriani, faciunt quòd possit dari absolutio peccatorum ante absolutionem excommunicationis, igitur idem faciet impotentia illius, qui sine culpa sua, nequit habere absolutionem.

*Angelicæ opinio probatur vide supra p. 80. ad finem, & in breui. 2. d. 22. p. 11.*

Proba-

Probatur consequentia per regulam iuris. 41. lib. 6. Imputari non debet ei, per quem non stat, si non faciat, quod per eum fuerat faciendum. Ad idem est & regula. 66. casus patet in. c. Licet canon, eo lib. 6. de electione, vbi electus ad Ecclesiam parocchalem, si intra annum non ordinatur sacerdos, eò ipso Ecclesia vacat: si per eum non stat quin ordinetur non vacat Ecclesia eo titulo. in cap. Commissa tibi, puta si episcopus noluit ordinare, aut toto anno ægrotauit, aut erat absens & non potuit habere literas commendatitias ad alium episcopum, igitur à simili, si excommunicator adeò abest quòd ad eum non potest pro absolutione recurri nisi difficillime, poterit absolui à peccatis & remitti, pro excommunicatione.

Talis excommunicatus iam pœnitens participat Ecclesie suffragia, quia est absolutus in iudicio Dei, vt modo allegauimus ex Ricardus, & ipsemet docet expressè ea. d. art. 7. q. 2. nam cum participet influxum capitis Christi Domini, debet etiam participare communionem membrorum, quidquid dicant alij propter cap. A nobis. el. 2. de sentent. excomm. quia illud cap. loquitur in foro exteriori, quòd pro tali ante absolutionem non est orandum in publico, neque pro eo defuncto recipienda elemosyna & oblatio: igitur absolui etià potest in foro Dei, ex quo non est absolutio nulla. Probatur consequentia ex dicto Bernardi, quod sic allegatur: Quæ pro caritate instituta sunt non debent contra caritatem militare. Habentur verò sic lib. de præcepto & dispensa, protinus post principium. Quæ pro caritate inuenta fuerunt, pro caritate quoque vbi expedire videtur, vel omittantur, vel intermittantur, vel in aliud fortè commodius demutentur, sicut è regione iniquum proculdubio foret, si statuta pro sola caritate contra caritatem tenerentur. Sed excommunicatio est medicinalis, & si impedit absolutionem sacramentalē non ipsam annullat, igitur propter eam in foro exteriori non debet absolutio sacramentalis & interior detineri. Confirm. Ignorantia causat inuoluntarium, igitur, licet Ecclesia ignoret ab excommunicato depositam contumaciam & quandiu ignorat velit eum esse excommunicatum, verè tamen & realiter nō vult in casu, quo Deo placet, sed placet Deo esse placatum super eum.

Yy 3

eum, igitur Ecclesiæ voluntas implicita, seu virtualis nõ contradicit, quòd absoluat sacramentaliter, modò clauēs Ecclesiæ non contemnantur, quæ contemnerentur si in manifesto gereret se pro absoluto. Quæ modo sunt dicta & probata non contradicunt eis; quæ dixi supra dist. 17. prop. 27. dicto. 4. quoniam qui hæc tenere volet intelliget ibi dicta regulariter, & non in casu necessitatis & impotentia.

Quod dicit Caietanus vbi supra, absolutionem sacramentalem impensam ficto recedente fictione peccati mortalis suum effectum consequi, quam opinionem dicit Adrianus de confessione. q. 5. dubio. 5. esse communem, mihi non adeo satisfacit sicut opinio eiusdem Adriani, quòd fictio insufficientis discussionis (nam de hac est sermo & de ipsa sunt opinionones) aut tollitur per absolutionem; aut si nõ tollitur nunquam postea recedente fictione absolutio suum habet effectum, sicut neque habet Eucharistia. Idcirco nõ est dare medium inter peccantem recipiendo absolutionem si crasse ignorauit suam discussionem de peccatis, de displicentia, de proposito cauendi in futurum; & inter illum qui per absolutionem iustificatur, quia suam discussionem probabiliter reputauit sufficientem. In hoc debet latitudo esse, quia vna erit probabilitas sufficiens rustico, quæ non erit alteri sapientiori.

*De Interdicto: Cessatione à Diuinis: atq;  
Suspensione:*

*Prop. 88.* **I**nterdictum (quod ab interdicendo, id est prohibendo deriuatur) prout de eo speciatim loquuntur theologi & canonistæ, est censura Ecclesiastica qua suspenduntur Diuina officia, sacramenta, & sepultura tam actiue quam passiue, exceptis aliquibus. Conueniunt interdictum, excommunicatio, suspensio, in nouem, quæ recenset Martinus ab Azpilcueta in manuali cap. 27. num. 165. Florentina. 3. p. tit.

3. p. tit. 26. cap. 1. ponit decem: & sex in quibus cõueniant cum Martinus septem referat.

Interdicti diuisio est, vt alterum sit locale, quo interdicuntur loca: alterum personale; quo interdicuntur personæ: Alterum ex utroque mixtum quo simul loca & personæ interdicuntur: iterum quodlibet horum vel generale, vel speciale: quodlibet etiam infligitur, vel à iure vel ab homine.

Interdictum, prout fertur communiter, est simul in locum & personas quandiu in loco illo sunt, ita quòd talibus à loco absentibus non est locus interdictus. De hoc in quantum est personale iudicandum est vt de personali solo, quia personæ illæ propter quas latum fuit vbiunque fuerint se debent habere pro interdictis; in quantum locale est, debet iudicari, vt de locali, quocirca personæ etiam propter quas latum non fuit, debent in loco illo vbi sunt personæ interdictæ se abstinere ab his; quæ in loco interdicto non licent.

Interdicta ciuitate, castro, aut villa intelliguntur interdicta suburbia, & continentia ædificia. Ita determinauit Bonifacius VIII. in capit. Si ciuitas, de sentent. excommun. lib. 6. Rationem huius ipse dat, quia nomine ciuitatis, castri, aut villæ tantum ea significantur & comprehenduntur quæ murorum ambitu continentur, in quo ponunt differentiam iurisperiti quòd si ciuitas aut oppidum nominatur nomine proprio, vt dicendo Toletum, Hispalim intelliguntur suburbia & continentia ædificia, si nominetur nomine adiectiuo, vt ciuitas Toletana, Hispalensis, intelliguntur tantum, quæ continentur sub muris. In vsu sic videmus, quòd qui habitant in suburbijis quandò muros ingrediuntur dicuntur esse in ciuitate, quãdo exeunt muros esse extra ciuitatē: non tamē negabuntur esse Toleti, aut Hispali qui extra muros degunt, videns ideò Pontifex circa hoc oboriri posse quæstiones amputauit illas explicando nomine illorū cõprehendi in interdicto suburbia, & cõtinentia, ne dicta cẽsura vilipenderetur, si in illis non seruaretur etiam interdictū. Pontifex nõ explicuit quæ sint suburbia, neq; continentia ædificia.



*Suburbia  
que.*

Dicunt doctores, quòd suburbia sunt burgi (quos Hispanè dicimus arrauales) propè ciuitatem in quibus domus sunt contiguæ: Vel sunt domus per quas est iter rectum ad ciuitatem vel locum. Aut quæ sunt infra vltimam portâ & faciunt cum ciuitate publicas functiones & vocantur ad consilia, & huiusmodi. Continentia ædificia sunt domus circa ciuitatem non intra suburbia, quæ non directè introducunt ad ciuitatē. Angelica. Interdictum. 2. §. 4. ait illa dici continentia ædificia, quæ ita sunt propè ciuitatem, quòd si in eis celebrarentur Diuina vilipenderetur ecclesiastica censura putâ quia quasi ita commodè possunt eò conuenire sicut si non esset interdictum, quia hæc est ratio & anima illius legis. Idem dicit Rosella eo verbo. 1. §. 9. Ex quibus cum textu est dicendum, quòd etiam si suburbia & continentia ædificia sint alterius domini, & non illius propter quem latum fuit interdictum, imò neque sint de iurisdictione ferentis interdictum sunt ipsa interdicta. Quò fit quòd cum aliqua sint oppida duarum iurisdictionum tam sæcularium, quam ecclesiasticarum posito interdicto per prælatum vnus illarum, teneatur alij eiusdem oppidi etiam alterius iurisdictionis illud seruare, ne censura veniat in contemptum, nisi iam eis aliud fuisset per consuetudinem saltem interpretatum. Vide Couarruu. in relect. super Alma mater. p. 2. §. 1. num. 8.

*Prop. 92.*

Communiter qui possunt excommunicare possunt interdictum fulminare, & qui possunt excommunicari possunt interdici; & qui interdici possunt interdictum relaxare vel in totum, vel ad tempus.

*Prop. 93.*

Interdicti censura potest comprehendere, & comprehendit innocentes. Hæc probatur ex cap. Non est vobis, extra de sponsalibus, & ex cap. Si sententia, lib. 6. de sent. excom. Ponitur enim pro culpa alicuius particularis, vt domini, vel rectorum, quorum contumaciam Ecclesia non potest retundere nisi eorum subditos arceat à Diuinis locum interdicens. Per quam poenam subditi lucentur meritum obedientiæ, & nullum damnum spirituale in anima incurrunt. Glossa in cap. Si sententia, citato, vocat interdictam poenam spirituales; alij iurisperiti non vocant propriè spirituales, quod mihi

mihî magis placet, tum quia nullo damno spirituali directè se sola maculat, tum quia ligat fontes & infontes, quia dempto peccato originali, cætera peccata transeunt in posteros vel in alios sola poena, quæ temporalis vel corporea potius capienda est, quam spiritualis, vt potest ex pluribus exemplis ad hoc adductis patescere, quæ vide in decretis. 1. q. 4. cap. Ecclesia. & 24. q. 3. in principio. Ex quo magis mihi placet opinio Martini ab Azpilcueta citato cap. 27. num. 168. quòd pueri, infantes, lactentes, amentes includuntur interdicto, quam opinio Ioannis de Deo, quam sequuntur Angelica eo verbo. 1. §. 5. Rosella eo verbo. 1. §. 8. Siluestrina. 2. §. 17. quòd impuberes nisi sint doli capaces nõ ligantur interdicto. Bene quidem inculpabilis eorū ignorantia liberabit eos à peccato, nihilominus interdicto inuoluuntur.

Episcopi nullum interdictum aut suspensionem iuris incurrunt nisi in eo exprimantur. Decisa est in cap. Quia periculosum, de sent. excom. lib. 6. Ideò poenam suspensionis per mensem ab ingressu Ecclesiæ, quæ infligitur eo tit. cap. 1. non comprehendit episcopos neque illis superiores. Interdictum ab homine si possit infligi in populum seu ciuitatem ob culpam episcopi duplex opinio est: vna negatiua, nisi episcopus sit illius oppidi dominus temporalis, & illius loci habeat iurisdictionem sæcularem seu temporalem: alia communis est in oppositum, quia sufficit quòd in eo habeat spirituales & Ecclesiasticam iurisdictionem. Excommunicationes iuris incurrunt, quia non sunt ab eis excepti, alioquin non inciderent in canonem. Si quis suadente diabolo.

Interdictum licet possit infligi in locum propter debitum pecuniarium, quod dominus contumaciter non solueret per cap. Ex rescripto, extra de iure iurando, tamen illud cap. est iam correctum per extrauagantem Bonifacij. VIII. quæ habetur inter extrauagantes communes incipit. Prouidè attendentes. Antonius Florent. citato tit. 26. c. 3. intelligit extrauagantē de interdicto generali, quod non possit poni in toto populo, bene tamē in aliqua, vel aliquibus Ecclesijs. In Hispania credo quod stetur in omni interdicto citatæ extrauag. quia debita pecuniaria possunt per officium sæcularium iudicium recuperari.

*Prop. 96.* Diuina officia prohibita tempore interdicti, in cap. Non est, de sponfalibus, dicit Angelica, Interdictum. 5. §. 4. veniunt intelligenda quæ sunt ordinata in Missali, atque breuiario, cum ea est Rosella eo verbo. 3. §. 8. Martinus ab Azpilcueta cap. 27. nu. 172. contradicit, quia neque omnia quæ in illis sunt ordinata pertinent ad officium Diuinum, vt benedictio mensæ & fructuum, baculi & sacculi peregrinorum, & habitus nouitiorum, vel puerorum pro deuotione: neque omnia Diuina officia in illis sunt, quia multa ordinantur in Põtificali: propter quod addit, quod Diuina officia sunt quæ ordinantur in tribus illis libris aut in alijs ad vsum ordinum, & aliorum sacramentorum, vel sacramentalium, aut ad horas canonicas. Ex quo patet nõ esse prohibitum tempore interdicti quæ modo diximus benedicere, neq; orare in Ecclesia aut alibi oratione priuata, aut dicere in vesperi Ave Maria, aut dicere Psalmos aut Litánias, aut officium defunctorum, aut recomendationem animæ, quia nulli ordini sunt annexa siue maiori, siue minori, licet de officio defunctorum posset alicui videri dubium, ex quo est ordinatum sicut officium Diuinum per vespervas, matutinas, laudes, nisi verò quodcũq; circa hoc teneatur non videtur improbabile, quia cum dici possit a laicis, & clericis vix obliget extra chorũ nisi semel in anno, videtur qd in solo choro quando cum alio Diuino officio dicitur, aut illo die quo extra chorũ obligat solum modo induat rationem Diuini officij, sicut septem Psalmi poenitentia, & Psalmi graduales: qui non sunt annexi ordinibus minoribus.

*Vide sup. dis. 16. p. 62.* Hoc locũ non habet in officio paruo beatæ Virginis, quia est dispositum sic per horas, vt ad illas omnes obliget in choro, exceptis aliquibus festis, & semper videatur secum ferre ordinem & rationem Diuini officij per septẽ horas canonicas; si tamen alicui per rationem probabilem aliud videatur non pertinaciter cõtradicam, maximè dicendo priuatim quando nõ annectitur in choro ex obligatione alijs horis, ita qd clericus priuatim illud officium & defunctorum sine poena & culpa dicere possit coram alicuius vel cum aliquo illorum qui priuilegiũ audiendi Diuina non habeant. In Ecclesia cantare vigiliam pro defuncto scandalũ præ se ferret, & licere nõ crederem.

derẽ, secus vbi tanquã priuata oratio diceretur, & ab audiētibustalis esse iudicaretur, in quo tamen sapere plusquã alios nolo, ratio sua probabilis ferat quẽq;. Excomunicare, absoluerẽ ab excomunicacione sine solennitate sacerdotali benẽ licet, quia est actus iurisdictionis neq; prohibitus. Hoc de solennitate sacerdotali attẽdendũ est, tam pro vigilijs defunctorũ, quã pro litanijs in processione, quã etiam pro introductione puerperę post partũ in Ecclesiã, quia tali solennitate puta cũ superpellicio & stola nõ licet, benẽ tñ absq; illa. De similibus simile fiat iudiciũ. Aduerte qd Angelica interdictũ. 6. §. 18. limitat licere benedictionẽ mensæ & gratiarũ actiones, dũ modo nõ fierẽt in forma officij Diuini. Forma mihi videtur si in eis dicitur, Dominus vobiscũ, quod est annexũ ordini diaconatus, aut benediceretur solennitate modo dicta. Per quã solennitatem & annexionem certo ordini neque possunt episcopi dare publicẽ episcopalem benedictionem, cum mitra & baculo, & versu, Adiuutorium, neque benedicere, aut consecrare calices, ornamenta seu vestes, vt albam, planetam, nisi eo modo quo possunt dici Diuina officia, neque aliter possunt benedici candelæ in die Purificationis, aut oliuæ in die Palmarum.

Sacramenta quæ licent tempore interdicti, est baptismus paruulorum, & sacramentum poenitentia morientum, patet ex cap. Non est vobis: de sponfalibus: & in cap. Responso de sentent. excom. Sed quia posset dubitari de baptismoadultorum, qui possunt iustificari sine baptismoaquæ per baptismum Flaminis, Bonifacius. VIII. lib. 6. in cap. Quoniam, de sent. excom. cõcedit baptismum etiam pro adultis: & confirmationis sacramentum pro vtriusque paruulis videlicet atque adultis, sacramentum confirmationis etiam concesserat Innocentius. III. in citato cap. Responso. Sacramentum poenitentia etiam profanis concessit post modum Bonifacius lib. 6. in c. Alma mater, de sent. excom. Ex cuius sacramenti concessione vult deducere Siluestrina, interdictũ. 5. q. 7. §. 3. quod licet absoluerẽ ab excomunicacione cum stola & psalmis atque oratione & sic introducere excomunicatũ in Ecclesiã contra aliquos, Siluestri mens videtur fuisse Ange-

*Prop. 97.  
Concessa  
sunt.  
Baptismũ  
Confirmatio.  
Poenitentia.*

Angelica eo verbo. 7. §. 6. Contrarium sequitur Rosella eo verbo. 3. §. 2. inter quos credo bene mediatur si cōcedatur abolutio cum psalmo & requisitis in cap. A nobis el. 2. de sent. excom. sine stola & super pellicio, & sine Dominus vobiscū.

*Viaticū.*

Eucharistia pro morientibus, hoc est existētibus in periculo mortis, quod vocatur viaticum conceditur in cap. Quod in

*Matrimo-  
nium.*

te, extra de poenitentijs & remissionibus. Matrimonium video secundum omnes quod liceat tempore interdicti, non autem benedictio solennis ipsius. Ratio datur quia potest contrahi quocumque tempore per consensum viri & mulieris, solennitas autem benedictionum pertinet ad Diuina of-

*Vide inf.*

ficia. Doctores qui ita senserunt loquebantur antequā Tridentina Synodus annullaret clandestina. Inde videtur iam annexum ordini sacerdotali, quod si alia non habeatur post

*Vide inf.*

Concil. interpretatio vel per consuetudinem, dubitabile videri posset. At verò ex quo ante Concilium erat in vsu etiam per sacerdotem coniungi, idem post videtur verosimilius tenendū. Secus erit de solennitate benedictionis. Ratione bap-

*Catechis-  
mus.*

tismi concessus erat catechismus præcedens, quia permissio principali permissum erat accessorium. Ratione confirma-

*Consecra-  
tio chris-*

tionis concedebatur confectio Chrismatis in die coenæ Domini citato cap. Quoniam, lib. 6. Nam cum vetus Chrisma foret cremandum, neque vltra annum eo vti liceret, & nouum conficiendum in die coenæ, vt sup. d. 7. p. 4. nō erat dif-

*ferenda*

ipsum consecratio in annum alterum. Ratione viatici quod esset paratum pro infirmis concedebatur celebrari

*Missā se-*

mel in hebdomada non pulsatis cāpanis, ianuis clausis, voce submissa, excommunicatis & interdictis exclusis, ita cap. Permittimus, extra de sent. excom. Ex hoc cap. colligitur quod eisdē conditionibus, & moderaminibus sit Chrisma consecrandum. Cæterum ministratio aliorum sacramentorum eo moderamine non indiget. Neque refert si dentur in

*gantur.*

Ecclesia specialiter interdicta licet melius sit dare in alia.

*Sunt.*

Sacramenta quæ non licent sunt extrema vnctio, ratio est quia cum alia sacramenta sint concessa & de hoc nulla facta mentio, videtur denegatum. Facit cap. Quod in te, extra de

*extrema.*

poenit. & remiss. quia dicit prohibitam esse vnctionem extremam

tremam & sepulturam, & tamen aliquibus concedit ibi sepulturam, igitur remanet extrema vnctio prohibita. Item Eucharistia sanis non est danda. De clericis & sacerdotibus nisi ad hoc habeant priuilegium, idem tenent multi, etiam Martinus ab Azpilcueta cap. 27. nu. 178. contrarium tenent Angelica, Interdictū. 6. §. 22. Rosella eo verbo. 2. §. 3. in fine. Sequitur Siluestrina eodem verbo. 5. q. 7. §. 4. Quando sacerdotibus celebrare licet est necessario ab eis Eucharistia sumenda. Facit & ratio præcedens, quia concessa infirmantibus ad mortem, negata est sanis, neque vt recipiant satis est priuilegium quod possint interesse Diuinis. Aliud est sacramentum ordinis, siue maiores dentur, siue minores ordines, vel etiam prima tonsura quæ debet sequi naturam principalem quibus accedit. Currit prædicta ratio, quia inter alia concessa sacramenta hoc non continetur. Ideo episcopus ordines conferens tempore interdicti incurreret poenas violentum interdictum. Excipit Angelica, Interdictum. 6. §. 38. tempus necessitatis, vt modò se res habent videtur necessitas nunquam posse dari, videlicet si non essent sacerdotes per quos complerentur concessa tempore interdicti, quia in tali casu sicut cōceditur Missa ratione viatici & cōsecratio Chrismatis, ita ratione illius officij requisiti cōcessum videtur posse ordinare, & ordinari.

Sepultura Ecclesiastica prohibita est tempore interdicti. Patet in cap. Quod in te, de poenit. & remiss. vbi tamen clericis conceditur (qui seruauerunt interdictum) sine pulsatione campanarum & sine solennitatibus, sed cum silentio. Angelica ibi. 6. §. 31. dicit quod hodie possunt sepeliri cum officio sine nota dicto, per regulam iuris lib. 6. cui licet quod est plus licet vtiq; quod est minus. Nomine clericorum veniunt etiam clerici primæ tonsuræ modò non sint coniugati, qui solis duobus priuilegijs gaudent si fuerint vnica & virgini coniuncti, & habitum gestauerint clericalem: videlicet quod non possunt conueniri ante iudicem sæcularem, & gaudent priuilegio canonis. Si quis suadete. Nisi aliud in eis obtineat consuetudo. Vide lib. 6. de clerico coniugato, cap. vnico.

Bonifacius. VIII. in cap. Alma mater, de sent. excom. lib. 6.

*Euchari-  
stia.*

*Prop. 98.*

*Prop. 99.*

lib. 6. fecit moderationes circa rigorem interdicti. Primò, vt supra dictum est, concessit sacramentum poenitentiae pro sanis. Secundò, quòd singulis diebus Missae & caetera Diuina officia possint dici in Ecclesijs & monasterijs; sed cum limitatione supra posita cap. Permittimus. Videlicet ianuis clausis, campanis non pulsatis, submissa voce, excommunicatis & interdictis exclusis. Per quodlibet horum nõ obseruatum violatur interdictum. Pulsatio campanarum quæ prohibetur est in ordine ad Diuina officia, nam pulsare ad concionem, ad Aue Maria, ad ostendendum reliquias, ad intimadas aliquas literas, ad notificandum etiam in nocte coenae Domini quòd processio fratrum disciplinatorum ab Ecclesia exit, & reuertitur, ad notificandum horas diei saecularibus, non clericis, quia videretur in fraudem, si campanae pulsarentur ad primam, ad vesperas vt clerici conuenirent, pulsare campanulam ante sacramentum quando defertur ad morituros, quia facit ad decorem Eucharistiae, & pro similibus, licet: ipsum corpus Christi in reditu ad Ecclesiam patenter ostendere etiam licet, quia illud non est celebrare neque officium Diuinum dicere. Tertiò, concedit ibi, quòd in die natalis Domini, Paschae, Pentecostes, Assumptionis beatæ Virginis pulsentur campanae, & ianuis apertis alta voce Diuina officia solenniter celebrentur excommunicatis exclusis, & interdictis admisis. Interdicti qui hic admitti mandantur non sunt illi specialiter interdicti quorum causa & culpa latum fuit, sed sunt illi quibus ob interdictum loci Diuinis interesse non licebat. Per extrauagantem Martini. V. & Eugenij. IIII. extenditur ad festum corporis Christi, & per eius Octauam, ita referunt omnes communiter & specialiter Angelica, Interdictum. 6. §. 16. Per concessionem Leonis. X. extendebatur etiam ad festum conceptionis beatæ Virginis, & per Octauam, quæ concessio habetur pro Hispaniæ tantum Ecclesijs in libro supplementi priuilegiorum fratrum minorum & aliorum mendicantium fol. 24. Sed quia ex tenore videtur fieri concessio recitantibus officium, quod incipiebat, Sicut lilium, & iam post renouationem breuiarij per Pium. V. tale officium cessauit: vbi non recitabitur, concessio non ha-

bet locum etiam in fratribus minoribus, nisi pro die ipsius festi ex communicatione alterius religionis possint se iuuare. Sed quæ hora incipiat festum & finiatur opiniones sunt. Quidam dixerunt quòd incipiebat lucescente die, hæc est ab omnibus iam explosa, & incipit à primis vespers vt dicit Leo Papa refertur à Gratiano dist. 75. cap. Quod die Dominico. Extra de ferijs cap. 2. dicit Alexander. III. quòd festorum principium & finis iuxta eorum qualitatem, & diuersarum regionum consuetudinem debet attendi, & sicut magnitudo dierum exigit prius incipere & tardius terminari. Qui textus ad propositum est valde notandus, ex quo potest deduci quòd festum resurrectionis nõ solum à vespers sed à Missa sabbati quando intonat sacerdos Gloriam debet incipere, est quippe totum sequens officium ipsius diei resurrectionis. Alij eandem faciunt interpretationem in vigilia Natiuitatis, & Pentecostes vt incipiat à Missa ipsius vigiliæ ita refert auctor Armillæ. §. 43. Non tamen videtur tanta ratio in eis sicut in Missa resurrectionis. De fine sunt etiam opiniones quibusdam dicentibus quòd finitur inclusiuè in vespers sequentibus; ita tenet glossa in cap. Alma mater: alijs quòd in vespers includatur completorium pro quibus facit cap. citatum, quia debet tardius terminari. Illos sequitur Angelica, Interdict. 6. §. 18. Rosella eo verbo. 2. §. 2. & mihi placet plusquam opposita, ex rationibus quas dant, & quia completorium tanquam illius festi recitatur sine precibus & alijs quæ die sequenti venirent dicenda.

Ex hoc cap. Alma mater, quia dicit in principio in terris seu locis Ecclesiastico suppositis interdicto, infert glossa in. §. Adijcimus, quòd non loquitur de Ecclesia specialiter interdicta, quia in illa non habet locum præfata concessio, quæ de interdicto generali & speciali hominum & locorum intelligit, & nõ de singulari alicuius Ecclesiæ. Sequitur Angelica. 6. §. 1.

Secundò sequitur quòd cum ibi Diuina concedantur officia, circa sacramenta in prædictis festiuitatibus tantum licet, quæ tempore interdicti licebant, quia de sacramentis nulla facta est concessio. Vide sup. Rosellam, & Angelicam facientes ad hoc. Inde cum liceant officia Diuina & Missæ sine limitatione, de quo-

*Ex qua hora incipit festum, vt suspen datur interdictum.*

*Corol.*

*2. Corol.*

*Sepultura.*

quocūq; Missa dicatur præfatis diebus, siue vesperæ decāentur de alio festo propter alicuius deuotionem poterunt licite dici. De sepultura est maius dubium cum ibi non excipiantur. Glossa in Clementina. 1. de sepulturis in verbo. A iure, tenet partem negatiuam sequūtur alij canonistæ quos refert Angelica eo verbo. 6. §. 35. Rosella vbi supra. Contrariū tenet ipsa Angelica cum alijs quos citat, & Siluestrina eo verbo. 5. q. 2. §. 4. Ex hac opinione apparet non iuste negasse autorem Compendij interdictum. 2. §. 6. quod cōcessio facta fratribus minoribus per Leonē. X. q. quandocunq; suspenditur interdictum tam ex iure communi, quā per sua priuilegia, possint prædicti fratres in domibus suis tam intra Ecclesiam, quā extra facere omnia quæ nullo existēte interdicto fieri possunt, non se extendebat ad dandam sepulturam sæcularibus, quia ex eadem ratione quam pro se assumit cōuincitur contrariū. Nam cum dicitur in concessione propter scrupulum aliquorum dicentium, quod quando suspenditur interdictum non potest dici nisi officium & Missa illius festiuitatis sine alijs orationibus & collectis, additur, & alia multa. Inter quæ multa computari potest & sepultura, de qua varia dicuntur, quæ tam per dictam cōcessionem, quā per saniolem doctorum opinionem dari potest quando suspenditur interdictum. Extat alia concessio quod in eisdem Ecclesijs fratrum minorum quando suspenditur interdictum possint clerici sæculares & alij religiosi ad eas cōfluentes conformare se fratribus, quam cōcessionem quia habebant ante cap. Alma, & illa & omnes fuerant reuocatæ quæ illi capitulo contrariabantur, fuit postea confirmata, vt idem collector Compendij habet ibidem. §. 1. 2. 3.

*Propositi.*  
100.

Habentes priuilegium vt tempore interdicti valeant celebrare, vel audire Diuina, si sunt personæ singulares, eius familiares domestici possunt cum eis audire Diuina, non autem si sunt familiares alicuius conuentus aut collegij. Hæc docetur in cap. Licet vobis, de priuilegijs lib. 6. Familiares sunt, vxor, filij, nepotes, serui, famuli, qui in eorum domibus de eorum sumptibus viuunt continuè, quia si in fraudem & fictionem recepti essent nō possent admitti, in quod est cap. vltimum,

ultimum, de verbo. signif. eo lib. 6. Dicitur cum eis, videlicet quando comitantur patrem familias, aliās enim seorsim admitti nequibunt. Familiares collegij seu conuentus indigent priuilegio. Si in conuentu non essent nisi tres, quorum duo infirmarentur posset tertius celebrare cum familiari conuentus ne priuilegium sit inutile quod habet conuentus; ita ex Hostiensis docent summæ communiter. Ex hac ratione deducitur, quod sacerdos qui non haberet familiarem, neq; alium priuilegiatū qui seruiret in Missa posset asciscere aliū etiam non priuilegiatum qui ei responderet, & forsan si alij Missam auditori nō adessent etiam duos quibus diceret Dominus vobiscum. Item clerici primæ tonsuræ de quibus dictum est. p. 98. possunt etiam suos familiares secum ducere. Neq; ad audiendum siue officium Diuina, & ad sepulturam refert quod clerici sint illius Ecclesiæ vel alterius, ita tenet Angelica, Interdict. 6. §. 3. contra aliquos, & ita seruat. Cui conceditur audire Diuina, eò ipso conceditur Ecclesiastica sepultura: eadem Angelica ibi. §. 36. Fratres minores habent priuilegium admittendi ad Diuina omnes tertiaros & syndicos seu procuratores tam suos, quā sanctæ Claræ; insuper & omnes familiares, qui expositi supra sunt, quibus familiaribus ministrare possunt in suis conuentibus Ecclesiastica sacramenta, & sepulturā. Item laboratores qui in conuentibus laborant, licet non sint familiares, etiam si salarium lucrentur & vno tantum die laborent, quod intelligo modò nō in fraudem recepti sint ad laborandum. Similes aut alias habebunt aliæ religiones concessiones, quæ probè aspiciendæ sunt quando necessitas fuerit vtendi eis ne de facili erretur.

Habentes priuilegiū particulare interessendi Diuinis tempore interdicti dubium est si tenentur in diebus festis illo vt ad Missam. Dixi priuilegium speciale, quia priuilegium clericorum potius est ius commune & qui de iure communi non interdicuntur, ex tali interdicto non speciali contra eos haud dubium quin teneantur Missæ interesse. De alijs, cui videbitur idem ex quo eis licet & ex alio præcepto sunt obligati audire Missam, non pertinaciter repugnabo: cui videbitur oppositū ex quo est priuilegium, quod sit in priuilegiati

*Propositi.*  
101.

potestate non minus uti hoc, quam alij, non etiam contradicam cum de auditione Missæ præceptum affirmatiuum sit deobligans tempore interdicti; priuilegium ex tali præcepto affirmatiuum non exuit naturam priuilegij, quo uti, vel non, potest priuilegiatus. Idem ferme dicendum est de exeundo suburbia pro Missa, quia qui exire illa non solent de facili non tenebuntur, ut puellæ, atque foeminae uerecundæ; viri & quæ illa de quauis facili causa exire solent tenebuntur.

*Qui tenebuntur suburbia exire.*

*Propos.*

102.

Pœna clericorum uolantium interdictum est multiplex & grauis. Nam si exercent aliquod officium certo ordini deputatum sunt irregulares, & carent uoce actiua & passiua per. c. Is qui, de sent. excom. lib. 6. priuatione uocis etiam multentur moniales, quia reputantur ut clerici ad celebrationem Diuini officij, ut est in. c. Postulastis, extra de clerico excommunicato. §. Quæsiuistis, ubi propter uolatum interdictum iubentur recludi in monasterio arctiori. Sunt etiam tales clerici priuandi beneficijs per idem cap. & c. Tanta de excessibus prælatorum. Si celebrant non in loco interdicto, neq; ipsi interdicti, sed coram personis interdictis non sunt irregulares, sunt uero interdicti ingressu Ecclesiæ, per. c. Episcoporum, de priuilegijs lib. 6. Religiosi non seruantes interdictum quod seruat cathedralis seu matrix Ecclesia, vel parocchialis sunt ipso facto excommunicati per Clementinam primam, de sent.

*De peccato uolantium.*

excom. De peccato clericorum & monialium non seruantium interdictum uidetur Caietanus sentire, quod non est mortale non obstante grauitate pœnarum, cuius oppositum uidetur uerisimilius & rationabilius. Clerici primæ tonsuræ atque laici nullam pœnam incurrunt, quia de illis non inuenitur in iure, nisi prout habetur in Clemen. Grauis de senten. excom. Domini cogentes & conuocantes ad Diuina tempore interdicti, aut interdicti qui moniti non exeunt ab Ecclesia, aut qui prohibent ne interdicti ab Ecclesia exeant, tales quippè ibi excommunicantur, de qua excom. Angelica eo uerbo. §. casu. 15. & Caieta. ibi cap. 42. Excommunicantur etiam tam clerici, quam sæculares tempore interdicti sepelientes in cæmeterijs in casibus non concessis. Clementina

mentina prima de sepulturis; Caieta. cap. 46. Angelica eo uerbo. 7. casu. 36. Laicus si audiat Diuina non ex contemptu clauium, sed ex simplici deuotione non peccat mortaliter, neque quando clericus admittit interdictum ad Diuina tenetur alter exire, nisi talis interdictus, ut communiter fit, sit etiam nominatim excommunicatus. Vix quippè iam interdicatur, qui ante non excommunicetur.

Cessatio à Diuinis, quæ, ut nomen sonat, propter non agere dicta, est uocatio vel desistentia à Diuinis officijs & sacramentis, idè inter Ecclesiasticas censuras non numeratur; in quo ab interdicto differt. Solet autem superaddi interdicto iam posito. Inde uerba sunt attendenda tum ut sciatur quando ab interdicto seiungitur, quando simul cum eo ponitur, quia pœna uolantis eam & interdictum quoad irregularitatem non est æqualis: tum ut sciatur à quibus sit cessandum, quia ponitur quandoque strictior & rigorosior. De hac meminit Innocentius. III. in cap. Irrefragabili, extra de officio ordinarij. §. Cæterum. Gregorius. X. in cap. Si canonici, de officio ordinarij, lib. 6. ubi detestatur & prohibet ne imagines sanctæ in aggrauationem cessationis prosternantur in terram aut uiticis & spinis coronentur sub dura pœna. Bonifacius. VIII. eo lib. & titu. cap. Quamuis. Clementina. 1. de sent. excom. Summæ uerbo, Cessatio. Cum uero dictum sit cessationem non esse censuram, de iure nulla cessatio imponitur, sicut imponuntur censuræ, sed ex facto iudicium imponitur cessatio, quam ius imponere permittit Ecclesiasticis iudicibus ad repellendas iniurias illatas Ecclesiæ. Et sic interdictum est quid iuris, cessatio quid facti, per quod differunt.

Quando ponitur cessatio à Diuinis, quæ est strictissima, in qua neque Diuina licent neque sacramenta, dempto baptismo, & poenitentia morientium. Fratres minores priuilegium habent, quod talem cessationem pro se tantum & familiaribus in ea forma obseruent, qua interdictum in suis domib; & conuentibus. Vide Rosellam, Interdict. 4. §. ult. Cõpendium eo uerbo. 1. §. 13. in quibusdã impressiõibus; in alijs. 17. & §. 4.

Z z 2 & eo

*Propos.*  
103.  
*Cessatio.*

*Propos.*  
104.

& eo verbo. 2. §. 11. Alios sæculares eo modo debent excludere siue admittere quo cum eis se gesserit matrix Ecclesia. Inde extra suos conuentus obseruare debent cessationem strictissimã, quia neq; licebit eis celebrare, neq; horas inter se coniunctim dicere, nisi seorsim; per arg. cap. Quod in te, de poenit. & remiss. vbi in Ecclesijs conuentualibus bini, vel tres possunt dicere horas.

*Proposi.*  
105. Habentes priuilegium audiendi officia Diuina tempore interdicti nõ poterunt eis interesse tempore cessationis à Diuinis. Ratio est, quia priuilegium concessum ad vnum non debet extendi ad aliud, neque à forma verborum in illis est recedendũ. Cum priuilegia sint stricti iuris. Facit arg. ex cap. Porrò, & cap. Sanè, extra de priuilegijs.

*Proposi.*  
106. Suspendio, prout in præfenti de ea strictè loquimur, est censura Ecclesiastica, qua interdicitur personæ Ecclesiasticæ ob culpam aliquod exercitium officij, aut beneficij Ecclesiastici in totum vel in parte, ad tempus certum, & hoc vel à iure vel ab homine. Ex hac patet quòd neque excommunicatio siue maior, siue minor est suspendio, quia sunt censuræ inter se distinctæ: neque peccatum mortale quo quis non potest celebrare est suspendio, quia peccatum non est poena, & est antiquius omnibus poenis Ecclesiasticis. Suspendio aliorum officiorũ quàm Ecclesiasticorũ, non est suspendio censura. Dicitur ob culpam, quia sine propria culpa mortali aut saltem veniali non incurritur neque imponitur. Dicitur ad tempus certum, quia si esset prohibitio in perpetuum & totius officij seu beneficij esset priuatio, quæ fuisset partis officij etiam in perpetuum posset dici suspendio. Quando, in cap. 1. extra de clericis peregrinis, dicitur quòd in suspensione aliquo tempo habeantur incogniti clerici: & in cap. Tuz, eo titu. quòd nisi legitimè constiterit, siuè per literas siue per testes de illorum ordinatione non permittantur publicè celebrare, bene tamen occultè, non vocatur ibi suspendio strictè vt est censura, sed vt nomen eius generale significat. Idem etiam in cap. ultimo de cohabita. clerico. & mulier. quando peccans mortaliter vocatur suspendus quoad se.

Suspendio

Suspendio potest dici esse triplex; ab officio, à beneficio, ab officio & beneficio simul. Incurritur à iure in multis casibus quos vide in Angelica; Suspendio. 1. Nota quòd suspendus ab vno non est suspendus ab alio non ei annexo. Vnde suspendus ab officio non est à beneficio, neque è conuerso, neque suspendus ab ordine est suspendus à iurisdictione, neque suspendus ab ingressu Ecclesiæ prohibetur extra Ecclesiam audire Diuina, aut etiam celebrare si ei aliàs licebat. Neque prohibitus est intrare Ecclesiam causa orationis priuatæ, quando in ea Diuina non celebrantur, & hoc secundum Angelicam eo verbo. 3. §. 6. quam sequitur Siluestrina eo verbo. 9. §. 5. & est contra Rosellam, Excommunicatio. 7. §. 45. quia interdictum ingressus Ecclesiæ est prohibitio ad audiendum, & faciendum in ea Diuina.

Ex hac infertur, quòd qui non est suspendus à Diuinis, sed à solo ingressu Ecclesiæ potest extra illam audire confessiones, ministrare baptismum, extremam vnctionem, si alius ei offerat oleum extra Ecclesiam: secus erit si sit suspendus ab omnibus Diuinis.

Suspendio lata à iure vel ab homine ad certum tempus, vel donec aliquid fiat, vel omittatur, adueniente tempore, seu termino, ipso facto absque vlla absolutione, vel declaratione iudicis finitur & tollitur. Ita tenet glossa in Clementina. 1. de Decimis, in verbo. Donec. Si lata fuisset simpliciter, indigeret absolutione, quam quis possit dare habes in summis. Hanc glossam iuristæ celebrant pro singulari & meritò. Per quam probatur quòd priuationes quæ fiunt in religionibus ad certum tempus non aliam requirunt absolutionem quàm impletionem termini; quia licet vocentur priuationes in rei substantia suspensiones sunt. Hæc nanque nomina suspendio, depositio, seu priuatio, degradatio, cum latè differant sumuntur sæpè vna pro altera. Vide Rosellam, Suspendio. §. 5.

Decor-



*De correctione fraterna, & iudiciali, qualisq; debeat esse index Ecclesiasticus.*

Propos.  
109.

**C**orrectio fraterna (quæ est inter fratres Christianos vnus ad alterum de mortali peccato vt emendetur peccans) obligat tanquàm præceptum affirmatiuum legis naturalis, Diuinæ, atque positivæ Ecclesiasticæ. Ad hanc intelligendam scito, quòd inter corrigere & corripere ex ipsismet vocabulis discriminẽ apparet. Nam corrigo à verbo rego compositũ est, vnde ad eos qui regunt proprius pertinere videtur: corripio cum à verbo rapio sit, quasi simul raperè, hoc est protinus & celeriter magis ad æquales inter se adaptabitur, qui ad mox corripiendum seu reprehendendum dispositi sunt, quàm rectores qui morosius officium suum, & non sine probationibus apertis debent exequi, estò vtrique tam æquales, quàm rectores corripere atq; corrigere dicatur. Item discrimen est inter prælatorum correctiones, & æqualium correptiones, quia correptio æqualium inter se, hoc est fratris ad fratrem etiam si correptus prælatus & superior sit, fraterna vocatur, estque actus caritatis mediante virtute eleemosynæ. Correctio prælatorum est actus iustitiæ commutatiuæ, quæ pro meritis quasi commutando reddit præmia, pro peccatis supplicia. Inde Paulus Rom. 13. & Petrus. 1. cap. 2. dicunt iudices esse in vindictã malefactorum, laudem verò bonorũ, neq; sine causa gladium portare in bonum ei qui benè facit, in vindictam ei qui malè agit. Benè quidem prælatorum correctio seu punitio à caritate potest imperari mediante eleemosyna vt verum habeant decreta patrum à Gratiano citata. d. 45. quòd correctio est eleemosyna. His prælibatis conclusio probatur ex illo Matth. 7. Quæcunque vultis vt faciant vobis homines & vos facite illis: quod intelligendum est secundum rectam rationem, sed secundum rectam rationem omnis peccans debet velle à fratre corripì atque adiuuari, igitur ex lege naturæ debet eandem correptionem impendere proximo, Hoc. Arist. 9. Ethico. cap. 3. his

Sup. d. 16  
p. 68.

his verbis expressit. Qui correctionem admittunt, ijs eò magis in moribus, quàm in facultatibus ferèdum auxilium est, quòd & præstatiores, & amicitia sunt accommodatiores. Videlicet mores quàm facultates. Ex iure canonico probatur .24. q. 3. cap. Tam sacerdotes, quàm reliqui fideles omnes summam debent habere curam de his qui pereunt quatenus eorum redargutione aut corrigantur à peccatis, aut si incorrigibiles apparuerint ab Ecclesia separentur. Qui textus est Anacleti. Afferuntur & alij. d. 83. & 86. de consentientibus peccato alieno si illud cum possunt non corrigunt & emendant. Quòd sit de iure Diuino probatur ex. 1. Ioan. c. 3. Filioli mei non diligamus verbo neq; lingua sed opere & veritate. De habente substantiam & claudente viscera à fratre necessitatẽ habente dicit, quomodo caritas Dei manet in illo? igitur si ex præcepto caritatis proximi tenemur sub pœna amissionis caritatis, & per cõsequens peccati mortalis subuenire proximo in corporalibus, multo magis tenemur in spiritualibus; qualis est correptio dicente Paulo. 1. Thessal. 5. Corripite inquietos, consolamini pusillanimes: neq; obstat quòd præpofuerit rogamus vos, quia per talem auctoritatem quamuis nõ probetur præceptũ, probatur verò esse opus caritatis & misericordiæ. Galat. 6. Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis huiuscemodi instruite in spiritu lenitatis considerans teipsum ne & tu tenteris, vbi ly instruite, valet, non docete; sed ordinate, seu reficite; ex verbo Græco magis apparet: quod alij vertũt instaurate; id fieri potest docendo, monèdo, corripiendo, iuxta quod illi opus fuerit. Probatur etiam communiter hoc Diuinum præceptũ ex illo Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus corripe eum, &c. Sed tam de præcepto in his verbis ad omnia peccata, quàm de processu correctionis ibi expresso doctus pater, ac pius frater Bernardinus de Arevalo prouinciæ Cõceptionis in quodam tractatu de fraterna correptione contra cõmunem scholasticorum opinionẽ tenuit. Qui tamen hanc modo positam conclusionem non negauit; imo asseruit, & latius ac validius quàm sit à nobis asserta probauit. Est enim certum mandasse Deum vnicuique de proximo suo Ecclesi. 17.

Zz 4

Dicere

*Proposi.*  
110. Dicere quòd in illis verbis Matth. 18. Christus non impo-  
suit præceptū peculiare & speciale correptionis fraternę non  
est hæreticum sed opinabile. Nam præfatus pater id asseue-  
ranter affirmavit. Dominicus de Soto in relectione de secre-  
to memb. 2. q. 1. concl. 4. hanc conclusionem nostram ibi po-  
suit, esset verò hæreticū negare quòd de fraterna correptione  
non sit præceptum, siue ibi peculiare siue deductū expressè  
ex generali præcepto dilectionis proximi.

*Proposi.*  
111. Peccatum de quo ibi Christus loquebatur non est solum  
illud, quod committitur in nostram propriam iniuriam, sed  
indifferenter & generaliter est omnè peccatū mortale. Hęc  
est contra secundam conclusionem illius boni, atque pij pa-  
tris. Nam etiam si bis mille autores citasset interpretantes  
præfatum Matthæi locum de nostra propria iniuria, ex hac  
affirmatiua non probatur negatiua, quòd non loquatur de  
alijs peccatis: concedimus ergo suam affirmatiuam, & aliam  
nostram & communem omnium scholasticorum proba-  
mus ex duobus antiquis doctoribus & originalibus vt in ore  
duorum stet omnè verbum. In primis ex Augustino quem  
ipsemet refert citato à Gratiano. 2. quæst. 1. cap. Si peccau-  
erit, qui textus habetur in. 10. tomo operum Augustini edi-  
tionis Frobenianæ, de verbis Domini serm. 16. nam in-  
ter illa verba voluit occultè dimittere eam, & ergo corripien-  
da, quæ Gratianus connexuit habentur quæ ipse citat in ori-  
ginali Augustini. Peccauit ergo in te frater. Si solus no-  
sti, tunc verè in te solum peccauit, nam si multis audien-  
tibus tibi fecit iniuriam, & in illos peccauit, quos testes suę  
iniquitatis fecit. Quando, me audiente, fratri meo quis-  
quam iniuriam fecit absit vt à me alienam iniuriam illam  
putem. Prorsus & mihi fecit, imo mihi plus fecit, cui pu-  
tat placere quod fecit. Hęc Augustinus, quæ prætermisit  
Gratianus. Ex qua sententia & illa Christi Domini sic ar-  
guitur. Christus Dñs loquebatur de iniuria nobis illata, sed  
qui coram nobis proximo iniuriam infert, nobis etiam in-  
iuriatur, patet per citatum Augustinum, igitur non de sola  
iniuria nostra loquitur fuit Christus. Quòd verò peccet in nos  
non solū qui nobis iniuriatur, aut qui proximo coram nobis  
iniuriatur

iniuriatur sed quicumque videntibus nobis peccat alia pecca-  
ta ex quibus scandalum & occasionem peccandi capiamus,  
docet Paulus. 1. Corinth. 8. Si quis viderit eum qui habet sci-  
entiam in idolo recubentem, nonne conscientia eius cum sit  
infirma ædificabitur ad manducandum idolo thita? Et peribit  
infirmitas in tua conscientia frater propter quæ Christus mor-  
tuus est. Sic autem peccantes in fratres & percutientes con-  
scientiam eorum infirmam, in Christum peccatis. Neq; hoc  
est extortè scripturam exponere, vel in sensu mystico, sed li-  
teraliter energiam verborū vnus loci exponere per alium.  
Tum etiam, quia ex vna conclusione scripturæ sumpto me-  
dio diuidendo & diffiniendo inferuntur aliæ, quandoque de  
fide, quandoque probabiles atque opinabiles, quod tam est  
euidens theologis vt nulla indigeat probatione. Multæ etiam  
sunt scripturæ quæ sibi in faciem videntur cōtradecere & per  
diffinitionem atque distinctionem, aut diuisionem arguen-  
do concordantur & exponuntur. Ioan. 1. Deum nemo vidit  
vnquam. Genes. 37. Vidi Dominum facie ad faciem: Cap. 1.  
Faciamus hominem ad similitudinem nostram. Psal. 34. Do-  
mine quis similis tibi? Matth. 7. Non noui vos. Psal. 136. Co-  
gnouisti Domine omnia nouissima & antiqua: Deut. 13. Ten-  
tat vos Dominus Deus vester: Iacob. 1. ipse neminem tentat.  
Psal. 134. Omnia quæcunq; voluit Dominus fecit. 1. Timoth. 2.  
Paulus, vult Deus omnes saluos fieri, & tamen non omnes  
saluantur. 2. Corinth. 5. Eum, idest Christum, qui non nou-  
erat peccatum pro nobis peccatum fecit. A simili igitur verba  
Christi citata Matth. 18. per aliam scripturam, seu subsumen-  
do per aliquam rationem probamus legitimè de omnibus  
peccatis intelligi. Secundus doctor est Origenes citatus à Gra-  
tiano. d. 45. cap. Sed illud, homil. 7. in Iosue, qui post illa eius  
verba ibi posita, vno fornicante, vel aliud quodcunq; scele-  
ris committente plebs vniuersa polluitur, immediate sub-  
iungit. Et ideo obseruemus nos inuicem, & vniuscuiusq; con-  
uersatio nota sit maximè sacerdotibus & ministris. Nec pu-  
tent se rectè dicere, quid hoc ad me spectat si alius male agit?  
Hoc est dicere caput ad pedes, quid ad me pertinet si dolēt?  
Si male habent pedes mei non mea interest, dūmodò caput  
Zz 5 in sa-

in sanitate perdūret. Aut si dicat oculus manui, non indigeo opera tua, quid ad me pertinet si doles? Si vulnerata es? Num quid ego, oculus conturbor ex aegritudine manus? Ex his verbis quæ prætermisit Gratianus constat quod cuiusque peccatum, etiam si fornicatio sit, quæ non particulari iniuriatur, ad omnes attinet maximè ad sacerdotes & præpositos; sed ante hæc verba, ut est in citato decreto, contra præpositos negligētes attulit verba apud Matthæum: Neq; illud Euangeli implere student, ut si viderint peccantem, primò secreta conveniant, post etiā duobus vel tribus adhibitis testibus, qui si contempserit, & post Ecclesiæ correctionem non fuerit emendatus, de Ecclesia expulsum velut gentilem habeant, &c. Igitur de mente Origenis est, quod illa verba peccauerit in te de omni peccato intelligantur, esto verba eius magis videatur de prælatis esse quantum ad processum correctionis illic positum.

*Corol.*

Ex his patet, quod non interpretamur in te, id est, te sciente. Is enim sensus non est de rigore verbi, in, quod contra significat, quanuis in proposito ut sit contra nos peccatum quodcumq; proximi scientia prærequiratur, sine qua cōscientia nostra ab eo nequit concuti: Ex eo non attendentes ad rigorem vocabuli, sed ad prærequisitam sciētiam aliqui imo multi exposuerunt, in te, id est, te sciente.

*Pro. 112.*

Verba illa Christi Domini, si peccauerit in te, non fuere dicta ad solos prælatos, sed in Petro & alijs Apostolis dicta sunt omnibus fidelibus. Quod dicta sint omnibus Apostolis patet ex litera tam Matthæi quàm Lucæ, quia nulli Apostolorum specialiter fuere dicta, licet Ecclesia usurpans Euangeliū Matthæi pro feria. 3. post Dominicā. 3. quadragesimæ in antiquis missalibus & breuiarijs posuerit dixisse Iesum Petro, ex eo quod ipse solus respondit, & quæ omnibus dicebantur, cuiq; dicta erant. Sed quod pro omnibus nobis ea Christus dixerit ex ipsius literæ contextu patet, quia de scādalo in nobis, eoq; resarciendo in proximis scandalizantibus sermo erat, per quod superior interpretatio per Pauli locū fortior fit, ut in nos peccare dicatur, qui suis nos peccatis scandalizat, sed doctrina vitandi scandalum non solos Apostolos respiciebat, dicebat enim generaliter Christus, Vt mundo à scandalis, Vt homini per

ni per quem scandalū venit, non est voluntas ante patrem vestrū ut pereat vnus de pusillis, ad quorum vitandā perditionem corripiendū fratrem aiebat. Vnde inter doctrinā scandalali, & correctionis interposuit Luc. 17. Attendite vobis. Super quod verbū glossa ordinaria. Quo ordine scandala declinare, & vā perpetuū euitare possimus insinuat. Si nos attēdimus ne quæ lædamus, si pœnitentē zelo iustitiæ corripimus, si ex corde pœnitenti dimittimus, igitur hæc doctrina oēs tangit, non solos episcopos, aut sacerdotes, hoc ex natura & ipsi quod docetur ratione cōprobat, cū oēs tāgat, omnibusq; sit necessaria. Alioquin multa similia apostolis dicta pro ipsis solis interpretātes, liberos ab exequēdo faciē ceteros. Glossa etiā Eutynij super illud Lucæ quod eius interpret vertit, caute vobis ipsis, sic ait. Caute ne quomodo cuiquā sitis offēdiculo, aut à quoquam offēdiculum patiamini. Cum itaq; per fratris correctionem eius scandalum vitemus, correctio illa docebatur pro omnibus fidelibus.

In præfatis verbis tā est probabile cōtineri generale præceptū de correptione fraterna, ut oppositū, si non sit hereticū, saltē sit valde periculosum. Vltra id quod oēs scholastici inde probant præceptū, arguitur sic. Præfata verba dicta sunt omnibus generaliter ut fratrem eos scandalizantē corripiendo reprimat, igitur cōtinent præceptū. Antecedēs patet ex præcedenti, cōsequētia probatur ex regula dignoscendi præcepta à cōsilijs per verba scripturæ ex necessitate ad salutē per ipsam eorum naturā qua ordinantur ad dilectionē Dei & proximi, sed corripere fratrem est necessarium ad conseruandam dilectionē proximi, ut in. p. 109. igitur vbi de ipsa Christus loquitur est præceptū expressit. Confir. quia ibi Christus præceptū dedit vel consiliū, sed cū fraterna correptio sit de lege nature, atq; necessaria & obligatoria, potius præceptū imposuit quàm consiliū quo esset nobis liberū vti, vel non vti. Confir. secundo, Non obstāte præcepto legis nature de dilectione proximi, & generali Diuinæ legis, explicitē fuit datū de eleemosyna corporali in verbis Deut. citatis. d. 16. p. 70. quod videmus in Euāgelio fuisse confirmatū per dicta ea d. igitur quādo de fraterna correptione Christus loquitur fuit verbo imperatiui modi, corripe,

*Pro. 113.*

*Vide in. 3  
d. 40. p.  
ultima.*

*Vide in. 3**.d. 25. p.*

5.

corripe, magis præceptū exprimebat quàm consiliū, cum de elemosyna magis vtili & necessaria sermo esset. Itē principaliter ad conclusionem. Ratione rei grauiſſimæ atque necessariæ probatur ex illis verbis Christi docete omnes gētes obligatio Ecclesiæ ad prædicandū Euangelium in toto orbe, ita quòd etiam si ex alijs nō confirmaretur ea obligatio, verba illa suffecerunt ad iniungendum præceptum, igitur à simili in proposito. Confirmatur quia ex eo, quòd ad Ionam dictum est in cap. 1. Vade in Niniven & prædica in ea, colligimus fuisse ratione materiæ, hoc est prædicationis, impositum illi præceptum sub mortali, & ipsum peccasse mortaliter non obediendo, quod eius confessio indicat quando dixit, abiectus sum à conspectu oculorum tuorum, nam ambulare coram Domino, sonat in salutem; & in bonum, & abiecti siue proijci à facie Domini in malum & in peccatum, vnde glossa ordina. Genes. 22. in illis verbis, abiectus puerum subter vnam arborē, ait. Usualiter aliquis proijci dicitur ab eo cum quo erat, ne ab illo videatur, aut cum illo maneat. Propterea orabat Dauid. Psal. 50. Ne proijcias me à facie tua & Spiritū sanctum tuum ne auferas à me, qui quidem propter mortale auferitur: neque sufficit dicere per illud, factum est verbū Domini ad Ionam probari præceptum, quia in alijs prophetis ponitur, & nō sonat præceptum sed visionem. Esaiæ. 2. verbum quod vidit Esaias, vbi septuaginta interpretum litera habet, verbum quod factum est ad Esaiam. Confirmatur secundò ex illis verbis Christi citatis apud Lucam, Attendite vobis, res magni erat momenti in qua spirituale negotium nostrum agebatur tam cauendo scandalum ex parte nostra, quàm corripiendo scandalum proximi: qui ergo imponit vt nobis caueamus, & istam cautionem in proximi correptione explicat, nostræ nos obligationis admonet, & sub spirituali animæ periculo obuiare per correptionem proximo scandalizanti vult.

*Propositi.*

114.

Processus ille siue modus ad corrigendum; quòd primò inter solos, deinde vno aut duobus testibus adhibitis etiam est præceptum obligans, sed affirmatiuum. Hæc est etiam cōtra illum piū patrem: probatur similiter ad præcedentem. Ibi vel

vel continetur consiliū, vel præceptum, sed non consiliū, igitur præceptum. Probatum minor. Explicatio modi quo est complendum aliquòd præceptum non videtur distingui ab ipso præcepto & eius obligatione, aliàs talis explicatio potius obscurabit præceptum, & faciet inutilem explanationem legislatoris, quando interrogatus quomodo vult suū præceptū adimpleri, quòd dubia & difficultates illius soluat, mentē suā explicat. Item, tenemur fratrem corripere ex vno præcepto, tenemur eum non infamare ex alio, igitur tenemur corripere eum inter nos & ipsum solum. Confirmatur. Ex fine sumuntur media proportionata ad finem, sed finis correptionis fraternæ cum sit peccantis emendatio cōmodius ea fit inter solos, quam præsentibus alijs. Ad testes sic arguitur. Incorrigibilē fratrem tenemur denunciare ecclesiæ, quod nemo negat, vt ipsa eum potestate coerciua corrigat & emēdet, sed neq; eius incorrigibilitas nota esse nobis potest antequam eum corripiamus, neq; illum ecclesia potest cogere sine testibus, igitur adhibendi sunt testes, vel quibus doceatur, vel quibus videntibus erubescens emendetur, vel quibus apud iudicem conuincatur.

Ex eo q̄ ponimus in illis Christi verbis præceptum tā de *Prop. 115* ipsa correptione fraterna, quam de processu, vel modo corrigendi non credo inciditur in varias & contrarias opiniones, in quas non incideretur stando in solo præcepto vt est legis naturalis, & Diuinæ deductum ex illo, Diliges proximū sicut te ipsum. Hanc pono propter illum piū patrem, qui in illo suo tractatu posuit sex conclusiones prima est hīc nostra de obligatione correptionis. Secunda, q̄ ille textus intelligitur ad literam de propria nostra iniuria, & non de omni peccato. Tertia, q̄ modus corrigendi de quouis peccato non est determinatus, neq; per illum textum Matthæi præceptus. Quarta, q̄ passus iniuriam non tenetur in sua propria seruare illum ordinem euangelicū, quia est de consilio & magnæ perfectionis, ideo in propria iniuria potest causam agere ante iudicem sæcularem, & dic ecclesiæ intelligendo per ecclesiam prælatum ecclesiasticum est de consilio, & similiter dimitte, vsq; septuagies septies, quod ipse exponit non de dimissione

missione rancoris, sed de venia in satisfactione damni, ut neque exigamus poenas neque iniuriæ compensationem. Quinta sic habet. Quoniam doctores scholastici communiter deuiarunt à verò & germano sensu prædicti textus Matthæi. 18. necesse fuit eos incidere in varias & plerunque sibi inuicem contrarias sententias & controuersias. Sexta dicit. Sicut fraternæ correctionis obligatio ex lege caritatis oritur, ita & executio eius per illud præceptum, Diliges proximum sicut teipsum regulari debet. Harum primâ tenuimus sicut eam omnes theologi tenent, secundam & tertiam reieciimus cum communi opinione, de quarta infra dicemus, contra quintam est hæc nostra in qua & in sexta ferè totam correptionis huius materiam complectitur. Ad quintam probandam ponit septem quæstiones in quibus doctores contrahuntur, & condiciones requisitas ad correptionem quas ipsi doctores ponunt; secundum Astensem. 2. p. titul. 67. articul. 4. Sex: Gabriel. lect. 74. super canonem addidit septimam, à quibus excipit nouè casus: ipse verò pater addit alios quatuor ex Hugone & Gersono, & sic sunt tredecim, quarum omnium difficultatem credit quòd origo fuit falsa interpretatio illius loci. Nunc in omnibus vel saltem potioribus ostendam easdem quæstiones siue angustias habere locum sine illa Christi explicatione.

*Infra*  
*p. 126.*

*Controuer*  
*sia. 1.*

Prima controuersia seu quæstio. An sit præceptum de correctione fraterna? Hæc quæstio per se sumpta etiam locum habet seclusa illa Christi sententia, verum ea supposita & à Christo pronuntiata, est ita quod de ipso eius dicto specialis quæstio est si continet generale præceptum an speciale? Si præceptum vel consilium? sed hoc prouenit ex ipso asserto, & non ex eius interpretatione data ab scholasticis.

*Contro. 2*

Secunda, si obligat omnes an solos prælatos? Hæc difficultas etiã habet locum in sua interpretatione, si hoc consilium sit datum omnibus an prælatis solum quibus data est ibi potestas excommunicandi? Soli enim ipsi habent potestatem coercitiuam, possuntque in ea quæstione contraheri doctores, sicut supposito præcepto faciunt.

*Contro.*

Tertia, si obligat solos fideles an etiam infideles, vel respectu infidelium?

De obligatione infidelium nulla est quæstio, quia Euangelica præcepta seu consilia non sunt data infidelibus, sed fidelibus qui baptismum receperunt: secunda pars disiunctiuæ si obligat respectu infidelium nil minus locum habet secluso mandato & dicto apud Matthæum. Opinio canonistarum de vi huius dicti Christi respectu infidelium non est cur moretur theologos, quia non pertinet ad eorum facultatem interpretatio Diuinæ scripturæ: idcirco manente obligatione huius præcepti ut est de iure nature: prout fuit à Christo expressa ad solos pertinet Christianos qui sunt fratres, & super quos habet Ecclesia potestatem coercitiuam. Correctio infidelium manet sub obligatione legis naturalis: modus illos corripiendi & corrigendi est per prædicationem Euangelij. Quod dicunt aliqui theologi Papam habere iurisdictionem in eos in casibus in quibus agunt contra legem naturæ (id videtur Angelica innuere, Denuntiatio, in principio, & verbo Iudæus. §. 27. post Augustinum de Ancona, quod & sequitur Antoninus Florentinus, 3. part. titul. 22. cap. 5. §. 8. Siluestrina. Papa. §. 7.) non nascitur ex hac Matthæi autoritate, aliunde ortum habet ex potestate videlicet Papæ. At Papa & Ecclesia non potest eos cogere ad fidem, quia non sunt de Ecclesia, quomodo ergo habet iurisdictionem in illos? Confirmat, quia si non possunt cogi ad recipiendum verum & principalem Dominum, & ad obediendum eius legi, quomodo possunt cogi, ut recipiant eius vicariū & illius præceptis obediant? Possunt impunè negare iurisdictionem Christi Domini super se, & per consequens iurisdictionem vicarij sui, quomodo ergo potest licite punire & coercere denuntiatos propter illa peccata, quos constat posse sicut negare iurisdictionem Papæ, ita nolle obedire & subijci poenis ab illo impositis? Quòd non habeat iurisdictionem in eos Papa temporalem habes hac. d. p. 7. & 10. Si sint subiecti ecclesiæ temporaliter, ex alijs attendenda est ipsorum correctio & denuntiatio sine hoc loco Matthæi, qui etiã si non haberetur, easdem patiebatur quæstiones illorum gubernatio per vim coercitiuam.

Quarta si hoc præceptum obligat in omnibus peccatis an solum in occultis & mortalibus? Non video quare hæc difficultas

*Contro. 4*

difficultas cum suis opinionibus non habeat etiam locum in solo præcepto, vt legis naturæ, atq; Diuinæ, in ijs verbis Matthæi non expresso sed in generali, diliges proximum. Nam ex quo tenemur corripere, & tenemur famam seruare proximi, & ei sua vitia non opprobare, & cauere ne peior reddatur, eadem est quæstio, si ei secreta sint corripienda, aut solum illa quæ negare nõ possent. Cumq; tale præceptum sit eleemosynæ, itẽ nascetur difficultas in qua necessitate si extrema, vt est mortale, siue citra talẽ vt est veniale, & si in peccatis solum ex ignorantia, vel etiam in alijs omnibus, non stãte q̄ poterat & tenebatur peccans in eis per se solum pœnitere & resipiscere sine fratris correptione. Hęc difficultatẽ plenius per locum præfatũ discindimus, quandò ipse Dominus dixit, lucratus eris fratrem, igitur loquebatur de peccato mortali quo perit anima. Cum de omnibus quibus nos scandalizat fuerit loquutus refecit quæstionem, & planam reddidit, q̄ non obstante q̄ homo sine tertio teneatur pœnitere, & valeat, etiam in peccatis cognitis à peccãte locum habet hoc præceptum, ne quis prætendat coarctare ad ignorata plus sapiens, quam oporteat.

Contr. 5.

Quinta de modo corrigendi, de testibus adducendis, & de excommunicatione ferenda? Sed rogo non eadem potest esse quæstio licet præfatus locus non contineat præceptum sed consilium? vt qui tali consilio vti velit, & se illi cõformare dubitet quomodo testes debeat adhibere, & quos testes, & quo sine, dixit quippe ibi Dominus, vt in ore duorum vel triũ stet omne verbum, in quo ad probationem denuntiationis allusit, atq; ad iudicium, verba illa vsurpando Deutero. 17. ne quis damnetur, aut excõmunicetur vno teste. Secluso præcepto de hoc processu, ex natura ipsius correptionis videtur nasci necessitas adhibendi testes, probatur. Estò q̄ innitendo obligationi generalis præcepti, corrigo ignorantem, qui negat se in opere peccare, neq; mihi fidem adhibet, ex ipsa natura correptionis videtur, q̄ teneat illum per alios cui magis credet educere ab ignorantia & conuincere de peccato, igitur adhibendi sunt testes, neq; sufficet dicere consule peritos si mihi non credis, sed ipse certificari tenebor q̄ ab ignorantia exijt, vel

vel exire tenetur, quò ipsum valeam denuntiare iudici seu prælato inquirenti peccata tanquã iudici, neque volenti audire vt pater est, vel quia non est talis cui tanquã patri valeat denuntiare, quales suppono esse multos, & denuntiationem credo nullus doctor negat obligare, & esse faciendam cũ suis tamen limitationibus. Item teneor denuntiare sine præuia correptione hereticantem, aut iudaizantem, quod ipse idem pius pater, & doctus in explananda sua sexta conclusione cõcedit, estò talis crucifixum secretò flagellat aut simile quidpiam facit, si denuntio sine testibus, dicto vnus non conuincitur, possent vero ecclesiastici prælati mihi præcipere q̄ obseruem & testes qui videre possint asciscam, quare ipse idem facere non possem sine peccato, imo & cum maximo merito in fidei fauorẽ? Si mihi à superioribus de tali obseruatione cũ testibus imponeretur præceptũ essem re vera obligatus, quãto igitur planius & sine anfractibus & dilatione autoritate Christi Domini fiet talis obseruatio? Cum sit de processu seruando affirmatiuũ præceptũ non pro semper obligabit, sed quando vtile fuerit, & ad denuntiationem accommodatum. Aliter credo non esse adhibendos testes nisi vel vt instruat peccans, vel vt de facto conuincatur. Adhibere, vt probetur admonitio, nescientes peccatum, est peccatorem prodere, & vt ego credo sine vtilitate: ad videndum & conuincendũ delictum esse poterit in aliquibus vtile, vel etiam vt obiurgatio facta à pluribus ad emendationem plus profit. Sexta est, si huius præcepti omisio sit mortale peccatum aut veniale? Septima, cum illud præceptũ sit affirmatiuum non obligans nisi pro loco & tempore, quando dicitur obligare? & in hoc multæ aliæ suboriuntur controuersia. Hęc ibi. Sed rogo te lector quas minus controuersias habet obligatio correptionis seclusa scholasticorum interpretatione ad locum Matthæi? Nam etiam si Christus illam doctrinam subticuisset, in promptu erat dubitare quando obligabat præceptũ hoc affirmatiuum aliàs impositũ, & quando eius omisio esset mortalis, aut venialis. Sagacitas humani ingenij non minus acueretur ad pariendas ibi opiniones. Non ergo declino à tãtorum doctorum expositione quanlibet scholasticorum.

Contro. 6

Contro. 7

*Proposit.*  
116.

Ex eo q̄ hoc præceptū est affirmatiuū nō obligans ad semper, sed pro loco & tēpore, necessariū est inquirere, & circūspicere circūstantias peccatoris corripienti, fratris corripientis, peccati de quo fienda est correptio ordinando ad finē quī est fratris emendatio, & hoc etiā si verba Domini apud Mattheū nullam continerent præceptum. Hæc tam est aperta q̄ nullus de ipsa dubitabit & cum ingeniū hominū tam sit varium, neq; omnes ex eodem principio philosophentur per eadem media, non est mirū q̄ variē sentiāt de conditionibus requisitis: & de casibus in quibus obligat, vel nō obligat; neq; est quare eiusmodi varietates imputentur scholasticorum interpretationi ad illum locū Matthei. Conditiones seu circūstantiæ ex parte corripientis sunt tres. Prima, est certa cognitio peccati, quia nō debet procedere ad correptionē ex suspicionē, neq; ex leui rumore, vnde Eccles. 11. Priusquā interrogēs ne vituperes quenquā, & cū interrogaueris corripe iustē.

*Conditio-  
nes ex par-  
te corri-  
pientis.*

1. *Condi.*

Contra hanc tenet Adrian. in. 4. q. de fraterna correptione. 6. Quoad tertiu, q̄ etiā cū de peccato probabiliter dubitat: nō tamen eo casu debet fratri obijcere tanquā certum, sed proponere vt dubium, & adhortari, si ita est, q̄ se emendet. Si contra dicas, igitur si tenetur admonere in tali dubio, tenebitur etiā ad processum per testes & denuntiationē. Posset responderi, q̄ potest teneri ad vnū quod esset expediens, & non ad aliud propter diuersam circūstantiam, cū de vtroq; sit præceptum affirmatiuū. Secunda est mansuetudo. Ps. 89. Superuenit mansuetudo & corripiemur: quia sine mansuetudine reddet correptū peiorem. Vnde Paul. 2. Timot. 2. seruum Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cū modestia corripientē omnes qui resistunt veritati: vide sup. p. 109. auctoritatem eiusdem ad Galat.

*Argum.*

Contra hanc idem Adria. quia in casu est necessaria opportuna importunitas. 2. Timoth. 4. & d. 43. c. Sit rector, ne ex culpa sua excusaretur impatiens. Respondetur, q̄ non excusatur quia potest se mansuetudine ornare: sicut habens odiū quod non vult dimittere tenetur non cōmunicare dū est in illo, nō tamen excusatur. Tertia q̄ in alio non sit tanta aptitudo ad corripendum, quia si video alios æquē bonos, aut meliores

*Solutio.*

2. *Condi.*

me

*Argum.*

Contra hanc idem Adria. quia in casu est necessaria opportuna importunitas. 2. Timoth. 4. & d. 43. c. Sit rector, ne ex culpa sua excusaretur impatiens. Respondetur, q̄ non excusatur quia potest se mansuetudine ornare: sicut habens odiū quod non vult dimittere tenetur non cōmunicare dū est in illo, nō tamen excusatur. Tertia q̄ in alio non sit tanta aptitudo ad corripendum, quia si video alios æquē bonos, aut meliores

*Solutio.*

3. *Condi.*

me

me qui magis de illo curāt, vt eius prælatus, probabiliter suppono q̄ ab eis corripietur, neq; mea correptio erit necessaria. Hanc etiā impugnat Adrianus, quia non debeo dimittere bouem errantē proximi Exod. 23. & Deut. 22. nisi habeā veri simile q̄ per alium præsentem cū effectu talis eleemosyna sit actualiter. Gabriel hac dimissa loco eius ponit aliā. Lect. 74. super canonē, q̄ corripient non sit in notorio peccato simili, vel maiori, dicitur enim Rom. 2. in quo alterum iudicas te ipsum condēnas. Ps. 140. Corripiet me iustus (non peccator) in misericordia, & Christus Dominus Matt. 7. Quomodo dicis fratri tuo; Frater sine eijciam festucā de oculo tuo, & trabs est in oculo tuo? Et docens q̄ non propterea excusamur dat modum. Eijce primum trabem ab oculo tuo.

Sunt aliæ tres ex parte ipsius corripienti. Prima q̄ fit spes emendæ qua desperata frustra corripitur, nam hic est finis intentus. Vnde Prouerb. 9. Noli arguere derisorem ne oderit te. Qui erudit derisorem, ipse iniuriam sibi facit & qui arguit impium sibi maculam generat. & 25. Acetum in Nitro qui carmina cantat cordi peruerso. Est quippè Nitrum genus salis qui aceto perfusus crepitar sicut calx viua dum aqua perfunditur: aquam redditabilem ad abluendum, vnde Hierem. 2. Si laueris te Nitro. Vbi ergo timetur correptus ex correptione futurus peior non est corripientus, ne detur sanctum canibus Matth. 7. Ideo non peccant transeuntes per terras hæreticorum si eos non reprehendunt aut cum eis arguunt videntes eos prædicare suas hæreses, aut conculcare imagines aut similia: si de fide sua catholicum interrogarent, aut ei opprobrent quòd Christus non sit Deus aut simile, debet respondere vt lib. 3. d. 25. p. 11. quæ per hanc magis explicatur. Adrian. vbi supra negat hanc conditionē, sed q̄ sicut tenemur orare pro peccatore quandiu de eius salute non desperatur, ita & corrigere, iuxta illud Augustini, refertur à Gratiano de pœnitentia dist. 7. cap. Si quis, el. 2. Do tibi pœnitentiam quia nescio, nam si scirem nihil tibi prodesse non darem, non te admonerem, non te terrerem. Secunda conditio quòd peccatum sit mortale. Vide in præcedenti controuersia. 4. Gabriel hanc extendit ad venialia, quando

*Conditio-  
nes corri-  
piendi.*  
1. *Condi.*

2. *Condi.*



de proximo disponunt ad mortale, vt ad visum fixum in mulierem, ad frequentem cum illa conuersionem. Prælatos non est dubium teneri ad vitandas frequentes relaxationes in monasterijs, etiam si sint venialia, quia per illas honestas religionis obfuscatur, & negligendo parua caditur in maiora. Eccles. 19. sed hoc credo magis prouenit ex ipso prælationis officio. Tertia, quod non sit spes de maiori opportunitate temporis ad corripiendum. Hic interponit Gabriel tertiam, quam in præcedenti membro dimiserat, addens: vel etiam persone alterius magis ad corripiendum idoneæ. Huic non subscribit Adrianus, quia potest cum minori opportunitate concurrere maior necessitas ad statim, ne peccatum continuetur.

*conditio- nes peccati.* Ex parte ipsius peccati de quo est facienda correptio etiã sunt conditiones vel circumstantiæ ponderandæ. Nam aliud est peccatum publicum seu notorium: aliud occultum aut penè occultum. Publicum nõ tenemur in secreto corripere, sed possumus protinus denunciare, quia hoc præceptum affirmatiuum id temporis non obligat etiam ex Matth. 18. publica enim peccata secreta correptione nõ egent. Dixit enim Augustinus, refertur. 2. quæst. 1. capit. Si peccauerit. Corripienda sunt coram omnibus quæ peccantur coram omnibus: Corripienda sunt secretius quæ peccantur secretius. Distingue tempora & concordabit scriptura. Videlicet Pauli dicentis. 1. Timoth. 5. peccantẽ corã omnibus argue, cũ Euangelica, corripe inter te, & ipsum solũ. Itẽ peccatũ patratũ, aut patrandũ (quãtam de futuro, quã de præterito obligat correptio) vel est in detrimentum spirituale communitatis, vt hæresis, quæ velut cancer serpit, tale est denunciandum sine correptione. Alex. 3. part. quæst. 33. memb. 4. artic. 2. ad vltim. excipit, quod filius non tenetur accusare patrem hæreticũ, quando ipsi soli patri nocet. Potest fundari, q̃ Deut. 13. inter accusatores inducẽtẽ ad Deos alienos non recensetur filius contra patrẽ. Quando corripit alios dicit teneri filium cum accusare, ne amet patrẽ plusquã Deũ. Matth. 10. Castrolib. 2. de punit. c. 26. sine exceptione tenet filiũ teneri semper accusare patrẽ hereticũ: nullã affert rationem. Cum eo debent esse omnes theologi & iurisperiti

periti dicentes filium debere accusare patrẽ de crimine læsæ maiestatis humanæ: igitur & Diuinæ: item quod filius agere possit contra patrẽ ipsi filio iniuriantem: aut ratione peccati in bonum animæ patris. Christus quippẽ de nullo distinxit, modò denunciaretur in fauorem salutis suæ. Si est in damnum temporale, vt proditio reipublice, idem est. Si est patrandum in damnum tertij, quia vult eum occidere neque spero meam correptionem profuturam, aut probabiliter timeo quod ea facta adhuc peccatum patrabitur, neq; per aliã viam dicendo iudici benè succedet, possum ipsi tertio manifestare quod sibi caueat & prouideat, quia plus debemus prospicere innocenti quam peccatori & prauo.

Concludendo dico in hoc præcepto Christi Domini esse inclusa tria, eaque affirmatiua, videlicet: Corripe fratrem: Modus est quod corripas primò secretè, deinde coram vno aut duobus testibus: Incorrigenstem denuncia Ecclesiæ. Horũ pro loco & tempore & alijs circumstantijs posset obseruari vnũ sine altero; idcirco in casu potest sibi in sola secreta correptione. v.g. Si vnus solus scit, neque possint adhiberi testes vt videant peccatum iterari, neque prælatus sit talis cui manifestari valeat sine detrimento. Quandoque absque secreta correptione poterunt adhiberi testes qui videant & probetur peccatum, vt prop. præcedenti in cõtrouersia quinta. Aliquando imò & sæpe poterunt denunciari peccantes sine alijs præuijs, sicut modo dictum de peccato notorio. Ricardus. d. 19. art. 3. quæst. 1. extendit, quando probabiliter creditur ex conditione peccatoris, quod non emendabitur, sed subterfugia quæret vt corrigi non possit, quia tunc est denunciandus & non corripiendus. Intellige: si non potest probari; & prælatus est is, qui remedium quasi pater apponet: si non est talis, tacendum est. Quando potest probari & apponet prælatus remedium si non paternum saltem iudiciale, vt iudici denunciabitur. Huiusmodi videmus esse religiofos qui aliqua grãvia committunt, ij enim effrontes sunt, neque ad id solent deuenire nisi alijs peccatis præcedentibus. monasteria in dispendium infamiæ conijciunt: non se cauentes à socio confisi quod vno teste nõ conuincuntur, neq; de correptis

sperandum est desinent coram alio identidem facere, dixit & sapiens Eccles. 19. Est qui nequiter humiliat se, & interiora eius plena sunt dolo, Simulant se correptos vtiliter ne distrahantur ab eo loco, & eis occasiones amputentur. Tandem in his præceptis aspiciendus est finis qui est emendatio fratris, in quo de vtilitate priuata animæ eius agitur, deinde eius fama vt si vtrunq; potest seruari seruetur, sin minus cum detrimento minoris quod maius est: perinde venit ponderanda vtilitas cõmunis reipublice vel alterius tertij, omniaq; cum discretione pensanda. Sed ais, igitur oportet qd omnes Christiani discant theologiam, quò sciant discernere mortalia à venialibus, & cætera requisita ad correptionē. Secundò, cum præpõderet anima proximi vitæ nostræ tenebimur cum vitæ periculo corrigere. Ad primum dico, quòd cum hæc præcepta sint affirmatiua, neque omnium captus æqualis, obligant vel excusant iuxta cuiusque captum sicut alia moralia, imò speculatiua de fide. Habent etiã idiotæ & simplices in promptu doctos quos consulant ne errent.

*Argum.**Argu. 2.**Solutio.**Ad. 2.**Scotus.*

Ad secundum responsum habes in breuiloq. 3. d. 29. p. 6. ad quod ponderabis dictũ doctoris subtilis in. 3. d. 30. sub liter. E. Si appareat alicui euidentis necessitas proximi, puta quia sine ipso non potest habere sibi necessaria ad attingendum ad dilectionem Dei, puta si est infidelis, & sine eius doctrina non possit conuerti ad veritatem: Vel si est malus & sine eius correctione non potest conuerti ad bonũ, quod tamẽ fortẽ nunquã contingeret, ibi tenetur quis non solũ ad velle bonũ finale spirituale proximo, imò etiã ista bona necessaria sibi ad cõsequendũ finale bonũ non solũ velle, sed etiã exequi operatione efficaci, si adest facultas. Hęc Scot. Vbi annotat, primò, qd fatetur nos obligari ad correptionē seu doctrinã infidelium; secundò, qd tam respectu infidelium quã fidelium dicit si adest facultas; tertio, ponit in dubio quandò est homo malus si accidet casus, qd sine correctione alterius non possit conuerti ad bonũ. Ratione huius dubij, quòd semper aut serẽ semper habetur, forsitan moti sunt dicentes, qd nulla persona priuata cũ periculo mortis aut notabilis amissionis famæ, aut bonorum exteriorum tenetur ad fraternam correptionem. Quoniã si

re vera

re vera contrarium certitudine morali haberetur, verũ esset quòd citato loco, 3. diximus, & sentit sic Thomas. ibi citatus, & Lyranus super epistol. i. Ioan. c. 3. in illis verbis: Debemus pro fratribus animas ponere, & Ricardus. d. 19. artic. 2. q. 1. & hoc siue peccatũ eius procedat ex certa scientia, siue ex ignorantia culpabili: quia si est inculpabilis, non peccat, & quantum in multis obliget illum docere, cum tanto dispendio non teneor.

Qui ex tepiditate, vel aliqua humana causa negligẽter se habet ad corripiendum fratrem, quẽ certẽ corripere si ei cõstaret, aut patenter aduerteret qd emendaretur correptus, nõ peccat ex tali omissione plusquã venialiter. Ita tenet Ricardus modò citatus & Tho. 2. 2. q. 33. art. 2. ad. 3. & Caietanus tam ibi, quã in summa correctio fraterna.

Persona priuata non tenetur quærere peccatores quos corripiat satis est eis hanc eleemosynam exhibere cum occurrerint. Thom. vbi supra ad. 4.

### De correctione Prælatorum.

Prælati qui sunt personæ publicæ tenentur ex officio inquirere peccata quæ corrigant, ratione fraternæ correptionis non obligantur plusquam alia persona priuata. Prima pars huius certissima est & sine controuersia: secundam tenet Caieta. vbi modo citauimus Diuum Thomiam. Probatur, quia correctio vt fraterna, est actus eleemosynæ, vt prælati est iustitiæ, igitur præcepta illorum actuum distinguuntur, & sicut prælatus ibi gerit duplicem personam ita ratione vnus obligatur per caritatẽ ratione alterius ex iustitia, & sic nõ magis est obligatus ex fraterna correptione quã alter quilibet, illa enim intensior obligatio, & extensior ad plura aliudẽ prouenit. Simile potest dari in obligato ad idẽ ieiuniũ quia Christianus, & ex voto regulæ quia religiosus. Hęc est cõtra Sotũ relectione de tegendo secreto. m. 2. q. 3. ad. 3. conclusionẽ. Alii qui imponunt eandẽ Adri. q. de fraterna correptione in responsione ad. 2. arg. principale fol. 377. in libris paruis, sed non video

Aaa 4

quomo-

quomodo id expressè teneat, quia non videtur loqui nisi quod magis obligantur ex officio: imò soluendo primam confirmationem dicit. Aliter sacerdotes quibus cura committitur ad hoc obligantur, aliter alij fideles: sed aliter & aliter differentiam ponunt in modo obligationis; posset ad conclusionem adduci Gabr. super cano. lect. 75. litera. F.

*Pro. 120.* Ad corrigenda peccata praelati procedunt vna ex tribus vijs: Vel per inquisitionem: Vel per denuntiationem: Vel per accusationem.

*Inquisitio* Inquisitio fit dupliciter vno modo generaliter, inquirendo de statu vel totius prouinciæ, vel ciuitatis, aut monasterij si est praelatus regularis. Hanc tenetur praelatus facere quotlibet anno, vt in cap. Cum venerabilis, extra de censibus. Et cap. Romana de censibus lib. 6. vbi dicitur, quod si commode, & absque difficultate non potest accedere ad vnanquamq; Ecclesiam, de pluribus locis ad vnum congruum clericos & laicos poterit conuocare, & in cap. Conquerente, extra de officio iudicis ordinarij; & in cap. Mandamus, de officio Archidiaconi. De hæreticis. c. Excommunicamus. el. 1. §. Adijcimus, vbi fama est habitare hæreticos bis, aut saltem semel in anno: quia ibi dicitur quod si videbitur, totam viciniam iurare compellat quod hæreticos manifestabit, obseruat inquisitores, vt die qua in Ecclesia conuocato populo proclamant inquisitionem alta voce iurent oēs quod manifestabunt & edicto parebunt. Sed quia tã in hoc. c. quã in citato, Cũ venerabilis, dicitur quod visitatio potest fieri bis in anno, in alijs capitulis dicitur quod semel iuxta decreta concil. Tarrac. Tolet. & Bracar. que citat Grat. 10. q. 1. Decreui mus: & c. Episcopũ: & Placuit, glossa illa concordat quod sufficit semel, nisi vt dicit. c. Mandamus citatum causa emerferit propter quam oporteat amplius visitare, & ita veniunt intelligenda decreta beati Gregorij, & concilij Aurelianensis citata à Gratiano. 18. q. 2. cap. Visitandi: & cap. Non semel. Cum hoc præceptum visitandi semel in anno sit affirmatiuũ, quod praelati possunt impediti per alios exercere, non sunt de facili damnandi de mortali si quotannis nõ visitauerint per se, neq; per alios, quia finis visitationis est correctio, & si necessitas correctionis videtur cessare, cessare potest

potest & visitatio intermissione alicuius temporis longioris, que modum si apparet necessitas debet plusquam semel visitare. Alia inquisitio est particularis inquirendo contra aliquam personam infamatam de aliquo crimine, quid de tali crimine quisque sciat.

Secundus modus est per denuntiationem, quando post fraternali correptionem eis aliquis denuntiat vt non corrigibilis. Finis huius est correptio delinquentis secundum affectum misericordie, sicut dicit Alex. 3. p. q. 45. m. 1.

Tertius modus est per accusationem, in qua proceditur ad petitionem alterius in vindictam seu punitionem rei secundum iustitiam. Hos tres modos ponit Innocentius. II l. in. c. Qualiter & quando el. 2. de accusationibus: Fundatur seu sumuntur ex nouo & veri testamento. Inquisitio particularis ex illo Genes. 18. Clamor Sodomorum venit ad me, descendam & videbo vtrum opere compleuerit. Lucæ. 16. de villico, Quid hoc est quod audio de te? redde rationem villicationis tuæ. Processus denuntiationis, dicit loco citato Alex. ex illo Levitici. 5. Qui audierit vocem iurantis testisq; fuerit, quod aut ipse vidit aut cõsciens est nisi indicauerit portabit iniquitatem suam. Quorum verborum interpretationem vide in Augustino, refertur à Gratiano. 22. q. 5. cap. Hoc videtur, & sumuntur ex illo Matth. 18. Dic Ecclesie. Processus accusationis iuxta eundem Alex. ex Deut. 25. Si fuerit causa inter aliquos, & interpellauerit iudices, quem iustum esse perspexerint illi iustitie palmam dabunt, quem impium condemnabunt impietatis. Si eum qui peccauerit dignũ viderint plagis, coram se facient verberari. Circa hos modos annota, quod theologi hos tres modos procedendi agnoscunt; patet ex citato Alex. Canonistæ in plures illos diducunt & diffundunt, vt potest videre in summis Angelica, Denuntiatio, & Siluestrina. Cum theologi solam denuntiationem vt patri factam, aut vt iudici ponant, Canonistæ quadruplicem distinguunt: vnam Evangelicam de qua sumus loquuti: aliam Canonicam quæ à canonibus ortũ habet, vt quando denuntiat vt aliquis quod amoueatur de beneficio; competit hæc illi cui interest habere bonum praelatũ, aut quando denuntiat vt crimen perpetratum

*Denuntiatio.*

*Accusatio.*

*Denuntiatio quadruplex.*

siue perpetrandum in perniciem publicam, vel priuatam; ad eam dicunt requiri trinam monitionem, sed hæc coincidit cum Euangelica. Tertia est iudicialis, & est duplex: vna publica quæ competit iudici ex officio puro, in qua non requiritur monitio, sed per denuntiationem suorum officialium iudex procedit in notorijs, quos officiales seu denuntiatores ipse potest constituere. Hæc vel ex parte coincidit cum accusatione: alia est priuata quæ competit læso pro suo interesse, quandò talis denuntians non potest agere in iudicio, qualis est seruus, vel subditus qui conqueruntur de iniustis grauaminibus domini vel prælati. Quarta vocatur regularis quæ fit in diuersis religionibus iuxta diuersa earum statuta, in qua non seruatur totus ordo iuris, sed proceditur de plano sine strepitu iudicij propterea vocatur regularis. Hæc ut patet ferè coincidunt vt dictum est. Differunt vel ex fine, quia in accusatione petitur punitio secundum rigorem: in denuntiatione quòd iudex faciat quod ei beneuolum fuerit vel ad salutem proximi denuntiati; vel in resartione damni denuntiantis, aut tertij; vel in vitatione damni communis. Item denuntians nõ obligatur sub talione ad probationem, accusans sic. In accusatione iudex tenetur accusatum conuictum punire tota pœna legis, denuntiatum etiam iudicialiter non punit tota pœna, inde denuntiator nõ dicitur actor, sicut dicitur qui accusat.

*Propositi.*  
121.

Quædam causæ pertinent ad iudicem Ecclesiasticum, quædam ad laicum, quædam sunt mixti fori. Ad iudicem Ecclesiasticum conueniunt causæ Ecclesiasticæ & spirituales vt causæ sacramentorum. Sic definiuit concil. Trident. sess. 24. cano. 12. causas matrimoniales spectare ad iudices Ecclesiasticos inflicto anathemate asserentibus contrarium. Ad sæcularem causæ temporales de quibus non se intromittit Ecclesiasticus nisi vt habes supra, p. 11. Mixti fori sunt adulteria, de quibus potest vterque cognoscere, & est locus præoccupationi. Item blasphemix quæ ab vtroque puniuntur. Vocantur crimina Ecclesiastica, & sæcularia multipliciter. Vno modo ratione personæ & sic omnia crimina clericorum vocantur Ecclesiastica, & omnia commissa à laicis sæcularia.

ria. Secundò ratione cognitionis, quæ ad iudicem pertinent Ecclesiasticum sunt Ecclesiastica: quæ ad laicum sæcularia. Tertiò ratione obiecti vt peccata commissa immediate in res sacras, aut prophanas & sæculares. Quarto ratione punitionis vel pœnæ infligendæ, vt percussio clerici; quæ feritur excommunicatione, & si percussus est sæcularis punitur à iudice laico. Vide Gabrielem lect. 75. super cano. litera. Q. Quòd si aliqua crimina mixti fori sunt in vno sufficienter punita non puniuntur in alio.

Iudex Ecclesiasticus potest cognoscere de omni crimine etiam sæcularium, si eisdem sæcularibus est pœna taxata per canones, vt excommunicatio, nam ex quo Ecclesia excommunicat deprehenditur eius iurisdictio in foro exteriori. Vnde posset cognoscere de laicis in crimine sodomix, quia ipsos excommunicat in. c. Clerici, extra de excessibus prælatorum (non tamen continet sententiam latam sed ferendam) igitur posset de tali crimine cognoscere. In hoc crimine atq; in alijs; quibus per leges ciuiles imponitur pœna mortis aut mutilationis nõ se debet intromittere, neq; in adulterio vbi pœna mortis punitur adultera, quia posset postea occidi à viro, & hoc etiam si iudex sæcularis esset negligens, qui est vnus casus superioris. p. 11. At verò si tanta esset negligentia iudicis laici; & tam manifestum crimen, & posset adhibere remedium ne sanguinis effusio interueniret poterit se intromittere. Quòd si postea ex alio successu inopinato mors aut mutilatio sequeretur nõ esset irregularis, facit. c. 2. de homicidio lib. 6. Cum suo argumento, quia alias daretur materia peccandi malefactoribus. Dicit Gabriel citatus, litera. R. quòd sicut Ecclesiasticus iudicat sæcularia propter negligentiam iudicis laici, sic potestas sæcularis propter negligentiam Ecclesiasticorum si vergeret in graue præiudicium fidei facere posset in causa Ecclesiastica. Vide sup. p. 15. ad finem, Notas pondera, in præiudicium fidei graue: & clericos facinorosos in defensionem reipublicæ quæ turbant, & scandalizant cõtra eos iudices laicos qui se volunt facile intromittere. Innocentius. III. in. c. Qualiter, de iudicij; præcipit clericos à suis prælatis iudicari, ne se intromittat potestas laica. Ex eo tex. quia omnino prohibet trahi

*Propositi.*  
122.

*Nota.*

trahi clericos ad sæculare iudicium videtur, quòd etiam data negligētia prælatorum Ecclesiasticorū non possit laicus eam negligētiam supplere. At dictum est in præiudicium fidei, & in defensionē, quæ esse debet cum moderata tutela. Concubinatum punit Ecclesiasticus, quia parum, aut nihil se intromittit laicus, imò sicut meretricia, sic ipse alicubi permittebatur. Ex commissione seu delegatione principis punit Ecclesiasticus criminosos vbi nō est causa sanguinis. De raptoribus. Per hoc, & quia possunt habere civilem iurisdictionem esse possunt proreges.

*Proposi.*  
123.

Inquisitio particularis ad puniendū crimen requirit præcessisse infamiam, & clamorosam insinuationem. Ita Innocentius cap. Qualiter, & quādo, el. 2. de Accusatio. & cap. Licet Heli de simonia. Faciunt sup. p. 120. dicta de Sodomis, & villico. Quæ exempla non faciunt hanc conclusionē de iure Diuino. Nam Dominus Iosue. 7. de occultissimo peccato Acham iussit fieri particularē inquisitionem. Deut. 17. Cum reperti fuerint vir aut mulier, qui faciant malum in cōspectu Domini Dei tui & transgrediantur pactum illius, vt vadant & seruiant dñs alienis, & hoc fuerit tibi nuntiatum, audiensq; inquisieris diligenter & verum esse repereris lapidibus obruentur in ore duorum aut trium testium: vbi non distinxit inquisitionem particularē ad infamiam, sed ad solam nuntiationem insinuauit faciendā, & duos testes sufficere ad comprobandum, & sicut iudices obligantur ad non dissimulanda peccata contra Dei maiestatem, etiam obligantur ad non dissimulanda alia peccata. Alexander item A lensis. 3. p. q. 45. m. 2. enumerans preparatoria determinata ad iudiciū in lege Diuina non enumerauit inter illa infamiam præquiri ad inquisitionem. Ratione hoc videtur, quia cum non inueniamus in Diuino iure legem hanc, illa debuit esse necessaria, vel propter punitionem; hoc nō, quia in crimine contra Dei maiestatem vt puniretur non fuit necessaria infamia ad inquisitionem, sed solum duo testes, ergo neque in alijs criminibus plus requirebatur ad punitionem: Vel est necessaria infamia præcedens, nē dum inquisitio fit, crimen quod nescit testis ei manifestetur in damnum tertij inquisiti, sed neque propter

propter hoc, nam in inquisitione ex officio iudicis, vel ad impedimenta matrimonij, vt cap. finali de clandestina desponsatione, & cap. Cum in tua, de sponsalibus, vel ad disquirenda merita electi vt confirmetur electio aut cassetur, talē inquisitionem sine infamia tenetur facere, vt in cap. Cum nobis, extra de electione, dicitur: & in cap. Cum dilectus eo tit. & cap. Nihil est. Sicut aliquis per talem inquisitionem non infamatur efficaciter apud interrogatos, neq; etiam infamaretur efficaciter propter similem inquisitionem ad punitionem. Relinquitur igitur quòd conclusio sit de iure positio Ecclesiastico, in quo cadit dispensatio, aut statutum: in contrarium, aut contra illud præualet consuetudo, atque eius rigorem moderatur epicheia, ideo possunt accidere casus in quibus non ad vnguem præfatus modus obseruetur. Ex hoc sequitur posse iudicem inquirere confessum de se, etiam de complicibus in multis casibus non obstante cap. 1. de confessis, vbi dicit Clemens. III. quòd secundum vtriusque iuris statuta de se confessi super aliorum conscientijs interrogari non debent. Nam ibi excipitur crimen læsæ maiestatis; & si læsæ maiestatis humanæ multo magis Diuinæ, igitur poterit hæreticus inquiri de cōplicibus. Perinde vbi fuerit lex quòd in crimine Sodomiz procedatur per omnia sicut in crimine hæresis, aut læsæ maiestatis. Codice de falsa moneta, excipiuntur ab hac lege socij falsantium monetas, qui à confessis de se per tormenta exquiruntur, & eodem Codice de accusationibus in cap. finali vbi traditur idē quod in c. citato de confessis, glossa excipit alios casus, vt propter criminis immanitatem in latronibus facinorosis, quales erant Isauri per leg. prouinciarum eo Codice de ferijs. Vide citatā glossam & casus vbi eos citat in. ff. quos etiam citat glossa præfata Decretalis Clemētis. Idem erit si fuerint similes casus aut leges. Verum est tamen quòd hæc inquisitio nō fit nominatim contra Petrum, aut Ioannem nisi laborent infamia, sed generaliter quos habuit complices. Reus non tenetur manifestare iam emēdatos, sed qui in peccato & facinore perseuerant parati ad nocendū alijs. Soto relectione de secreto. m. 2. q. 6. concl. 1. dub. vltimo, tantum exceptit ab hac inquisitione de com-

*Corol.*

*Re<sup>o</sup> quādo potest de socijs interrogari.*

de complicitibus crimē læsæ maiestatis. Caiet. 2. tomo opusculorum respondendo. 17. quæstionibus, in quinta plures excipit. Idem verò Soto ibidem concl. 4. postea plures casus cum Bartholo excepit. Dubio secundo tenet sufficere indicia ad inquisitionē hanc specialem de qua loquitur conclusio, contra eum tenet Nauarro in Manuali. c. 18. num. 38.

*a. Corol.* Sequitur secundò ex dictis, quòd quando crimen est notorium & reus occultus potest inquiri autor. V. g. inuenitur cadaver hominis occisi cuius autor ignoratur, inquiritur specialiter de delicto & generaliter de personis. Hoc tenet Florentinus. 3. p. tit. 9. cap. 7. §. 1. & Nauarro in Manuali cap. 18. nu. 38. cum Innocentio. Inquirendū verò quis fuerat inimicus eius ab heri & nudius tertius, quis eum comitabatur paulo ante occisionē, & similia. Ad huius probationē iuuat lex Deut. 21. vbi de simili casu ciuitas proximior habebatur suspecta, ab eaq; vitula sumebatur, & in terra nunquam arata occidebatur, quæ terra, vt ibi dicit Lyranus ex Rabbi Moysè, remanebat inculca, iurabātque seniores illius ciuitatis se nō fuisse negligentes in custodia viarum, ad euitandum damnum de terra mansura inculca, & de vitula ibidem mansura in putredinem quandoq; reuelabatur, & inueniebatur homicida. Glosa item ordina. in illis verbis, metientur à loco cadaveris, explicat, id est, cum summa discretione inuestigabunt actorem seditionis; igitur aliqua inquisitio & inuestigatio est facienda. Neque est contra iustitiam explicitè petere si sciunt quis occiderit, modo sine infamia præcedente non nominent Petrum, vel Ioannem. Hoc est contra Dominicum de Soto citata relect. q. 6. concl. 1. dub. 4. Sed quia diuus Thomas dicitur baccalaureus tenuisse hoc corollarium propter simile scandalum inuentum Parisijs in conuentu Prædicatorum, & eius sententiam explosam à magistris, nitunturque aliqui sui quòd præfatā sententiam recantauerit. 2. 2. q. 69. ar. 2. vide quòd ibi non loquitur nisi de reo accusato, qui nō tenetur iudici respondere nisi præcesserit infamia, vel indicia expressa, aut semiplena probatio. Inde nō valet argumentum, qd si inter illos quos iudex de officio disquireret esset ipse reus, tenetur se prodere: quia cum de ipso non habeat iudex aliquid prædi-

prædictorū, neq; ipse sit in iudicis potestate constitutus tantquam verè reus, nō tenetur se prodere. Quòd si beatus Gregorius, vt habetur. 5. q. 1. c. Quidā maligni; præcepit qd qui libellum contra Castoriū eius notariū proiecerat exiret, & publicè confiteretur, aliàs priuatus existeret cōmunionē sacramentali, quam si perciperet excōmunicatione percuteretur; aduerte qd fuit quia talis tenebatur se prodere, vel ad probandum crimē quod opponebat, vel ad famā restituendā, quod est intelligendū si aliter non posset famam restituere, & sine propriæ vitæ periculo se posset manifestare. Neq; si benè aduertas propter peccatū illud præteritum excōmunicabat, sed pro futuro, si videlicet cōmunicaret, neq; per solum præceptū Gregorij tenebat se prodere, sed aliàs de naturali obligatione restituere tenebatur confitendo peccatum & petendo veniam, aut delictū probare: in casu quòd secretò aliàs damno satisfaceret, prodēdi se obligatio cessaret. Est contra Caiet. vt habes sup. p. 72. in coroll. tenentem qd excommunicauit ibi Gregor. pro peccato patrato. Per hoc intelliges quādo super cōmisso crimine prælati ponūt edicta, vt qui scit autore reuellet, vel cōtra ipsum autore, sunt intelligenda pro restitutione dāni, vel qd denuntient præcedente admonitione non correctum & emendatū, sicuti habes sup. in correctione fraterna; ideo occultū quē solus quis nouit denūtiare nō tenetur, neq; quem audiuit à talibus quibus nō debuit adhibere fidē, & si denuntiat propter talium auditum homo grauis argueretur leuitatis, aut propter denuntiantis grauitatem plusquam expeditet commoueretur iudex. Neque tenetur denūtiare, si à quo audiuit denūtiavit, quia per illius denuntiationē alter audiens ab eo absoluitur à denuntiando, cum per illam denuntiationem vtriusque obligationi satisfiat: multominus tenebitur si quod audiuit, & scit, fuit per consultationē secretam ad bonum cōscientiæ consultantis. Idem videtur, si scit quòd alter quod retinet, retinet per viam compensationis, quia sicut non tenetur compensans respondere, ita neque qui scit illum retinere gratia recompensationis, vide Angelicā, Furtum. §. 41. & denuntiatio. §. 13. Rosellam, Correctio. 2. §. 4. Dixi si scit, quia vt sunt hominum mores cum prius habeant detea-

*Argum.  
Solutio.*

detentorem pro iniusto, inio & fure, postea de facili ad eius dictum ne respondeant edicto formant sibi conscientiam bonam: idcirco iuuat multum si quando vidit accipere, aut audiuit simul ita de facto credidit verum esse quod eo animo accipiebatur, aut retinebatur. Quando inquit nominatim precedente infamia tenetur quisque manifestare quod scit etiam si probare non possit, quia tunc non ut denunciator sed ut testis interrogatur, ideo debet dicere etiam occulta de quibus non admonuit, & secretas circumstantias, denique quidquid scit, etiam si iurasset tenere secretum. Quia sicut qui iurat denunciare omne crimen quod sciverit intelligitur quod denunciabit seruando ordinem debitum denunciandi, ita qui iurat tenere secretum est interpretandus seruato debito modo. Vide Angelicam; Denuntiatio. §. 11. & 12. Siluestriam, Inquisitio. l. 9. §. 7. Nam si alio modo iurasset intendissetque seruare, illicitè iuraret.

*Proposi.*  
124.

Infamia requisita ad hanc inquisitionem non est certa atque determinata quanta sit, boni iudicis arbitrium eam diffinit. Habes supra. d. 9. p. 15. quomodo quia decem homines faciunt populum; quod sciunt decem dicatur publicum, similiter aiunt ad infamiam requiri quod opinio decem hominum non maleuolorum, neque maledicorum sed bonorum habeat talem pro læso in dignitate vitæ ac morum. Glossa in cap. Inquisitionis, de accusationibus. §. Quæsiuisti; in verbo propter dicta paucorum non debet quis reputari infamatus: dicit quod requiritur maior pars viciniae, siue parociae, & si vicinia vel parocia non habuisset nisi duos vel tres respicienda est fama vicinarum parociarum. Nam pauci respectiuè ad alios quandoque in iure dicuntur quadraginta, ut in cap. Latores, de clerico excom. aliquando viginti tria millia, quos beatus Gregorius vocauit paucos loquens de occisis à Moysè propter adoratum vitulum lib. 20. Moralium, cap. 6. refertur à Gratiano. d. 45. cap. Disciplina. Infamia quid sit habes supra. d. 13. p. 42. Contra prælatum secularem ut fiat inquisitio requiritur tanta infamia, quod sine scandalo, vel periculo dissimulari aut tolerari non possit, ita dicit cap. Qualiter & quando el. 2. de accusa. unde infamatus de incontinentia potest inquiri; quia

quia non potest sine scandalo dissimulari: infamatus de hæresi, de prodicione castri, de dilapidatione bonorum Ecclesiæ non potest sine periculo tolerari. Contra prælatos regulares, quia dicit præfatus. c. Qualiter, quod non debent illa usquequaque obseruari, non est necessaria infamia scandalosa, aut periculosa; minor sufficit. Contra alios inferiores dicit Angelica, Inquisitio. §. 2. quod sufficit fama publica cum aliquibus indicijs, aut suspicionibus. Sed quia dicit Panor. quod sine infamia potest fieri inquisitio contra Claustrales limitat præfata Angelica, quando tractaretur de modico præiudicio, secus si procederetur ad depositionem ab ordine, aut incarcerationem. Aduertèdos existimo prælatos regularium, quod siue in capitulo publice proclamant inquisitionem particularem, siue quando secreto testes examinant, probe, ut tenentur, subditos doceant obligationem peccati quod incurrunt si taceant veritatem. Sunt multi simplices qui vel id ignorant, vel facile à peruersis corrupti non audent testificari, persuasi, quod sicut in denuntiatione sic in inquisitione respondere non tenentur sine præuia monitione, timent etiam sibi ne petantur quod probent, & cum non possint puniantur.

Denuntiationem debet præcedere monitio caritativa, de *Proposi.*  
125.  
qua quid sit & quomodo facienda satis est dictum. Sed quia in cap. Cum dilectus, de accusati. repellitur à denunciando qui non præmonuit, sciendum quod vix aut nunquam prælati & iudices Ecclesiastici denuntiatorem interrogant si præmonuerit. Tantum procurat de testibus, & modo quo scit ea quæ denuntiat: neque hoc credo fit absque sufficienti & probabili ratione; cum tot casus excipiantur in quibus absque monitione præuia possint peccatores denuntari, maxime prædictus in. p. 115. quod correptus quæret subterfugia & finget se correptum, qui postea forsitan timebitur damnum illaturus correptori, & denuntiatori. Sunt iam homines corrupti valde, neque quales temporibus antiquis quando fuerè conditi canones, in quibus illud sapientis verum erat Proverb. 17. plus proficit correctio apud prudentem, quam centum plagæ apud stultum. Satis igitur videtur si denuntiatoris bonus & simplex animus prælato appareat, ut eo audito benignè faciat secundum



Deum quod viderit expedire. In cap. Inquisitionis eo tit. §. Tertiae dubitationis: traditur, quod si duo vel plures iurati affirmant aliquem crimen aliquod eidem videntibus commississe non debet illi aliqua poena infligi. Hoc intellige quando proceditur via denuntiationis, quia si alijs duabus vñs inquisitionis & accusationis reperiantur duo testes, sufficiunt vt puniatur. Ratio ad hoc sumitur ex dicto Christi Domini, qui fratrem denuntiatum Ecclesiae vt incorrigibilem non ante praecipit vitandum, quam postquam Ecclesiam non audisset, igitur neq; aliam poenam potest praelatus imponere, priusquam ipsum in secreto corripuerit & se non emendauerit, quia cum denuntietur fraternaliter, omnia sunt intentanda, atque prosequenda ad fratris emendationem. Cum autem hoc decretum non sit de iure Diuino, neque naturali, in qua non habet locum dispensatio, sed de iure canonico quod dispensari potest & derogari, credere in conscientia non teneri praelatos tam ad vnguem obseruare in omnibus casibus & circa omnes personas. Nam ex boni praelati iudicio neque amore affecti, aut vindicta infecti pendebit ponderare peccatoris & peccati circumstantias, & si peccatorem desperauerit emendandum, aut crimen est in reipublica aut tertij nocumentum, poterit constituere & creare denuntiatorem seu fiscalem, & sic obseruare formam iuris, quod non puniat ad denuntiationem fraternam, sed ad denuntiationem iudiciale sui officialis probantis per duos testes. Aliter vero multa peccatores impuniti manebunt, & fraternè denuntiantes formidabunt denuntiare secundo, videntes priorem denuntiationem nihil profuisse, cum episcopi & alij praelati a subditis longè distent, neque habeant ipsos ante oculos vt vigilare super eos valeant, sicut valent regulares in monasterijs, a quibus & ipsos in alia vbi cesset periculum transferre possunt. In religionibus, vbi sine strepitu iudicij proceditur neque fiscalium aut denuntiatorum iudicialium est vsus, consuetudo attendenda est, quia si licet minori infamia procedere ad inquisitionem specialem, imò in multis sine aliqua vt dictum fuit, p. praecedenti, & sine prauia monitione sunt denuntiationes de transgressione constitutionum non est

est quare in conscientia praelatus formidet, vel in secreto coram vno, aut duobus vel pluribus senioribus subditum flagellare seu aliter punire, imo & poenam etiam grauem propter illos duos vel tres testes imponere, quando vt dixi fratris emendationem desperat. Ex opposito enim raro aut nunquam procedetur in manifestam punitionem, cum rarissime contingat procedere via inquisitionis specialis, aut accusationis. Sunt etiam plurimi religiosi astuti, & illi astutiores, qui peiores, de quibus timeri debet quod se cum gratiarum actione dicent correctionem recipere, atque emendam promittent, postea non expleturi: imo contra praelatos tempore syndicatus graueriter insurgent, qui propter publicam punitionem infirmi accusatores forent, seu denuntiatores, ideo in conscientia licet, bonoque expedit monasteriorum & religionum multos, quos ex moribus alijs cognitis desperant praelati corrigendos & emendandos, vel per statuta religionum, vel vsitatam consuetudinem, aut etiam virtute epicheiae moderantis rigorem cap. Inquisitionis, publice punire. Alios, quos emendandos confidunt, & si manifestè punirentur abiecti manerent non amplius faciem leuaturi saturatam confusione, illius capituli tenore iudicabunt, ne ex aliquo infirmitatis peccato nato ab occasione data desinant in posterum esse officijs, & aliorum aedificationi apti. In visitatione tempore syndicatus alij praelati superiores, qui de syndicato audiunt, de his & similibus in quibus praelati exigebatur prudentia, tanquam ab illa pendentes, non debent inferioribus esse molesti. Habent enim hoc sibi annexum acta praelatorum, vt vix aliquid faciant ex prudentiae moderamine, quin vnus dicat sic, vel sic poterat melius fieri. In proposito si seruato capituli tenore processerint presto erit qui denuntiet vel accuset, quod publice debuit punire, si puniisset publice, neq; desissent alij qui accusarent vel denuntiarent, quod seruari debuisset: non ex euentu notanda sunt facta, sed qualia ea in se ex rei natura fuerunt.

Accusationem debet legitima inscriptio praecedere. Ita definit citatum cap. Qualiter, &c. Licet Heli, de Simonia, quia non praerogatur hic monitio. Inscripção est quod accusator

profitetur in scriptis vera esse de quibus accusat, & se obligat, si defecerit in probatione, ad poenam Talionis, quæ est eadem & similis poena quæ infligenda erat accusato probato crimine. Alex. 3. p. q. 42. m. 6. in verbis vltimis dicit, quod accusator dicitur largè non solum qui accusat de crimine ad poenã, sed etiam qui denuntiat crimen alterius ad agendam poenitentiam, supra diximus q̄ quando pro suo interesse denuntiat quis, illa est denuntiatio iudicialis, theologis tamen erit verè accusatio, sicuti illa quæ fit propter bonum commune. Debet igitur accusatio fieri in scriptis, vt habes in decretis. 2. q. 8. per totam, nisi crimen fuerit leue, aut etiam si fuerit notorium per facti euidentiam, dixit quippè Augustinus super Genesim de morte Abel refertur de accusationibus, cap. 9. Euidencia patratu sceleris, non indiget clamore accusatoris, quod si non est necessarius accusator, neque erit necessaria scriptura accusationis. Alia non notoria etiam si sint manifesta debent in scriptis accusari. Facit cap. Eorum. 11. quæst. 3. Secundò debet accusans obligare se ad Talionem citata. 2. quæst. 8. Imo etiam si se non obliget, ex accusationis natura obligatio illa nascitur. Hæc poena sumitur ad similitudinem veteris legis, quæ eam imponebat damnificatori. Exod. 21. atque falso testi Deut. 19. In multis casibus non habet locum hæc poena, imo cum sit grauissima parum est in vsu. Christus enim Dominus eam tãquam nimis rigidam annotauit Matth. 5. docens nos remittere iniurias, ne videlicet oculum pro oculo peteremus, neque tamen prohibuit legiflatores Christianos illam imitari occidendo homicidã, aut similia statuedo. Fallit igitur præfata poena in leui crimine: quando vir accusat vxorem de adulterio: quando accusauit de crimine de quo est fama publica: quando præsentauit vnum testem, nisi talis accusans fuerit solitus calumniari (est calumniari, falsa crimina sciẽter intendere, vt dicit Gratianus. 2. quæst. 3. cap. Si quem poenituerit. §. Notandũ.) Qui sequutus alicuius doctoris consiliũ, q̄ quæ habebat sufficerẽt ad accusandũ, nõ sciẽter neq; malitiose accusauit, ideò nõ subditur Talionis vide Thom. 2. 2. q. 68. ar. 3. ad. 1. & ibi Caiet. vide etiam extra, de calumniatoribus, cap. 1. vbi mandat Innocentius episcopo Zamorensi, quòd suspendat ab officio magistrum scholarum Palentinæ Ecclesiæ, qui obiecta crimina cõtra suũ episcopum non probauit, vsquequò suam purget vel probet innocentiam quòd animo calumniandi non fecerit. Ex his habes quàm iustè in regno Castellæ disponant leges quòd accusans pro suo interesse, vel suorum, ascendentium, & descendentium, & collateralium non teneatur ad Talionem, neque vxor accusans pro morte viri, quia hæc atque similes accusationes non intenduntur sine officio & iuuamine aduocatorũ peritorũ in iure, atq; in talibus satis est cadere ab intento proprii interesse. Cõtra testem iustior est lex Talionis, quia per eius testimonium reus damnatur, nõ propter accusatorẽ, ideò in eiusdem regni legibus falso testi in causa criminali poena Talionis imponitur, in alijs verò causis alia. Fallit etiam poena Talionis quando non est proportionata accusatori, vt in cap. 1. de calumniatoribus, vbi subdiaconus qui accusauit diaconũ & defecit, quia poena priuationis diaconatus nõ poterat imponi subdiacono, sicut dicit glossa, priuatus subdiaconatu iubetur verberari & in exiliũ mitti. Vbi annotabis obiter q̄ possunt episcopi & eius officiales facere verberari clericos: propter quæ crimina vide in decretis. d. 45. cap. Cum beatus. Illa verberatio nõ debet fieri per laicum ex. c. Vniuersitatis. de sent. excom. In religionibus de faciliori causa verberantur religiosi, quæ disciplina vbi laxatur sub velamine prudentiæ, aut horum canonum obseruatione rigor monasticus interit, vel paulatim refrigescit. Glossa in cap. 1. de electione, lib. 6. in fine ponit duas fallentias ad poenam Talionis: vna est quando testes qui testificare promiserant defecerunt, id est, se absentauerunt, aut mortui sunt, aut inter accusationem admisisissent propter quod à testificãdo repelluntur: alia; probauit excommunicatum, qui tamẽ occultè iam fecerat se absolui: reduci possunt cum præfatis. Crimina quæ sunt in perniciem publicam potest denuntiare quiuis de populo, vt est crimen hæresis, proditio ciuitatis, conspiratio contra principem, etiã si Ecclesiasticus sit, adhibita protestatione, quòd contra criminofum non agatur ad poenam sanguinis, mortis, mutilationis membrorũ, sic habetur in. c. Prælati, de homicidio

Quid notorium. dist. 9. p. 15. et supra. p. 124.

Casus in quibus nõ habet locum Talionis poena.

1  
2  
3  
4  
Calumnia quid. 5

Zamorensi, quòd suspendat ab officio magistrum scholarum Palentinæ Ecclesiæ, qui obiecta crimina cõtra suũ episcopum non probauit, vsquequò suam purget vel probet innocentiam quòd animo calumniandi non fecerit. Ex his habes quàm iustè in regno Castellæ disponant leges quòd accusans pro suo interesse, vel suorum, ascendentium, & descendentium, & collateralium non teneatur ad Talionem, neque vxor accusans pro morte viri, quia hæc atque similes accusationes non intenduntur sine officio & iuuamine aduocatorũ peritorũ in iure, atq; in talibus satis est cadere ab intento proprii interesse. Cõtra testem iustior est lex Talionis, quia per eius testimonium reus damnatur, nõ propter accusatorẽ, ideò in eiusdem regni legibus falso testi in causa criminali poena Talionis imponitur, in alijs verò causis alia. Fallit etiam poena Talionis quando non est proportionata accusatori, vt in cap. 1. de calumniatoribus, vbi subdiaconus qui accusauit diaconũ & defecit, quia poena priuationis diaconatus nõ poterat imponi subdiacono, sicut dicit glossa, priuatus subdiaconatu iubetur verberari & in exiliũ mitti. Vbi annotabis obiter q̄ possunt episcopi & eius officiales facere verberari clericos: propter quæ crimina vide in decretis. d. 45. cap. Cum beatus. Illa verberatio nõ debet fieri per laicum ex. c. Vniuersitatis. de sent. excom. In religionibus de faciliori causa verberantur religiosi, quæ disciplina vbi laxatur sub velamine prudentiæ, aut horum canonum obseruatione rigor monasticus interit, vel paulatim refrigescit. Glossa in cap. 1. de electione, lib. 6. in fine ponit duas fallentias ad poenam Talionis: vna est quando testes qui testificare promiserant defecerunt, id est, se absentauerunt, aut mortui sunt, aut inter accusationem admisisissent propter quod à testificãdo repelluntur: alia; probauit excommunicatum, qui tamẽ occultè iam fecerat se absolui: reduci possunt cum præfatis. Crimina quæ sunt in perniciem publicam potest denuntiare quiuis de populo, vt est crimen hæresis, proditio ciuitatis, conspiratio contra principem, etiã si Ecclesiasticus sit, adhibita protestatione, quòd contra criminofum non agatur ad poenam sanguinis, mortis, mutilationis membrorũ, sic habetur in. c. Prælati, de homicidio

5  
Leges Castellæ cõtra Talionem.  
6  
Talionis iustitiam imponitur testis falso.  
7  
8  
Clericus quomodo potest accusare.  
Bbb 3

Denun-  
tians cri-  
mina in  
perniciē  
publicam  
non tene-  
tur ad Ta-  
lionem.  
Accusa-  
re si tene-  
tur quis?

Ad solā  
denūtia-  
tionē pro-  
cedit iu-  
dex.  
Non est  
accusare  
scribere  
praelatis  
aliquos  
excessus.

cidio voluntario lib. 6. quod possunt facere petendo emendā de iniurijs sibi factis. neque incurrunt irregularitatem si iudex mortē inferat. Talia etiam sunt latrocinia sedentium ad stratas viarum, crimen Sodomiae, subornatio suffragiorū ad publica officia. Hæc denuntians non tenetur se obligare ad Talionem quamuis præfata denuntiatio vicem teneat accusationis. Ex eo vna quæstio verbalis deciditur: tenet enim Alex. 3. p. q. 42. m. 1. q. tenetur homo accusare peccantes qui se non emendant, atq; hoc obligatione caritatis. Tenet idē diuus Tho. 2. 2. q. 68. art. 1. circa prædicta crimina quæ sunt in perniciem publicam, si sufficientem probationem adhibere possit, aliàs, dicit, nō tenetur ad intentandum accusacionem, quia nullus tenetur ad hoc, quod nō potest debito modo perficere. Angelica, Accusatio. §. 2. quod nullus tenetur accusare, sed bene denuntiare, quæ est sententia glossæ in. c. Quapropter. 2. q. 7. in verbo. Deferre. Concorda opinionēs, quia solo verbo differunt; vocat enim Alex. accusacionē etiam denuntiationem fraternā, hoc est Euangelicam: Diuus Tho. loquitur de denuntiatione iudiciali propter bonum commune, & hanc vocat accusacionem: glossa & Angelica de accusacionē strictè loquuntur, & est bona ratio, quia delictis in publicam perniciem sufficiens remedium ponit sola denūtiatio, igitur neque crimina publica tenetur quis accusare. Probat ex cap. Licet de accusacionibus, vbi quidam canonici denūtiauerunt Papæ inter alia crimina sui archiepiscopi crimen Simonie, quod est in perniciem publicam, qui literas detulit, accusauit archiepiscopum, requisiti canonici quod accusarēt, negant se scripisse animo accusandi, sed denuntiandi, & dicunt quod lator suarum literarum excessit, quia non inscripserant, vt in accusacione opus est: nil contra eos agitur, sed imponitur silentiū canonicis ne vnquā de præfatis archiepiscopum accusent, Papa nihilominus de officio ad denūtiationem processit. Igitur nullus tenetur accusare, & per viam denuntiationis prouidetur sufficienter, quod prælati religiosorum debent aduertere, neq; omnes epistolæ seu literæ ad eos scriptæ accusacionem continent.

De

De propria iniuria q̄ nullus teneatur accusare manifestū est, quoniā potius habemus à Christo Dño consiliū de dimittendo non solum rancorē, sed etiam satisfactionē & emendā Matth. 5. Dico vobis non resistere malo, &c. & 6. Dimitte nobis debita nostra: Si dimiseritis dimittet vobis pater vester; si non dimiseritis, neq; pater vester dimittet vobis: quamuis in hoc vltimo loquatur de rancore, quo manēte, peccata nostra nobis manēt, possunt ad satisfactionē sic applicari: q̄ si nō dimittimus satisfactionē, neq; nobis satisfactio debita Deo dimittetur, exiget enim illā Deus, vel nos alijs operibus & poenīs voluntarijs exoluemus eam poenā, quam remisisset Deus si satisfactionē nos dimissemus. Nā posse licitè homines pro sua emēda & satisfactione accusare in Breuil. 3. d. 30. p. 3. cōtra Lutherū probauimus per scripturā, modo ratione probatur. Vindicatio, & punitio sunt & pertinent ad iustitiā, igitur appositis debitis circumstātijs vtraq; licet. Antecedēs probatur ex Cicerone, qui lib. 2. de inuentione, bis dixit q̄ vindicatio est de iure naturæ ipsamq; ponit virtutē sub iustitia, & sic eā describit. Vindicatio est, per quā vis & iniuria, & omnino omne quod obfuturū est defendēdo, aut vlciscendo propulsatur. De defensione q̄ sit de iure naturæ habes in decretis. d. 1. c. Ius naturale, & in Breuil. 3. d. 40. p. 35. Hanc manualē defensionē potest quis facere per semetipsum in lege Euangelica, vindictā vlciscendo se debet facere officio iudicis, ipsa tamē est de iure naturæ, cui qui renuntiat facit opus super erogationis. Quando illam exercet per se, ad vindictam vnus hominis mali, sit alter malus, & iam sunt duo homines mali. Iudex puniens & vindicans facit opus iustitiæ commutatiuæ, quæ vt est dictū supra. d. 14. p. 6. respicit punitiōē, & præmiationem, commutando pro meritis præmia, pro peccatis supplicia, quā iustitiā ex debito legis tenetur iudex facere, & ex parte sua est iustitia legalis, igitur petere vindictā pro interesse proprio ante iudicē est actus iustitiæ per virtutem vindicationis, quæ est vna pars potētialis iustitiæ de sex, quas illi assignabat Cicero. Confirmatur: poena vt ordinat culpā dicit quid bonum, igitur accusare ad vindictā etiam pro interesse proprio est appetere quid bonum, neque simpliciter est reddere malum.

Bbb 4 pro

Supra. d.  
3. p. 54.  
ante arg.

Vide in. 3.  
d. 33. p.  
20.  
Vide in. 2.  
d. 37. p.

pro malo, sed bonum poenæ pro malo culpæ, ideo talis accusatio possit bene circumstantionari, aut male, tam ex parte accusantis, quam ex parte iudicis, vterq; enim realiter ex eadē iustitia operatur, cum vnam & eandem vindictam exerceat vnus accusans, alter puniens, sed ratione seu relatione differunt, quia vt est iudicis dicitur esse iustitiæ commutatiuæ, vt liberat iniuriatum ab iniuria dicitur esse vindicationis. Finis debet esse, vt mali facultas adimatur, vt Ecclesia in suis membris pacem adipiscatur atque quietem, vt peccās corrigatur, vt cæteri timorem habeant: vide Alex. 3. p. q. 47. m. 2. Tho.

Vide in 3. dist. 30. p. 4.

2. 2. q. 108. art. 1. Sunt in scriptura psalmodum multæ petitiones ad Deum pro vindicta, vt in. Psal. 108. Psal. 78. Psal. 93. Quis consurget mihi aduersus malignantes. Hierem. 1. Threno. Vindemia eos sicut vindemiafi me propter iniquitates meas. Hanc accusationem in propriam utilitatem non prærequirere monitionem dictum fuit supra. p. 115. Si præmittatur longe melius est, quò probari possit animus noster à rancore liber, & quòd satisfactionem prætendimus, nō iniuriantis afflictionē, in qua sola qui lætatur vitiosè petit vindicationem, quia intendit nocere & facere miserum fratrem in poena, & non correctum in emenda. Sic rex Angliæ fecit præmonēs regem Franciæ de iniuria qua eum afficiebat super comitatu Pictaniensi priusquam ante Papam querimoniam intentasset, cap. Nouit, de iudicijs.

Proposi. 127.

Requisita ad iudiciū iuxta legē Dei. scx.

Ad ordinem iudiciarium aliqua sunt necessaria secundum legem Dei: aliqua secundum leges canonū Ecclesiasticorum. Secundum legem Diuinam. 1. est quòd iudex requiratur. Deut. 17. Si difficile & ambiguū iudicium esse perspexeris, venies ad sacerdotes Leuitici generis. Exod. 18. Cum acciderit disceptatio veniunt ad me vt iudicē inter eos. 1. Corinth. 6.

Requisiti iudicis

vetans Paulus recursum fidelium ad iudices infideles, præcipit cōstitui iudices fideles in Ecclesia. Ratio huius est quia nemo debet esse iudex in causa propria. Hūc alludunt verba Christi. Dic Ecclesiæ Matth. 18. id est prælato illius Ecclesiæ; cui est subiectus frater peccās. Secundò est necessaria in iudice autoritas. Deut. 16. Iudices & magistros cōstitues in omnibus portis tuis. Vbi innuitur autoritas per constitutionem, quia

Autori- tas in iudice.

quia nemo sumit sibi honorem. Hebr. 5. Qui potestatem sibi assumit iniuste, odietur. Eccles. 20. Cum dicit in omnibus portis, distinguit iurisdictiones. Roman. 14. Tu quis es qui iudicas alienum seruum? 1. Corinth. 5. Quid mihi de his qui sunt foris iudicare. Lucæ. 12. dixit Christus cuidam. Homo quis me constituit iudicem aut diuisorem supravos? Tertiò, Citatio partis contrà quam intenditur. Num. 16. Misit Moyses & vocauit Dathan & Abyron. Si non comparuerit punitur eius contumacia, ibi responderunt citati. Non veniemus, sequuta est poena deuorante ipsos terra. Quartò. Interrogatio partis citatæ Eccle. 11. Priusquam interrogas ne vituperes quenquam, & cum interrogaueris corripe iuste. Sic Iosue. 7. interrogauit Achan, confitere peccatum, quid fecisti? Quintò. Probatio per testes. Deut. 17. & 19. in ore duorum vel trium stet omne verbum. Non stabit testis, vnus contra aliquem, quidquid illud peccati & facinoris fuerit. Idem in Euangelio Matth. 18. & Paulus. 1. Timoth. 5. Aduersus presbyterum accusationem noli, recipere nisi sub duobus aut tribus testibus, & 2. Corinth. 13. Ecce tertio venio ad vos, vt in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum. Prædixi, & prædico his qui antè peccauerunt, & cæteris omnibus, quoniam si venero iterum non parcam. Sextò. Diffinitio & conclusio causæ condemnando, aut absoluendo. Deuter. 17. Cum audiens inquisieris diligenter, & verum esse repereris, educes qui rem sceleratissimam perpetrarunt, & lapidibus obruentur. Ecce condemnationem. Ioann. 8. Vbi sunt qui te accusabant, nemo te condemnauit? Neque ego te condemnabo. Vade in pace. Ecce absolutionem accusati. Vide ad hoc Alexand. 3. p. q. 45. m. 2.

De iure canonico multa sunt introducta non discordantia à lege Dei, sed ad utilitatem iudicij, ad repellendas fraudes, compescenda iniquitatem, quarum aliqua vel declarant ea que sunt ex Dei lege, vel modificantur ea. Ad primum de requisitione iudicis sunt tituli in iure de accusationibus, vt visum est, quomodo fieri debeat; qui possint accusare, qui repelli ab accusando, de denūtiatione, & inquisitione, vt dictū modo fuit. Ad secundum de autoritate iudicis faciunt tituli

3. Citatio partis.

4. Interrogatio.

5. Probatio.

6. Diffinitio causæ

Eadē sex in iure canonico.

1.

2.

de electione quomodo sit episcopus eligendus & alij prælati quoniam etiam in veteri lege Dei fuerunt iudices ordinarij in temporalibus. 18. Exod. Electis viris strenuis constituit Moyses principes populi, tribunos, &cæt. Deuteron. 17. de Leuitis super iudicandum iudicium difficile. Num. 3. distribuuntur Leuitis officia & munia tabernaculi. Idcirco in iure sunt tituli de officio iudicis ordinarij. Quia Moyses ascensus in montem, Exod. 24. dixit senioribus, Habetis Aaron & Hur vobiscum, si quid natum fuerit quaestionis referetis ad eos, sunt tituli, de officio vicarij, de officio iudicis delegati. Quia etiam Exod. 21. de restitutione damni quam debebat facere percussor mulieris prægnantis dicitur quod reddet quantum maritus expetierit & arbitri iudicauerint, est & titulus de arbitris. Ad tertium de citatione habetur diffusè per titulos vt cap. 1. de iudicijs lib. 6. quis debet personaliter citari, quia pro causa criminali, pro veritate dicenda, pro iuramento calūniæ; in alijs auditur per procuratorem, ad hoc sunt tituli de procuratoribus. Ipsa citatio non debet esse nimis breuis cap. 1. de dilationibus. Ad poenam cōtumacis facit. c. 1. de iudicijs, & c. 3. & 4. de dolo & contumacia. Ad quartum de interrogatione, in titulo de confessis lib. 6. cap. 2. Ad quintum de testibus sunt tituli de testibus & attestacionibus, qui sint admittendi qui repellendi, sunt & tituli de probationibus. Ad sextum de sententia faciunt tituli de sententia & re iudicata.

*Oblatio libelli quid. Satisdactio quid.* Sunt alia multa in iure disposita cum præcedentibus; vt pro actore, tituli de libelli oblatione, qui contineat intentionem actoris ne possit postea immutare: Pro reo sunt tituli de exceptionibus: De recusacionibus, appellacionibus, relationibus, declinationibus iudicis, seu fori. Pro utroque satisfaciones, quæ sunt cautiones datæ a reo & a procuratoribus actoris & rei. Dilationes: Iuramentum de calūnia quod iuratur a partibus se non animo calūniandi agere vel respondere. Habes sup. p. 126. quid est calūnia. Hæc omnia tractant iuris ciuilis & canonici peritiam eorum professio huc tendit, illi sunt tractandi, consulendi, & per omnia inquirendi, non enim est theologorum exacta in his diligentia petenda. Est vnum aut alterum circa hæc a nobis absolendum.

Circa

Circa personam iudicis puta episcopi, aut inquisitoris contra hæreticos (dimissis alijs iudicibus qui in secularibus laici esse possunt, & iuxta negotia ab ipsis tractanda canonici aut ciuilibus iuris periti esse possunt) celebre dubium est an magis expediat esse theologos vel iuris peritos: Theologi pro suis; Iuristæ item pro suis causam agunt. Vide Caietan. 2. 2. q. 185. art. 5. Dico igitur breuiter quod vbi aliquis inueniretur simul Theologus & Iurista, magis esset idoneus quam cum altera illarum facultatum. At considerando intrinsecam obligationem episcoporum, melius illi satisfacit per theologiam quam per canones. Ad Timoth. 1. c. 3. vult Paulus episcopum esse doctorem inter alias quas ei desiderat virtutes, & non litigiosum. In cap. 4. instruens eundem quasi episcopum ait. Dum venio attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ. Tibi & doctrinæ instat in illis. Hoc enim faciens, & teipsum saluum facies, & eos qui te audiunt, & in 2. cap. 2. Seruum Dei non oportet litigare, & cap. 3. Ab infantia sacras literas nosti, quæ te possunt instruere ad salutem. Omnis enim scriptura Diuinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia. Ad Titum cap. 1. Potens sit episcopus exhortari in sana doctrina, & eos qui contradicunt arguere. Hæc cum sint de intrinseca obligatione episcopi, dicente etiam Christo Domino. Prædicatè Euangelium omni creaturæ. Marci vltim. Matth. etiam vltim. Docete omnes gentes magis ad ea conducit theologia, quam peritia canonum. Concilium nuper Tridentin. Sessio 5. cap. 2. de reformatione & Sessio 24. capite. 4. declarauit præcipuum munus episcoporum esse prædicationem tenerique per seipsum, si legitime impediti non fuerint, ad prædicandum Euangelium. Quod est de se non variatur ex accidenti, puta quia pauci vel nulli prædicant; is enim eorum abusus culpabilis est, vel quod causæ matrimoniales, aut aliæ magis in aliqua diocesi pertractantur. Videmus etiam in cōfessorio vix aut nunquam illas causas audiendis & diffiniendis episcopos assistere, prouisoribus & vicarijs remittunt, potiusque faciunt illas relinquendo vicarijs, quæ prædicatione & curam spirituale dimittant alijs. De hoc meminimus me fufius tractasse super

*Episcopus & inquisitor si vtilior theologus, an iuris peritus?*

super librum Iosue, quem tractatum cum alijs flamma rede-  
git in fauillas. Nam Moyses prælia dimittebat Iosue, que ad  
Deum erant explebat ipse, minora iudicia & faciliora imper-  
tuit sapientibus Exod. 18. Apostoli ministerium temporale  
commiserunt diaconibus, ut ab oratione & ministerio prædi-  
cationis ipse non cessarent propter officia minora. Act. 6.  
Christus ipse Dominus oculos & curam temporalem, etiã  
dandi aliquid egenis, dimittebat Iudæ noto furi, ne alios Apo-  
stolos aptos maioribus in illo ministerio impediret. Ioan. 13.  
Officium iudicandi tractandique causas forenses, nõ est præ-  
cipuũ, sed de minoribus in ecclesia dicente Paul. 1. Corinth. 6.  
Sæcularia igitur iudicia si habueritis contemptibiles qui sunt  
in ecclesia illos constituite ad iudicandum. Vbi glossa ordinat  
id est aliquos sapietes, qui tamen sunt minoris meriti. Accedit  
ad hæc quod cum theologia scholastica sit iam immixta  
& plena canonibus, non sunt theologi tam ieiuni ab eiusmodi  
facultate, quin vel vnus anni tempore fient aptissimi ad  
iudicandum per canones: meri Canonista facti episcopi mi-  
nus quam, in octo annis aut decem scholasticæ theologiæ  
atque scripturæ ad quas Logica & Physica prærequiritur cõ-  
petentem notitiam non adquirent. De inquisitoribus cum  
sint iudices delegati ad causas fidei maiorem vim habet dis-  
tinctio, quod vbi hæreses pullullat, atq; vigent, opusque est  
cum hæreticis disputare, populum prædicando ab eorũ in-  
fectione præseruare, corruptum sanare constituatur theolo-  
gus: vbi pacificè ab eis viuatur & forensibus processibus con-  
tra hæreticos est agendum locum habere potest: quod consti-  
tuatur iurisperiti ne theologi à meliori studio euocati diem  
totum in formandis processibus expendant, estõ sit facilius  
theologo addiscere practicam forensẽ, quã iurisperito theo-  
logiam. Si verò ex duobus inquisitoribus in vna prouincia  
alter Theologus alter Canonista constitueretur mutuas sibi  
operas præstarent.

20. Dub.  
Episcopa  
re si li-  
cur?

Circa constitutionem iudicis dubium est, an liceat appete-  
re episcopatum? hoc est esse doctorem & alijs episcopalibus  
muneribus obligari. De dubio vide Thom. 2.2. q. 185. artic. 1.  
& ibi Caietanum. Vbi cum multa concurrant necessaria si-  
mul,

mul; quæ & distingui possint & separata seorsim alijs cõmu-  
nicari; aliqua eorum licitè poterunt appeti, & procurari mo-  
do ad ea sit homo sufficiens. Qui enim appeteret officium di-  
struendi eleemosynas episcopales, in eoque officio episco-  
po subministrare, estõ haberet oculum ad stipendium sui vi-  
ctus, nil appeteret illicitum, neque ex tali fine vitiosum, mu-  
nus quippe illud est temporale sine alicuius dispendio vel  
damno. At verò sarcinam munerum episcopalium appetere  
est velle obligari oneri angelicis humeris formidãdo. Vt cõc.  
Trid. Sess. 6. de reform. sumpsit ex ser. 2. Bern. de ascensione.  
Quando quis appeteret promoueri à Deo cum promotione  
idoneos valètere facere ministros, atq; ab ipso Deo peteret ora-  
tionibus q; vtrunq; daret episcopatum & idoneitatem, vitio-  
sum non est. Appetere honorem officij atque gradus ponen-  
do ibi principale intentum & finem, ita quod honor, & diui-  
tiæ sint ratio appetendi, non solum mouendo ad officium, sed  
dando actui suum finem, non est dubium esse illicitum, &  
mortale; sicut multi sæculares finem intrandi religionẽ, pro-  
mouendi ad ordines habent, vitam in temporalibus sufficiẽ-  
ter transigere, quibus dicere potest Christus Dominus quod  
Ioann. 6. ijs qui post ipsum venerunt Caphanaum. Amen  
amen dico vobis, quæretis me nõ quia vidistis signa, sed quia  
mãducaistis ex panibus & saturati estis. Appetere animo ex-  
plendi omnia munia, & cum hoc habendo oculum ad tem-  
poralia ex consequenti, ut ea temporalia licent, tolerabile est  
sed verè periculosum: exemplum habemus in Absalone. 2.  
Reg. 15. qui appetens iudicare Israelẽ aiebat. Quis cõstituat  
me iudicem super terram, ut ad me veniant omnes qui ha-  
bent negotium & iustè iudicem: in quo ostendebat animum  
se habere bonum ad probè officium explendum, sed sua eum  
suggessio fallebat, quod & rei euẽtus probauit: modus quem  
ad consequendum obseruabat fuit sollicitãdo corda virorum  
Israel, venientibus ad negotia adulando, Videntur, dicens,  
sermone tui boni; detrahebat vel patri Dauid, quia iudicem  
delegatum non constituebat, vel iudicibus quasi inutilibus,  
inquiens, sed nemo constitutus est à Rege, qui te audiat. Vi-  
deant qui episcopatus ambiunt quantacunque bona intetio-



ne dicant se persuasos, si alijs detrahunt etiam ambientibus si electores aut intermedios sollicitant, si muneribus, aut lingua placabili amicos in finem hunc venantur. Quando se ab omnibus & ex vtraque parte liberos extimabunt suspectas habeant infidias inimici in tanta negotiorum mole quasi in Palladio Troiano latentis. Post enim quod sunt adepti aliter euenit, aliter quam promittebat sibi animus exequitur; quod se ostendant ficta intentione appetiisse, Deus vero non irridetur. Si tam miserè plebs ob hæreticos, aut alia incōmoda periclitaretur, & nemo vellet humeros submittere, tunc cum formidine Deo humili prece pulsato liceret se opponere pro muro, & appetere atque procurare. Dum non est adeo clarū fat est Dominum orare, quod operarios mittat in messem suam, & in nidulo suo manentes recordari mille locorum in scripturis, qui deterrent à quærenda cathedra honoris, à quærendo fieri iudices Eccles. 7. à volendo magistrus fieri quoniā maius iudicium sumimus. Iacob. 2. à sollicitudinibus & diuitijs quæ suffocant verbum Dei. Matt. 13. & Luc. 8. Non enim de facili debemus nos reputare necessarios ad officia. Audimus enim quod Helias. Reliqui mihi septem millia virorū: 4. Reg. 19.

*Circa rei  
interro-*

*gatione.* Circa interrogationem rei diximus supra. p. 123. in corol. ex diuo Thoma quod vt reus iustè interrogetur debet præcessit se infamia, vel indicia expressa, aut semiplena probatio. Quid sit infamia supra. p. 124. Cum dicitur indicia, nota quod regulariter non sufficit vnum indicium, ideò in plurali debent esse indicia: quodlibet etiam indicium debet probari ad minus per duos testes, aliter nihil est expressum & certum iudici solo vno teste. Cum indicium, sit argumentum indicans seu notificans intellectui ex aliqua circumstantia veritatem, debet esse tale, quod prudentis iudicis conscientia informet quod factum manifestat, & etiam talem personam factum illud perpetrasse. Indicia enim & præsumptiones multum pendunt ex arbitrio iudicum prudentium. Semiplenam probationem facit vnus testis omni exceptione maior, videlicet, quod sit oculatus, neque possit contra eius testimonium fieri aliqua exceptio per iura, vt quod sit inimicus, non sane mentis,

*Sup. d. 13  
p. 4.*

*Sup. d. 14  
p. 7. ad. 1  
argum.*

*Infamia.*

*Indicia  
debent esse  
se plura.*

*Testis vnus  
quærit se  
semiplenam  
probationem.*

mentis, denique quod iure non valet pro teste. Quoniam vero de iure nemo est damnandus sine accusatore (dicit enim Eleutherius Papa, habetur. 2. quæstio. 1. capit. Nihil, contra quemlibet accusatum absque legitimo & idoneo accusatore fiat. Nam & Dominus noster Iesus Christus Iudam furem esse sciebat, sed quia non est accusatus, ideo non est eiectus. Idem dicit Ambrosius super capit. 5. epistol. 1. ad Corinth. vt refert Alexand. 3. part. quæstio. 40. memb. 6. articul. 2. §. 2. & post eum Thom. 2. 2. quæstio. 67. articul. 3. Felix item Papa in capite. 1. extra. de accusatione. Si legitimus non fuerit accusator non fatigetur accusatur) rationabile est quod sine accusatore iudex per aliquod trium prædictorum nequeat reum interrogare. Vnde solent esse fiscales qui accusant. *Fiscales.* Vt reus videat se positum in eo articulo quod negare non potest, sed interroganti respondere teneatur in conscientia: & sub mortali peccato, debent ei ostendi indicia seu notificari, semiplena probatio, aut infamia; aliàs non est obligatus respondere, quia nescit iudicem iustè interrogare. Angelica. indicium. §. 3. excipit quando iudex procedit ex officio & non ad querelam: quod habet locum in crimine hæresis vbi quando est periculum non sit reo manifestatio testium per capit. finale de hæreticis. lib. 6. Sed quia semper timetur periculum vel testi, vel causæ fidei, quia pauci testimonium dicerent, semper occultantur eorum nomina. Quatuor ponit diuus Thomas vbi supra ad 1. argum. habentia locum accusatoris, quæ sunt infamia, ipsa enim tenet locum accusatoris ad inquirendum, vel denunciatoris, ideo in tali inquisitione iudex non est simul accusator, vt dicit capit. Qualiter & quando. cl. 2. Manifesta rebellio ad Ecclesiam cui est crimen denunciatum, quia ex quo Ecclesia corripuit denunciatum & se non corripuit, illa rebellio ipsam accusat ad puniendum. Evidentia patris sceleris: quia ipsa non eget accusatore. Quartum est quando iudex videt committi delictum, quia procedit ex officio paulatim inuestigando. Alex. vbi supra. circa hæc duo vltima dicit, quod quando quis delinquit coram iudice sedere pro tribunali talis euidentia sic accusat, quod conuincit neque indiget alia probatione.

*Fiscales.*

*Quatuor  
habent vbi  
cum accusatoris.*



tione: Si tamen coram eo non sedente in loco iudicis & coram p̄ncis, duobus vel tribus propter quos non dicitur factū publicum, non habetur reus conuictus, ideò debet precedere probatio. Eam ego crederem sufficere & posse fieri ex illorum testimonio, quod posset iudex sumere formando processum, alioquin multi in iudicis, aut p̄lati conspectu & duorum vel trium neque possent capi & custo diri in carcere, neque puniri. Sanctus Ludouicus rex Franciæ legitur p̄cepisse cauterizari linguam illius, quem audiuit blasphemantem, rex enim nunquam p̄sumitur fuisse solus & duobus aut tribus duntaxat comitibus, ideò tam publicum videtur fuisse coram eo delictum, ac si in tribunali sederet, imò ex sola regia dignitate vbicunque est patenter, & non sub alieno habitu occultatus suum solium, tribunal, & sceptrum gerit. Princeps sacerdotum, quia sedebat in tribunali dixit. Marci. 14. Audistis blasphemiam quid adhuc desideramus testes?

*S. Ludouici  
cns.*

*Corol.*

*Peccat  
reº negãs  
veritatẽ.*

Constat igitur ex p̄dictis quòd mortaliter peccat reus negans veritatem quando eum iuridicè iudex interrogat; interrogat autem iuridicè p̄cedente aliquo trium p̄dictorum, & probatione iam posita in processu, & reo notificata. Durante causa & litigio à confessore non potest absolui, quia ipsum peccasse non pœnitet, sed perseverat cõtinuando peccatū, atq; per regulã iuris lib. 6. Peccati venia non datur nisi correcto. Si tamen finitum esset iudicium, vt quando reus damnatus est, non tenetur iam confiteri etiam si negasset iniustè & cum peccato, & multo minus si non fuit conuictus, quia data sententia iudex functus est officio suo, neque sententiæ suæ est iã nisi executor. Imò forsan posset esse casus in quo ante sententiam, quia finitus & cõclusus esset processus neque ipse amplius interrogandus non teneretur se offerre ad confitendum, quia cum non habeat animum iterum negandi, neque ex non confitendo alteri p̄iudicium fiat nisi tribunali, reputabitur peccatum iam finitum & transiisse. Dixit tribunal, quia si iudex rectè processit non est confessio necessaria ad iustificandam iudicem quem iustificat ipse processus: apud probos & discretos iudex, pro quo p̄sumunt &

& ipsa iura, non infamatur ex negatione rei: neque etiã apud alios infamant efficaciter vanæ populi voces, in ora ex sola negatione rei, ideò vix potest dari quando finito iudicio, vel ad patibulum, vel antè teneatur reus offerre se ad nouiter confitendum. Non nego quin casus posset esse in oppositum si alicui particulari damnum fieret, quod illa confessio resarciret.

Casu quo à iudice interrogaretur p̄termisso iuris ordine, puta de occulto crimine, quasi publico, dubium est in conscientia quomodo responderè debeat? Scotus in hoc. 4. d. 15. q. 4. liter. G. dicit quòd bona est responsio iuristarū: nego proposita vt proponuntur, neque ibi est mendaciū, quia proponuntur in publico, & vt publica, & publicè probanda, si tamen ipse sciat ea non posse probari in publico: quòd si iudex vrgeat potest dicere se rectè respondiisse & sufficienter, neq; ab illa responsione vult declinare, faciat iudex quod iuris est. Si tamen simpliciter negaret intendens in animo negare vt est propositum, videlicet vt publicum, sicut negat confessor in exteriori foro quod nouit in alio, dicit idem Scotus quòd post factū sub dubio pœniteat, quia dicit Gregorius & habetur in decretis. d. 5. cap. Ad eius bonarū mentiū est ibi culpas suas agnoscere vbi culpa non est, quia sæpe sine culpa agitur quod venit ex culpa. In reportatis dicit q̄ antè factū, si nō potest se liberare ab interrogatione iudicis nisi absolutè negãdo q̄ ipse consuleret q̄ fateretur verum, tamen post factū pœniteat quia est dubium si peccauit mortaliter: neque, ait est asserendum q̄ de necessitate salutis non neget, sed confiteatur: & addit ibidem q̄ in tali negatione ad peccandū vel non peccãdum non est necesse q̄ intendat respondere ad mentē quarẽtis, sed ad ipsum propositum in publico, quod tamẽ est secretū. Almainus in. 4. super. d. 15. & q. 4. Scoti dicit q̄ si talis intendit negare vt publicum, q̄ non peccat: si autem intendit negare simpliciter q̄ peccat venialiter, quia mentitur officiosè respectu sui asserendo contra mentē, non tamen mentitur in perniciẽ rei publicè, quia respublica non debet punire nisi peccata publicã, & probata: neq; mētitur in perniciẽ accusantis, quia ipse accusans sibi perniciẽ intulit accusando iuris or-

*Quid si  
reus inter  
rogetur si  
ne iuris  
ordine.*

dine prætermisso. Pro hac opinione facit iuramentum episcoporum, quod sciunt verumque testamentum, quod iuramentum reducitur ad scientiam sufficientem ad officium pro quo interrogantur. Vide in. 3. dist. 25. prop. 15. Item facit responsio Ioannis Baptistæ. Ioann. 1. Non sum propheta, quia si interrogabatur de communibus prophetis, ut ibi exponit glossa interl. erat plusquam propheta, quod his verbis etiam innuit Gregorius hom. 7. super Euang. A. veritatis tramite non recessit, cum se etiam prophetam negat, quia videlicet non solum poterat Redemptorem prædicare, sed etiam demonstrare. Exemplum in duce, vel Centurione negante se militem, quia est plus quam miles: in Comite aut Duce. vel Marchione negante se nobilem quia est plusquam nobilis. Sin vero interrogabant de propheta illo de quo Moyses Deut. 18. Prophetam de gente tua suscitabit tibi Dominus, quem locum male interpretabantur de propheta quodam ante Messiam venturo, cum de Messia ipso Moyses loqueretur: neque Ioannes erat de quo ibi loquebatur scriptura; quia non erat Christus, ut iam fuerat confessus, neque erat propheta quem illi ante Christum autumabant errantes venturum, licet re vera propheta esset venturus ante Messiam, non tamen expressus in illa scriptura quam ipsi non intelligebant, ideo non mentiebatur respondens quod ipsa interrogatio prætendebat. Soto relect. de secreto. m. 2. q. 7. concl. 3. ante primum dubium, tenet contrarium, & quod si iuravit dicere veritatem & interrogatur in particulari occidisti Petrum, teneatur confiteri. Et quidem in casu quod intenderet negare simpliciter & peccaret venialiter, ut dicit Almainus, rationi congruit quod ex iuramento falso peccet mortaliter. Si vero iuramentum fuisset in principio generale de dicenda veritate est interpretandum, ut supra. p. 123. in fine. Idem Soto ibidem. m. 3. q. 3. concl. 5. dicit quod dicendo non feci, nullo modo potest excusari a mendacio.

*Sex modi probatio-  
nis.* Circa probationes, dicit Alex. 3. p. q. 45. m. 5. quod probatio est convictio per argumentum rei dubie facies fide, & quod sex modis sumitur argumentum probationis. Primo, per euidetiam facti sic Genes. 4. probatur Cain fratrem interfecisse. Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. Secundo, per famam,

famam, quæ est communis loquutio procedens ex verisimilibus coniecturis, alias sunt vanæ populi voces. Hæc sola non probat imo neque cum uno teste in criminalibus, in civilibus dicitur cum uno teste probare vide Angel. Indiciu. §. 4. Rosel. Inquisitio. §. 4. Sufficit tamen ad probandum matrimonium, ut dicit Alexand. II. in. c. Illud de presumptionibus, Alex. Alenf. dicit quod valet ad probandum matrimonium propter religiositatem, quia iura sunt facillora ad recipiendam probationem honestatis & religiositatis. Ideo, etiam sufficit ad impediendum illud sicut habetur in. c. Super eo, de consanguini. & affinit. & in. c. Cum in tua de sponsalibus. Tertio, per iuramentum, quod indicitur infamato ad se purgandum, de hoc dicitur. Exod. 22. Si quis commendaerit proximo suo a finem, bouem, & omne iumentum ad custodiam & mortuum fuerit, aut debilitatum, aut captum ab hostibus nullusque hoc viderit, iusiurandum erit in medio quod non extenderit manum ad rem proximi sui, suscipiet dominus iuramentum & ille reddere non cogetur. Ecce ad solum iuramentum probabat suam innocentiam, & dominus rei debebat illo esse contentus. Modus huiusmodi iuramenti datur in. c. Quoties de purgatione Canonica, quod infamatus iurat se non commisisse crimen, purgatores iurant se credere quod verum iuravit. Solent illi purgatores dari in numero impari ut stet iuramento maioris partis, & qui a maiori parte non fuerit purgatus dicitur defecisse in purgatione. Hoc remedium reo in alijs iudicijs raro aut vix datur, in iudicio inquisitionis sæpe. Ad hanc purgationem facit supra. p. 123. corol. 2. autoritas Deuteronomij. Alia purgatio est quæ dicitur vulgaris, quia sicut canonica fuit inuenta per canones, ita hæc per vulgus, ipsa reprobatur ab ecclesia in titulo. De purgatione vulgari, ut per duellum, ad inquirendum veritatem victor suæ partis comprobatur. Item si per ferrum candens quærat peccatum quando per illius contactum infamatus aduersionem pateretur, vel non. Itæ est iam abrogatum concil. Vormac. decretum de probatione delicti in monasterijs per id quod omnes communicarent, & diceretur eis. Corpus Domini sit tibi hodie in probationem, refertur a Gratiano. 2. q. 4. vel. 5. capit. Sæpe. Numer. 5. dedit Dominus purgationem uxoris erga quam maritus concitabatur spiritu zelotypiæ, quod potaret

2. *Fama:*  
*in quo*  
*differt a*  
*vanis vo-*  
*cibus.*

3. *Iura-*  
*mento.*

*Purgatio.*  
*Alia est*  
*canonica*

*Vulgaris.*

aquas amaras, cuius vterus ad potum erat dirupendus si adulterium commiserat. Hæc purgatio tunc non erat vulgaris, sed legalis & à Deo inuenta; qui est mortis & vitæ Dominus.

4. Instru-  
mentum.

Quartū per instrumentum, nam cū testes possint per mortē deficere, facit fidem scriptura publica, hoc est, per manū Notarij, qui est publicus officialis, vel per sigillū autenticū quale est episcopi, capituli aut alterius personæ in dignitate constitutæ. Vide cap. Scripta: de fide instr. & glossam ibi, atq; etiā cap. 1. de sent. excom. lib. 6. vbi publico instrumēto vel literis testimonialibus sigillo autentico consignatis præbetur fides.

Scriptura

Hierem.

Stipulatio

nes.

Rata.

Signa fo-

rmsecus.

De hoc habes Hierem. 32. quando remittitur agrum ab Ananiam & Sarcis, quæcepit librū possessionis signatum, & stipulationes hoc est interrogaciones & responsiones vendentis & ementis (vt emis, emo, vedis, vendo, tanti vel tanti soluto pretio pro tinus, vel in diem) & rata (id est consensum vtriusq; ratum & firmū ad probationem) & signa forinsecus (id est copiam seu duplūm simplex, hoc est, non signatum) Fiebant enim tunc duo instrumenta: emptiois & venditionis, alterum signatum & clausum, cui si lis erat fides habebatur in iudicio, alterum sine obfignatione quod manebat apertum, vt hodie à Roma deferuntur literæ quandoque Pontificis signatæ & clausæ, quarum alix tantum continentur dantur apertæ ipsi imperanti sine sigillo: Hæc fecit Hieremias ad prophetandum ex mandato Domini reditum populi ex Babylone, & quò tempore reditus per talem scripturam constaret agrum emptum à Hieremia; & sibi aut suis restituendum: quod iuristæ vocant postliminium, id est ius recuperandæ rei suæ, quam per captiuitatem seu seruitutem amiserat. Sic præcepit concilium Hispalense, cui beatus Isidorus interfuit, restitui parochiam ecclesiæ Malacitanæ quam tempore belli hostilis alix ecclesiæ occupauerant. Habetur in decretis. 16. quæst. 3. cap. Actione prima. Sic. 4. Reg. 8. præcepit rex Israel restitui mulieri cuius filium suscitauerat Helisæus redeunti ex longa peregrinatione omnia sua, & vniuersos redditus agrorū à die quæ terram reliquerat propter famem illam generalē. Quintū per præ-

Postlimi-

nium.

sumptiones: de quib⁹ habemus duo iudicia Salom. 3. Reg. 2. quia petiuit Adonias Abisac Sunamitem vxorē, præsumpsit illum

3. Præ-

sumptio-

nes.

illum aspirare ad regnum sicut antè ambiens illud fecerat sibi curram & equites capit. 1. & die eodem iussit illum interfici. Aliud cap. 3. ex eo quòd mulier vna compassa fuit infanti ne occideretur illi eum pro filio, & non ei quæ ipsum interfici petebat, adiudicauit. Distinguuntur autem præsumptiones: quædam sunt iuris de iure, puta, sunt dispositiones legis præsumptis aliquid, & super præsumpto tanquam iam cõperto aliquid statuentis. v.g. In cap. Is qui fidem de sponsalibus, ante concilium Trident. annullans clandestina matrimonia, præsumebat ius, quòd qui cognouerat sponsam de futuro habuit animum cognoscendi tanquā vxorem, ne peccaret in facto, & super tali præsumpto statuebat, & habebat illud pro vero matrimonio. Contra has præsumptiones regulariter non admittitur probatio, vt in cap. Si qui clericorum. 11. q. 1. Talis etiam præsumptio habetur in cap. In super; Qui matrimonium accusare possunt: vbi, quæ fuit inuita desponsata, postea cognita sponte, datur pro vxore, & non auditur contra matrimonium. Sic & concil. Tridentin. Sess. 25. cap. 19. de regularibus non admittit probationem post quinquennium illius professi, qui prætendit se per vim, metum, aut ante legitimam ætatem professum, quia præsumit illum intra tale quinquennium fuisse voluntarium. Aliæ sunt iuris tantum, quæ sunt probabiles coniecturæ prouenientes ex certo signo, quæ non adducto alio in contrarium habentur à iure pro veritate. Est enim præsumptio, vt ait Alex. 3. part. 9. 45. memb. 7. coniectura vnus facti per aliud factum: seu est argumentum ad credendum vnum factum per probationem alterius facti. Vbi annota differentiā ipsius ab indicio, quia indicium se tenet ex parte rei, seu facti, præsumptio se tenet ex parte seu corde præsumptis, licet multum videantur coincidere. Nota etiam ex notificatione quod in certis & euiden- tibus nõ est locus præsumptionibus. Aliæ sunt præsumptiones hominis, quado ex vno facto firmat, seu format homo cõceptum suum ad coniecturandum aliud. Hæ remittuntur arbitrio iudicum prudentium & sunt quæ plurimæ, de quibus dantur exēpla, quarū aliquæ meo iudicio coincidunt cū præsumptionibus quæ sunt iuris, quarum pono aliquas.

Præsum-  
tionū di-  
stinctio.

Præsum-  
ptio quid.

Indicium  
differt à  
præsum-  
ptione.

Præsum-  
ptione: ho-  
minis

Ccc 3 Talis multa.

1. Talis præsumitur filius qualis pater, supra dist. 13. propof. 49. De hac si vis vide Alfonsum Castro lib. 2. de punit. cap. 8. quia tamen hoc non semper habet verum, præsumptio est hominis non iuris; quia sine alio in contrarium adducto non debemus habere pro veritate quod filius omnis parentum peccata imitetur.
2. Talis præsumitur homo quales sunt cum quibus conuersatur. Prouerb. 13. Qui cum sapientibus graditur sapiens erit, amicus stultorum similis efficietur. cap. 22. Noli esse amicus homini iracundo, ne forte discas semitas eius. Vbi nota ly forte, quia non semper ita est. Eccles. 13. Qui communicaue- rit superbo induet superbiam. Psalm. 17. Cum sancto sanctus eris?
3. Qualis rector ciuitatis tales inhabitantes in ea Eccles. 10. & antè. Secundum iudicem populi sic & ministri eius. Patuit in Herode. Matth. 2.
4. Ex natione & patria, vt in capit. Si gens Anglorum. 56. d. Machab. 1. capit. 7. Homo sacerdos de femine Aaron venit non decipiet nos.
5. Semel malus semper præsumitur esse malus de regul. iur. lib. 6. exemplum est in eo qui semel peierauit, sicut in cap. Paruuli. 22. q. 5. præsumitur semper peieraturus, ideo non admittitur amplius ad testificandum, vt ibidem dicitur: & dicit Gregorius. IX. in cap. Testimonium; extra de testibus. Glos- sa exponit hanc regulam quod semper malus præsumitur videlicet in eodem genere delicti. Vnde talis præsumptio potest dici iuris, quia ius sic præsumit: quod si aliquid statuat circa talem, vt in hoc de testimonio, videtur iuris, & de iure. Quando ex malitia vnus delicti præsumetur malus circa aliud vocabitur præsumptio hominis. Annotabis quod tam glossa, quam alij vocant præsumptionem hominis, quando contra hominem præsumitur, præsumptionem facti quando circa factum. Ego dimissa præsumptione facti, quia vt patet ex citata notificatione Alexandri præsumptio semper est ex vno facto ad aliud, dixi præsumptionem hominis quã homo sine iure præsumit, sicut est iuris quam ius præsumit.
6. Ab adolescentia præsumitur ad senectutem. Prouerb. 22. Prouer-

*Præsum-  
ptio facti  
& homi-  
nis iuxta  
glossam.*

Prouerbiu est; adolescens iuxta viam suam etiã cum senue- rit non recedet ab ea. Thren. 3. Bonum est viro cum portaue- rit iugum ab adolescentia sua. In capit. Cum in iuuentute, de præsumptionibus: qui castus fuit in iuuentute, maximè si est literatus, præsumitur castus in senectute: Atque circa hunc particularẽ, quia est textus iuris præsumptio erit de iure.

Ex malis verbis præsumitur malus animus cū dicat Chri- stus Matth. 12. ex abundantia cordis os loquitur. Iustè præ- sumitur quisquis aliqua dicit ea prius mente tractasse, quia vt dicit beatus Gregorius. 26. Moral. capit. 7. refertur. 22. q. 5. capit. Humanæ: aures talia verba nostra iudicant, qualia fo- ris sonant.

Qui non habet memoriam ordinatam non præsumitur sa- næ mentis per capit. Filij, de hæreticis lib. 6. quod facit pro te- stamentis & alijs fiendis, vel factis ab existentibus in articulo mortis.

Ex alijs multis nascuntur præsumptiones, Eccl. 19. Ex visu cognoscitur vir, & ab occurso faciei cognoscitur sensat<sup>9</sup>. A mi- ctus corporis, risus dentiũ, & gressus hominis enuntiãt de illo. Prouerb. 20. Ex studijs suis intelligitur puer, si mûda & recta sint opera eius. Propter has præsumptiones, in iudicio inquisi- tionis in actione prima interrogantur rei de parëtibus, de pa- tria, vbi educati, cum quibus conuersati fuerint.

Alia diuisio præsumptionis est, quod vna est temeraria, quia sine aliqua ratione ex propria hominis malitia oritur, & vocatur iudicium siue suspitio temeraria. Alia leuis, quia ex leuibz causis orta. Alia vocatur probabilis, quia procedit ex probabilibz coniecturis sicut sunt multæ de quibz exẽpla po- suimus: propter nullã harum potest ferri sententia & damna si aliquis: propter probabilẽ tamẽ indicitur purgatio canoni- ca vt. c. Si quis: de purg. canon. quando est aliquis infamatus. Alia dicitur violenta, quando rationes omnes concurrunt ad illã & nulla in oppositum, tales sunt præsumptiones iuris & de iure, contra quas, vt dictum est, non admittitur probatio, intellige directè, benè tamen indirectè; videlicet probando quod mentiti sint & falsi testes, per quos est probata; vel non esse vera illa ex quibus talis præsumptio fuit orta.

7.

8.

9.

*Alia diui-  
sio præ-  
sumptio-  
num.*

*Purgatio.*

*Violenta  
præsum-  
ptio.*

Hæc violenta facit probationem plenam ad proferendâ sententiam, sic illam protulit Salomon quæ esset infantis mater, refertur extra de præsumpt. cap. Afferte gladium. & ibidem in cap. literis, quia ex violenta præsumptione quæ visus fuit nudus solus cum sola nuda in eodem lecto. copula carnalis probatur, & iubetur vir ab illa muliere fornicaria separari quoad torum, & matuam cohabitationem. Sed si possit promulgari sententia diffinitiva pro graui crimine, vt est hæresis, Angel. Præsumptio: tenet quod non propter cap. Literas, eo titulo: Siluestrina, eo verbo, tenet oppositum, sed quod possit propter talem præsumptionem quis puniri criminaliter.

*Salomon  
peccauit  
occidendo  
Adoniã.*

De iudicio Salomonis in occisione Adoniæ dubitatur si fuit legitimum & rectum, quia videtur processisse ex probabilibus, aut leuibus. Alexand. 3. part. q. 45. membr. 7. tenet præsumptionem illam fuisse leuem, & iudiciũ leue, & ex consequenti dicendum est quod peccauit, sicut peccaret qui iudicaret virum bonæ famæ de fornicatione, quia semel eum videret loqui cum muliere in loco suspecto, nam in talibus, dubia sunt in partem meliorem interpretanda. Adonias quippe tantum semel aspirauerat ad regnum priusquam Salomõ in eo confirmaretur, quia erat maior natu ipso Salomone. Post confirmationem potius confessus fuit, Meum erat regnum (quia erat tunc filius maior Davidis) sed translatum est & factum fratris mei, à Domino enim constitutum est ei. Item. c. 1. 3. Reg. promiserat ei Salomon timenti interfectionem propter aspirationem ad regnum, quod si fuisset vir bonus non caderet neque vnus quidem capillus eius in terram, vbi exponit Lyrans. vir bonus, id est non quarens machinationes de cætero ad obtinendum regnum, aliam causam non obtendit Salomon in mortem eius nisi suspicionem aspirationis ad regnandum, quia eius partes agebant Ioab quem tamẽ protinus interfici erat iussurus, & Abiathar, quem etiã mittere volebat in auxilium à ciuitate: Hæc omnia ostendunt iudiciam illud ex leui aut salte probabili causa, sed insufficienti ad mortem processisse. Argumentum aliud quod assumit Lyrans, quia petebat vxorem patris contra legem Leuitici. 18. Turpitudinem vxoris patris tui non dis-

cooperies,

cooperies, id est verenda noueræ ad concubendum cum ea: & subditur post hæc & alia, Omnis anima quæ fecerit de abominationibus istis peribit de medio populi sui, id est, interficitur, mihi videtur iuste refelli à Burgenfi, nam si lex illam prohibebat haberi vxorem, animum tamen seu desiderium habendi non puniebat capitaliter, sed opus; dixit enim, anima quæ fecerit: neque mihi placet ratio replicatoris quod si altera duarum rationum se sola non sufficebat, vtraq; simul sufficeret: quia neutra faciebat probationem femiplenam, vt simul iunctæ plenam probationem facerent. Forfan etiam non intelligebat Adonias neq; Bethsabæe præceptum legis nisi de actu fornicario, sicut ille Corinthius peccabat quia noueræ suæ fornicariæ miscebatur. 1. Corinth. 5.

Sexta probatio per testes, de qua in lege. In ore duorum vel trium testium stet omne verbum. Matth. 18. & Deut. 17. Num. 35. quia ad vnus testimonium nullus condemnabitur. Ibidem, & in cap. Veniens el primo, de testibus. In quo cap. erant duo testes de Simonia, sed quia alter fuit socius in crimine, & regulariter non valet pro teste vt ibi dicitur, quia nulli de se confesso aduersus aliũ in eodẽ crimine est credendum. remansit alter singularis, & absoluitur accusatus, dicitur enim communiter, dictum vnus dictum nullius. At sunt aliqui casus in quibus vnus testis sufficit, quorum est vnus, ad impediendũ peccatum futurũ, ideò testis vnus impedit matrimonium contrahendum deponens de impedimento, non tamen dirimit iam contractum per cap. Super eo, el. 2. de testibus. Propter hoc non malè faciunt prælati religionum, si ad dictum vnus fide digni, vt euitent futura peccata, & eorum continuationem, religiosos ex conuentibus transferunt ad alios, aut præcepta imponunt ne talem domum ingrediantur, modò prudenter fiat, ne dum refartunt peior reddatur scissura. Matth. 9. Sufficit etiam vnus quando nemini sit præiudicium, vt quod quis fuit confessus: quod paruulus sit baptizatus. De consecra. d. 4. cap. Paruulos: quod sit Ecclesia consecrata. Vide Angelicã, Testes. §. 24. Rosellam. Probatio, vbi dicit quod scripturis & chronicis antiquis. quibus habita est fides, credendum est. Idem videtur sufficere quando quis

*6. Probatio.*

*Testes.*

*Socius in crimine.*

*Testis vnus quãdo valet.*

*Testis in-  
ratus.*

se occidit, & est vnus testis quo probatur non fuisse sanæ mentis, vt sepeliatur in sacro. Neque aliquis debet ad testimonium admitti nisi iuratus, neque aliter est ei credendum cap. Nuper, & cap. Tuis quæstionibus, de testibus. Dixi regulariter socium criminis non valere pro teste, quia in aliquibus casibus valet vt in crimine hæresis per cap. In fidei fauorem lib. 6. de hæreticis. Valent ibi etiã infames, & excommunicati: Valet etiã socius, in crimine læsæ maiestatis, & simoniæ, vt ibi dicit glossa. Si dicas quare non valet in citato cap. Veniens, dicit eadem glossa quòd quia erat vilis persona neque admittenda contra clericum in accusatione aut testimonium, nisi talis clericus fuisset ante malæ famæ & opinionis. Perindè valebit socius in crimine sodomix, vbi fuerit lex quòd procedatur in eodem sicut in hæreseos crimine. Testes etiã debent esse contestes, & non singulares. Vocantur singulares quando deponunt super diuersis factis: sunt contestes quando super eodem facto & eodem tẽpore: quòd si actus est continuabilis & videant diuersis horis sunt contestes. V. g. eãdem nocte visus est clericus in concubinæ lecto ab vno teste in principio noctis, ab altero media nocte, vel ad auroram, sunt contestes: quia non præsumitur pluralitas actuum, sed continuitas eiusdẽ. Caieta. 2. 2. q. 70. art. 2. dicit quòd propter singulares testes inuenitur fulminata sententia multorum patrum consilio, in peccatis religiosorum, quod ex eo reputat tolerabile, licet non sit secundum rigorem iuris, quia nõ tam proceditur inter religiosos ad puniendum, quàm ad salutem animæ. Et re vera multa sunt crimina, præcipuè religiosorum, quæ probari nõ possunt nisi per testes singulares, vt est sollicitatio in actu sacramentalis confessionis ad actum carnis: Fornicatio extra conuentum in præsentia sociorum: ingressus in domos prohibitas. Sic etiã de iure, sæcularis non valet in testem contra clericum in causa criminali, vt in cap. De cætero. de testibus, neque in accusatorem, nisi suam vel suorũ iniuriam accuset, & tamen vbi alij testes non sunt aut esse possunt, vt est in populis vbi vnus tantum est clericus, laici sunt idonei testes, quoniam vt veritas habeatur cum aliter haberi nequeat, concedendum est

*Argum.*

*Cõtestes.  
Singula-  
res.*

est quod aliàs non concederetur, quòd videlicet recedatur à regulis communibus. Dato opposito fient clerici, vbi soli habitant, criminofissimi, atq; etiã religiosi promissa sibi impunitate. Verum est tamen, quòd in his & similibus quãdò receditur à communi regula maior est adhibenda prudentia circa personam, & opinionem tam delinquentis, quàm testimonium considerandã, & quòd si duo cõtestes probant & conuincunt, singulares vel tres sint, aut plures, vel persona vilis opinionis ad eiusmodi delictum.

Cum in accusatione recidat onus adducẽdi testes idoneos in ipsum accusatorẽ, quia ipse in eo iudicio non valet pro teste, attamẽ in denuntiatione denuntians valet pro teste, & cũ altero sunt duo, & cum duobus alijs sunt tres, ita deciditur in .c. In omni, de testibus, quod probat ex Euangelio vbi denuntiatu-  
*Denuntia-  
tor valet  
pro teste.*

rius iubetur præadhibuisse vnũ aut duos, vt cum vno ipse faciens alium haberentur duo, & cum duobus tres. Aduertes etiã contra aliquos iurisperitos, q̃ in crimine hæresis probando ita sufficiũt duo testes, sicut in alio quouis crimine, nihil enim Diuina lex in hoc distinxit, imo expressit Deut. 17. q̃ seruiens dijs alienis interficeretur sub duobus testibus. Et Paul. Hebr. 10. Irritam quis faciens legẽ Moysis sine vlla miseratione duobus vel tribus testibus moritur, quãto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit & sanguinem testamenti pollutum duxerit in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit: Igitur in delictis hæresis contra Christum Redemptorẽ duo testes etiã secundum Paulum sufficiunt.

In defectu aliarum probationũ solet tortura adhiberi, de qua beatus Augustinus lib. 19. de ciuit. Dei. c. 6. postquã deplorat miseriam hominum, qui in dubio torquentur & sæpè moriuntur innocentes in ipsis tormentis, vel mala quæ non commiserunt fatentur, subdit. Non hoc facit sapiens iudex nocendi voluntate, sed necessitate nesciendi, & tamen quia cogit humana societas, necessitate etiã iudicandi. Ex quo patet licẽre tormentis vti in iudicijs. Beatus Cyprianus libro contra Demetrianum, quia Christianos confitentes Christum torquebat cum absoluerẽ debuisset, aut si culpatos  
*Duo te-  
stes suffi-  
ciũt in cri-  
mine hæ-  
resis.*  
*De tortu-  
ra.*  
propter

propter hoc credebatur sine tormētis punire, ait. Torqueri debui si negarem, si mendacio fallente celarem, tunc torquendus fuisset, tunc ad confessionē criminis vi doloris adigendus, sicut in cæteris quæstionibus torquentur rei, qui se negant crimine quo accusantur teneri. Vbi videtur approbare vsum tormentorum. Item, probat eorum vsum Eusebius Papa. 5. q. 5. cap. Illi. Circa hoc peccat iudex torquens quem non potest torquere de iure, aut si torquet prætermisso iuris ordine, quia videlicet non habet contra reum semiplenam probationem, aut indicia sufficientia, aut etiam quia potest aliter veritas haberi. Nam vt patet ex Augustino propter nescientiam iudex infert tormenta, dicit & regula iuris lib. 6. Eum qui certus est certiorari vltius non oportet. Ex testi-

*Fama sola non sufficit ad torturam.*

monio vnius hominis omni exceptione maioris potest torqueri reus qui non est bonæ famæ, quod si adsunt alia indicia potest torqueri quauis sit bonæ famæ. Solam famam dicunt non sufficere ad tormēta, quia solet esse inconstans, & incerta, cum seminator à quo primò processit vix inueniatur. Ideò, sicut est dictum supra, infamato purgatio indicitur. In causa fidei, quia socius criminis valet pro teste, ad dictam eius accedentibus alijs coniecturis torquetur suspectus. In eo iudicio & causa torquetur omnes, qui torquentur in crimine læsæ maiestatis regis, nobiles, doctores, in quacunque dignitate constituti, quia grauius est Diuinam maiestatem offendisse in se per hæreses, torquetur & clerici, quos propter leuiora crimina iura permittunt torqueri, vt propter furtum depositi cap. 2. de deposito, & in c. Si res aliena. 14. q. 5. De clericorū tortura duas inueni iuristarum opinionones: vna dicit quod clericus non est torquendus etiam si sint contra eum indicia, nisi sit infamatus, dicitur hæc esse communis, super illud cap. de Deposito. Alij tenent sufficere indicia, de quorum numero dicunt esse Alciatū in cap. 1. de officio ordinarij, expresse tenet hanc dominus Didacus de Simancas in Catholicis assertionibus in cap. de Tortura, quia multa & graua crimina sunt quæ occulte committuntur. Rosella, Degradatio. §. 4. in finem, dicit quod quando clericus est torquendus prius est degradandus, citat Alex. de Iminola, cum eo transit Siluestrina eo verbo

*Clericus quomodo torquendus.*

§. 4.

§. 4. etiam ad finem. In contrariū est bona apparentia, quia cum non sit de crimine conuictus & degradatio sonet iam sententiam ferri, non potest degradari pendente in dubio si crimen commisit. Tum etiam quia tanta poena & fortè maior est degradatio, quàm tortura. Multi tenent clericos non esse torquendos per laicos, vide supra. p. 126. ad hoc: tamen vbi non sunt clerici qui sciant torquere, per laicos inferri tormēta possent. Clericorū tormenta religiosiora, & minus frequentia debent esse, quàm laicorum, & cum aliqui æquiparent tormentum abscissioni manus vel alterius membri, vbi conuictus de crimine non punietur maiori poena, quàm abscissione membri non sunt infligēda tormenta. Est tanta iniuria fuisse tortum quod satius foret propter indicia poenam infligere arbitrariam in multis casibus, quàm torquere clericos & religiosos. Flagella & ferulæ non computantur inter tormenta, quoniam impuberes prohibentur torqueri, & permittuntur flagellari, & ferulari, ideo hæc vocari possunt tormenta puerorum. Illud vltimò sciendum quod confessio facta per tormenta, aut iam instantium tormentorum metu non sufficit ad condemnationē nisi post ratificetur saltē vnius diei spatio præterito, quod dolor mitigetur. Dicitur instantia tormentorum non sola minitatio illorū, sed quando iam est data sententia vt torqueatur, & reus in loco tormenti nudatur, omniaque ad id sunt præparata. Cætera in hanc materiam vel per doctores, vel per varia religionum statuta decerni poterunt.

Confessio delicti facta coram iudice sedente pro tribunali à reo, qui sit ætatis debitæ & mentis compos præiudicat illi, & facit eum de tali crimine conuictum quando cōtra se confitetur. Facit illud Lucæ. 19. De ore tuo te iudico serue nequā. Nulla enim probatio est clarior & efficacior, debet tamen confessio esse aperta & non æquiuoca, neque erronea, & verisimilis, quia si non est talis non probat. De hac tractant iuristæ in titulo de Confessis, & summæ verbo, Confessio iudicialis. Quando in cap. Inquisitionis, de accusationibus, dicitur, quod si per inquisitionem probatum fuerit crimen aliquod aduersus quempiam, quod non impedit ordinis executionem,

*Confessio delicti.*



tionem; aut beneficij retentionē qualia sunt homicidiū & simonia, in quibus imponitur poena ordinaria, in alijs talis poena ordinaria nō imponatur, est limitandum nisi constet per confessionē rei, quia si confitetur puniendus est poena ordinaria. Ex quo, & id patet; q̄ licet parificetur conuictio rei per confessionē propriam, & per testes quantū ad hoc vt puniatur, nō tamē est paritas quoad quantitātē poenę. Testes enim falsi esse potuerunt, qui licet delictū conuincant & iudicis officium, vt iuxta eorum testimonium ferre sententiā debeat; nihilominus quia non sunt omnia paria potest iudex moderari poenā ordinariam contra reum negatiuum per dictum cap. Inquisitionis, secundū merita personę atq; excessus. Dicitur, q̄ debet talis cōfessio esse contra se, quia cōfessio pro se non prodest, vt dicit Gratianus. 14. q. 2. in principio. Contra se quisq; testari potest, pro se verō minime. Debet etiā confessio esse coram suo iudice & in loco iudicij, aliās perinde est ac si fiat coram priuato, & extra iudicialiter; confessio extra iudicialis nō præiudicat regulariter confitenti. Patet ex. c. At si clerici, de iudicij, vbi clerici cōfessi aut conuicti coram iudice seculari non sunt propter illam confessionē ab episcopo damnandi. Indirectē talis confessio extra iudicialis nocet cōfidenti, pro quāto indē posset sumi occasio ad probandū eius delictum. In cap. Si cautio, de fide instrumen. nocet confessio extra iudicialis, qua quis fuit cōfessus se debere ex certa causa aliquam summam. Item in. c. Quam sit graue, de excessibus prælatorum; propter scādalum quod vir mulierē dimisit. eod. q̄ clericus gloriatus fuerat se illam carnaliter cognouisse, iubetur clericus ille ab officio & beneficio suspendi. Hoc etiam est speciale in hac materia quod si reus in iudicio confitetur crimen incidenter contingens causam principalem potest de eo puniri poena ordinaria: quod si causam nō contingat principalem potest iudex nouum processum inchoando punire; qui sunt duo intellectus cap. 2. de confessis quos ponit ibi glossa. Vnde fit manifestum q̄ si reus in iudicio dicat se credere fuisse captum, aut citatum ob tale, propter quod non fuit in rei veritate, potest iudex super illo asserto incipere nouum processum ad punitionem ordinariam.

*Nō puni-  
tur pari  
poena cō-  
fessus &  
conuict⁹.*

*Confessio  
extra iudi-  
cialis.*

*Confessio  
in iudicio  
de culpa  
extra cau-  
sam prin-  
cipalem.*

Vltimo sequitur sententia iudicis, de qua Augustinus, refertur à Gratiano. 2. quæst. 1. cap. 2. Nos in quenquam sententiam ferre non possumus, nisi aut conuictum, aut spontē confessum. Hanc sententiam iudex ordinariē procedens debet proferre per semetipsum, nisi sit persona illustis, vt episcopus qui potest per alium ipsam recitare; & sedendo; aliās nullius est momenti, per cap. finale de sententia & re iudicata, lib. 6. Procedens extraordinariē, & sine strepitu iudicij stans vel sedens, vt in Clementina. Sæpè, de verbor. signifi. in qua Clementina declarat Pontifex, quid significant illa verba procedatis de plano, & sine strepitu & figura iudicij. Cum dicitur in priuilegijs religiosorum quod procedant contra crimina, & criminosos postpositis rimulis & apicibus iuris, dicit Rosella verbo, Iudicium: quod per hæc verba non eximuntur à iure communi ad quod omnes catholici tenentur per cap. 1. de constitutionibus. Tenebuntur ideo prælati religiosorum obseruare omnia quæ sunt de iure gentium, de naturali, & Diuino, & quæ sunt de substantia ipsius canonici iuris. Talia sunt citatio partis & interrogatio; patet in principio huius conclusionis, quia talis citatio est pars defensionis, sic dicit Damasus Papa, refertur in decretis. 3. quæst. 9. cap. Habetur, quod nullus damnatur antequam locum defendendi accipiat, id est, iudicias Ecclesiasticas ad abluenda crimina. Defensio est de iure naturæ, aut saltem gentium. Indē non solū Nicodemus Ioan. 7. dixit defendendo Christum, Nunquid lex nostra iudicat hominē nisi prius audierit ab ipso, & cognouerit quid faciat? Sed & Festus gentilis. Act. 25. Non est consuetudo Romanis damnare aliquem priusquam locum defendendi accipiat ad abluenda crimina, quæ ei obijciuntur: & in Clementina. Pastoralis de sententia & re iudicata datur pro nulla sententia imperatoris contra regem Siciliæ non legitime citatum. Idem habetur extra eo titulo, cap. Tenor. Secundò, quod causa diligenter examinetur. Deut. 17. Cum fuerit tibi nunciatum & inquiseris diligenter, & verum esse repereris, & Ioan. 7. Nolite iudicare secundum faciem sed iustum iudicium iudicate. Conuictio rei est necessaria vel per

*De senten-  
tia iudi-  
cij.*

*Quid est  
de plano  
& sine  
strepitu  
iudicij.*

*Prælati  
religioso-  
rum quæ  
tenentur  
obserua-  
re.*

Vltimo

eius

eius propriam confessionem, vel per testes: quia verò de iure Diuino duo testes sufficiunt nō sunt de necessitate querendi plures, sed tales esse debent qui vera testentur. Postea sententia absolutoria sequatur vel condemnatoria. Hæc sunt simpliciter necessaria de Diuino & gentium & naturæ iure, quia nemini debemus facere quod nobis fieri secundum rectam rationem nollemus. Alia etiam sunt de substantia Canonici iuris ab eis obseruanda, vt quod nemo ante legitimam ætatem ordinetur, & talis aliter ordinatus habeatur vt illaqueatus poenis iuris, & quasi talis debet iudicari; similiter se percutientes iniuriosè debent sententari pro excommunicatis; & de similibus substantialibus similiter est dicendum. Cæterum alia iuris solennitates, quæ inuentæ sunt quò certius veritas pateat & non ad inuoluendum & decipiendum, dimitti poterunt maximè vbi viderint eas in perniciè & damnum reuerti: aliquas proponamus. Præcipitur in cap. Quoniam, de probationibus, vt tam in ordinario, quàm extraordinario iudicio, adhibeat iudex publicam personam, id est, tabellionem seu notarium, si potest: alioquin duas personas quæ fideliter acta iudicij cōscribant: poterit sine notario procedere iudex regularis, quia dicit textus, Si potest: igitur vbi haberi non poterit non est necessarius, imo sine illis duobus idoneis, quia cum finis huius constitutionis fuerit ad vitandam falsam assertionem iudicis iniqui, satis ea vitabitur si ipse reus, aut testis scribant, & subscribant: vel ipso iudice scribente & reus vel testis scriptum legens subscribat se legisse & vidisse ita esse. Fiunt isto modo acta iudicij occultiora & vitiora quieti & paci monasteriorum. Item inhabilitas testium inuenta est de subtilitate iuris, & eorum præcedens iuramentum: idcirco poterunt admittere in testes personas reprobata à iure etiam si sint infames, quia infamia est de iure positio, propter quod poterunt admittere laicos modò sint omnes tales, vt verisimiliter veritatem dicant: poterunt & admittere testes sine iuramento. Vide Angelicam, Iudicare .§.2. & Rosellam, Iudicium. Poterunt & admittere socios in crimine, quandoquidem in multis casibus de iure admittuntur, vt supra de testibus diximus. In his illud aspiciendum valdè

*Solennitates iuris.*

valdè cenfeo, vt taliter veritas per sæcularium testimonium requiratur, quòd inter eos vel scandalum aut nota non exoriat, & si nota videatur eorum testimonium in scriptis accipi, vnus aut duo religiosi prælato adsint, qui testificari imò scribere possint post eius abcessum quæ prælato, & quanta assertionem affirmauerit. Ratificationes testium, & rei post primum iudicium in altero, circa priora testimonia, si ea clara & distincta fuerant, fieri non est necesse. Item nō est necessarius libellus accusationis offerri à religioso cōquerente de alio, satis est querela verbalis, patet ex citata Clementina, Sæpè. Sententia quæ in scriptis ferenda est de iure, potest sine scripto pronuntari verbaliter, ita videtur sentire præfata Clementina, Sæpè, cum aliquibus ita eam intelligentibus: sed quia glossa ibi, non sic intelligit, quam poterunt aliqui sequi, videlicet quòd per eius dicta non varietur necessitas proferendi in scriptis, sed proferendi stando vel sedendo, nota quod dicit Angelica verbo, Sententia .§.5. de casibus in quibus potest ferri sine scripto, & Rosella eo verbo. §.3. vbi & amplectitur priorem declarationem Clementinæ contra glossam quòd vbiunque proceditur de plano sine strepitu iudicij potest sententia pronuntari sine scripto, & sic tenet consuetudo religiosorum, quia solo verbo in capitulis priuantur officijs, aut inhabilitantur, vel similia. Vide eandem Angelicam, Excommunicatio. 2. §.3. quomodò possint prælati religionum excommunicationem proferre sine scripto contra cap.1. de excomm. lib. 6. quando est alia consuetudo, vel statuta in ordine suo. Vide & Siluestrinam eo verbo. 1. §.4. Et sic nō incurrunt suspensionem ab ingressu Ecclesiæ per mensem.

Poterunt etiam prælati religiosorū audire visitationes, & facere quæ sui officij sunt in diebus feriatis, etiam in honorem Dei, vt in citata Clementina Sæpè, & in Rosella iudicium. Congruunt hæc maximè bono religionum & monasteriorum intermitteri, & non ita subtiliter, sed simpliciter & purè factum & veritatem rei inuestigare cap. Dilecti, de iudicij; Neque in Ecclesiasticis personis & negotijs rigorem & distractionem iuris requirere, sed quòd iustitia non periclitetur

clitetur cap. 1. de dolo & contumacia : nam per excogitatum malitiam ad impediendum vel differendum processum, atque punitionem exceptiones & alia solennitates iuris opponerentur, ibi de dolo, cap. Finem. Debeat etiam elafredi prælati, sicut in alijs iudicijs: in principio, cum aliquid est obscurum præsumere pro auctore, seu denunciatore quod veritatem dicit & bonum zelum præ se fert: in medio æqualiter præsumere pro utroque, ut in cap. Cum tu de testibus. Nam si in principio non credat denunciatori malè poterit iuste procedere, quod aliqui præposterè facientes verbis, aut nutibus ostendendo se affectos accusato aut denunciato deterrent accusatores, vel denunciatores despondentes animum, & tacent, veritasque & iustitia periclitantur: neque minus periclitabitur in medio si alterutri parti magis credat, vel faueat: in fine ad pronuntiandam sententiam in dubijs est præsumendum pro reo. Sic habetur in cap. Inter dilectos, de fide instrumentorum, & regula iuris lib. 6. Cum sint partium iura obscura reo fauendum est potius, quam actori.

Sententiam sequitur ex parte iudicis executio, vel ex parte rei appellatio. Iudex nõ potest prolatam sententiam mutare si est definitiua, si est iudex inferior neque valet illam declarare, superior declarare benè potest: interloquutoriam benè mutant vel corrigunt per cap. Qualiter & quando, el primo, de accusationibus, vbi dicit Papa, non vos pudeat errorem vestrum corrigere, inuenta tamen congruenti occasione ne iudiciaria vilescat autoritas. Vide Angelicã verbo, Iudex. §. 25. Quæ dicatur interloquutoria vide eandem verbo, Sententia. §. 1. Prælati religiosorum, quia potius procedunt ad salutem spiritualem animarum imponendo poenitentias, quam punitiones, ipsas mitigant, vel mutant, vel remittunt, sicut inquisitores supra. d. 13. p. 53. Appellationis materia propria est iuristarum. Conceditur in multis quod iudices procedant appellatione remota, quod posset intelligi per priuationem, ita quod priuat principalis aut Ecclesiasticus reos tali defensione. Hoc si possit facere dubium est, & in Breuiloq. 3. d. 40. p. 35. nos sub dubio reliquimus, quando

*Iudex in principio pro actoris: in medio pro utroque; reo & actoris: in fine pro reo. Executio sententiæ.*

*Appellatio. Intellectus clausula, appellatione remota priuatus.*

quando diximus quod licet possit priuare per iustam legem defensione appellationis, tamen defensione manuali priuare non posset iniuste inuasum, vbi non fuit animus sicuti neque modo est aliquid vt certum asserere. Existimant quippè multi, quod appellatio sit introducta de iuræ naturæ, ita sentit Rosella verbo, Appellatio. §. 1. & Siluestrina eo verbo, quæst. 1. Verum est tamen quod cum dicant videtur introducta de iure naturæ, non censeo omnino ad hæsisse. Mihi loco citato magis visa est de iure gentium, quod & nunc etiam videtur, eò quod omnes aut ferè omnes gentes illa vtuntur, consonat tamen valdè iuri naturæ, ex quo iure habemus quod defendere nos possimus, & vim vi repellere, at verò hoc modo putà appellando non videtur esse innatum sic à natura: cui aliter visum fuerit non est animus pertinaciter contradicere. Quod si tam strictè fuisset iuris naturæ, videtur probabile, quod de ipsa mētio specialis in sacra scriptura inueniretur, quæ neque in lege Moysis neque in Euangelio mihi ad præsens subdit. Nisi afferatur illud Deut. 17. Si difficile iudicium apud te perspexaris, venies ad sacerdotem Levitici generis. Hoc tamen non probat esse strictè de lege naturæ, sed scripto. Appellatio Pauli ad Cæsarem Act. 25. non conuincit sed beneficio gentium tueri se voluit. Formalitatem appellandi tam Rosella, quam Siluestrina concedunt esse de positiuo iure. Clementina Pastoralis de sententia & re iudicata dum ait, quod non posset imperator adimere à subdito facultatem defensionis, quæ iuris naturalis existit, non loquitur de appellatione, sed de legitima citatione, & auditione rei citati. Hic enim defectus cum alijs interuenerat in illo processu imperatoris contra regem Sicilia. Formam & modum appellandi, quod fiat gradatim, & bis, vel ter, in scriptis, aut verbo, satis constat posse tolli per principem, à cuius sententia eadem Siluestrina cum Panormitano sentit quod non possit appellari, quia licet non possit tollere defensionem directè, præsumitur processisse causa probè cognita, in quo innunt posse tollere hanc defensionem indirectè. Dat aliam interpretationem idem Siluester quæst. 5. ad

*Intelle-* finem, quod in illis verbis solum tollitur appellatio frivola. Hæc interpretatio videtur admittere legitimam appellationem, quam re vera quilibet iudex concedere debet, atque illegitimam & irrationalem manifestè rejicere. Videtur igitur tolli effectus appellationis, qui est suspensio iurisdictionis illius iudicis à quo appellatur, ita quod non obstante appellatione sententiam suam exequatur, nihilominus cum resciverit & provocatus fuerit superior cognoscet si legitime fuit processum, & sententiarum. Sic dicitur cap. Ad nostram, de appellationibus, abbati sancti Petri, quod quando subditus appellaverit non minus iuxta regulam & institutionem ordinis corrigatur, & castigetur. Idem habetur ibidem cap. Reprehensibilis, & cap. Cum speciali, in fine. Ex quo habes quod religiosi prohibiti appellare, prohibentur etiam & recusare iudicem seu prælatum. Nihil perniciosius religiosorum disciplinæ potest excogitari, quam appellationes, recusationes, & solennitates iuris. Concilium Tridentinum sess. 22. cap. 1. de reformatione, statuit quod appellatio clericorum executionem illorum quæ ad mores pertinent non suspendat. Appellans à iusta sententia peccat regulariter secundum omnes. Vide Tho. 2. 2. quæst. 69. artic. 4. & 2. quæst. 6. cap. Quicumque, & cap. Omnino. Angelicam Appellatio. §. 15. Excipiendum videtur, quando appellatur ad superiorem qui potest poenam mitigare aut dispensare sine præiudicio tertij. Quia tunc neque contra obedientiam, neque in damnum alicuius fit graviter. Similiter in sententia mortis crederem, quando spe placandi partem læsam, & cum illa conveniendi appellaretur, quod videmus sæpè fieri etiam ex proborum consilio in petrato iudicis consensu.

*Prohibiti appellare non possunt recusare iudicem.*

*Vide sup. d. 7. p. 10. iam ad finem.*

## DISTINCTIO XX.

## De Poenitentia in fine vitæ: &amp; de Purgatorio.



*Propo. 1. Vide dis. 14. p. 12. Propo. 2.*  
 Tempus Poenitentia est vsq; ad extremum articulum vitæ. Magister in litera, citato Leone Papa. Poenitentia in extremis, vix aut raro est sufficiens ad salutem propter difficultatē in illa hora ad agenda veram poenitentiam. Hanc Magister in litera late probat ex Augustino cōfiteute quod ea hora potest agi vera poenitentia, sed ipse dubitat, quia est maxime difficile: dicit quod magnum est, id est, rarum seu magnum beneficium, cui Deus tunc inspirat poenitentiam. Scotus hac. d. ponit quatuor quæ tunc faciunt difficile esse poenitere. Primum est impeditio vsus liberi arbitrij propter passionem doloris & timoris; passionem tristabiles plus movent, quam delectabiles, vide Breuior. 3. d. 33. p. 25. Secundò, quia displicentia cum requiratur bene circumstantionata, maxime circumstantia finis (id est propter Deum) & principij actiui (id est voluntatis) tunc difficile est taliter poenitere, sed timore poenarum. Tertio, quia habitus malè continuatus vsq; tunc non de facili dimittitur, & ipse valde retrahet à poenitendo, quando vxor, filij, & mūdus præfentes in se aut phantasmatibus impressis inclinabunt ad amorem sui. Quarto, quia quanto homo est minus dominus sui actus, tanto requiritur intensior poenitentia: in illa hora minus est homo dominus actus sui exterioris ad peccandum, igitur intensior displicentia requiritur ad dimittenda tunc peccata.

Ex prædictis inferitur quod sano sit persuadendum, quod in sanitate poeniteat, vt suadet Augustinus, & teneat certum, & dimittat incertum. Nihilominus infirmo in tali articulo suadenda est poenitentia extollendo ei Diuinam misericordiam proposito exemplo de latrone ne desperet.

D d d 3      Secundò

DI-

*Corol. 2.* Secundò infertur de mente Scoti in fol. 2. quòd qui actu elicitò determinat nò poenitere nisi in extremis peccat mortaliter, quia exponit se periculo: & qui amat periculum peribit in illo. Ecclesiastici. 3. Vnde peccat mortaliter, secundum eundem Scotum in hoc arg. & clarius in reportatis, qui exponit vitam suam periculo mortis, nisi in casu licito pro fide, aut republica.

*Argum.* Si contra hoc arguas sicut arguebat pater Vega. Stando in sola Diuina lege nò tenemur ad confessionem nisi in extremis, aut recepturi Eucharistiam, habes. d. 9. p. 11. igitur differre poenitentiam vsque ad illud tempus non erit peccatum speciale. Confir. quia in alijs præceptis sufficit habere animum implendi illa pro tempore obligationis, neque ex actu elicitò determinato ad implendum ea tunc, committitur nouum peccatum. Respondetur quòd Scotus loquitur in extremis: Similiter & Magister de articulo, sed habes in .d. 16. p. 16. aliud esse periculum, aliud articulus, licet sæpè pro eodè capiantur; in periculo ante articulū est obligatio; si actus ille elicitus esset vsque ad periculum, verisimilem appareniam continet argumentum.

*Propo. 3.* Animæ fidelium decedentes in gratia nò completa satisfactione pro peccatis purgantur igne in loco, quod vocabulo communi appellamus purgatoriū. Hanc docet Magister in litera, estq; de fide contra Græcos, Armenios, & Bohemos negantes purgatoriū. Lutherus non illud negauit, dixit verò non posse ex sacris literis probari. Sed probatur. Matth. 12. Qui dixerit verbum contra Spiritum sanctum nò remittetur ei neq; in hoc seculo, neq; in futuro, ergo aliquod peccatum remittitur in alio seculo. Ex hac autoritate probant purgatorium Magister sequenti. d. & Bern. ferm. 66. super cantica contra quosdam hæreticos dictos apostolicos, sine autore tamen sue sectæ, in quo sermone refert varios eorum errores; cum multis eorū consensiebant illuminati Pacensis diocesis, de quibus supra. d. 8. p. 3. Beatus Gregorius idem probat ex eadem lib. 4. dialog. c. 39. d. offert & illam Pauli. 1. Corint. 3. de sup. edificare lignum, fenum, & stipulam, id est, minuta & leuia peccata, quòd igne probabuntur, quam dicit posse intelligi

telligi non solum in hac vita de igne tribulationis, sed de igne illo purgatorij. Conclusionem definiuit concilium Florentinum, & nuper Trident. sess. 25. cap. 1. vbi dicit quòd Ecclesia ex sacris literis, & antiqua patrum traditione docet esse purgatorium. Auctoritas habetur. 2. Machab. cap. 12. de drachmis oblati à Iuda pro peccatis mortuorum, quam auctoritatem vt fugiant hæretici negant illum librum esse autenticum & biblicum. Vide in prolog. p. 4. & aliqua exempla deuota in citato Grego. Quidam, inferos qui genufle-  
*Echius in Enchiridio, titulo 25.*

antunt nomini Iesu Philipp. 2. interpretantur eos qui sunt in purgatorio: Similiter illos qui Apocalyp. 5. subtus terram dicebant, benedictio sedenti in throno & agno, quia existentes in Gehenna semper Deum blasphemant.

Locus vbi animæ purgantur est subtus terram. Probat, quia infernus est subtus terrā, igitur & purgatorium. Antecedens probatur, quia Esaia. 14. dicitur. Infernus subter te conturbatus est, in occursum aduentus tui suscitauit tibi Gigantes. Vbi secundum vnam interpretationem loquitur de damnatione Nabuchodonosoris typum gerentis Luciferi, ad cuius ingressum dæmones quasi Gigantes illi occurrerūt. Item de Dathan & Abyron. Num. 16. Apperta est terra, deuorauit illos, descenderuntq; viui in infernum. Apocalyp. 5. Nemo poterat, neq; in cœlo, neq; in terra, neq; subtus terram aperire librum, igitur subtus terram est locus congruens aliquorum habitationi, videlicet damnatorum. Consequenter probatur quia supra infernum est purgatorium, vide in Breuiloq. 3. d. 22. p. 3. & Christus Dominus ab hac terra habitabili dicitur descendisse, igitur ad locum sub terra. Secundò, quia eadem autoritas Esaia ab alijs exponitur de descensu Christi ad inferos, quo descendente infernus, qui est subter purgatorium & limbum patrum, ad quos Christus descendit, conturbatus fuit, & suscitauit suos habitatores quasi recepturos Christum ad se tanquam purum hominem, cuius corpus foret tinea & vermibus corrumpendum. Ex hac vicinitate ad infernum vocatur purgatorium porta inferi, à qua orat Ecclesia liberari animas fidelium. Vocatur & profundus lacus, atq; infernus inferior, non quòd infernus

damnatorum non sit sub eo, sed quia est sub alijs duobus, videlicet patrum & puerorum, & quia ignis eiusdem sit speciei, cum igne inferni, qui cruciat purgandos. Alique animæ ex Diuina dispensatione purgantur in diuersis locis inter nos, vt appareant & suffragia impetrent, ad quod facere poterunt alicuius sancti merita cui viuentes habuere specialem deuotionem. Quidam tenuerunt quod vbi quis peccauit ibi purgaretur. Hos impugnat Bona. hac. d. num. 34. quia tunc vna anima foret deferenda in plura loca. Alij posuerunt illud in sphaera ignis sursum. Alij omnino deorsum. Has reñcit idem Sanctus.

*Propo. 5.* Poena purgatorij excedit omnem poenam temporalem huius vitæ. Magister tam hac dist. quam sequenti, cap. 1. *Vide in. 3.* Exponit Bonauent. hac dist. num. 17. secundum regulam philosophi. 3. Topico. cap. 2. Si optimum optimo melius, & simpliciter hoc illo melius. Similiter dicit hic, non quia minima sit maior maxima in hoc genere, sed quia maxima in illo genere, maior sit maxima in hoc genere. Ex quo videtur sentire quod aliqua poena huius vitæ sit maior aliqua purgatorij, sed quia maxima illius loci sit maior maxima huius vitæ, simpliciter dicitur poena purgatorij maxima & excedere omnem vitæ præsentis. Ratio ad hanc conclusionem potest sumi ex eo, quod anima exuta patitur secundum se totam, & ab illo igne qui est magis afflictiuus, quam ignis huius vitæ, in qua affligitur anima secundum corpus, & quia circa corpus occupatur nõ adeo sentit, sicut occupatus in bello vel periculo non ita sentit laborem, sicut si à tali occupatione esset liber. Hanc rationem amplectitur Ricard. hac. d. ar. 2. q. 1. quamuis non placeat Bona. assignanti rationem ex Diuina iustitia, quæ vult eam separatã grauius puniri, quam in hac vita, nam in inferno resumpto corpore grauius animæ torquebuntur, quam ante: & per ignem conflagrationis in fine mudi iusti acerbius punientur, & intensius in breuiori tempore, quam qui nunc purgantur, sed potest dici hoc esse speciale ex Diuina dispensatione: In inferno erit acerbior, quia eadem poena quæ nunc est animæ separatæ manebit, & superueniet poena corporis quæ modo non est.

De

De poena damni carendo Diuina visione, non dubito quin eis maxima poena accrescat ex absentia boni amati per propriam culpam, quia nullum habent corporis retardatiuum ad bonum illud desiderandum, & sic summe desiderat, quod cum non habeat tristatur. Differunt à patribus in limbo, quia illis carentia Diuinæ visionis proueniebat à statu, quoniam ianua nondum erat aperta; animabus purgatorij à culpa propria, ideo est illis maior poena quacunque poena huius vitæ. Neque satis adhereo, quin minima poena sensus, excedat maximam huius vitæ. Quæ videtur sententia Ricardi citati in argum. ad oppositum: & est expressa diui Thom. in. 4. d. 21. q. 1. quæstiuncula. 3. Quod si essent hæ poenæ specie differentes, erit pro conclusione Scotus lib. 2. d. 1. q. 6. arg. 3. & in hoc. 4. dist. 49. q. 5. sub litera. E. dicens, quod supremum infimæ speciei non æquatur infimo superioris speciei, quia tota vna est infra totam aliam.

Poena purgatorij infligitur à Diuina iustitia iubente ignem illum torquere animas. Hanc docet Bonauent. hac. d. nu. 29. & Ricardus citato artic. 2. q. 2. contra quosdam tenentes quod infligitur ministerio dæmonum, sed non est credendum, quod puniantur per eos quos vicerunt, & quod eas tradat Deus in manus impiorum & inimicorum. Neque etiam per angelos bonos torquentur conciuēs & fratres ipsorum: licet credendum piè sit, quod eas visitent atq; confortent. Ad quem locum vel per ipsos angelos deductæ fuerunt: vel è solo Dei nutu atque iussu. Primum membrum amplexantur Bonauentur. & Ricard. qui Ricardus ait quod forte mali angeli etiam illas comitantur libenter, & gaudenter aspicientes earum poenam. In hac vita habemus immisiones poenarum per malos angelos, quia intentant per eas quod peccemus.

Animæ purgatorij sunt certæ de sua saluatione certitudine media inter certitudinem vitæ & patrie. Ita docet Bonauent. num. 24. contra quosdam tenentes qd absorptæ à poenis nesciunt si sunt in inferno, vel extra. Contra eos est exemplum de diuite Luc. 16. qui nõ sic absorbebatur à poena inferni, igitur neque animæ à purgatorij poena absorbentur. Alioquin esset dandus error intellectus in anima separata intelligente

Ddd 5 per

*Propo. 6.**Si poena purgatorij sit satisfactoria.**Vide sup. dist. 16.**p. 76.**Propo. 7.*

per species intelligibiles, & nō per phātasimata, quibus phantasmatis in præsenti corruptis impeditur vsus intellectus, ideō per grauem tristitiam absorbemur nunc, quādo vel corrūpuntur phantasmata, vel nimis perturbati nō valemus ea speculari, sicut lapides aut ligna per aquā cōmotam videntur alia quā sint. Habentes igitur eandem fidē & spem, quam hīc habuerunt, similiter credunt bonos saluari & malos puniri, similiter se saluandas sperāt, vt quando hīc agebāt. Lutherus negauit eas esse certas de sua saluatione, & addidit q̄ continuē peccabāt, quia quærunt quæ sua sunt horrendo pœnas, & quærendo requiem, quoniam secūdam eum sunt in statu merendi & demerendi. Quæ omnia sunt hæretica quoniam Eccles. 11. Si ceciderit lignum ad Austrum, aut Aquilonē illūc erit, quæ cōmuniter exponitur de permanentia in statu gratiæ, vel peccati in quo moritur quisque. Eccles. 17. Ante mortem confitete, à mortuo quasi nihil perit confessio; igitur neque sunt in statu merendi & peccandi: per consequens neq; continuē peccant, alioquin nunquā inde exhibunt. Ad hominem est, quia si secūdam Lutherū sola fides sufficit ad salutē sine operibus & satisfactione aliqua, & qui habet fidē est certus de salute sua; igitur non cohæret quōd animę sint incertæ de sua saluatione cum habeant fidē; neq; q̄ sit purgatoriū in quo satisfaciunt, & sic in re illud negat Lutherus concedens solis verbis. Videatur Caie. in opusculis tom. 2. q. 17. & 18.

*Propo. 8.* Diurnitas pœnæ purgatorij respōdet radicationi peccati in subiecto, hoc est, cōtinuationi: acerbitas siue intēsiō quāti tati seu grauitati culpæ. Doctrina est S. Bon. d. 21. nu. 31. & d. 44. nu. 37. & D. Tho. d. 21. q. 3. quæstiunc. 3. ad. 1. Inde prouenit q̄ alius aliō citius à purgatorio liberatur, & potest esse q̄ aliquis diutius moretur in eo qui, minus affligitur, quā alter qui prius euolat. Hinc patet q̄ non benè assignat Sot. in. 4. d. 19. q. 3. art. 2. & vbi præcedenti. d. p. 47. q̄ nullus fuit in purgatorio decem annis, quoniā reuera esse potest suis culpis exigentibus, neq; acerbitas pœnarū potest probari à Deo infligi in recōpensationem diurnitatis, quanuis agere quidem id Deus possit. Dotationes perpetuæ missarū satis iuuant hoc fuisse fidelibus persuasum, q̄ per decē & centum annos pos-

set

set quis mereri pœnam illā. Ricard. d. 21. art. 1. q. 2. tenet cōtra Bona. quia putat q̄ maiori peccato debetur maior pœna intensiue & extensiue: & ex priori sententia potuisset quis minori peccato diutius adherere & sic diutius carere Diuina visione, quam pro maiori: sed tenendo primam conceditur argumentum.

Animæ non detinentur in purgatorio quousq; debita temporalia soluantur ab hæredibus: quia illa pœna nō datur pro defectu restitutionis, sed pro debito satisfactionis, & si defunctus decessit in gratia facta quod in se fuit ad restitutionē, soluta satisfactione Deo debita non ei præiudicat negligentia & culpa hæredum, quoniam eius damnatio à propria culpa dependet, non à culpa futura hæredum.

Cæterum ad ea quæ tractat Magister cap. 2. & 3. de his qui pœnitentiam non complent, & quibus parua pœnitētia fuit à sacerdote imposita. Vide. d. 16. à. p. 40. vsque ad. 46. Ad id quod dicit cap. 4. morientibus non imponendam satisfactionem sed innotescendam. ibi. p. 38. & 40. Ad cap. 5. & 6. de absolutione in hora mortis. d. 17. p. 17. & d. 18. p. 84. ad. 7. & vltimum quōd viuus possit satisfacere pro defuncto. dist. 16. proponit. 38.

*Propo. 9.*

*Magister*

## DISTINC. XXI.

*De remissione peccatorum post hanc uitā:  
& de sigillo secreti Confessionis.*



*Pro pos. 1*  
Peccatum mortale si non dimittitur in præsentis sæculo nunquam in futuro remittitur. Hæc est cōmunis omnium catholicorum doctrina à Sco to hac. d. Ad quam nota quōd in peccatore sunt tria, Auctio à Deo cui respondet pœna damni: Conuersio ad creaturam cui respondet pœna sensus: iniunctio Dei cui respondet æternitas pœnarum.

Pecca-



*Propo. 2.* Peccata venialia remittuntur iustis post hanc vitam. Hęc est communis & tenetur à Magistro in litera. cap. 1. Vide. d. precedenti. p. 3.

*Propo. 3.* Modus huius remissionis ponitur duplex vel triplex. Vide supra. d. 16. p. 77. quia si venialium remissio est solutio pœne illis debite, satis visum est quod talis pœna in purgatorio soluitur. Si remissio sit deletio alicuius macule, potest ea deleri sine interiori pœnitentia in instanti mortis, acceptante Deo merita precedentia ad eorum deletionem in eo instanti, quando iam anima non est in via sed in termino. Ad faciendum hoc verisimile, assumit Scotus opinionem quam ipse tenet, quod per quodcunque opus meritorium meretur homo augmentum gratiæ, & gloriæ, & tamen non protinus augetur gratia, sed reseruat eorum augmentum debitum dandum ad instans mortis, igitur à simili potest teneri quod acceptat Deus merita decessuri in gratia ad deletionem macule venialium in mortis instanti. Hęc est etiam ex parte opinio Thomæ. 1. 2. q. 114. artic. 8. ad. 3. dicentis, quolibet actu meritorio meretur homo augmentum gratiæ, sicut vitam æternam, sed sicut vita æterna nõ statim redditur, ita nec gratia statim augetur, sed suo tempore, cum fuerit sufficienter dispositus ad gratiæ augmentum: quia non explicat instans mortis pro dispositione sufficienti sicut Scotus, dixi ex parte. Pono quod aliquis post tale meritum per spatium vite siue longum siue breue per propriam negligentiam fiat indispositus ad eius augmentum, quia deest gratiæ, non videtur quin ei in mortis instanti augeatur gratia, quãdõ iam definit esse viator. Quod caritas non augeatur quolibet actu caritatis docet idẽ Thomæ. 2. 2. q. 24. artic. 6. tenet enim ipse cum discipulis quod distinguuntur. Vndẽ sic mirum quomodo iurati in verba Thomæ distinguant quod quolibet actu meritorio augeatur gratia, licet non caritas, cum de vtraque idem sine discrimine concedat Thomas. Reuertendo ad opinionem huiusmodi secundi (quem Magister cap. 4. refert quosdam tenuisse videlicet quod nullus verè pœnitens decedit cū aliqua macula venialis peccati, licet decedat cum obligatione ad pœnam cõtra quos ipse tenet) Sciendum quod hęc modum sequitur Alex. Alen.

2. part.

3. part. q. 124. m. 10. & 4. p. q. 65. m. 3. art. 3. §. 5. & fuit Hugonis de sancto Victore, vide Bona. hac. d. nu. 18. Fundat se Alexãder in sententia Augustini de ciuitate, quod post vitam istã non additur nouũ meritum nec noua remissio culpæ: at remissio venialium post vitam est quantum ad pœnam. Hanc remissionem attribuit non Deo acceptanti merita ad delendum per ea venialia in morte, sed naturæ ipsius gratiæ pro illo tunc, quia status gratiæ dũ viuimus non liberat nos à seruitute corporis quod aggrauat animã Sapien. 9. sed quando anima soluitur à carne est illa gratia finalis in suo summo, seu cõplemẽto liberans à seruitute carnis, & sic ex virtute sua ratione suæ completionis, & sui status purgat & abstergit maculam illam in hac facit quod dicit idem Alex. 3. p. q. 9. m. 3. art. 2. §. 2. ad. 1. arg. quod in vltimo instanti quando homo iustus non est in statu gloriæ, quia perseuerantia est finalis status gratiæ ipsa gratia est in statu suo pleno & facit hominem ad peccandum impotentem. Quam sententiam amplectitur Scot. d. 14. huius lib. q. 2. litera. P. quoad impeccabilitatẽ in illo mortis instanti, sed dicit quod datur in præmium meritorũ, & non explicat sicut Alex. quod proueniat à statu cõpleto gratiæ. De cõfirmatione habes in. 3. d. 3. p. 14. Ad quã est differẽtia quia in casu præfenti gratia est in suo statu, non sic in confirmatis: Inter confirmatos recensitos citata. d. 3. p. 13. numera. S. Francis cum à die suæ stigmatizationis, quod fuit sanctificatus sicut Apostoli vt neq; à gratia caderet, neq; peccato peccaret moraliter. Ita S. Bernardinus in Euãgelio æterno serm. 60. ar. 2. c. 13. Magister sentent. tenet quod quoad culpã remittuntur post hanc vitam venialia, quia si solum de pœna loquerentur sancti non opus erat distinguerent de granibus & leuibus, cum etiam pœnæ debitæ pro grauibus mortalibus deleantur in purgatorio. De modo potest esse differentia, dicẽdo quod ex Diuina acceptatione meritorũ ad delenda peccata post hanc vitam, quia posset aliquis, vt ibi ponit casum magister subitanea morte præuentus decedere in cõplacencia alicuius venialis. Hũc modum cum præfatis duobus tangit doctor subtilis. Secundõ quod per displicentiam quã de illis habet anima post mortem, quam displicentiam informat actus caritatis quem ipsa

*S. Francis  
cus confir  
matõ à die  
suæ stig  
matiza  
tionis.*

*Vide in  
breui. x.  
d. 17. &  
in. 2. d.  
26.*

ipsa habet, & quantum non sit talis actus gratiæ & gloriæ meritarius, est tamē remissius venialium. Hunc modum amplectantur Ricardus hac dist. artic. 2. q. 1. & Bonaventur. ea. d. num. 18. Videtur autem Bonavent. magis innuere quod fiat remissio à gratia, conformante se illi voluntati non per displicentiā adiuvendo, sed adiuta ipsa gratia ab exteriori igne. Ita quodd sicut gratia, secundum eundem, sanctum numer. 12. non inveniēdo resistentem voluntatem per complacētiam venialis, adiuta seu vigorata per sacramentum, vel sacramentalia delet venialia. Sic in purgatorio non inveniēns complacētiam venialium igne illo delet venialia dum patiēter fertur. Hic modus Magistri est communior, in eius interpretatione esse posset nonnulla varietas. Alter modus exponendi (videlicet quod per solum ignem purgatorium deletur culpa, sive macula, sicut per ignem consumitur argenti rubigo) quantum explodatur à Ricardo, non est fortē tam irrationabilis, quantum ipse existimat. Nam autoritas quam afferunt ij qui Magistri sententiæ fauent, id videtur sonare, quæ est Gregorij Nisseni in oratione cui titulus, Non este dolendum de obitu illorum qui in fide decesserunt, ait. Sic. Cum ē corpore fuerit egressus spiritus, cognita, quæ inter virtutem & vitium est differentia non poterit Diuinitatis participes fieri, nisi maculas animo immixtas purgatorius ignis abstulerit. Ecce igni attribuit illarum culparum abstersionem: ad sumptam similitudinem rubiginis præstat energiam ly immixtas. Autoritas Pauli. 1. Corinth. 3. ad idem facit. dum ait. Si cuius opus arserit, ipse saluus erit; igitur ignis purgatorius est qui adurit quidquid illuc infertur purgabile, & cum per Magistrum & sequaces, veniales culpæ, non solum quoad poenam sint ibi purgabiles, etiam quoad culpam ardore illius ignis consummabuntur. Facit Esaias. 1. loquens de culpis quæ se immiscent animis & affectibus prædicatorum, dum vel ad quantulancunque indignationem trabuntur, si contemnantur: aut ad quantulancunque gloriam si venerantur, vt Gregorius ait lib. 19. Moral. capite. 11. Eam immixtionem vocat Scoriam Esaias, seu blanditiem in reprehendendo & corripiendo ne ab auditoribus exasperatis

ratis odiantur, dicens. Argentum verum est in Scoriam (quia est argentum electum lingua iusti. Prouerb. 10.) & vinum id est correctio, mixtum est aqua subdit. Excoquam ad purum Scoriam tuam, siue vt habet litera. septuaginta interpretū, igni inflamabo te ad purum, quod pertinet ad ignem purgatorium, de infidelibus & peccatoribus subdit eorum literarum non credentes perdam, auferam omnes transgressores legis à te, & omnes superbos. Nō erit æqua punitio vtrorumq; (purgandorum scilicet, & dānandorum) neq; erit eis conuictus simul quia purgati euolabunt in coelum. Concinit Malachias 3. Ipse Dominus quasi ignis conflans, & quasi herba fullonū: sedebit conflans & emūdans argentū & purgabit filios Leui. Ecce Dominus ipsi attribuitur purgatio fienda per ignem, & eadem similitudine rubiginis, aut Scoriarum, atq; etiam maculæ; igitur ignis ille sicut habet, quod cruciet spiritus, ita habere potest quod delet maculam sine actu aliquo purgandorum, & non est tam alienus modus à ratione, & à verbis scripture.

De peccato veniali adiuncto mortali post hanc vitam deleatur, aut eternatiter puniatur, tenet Scotus hac. d. qui licet contra opinionem comunem, quod deletur, quoniam ei neque de ratione sua, neque ratione adiuncti mortalis debetur nisi poena temporalis. Ad hanc facit quia de ratione sua non debetur pro eo nisi poena temporalis; & Deus, vt est axioma theologorum semper putat citra condignum, præ se ferret nimiam austeritatem pro temporali debito exigere æternam poenæ solutionem, quod etiam inter homines haberetur iniustum atque crudele. Hanc opinionem dicit Gabriel. distinct. 16. quæstio. 5. articulo 3. dub. 2. esse clementiorem & probabiliorem.

Aliam & oppositam opinionem tenet Alex. 2. par. q. 124. m. 9. Bonau. lib. 3. d. 42. num. 38. Ricard. hac. d. artic. 2. quæst. 2. Thom. 1. 2. q. 87. artic. 5. ad 2. arg. & 3. part. q. 87. artic. 4. Pro ea contra Scotum arguitur, ex illo Eccles. 34. Dona iniuorū non probat altissimus: atque vt Gregorius ait in epistol. 126. quæ est ad regem Hispaniæ Recaredum super illa verba Prouerb. 15. vota iustorum placabilia, prius respexit Deus

Propo. 4.

Argu. 3.

ad Abel & postea ad munera eius, non enim in iudicio Dei quid datur, sed à quo datur aspicitur: Dammati sunt in eo statu in quo Deus non respicit eorum personas, igitur neque respicit vel approbat aliqua eorum opera vel satisfactionem. Confir. per dicta sup. d. 16. prop. 79. quòd venialia non delentur nisi per gratiam nouiter infusam vel auctam; & aliquale poenitentiam, quas damnatus non potest habere ratione sui status, igitur manente mortali manet in eis semper veniale.

2. Arg.

Vide. d.

preceden

ti. p. 8.

Ad. 1.

Sup. d. 15

prop. 3.

Secundò arguit Alex. poena non tollitur nisi sublata culpa sed culpa venialis semper manebit in damnato, igitur & poena pro illo peccato, quia poena eternitas non respondet culpae quantitati, sed eius irremissibilitati, seu durationi, duratio culpae venialis erit aeterna, cum ea idcirco durabit poena.

Ad primum respondetur secundum Scotum sup. d. 15. q. 1. litera. O. ubi distinguit satisfactionem: vna est placàs: Alia soluens tantum: vt existens in gratia quia acceptauit poenitentiam, si adimpleat in peccato soluit debitum: neque exiget Deus vltra. Satisfactio, de qua habes sup. d. 16. p. 76. bene habetur sine acceptatione personae. Vnde ad satisfactionem esse acceptam requiritur prior acceptatio personae. In satisfactioe non requiritur, sufficit quòd ipsa satisfactio sit accepta. Exemplum in humanis, vbi iudex poenam exequens non pre-requirat personam sibi acceptam & amicam, satis est poenam esse sibi gratam, & iudicio, & iustitiae, quia proportionatà debito culpae. Ob hoc in materia praesentis, difficultatis non est vtendum termino satisfactionis, aut solutionis actiue: sed deletionis, satisfactioe: aut quòd poena soluitur, exigitur, extorqueatur. Inde qui acceptata poenitentia à sacerdote imposta; ante ipsius expletionem peccaret mortaliter, in inferno poena illa non exigitur nisi temporalis, ita hac. d. q. 1. litera. D. affirmat idem Scotus, quidquid contrarium dicat Caiet. 1. 2. q. vbi supra Thomas, quia etiam secundum illos ibi non est nota culpa respectu illius poenae: vt manente semper illa maneret etiam poena: nisi dicant quòd redeunt mortalia dimissa quoad culpam, de quo sequenti. d. vel quòd Caiet. plus amat, quòd remissio poenae non fit nisi per gratiam, hoc salua sua auctoritate neque est verum, neq; à Thoma ibi assertum. Nam poena,

poena, de qua Thomas illic ait, est poena damni debita originali, quae ratione subiecti existentis sine gratia non remittitur, ideo est aeterna, & non ratione grauitatis illius peccati.

Tenendo remissionem seu deletionem venialis esse solutionem poenae illi debitae, negatur quòd culpa venialis erit perpetua, quia cum solutione poenae temporalis totum, & quoad totum deletur veniale.

Secundò, tenendo culpam & maculam distingui à poena tenet Durandus hac. d. q. 2. quòd si culpa fuit in hoc seculo dimissa, poena erit temporalis; sed si culpa non fuit dimissa erit poena venialium aeterna sicut culpa. Aliorum opinio est quam refert citatus Ricardus, quòd manente culpa veniali extorquebitur poena à Deo sed temporalis: ita quòd vermis conscientiae propter venialia erit aeternus, poena tamen sensus erit temporaliter inflicta à iudice; rejicit hanc Ricardus.

Tertio, tenendo ignem purgatorij delere veniales maculas ex vi & natura sibi data, posset idem dari igni inferni (siue sit idem, qui & purgatorij, siue alius) quòd maculas, siue rubiginem, siue scoriã veniales consumit, non vtendo nomine purgationis, quia sonat aliquid remanere mundum & appuratũ, sed termino combustionis, aut consumptionis. Si replices de vermi conscientiae, potest dici quòd tandiu durabit respectu venialium, quandiu poena inflicta durabit. Nam cum sit vermis, fera scelerum poenitentia, vel vt Scotus magis explicat in hoc. 4. distinct. 46. quaestio. 4. litera. B. tristitia ex remorsu de peccato commisso, non quia offensiuum Dei, sed quia inductiuum poenae damni, illam poenam non induxit ex natura sua peccatum veniale nisi temporalem, finita exactione poenae inflictae cessabit torquere tristitia illa: neque per hoc est in inferno redemptio, vel redditio debiti.

Secundo, si quis decedat cum solo veniali adiuncto originali, & pro veniali torquebitur temporaliter: vel erit in purgatorio, & sic in eodem loco erunt purgandi, & decedentes cum originali: vel in inferno, & sic aliquando exhibit ab eo vt sit cum alijs in limbo puerorum; & erit in inferno redemptio. Ad hoc tenentes primum peccatum hominis adulti non posse esse veniale non admittent casum: admissio vero

Ecc

casu p. 2. du x

Ad. 2.

2. Solut.

Opinio

Durandi

media.

Alia opi-

niomedia

3. Solutio

Replica.

Solutio.

In breuil.

2. d. 33.

p. 6.

2. Replica.

Solutio.

Vide in

breuil. 2. d.

21. p. 7.

C. d. 26.

p. 2. du x

casu dicit Bonauentur. loco citato. numer. 49. quod talis non morietur, neque à Deo educetur. ex presenti vita sine gratia, aut mortali. Alexand. loco citato admissio casu quoad solum peccare venialiter, admittit quod in eo decederet, sed in eodem limbo cum alijs torqueretur aeternaliter pro illo veniali, quia sicut in inferno sunt poenarum differentes, ita & in limbo essent. Conformiter ad Scoti doctrinam dicendum est, quod in eodem limbo puniretur temporaliter. Ex praedictis potest haberi in quo sensu sit concedendum veniale delicti sine mortali. Quidam dicunt tenere Scotum in vita praesentis remitti sine mortali, non scio ubi tale expressè dixerit, quia in eius via poena soluitur, non tamen illam patiens soluit. Qua propter non video quare in via eius non teneatur cum communi, quod in hac vita veniale non deletur à permanente in mortali. Posset quidem Deus sicut in inferno, ita in praesenti poenam pro illo temporalem debitam exigere, sed ubi sit in scriptura talis lex, aut ubi appareat probabilis ratio sicut apparet pro futuro non video. Nam ratio Durandi tam. d. praesentis. quaestio. 2. quam distinct. 16. q. 2. per bona facta extra caritatem meretur homo de congruo bona temporalia: delictio seu expiatio poenae temporalis debitae pro veniali, est bonum temporale, igitur potest haberi ab existenti in mortali, non conuincit, quia meritum de congruo non semper consequitur effectum suum. Tum etiam, quia in tali peccatore ad illa temporalia non est meritum de congruo, & in praesenti quaestione nunquam habet effectum, quia neque persona est digna, neque Deus promisit dare pro bonis factis in mortali deletionem poenarum venialium: de opinione Durandi. Vide Caietan. 3. part. quaest. 87. artic. 4.

### De sigillo secreti, & confessionis.

*Propo. 5.* Sacerdos audita confessione tenetur sub mortali peccato sacrilegij seruare secretum. Hac est omnium catholicorum fidelium. Probatum à Scoto multipliciter hac. d. q. 2. tam ex lege naturae, quàm de lege Diuina positua, quàm ex lege ecclesiastica. Nam de lege naturae tenemur seruare omne secretum, igitur

igitur & secretum confessionis. Vocamus autem secretum, rem quae ex natura sua est digna quae celetur, aut quia mala est, aut quia in danum alicuius. Antecedens probatur à Scoto quaduplici ratione. Primo, ex lege caritatis Matth. 7. quae vultis ut faciat vobis homines & vos facite illis. Secundo, ex fidelitate quia Prouer. 11. Qui ambulat fraudulenter reuelat arcana, qui autem fidelis est celat amici commissum. Esse fidelem in proposito est esse veracem, & sic fidelitas ponitur à Ciceron. lib. 2. de inuentione pars potentialis iustitiae, quando ponit veritatem & dicit. Veritas est, per quam immutata ea quae sunt, aut ante fuerunt, aut futura sunt dicuntur. Dicitur, pars potentialis, quia non habet totam potentiam principalis virtutis: deficit verò fidelitas à ratione propria iustitiae quantum ad obligationem, quia non tenetur per eam homo esse fidelis ex debito legis, sed ex promisso debet alteri esse fidelis, ut Eccles. 5. Si quid vultis Deo ne moreris reddere. Displicet enim ei infidelis & stulta promissio. In hoc sensu dicitur Deus fidelis in omnibus verbis suis. Psal. 144. Fidelis & verax cum iustitia iudicatis & pugnas. Apocalyp. 19. Dicitur ex iustitia complere vota & orationes fidelium, quia dixit Marci. 11. Quaecumque orantes petitis credite quia accipietis & euenient vobis. Si dicas fidelitatem in seruando secreto non semper prouenire à promissione, sed quandoque ex lege ipsa, ut senator tenetur seruare secreta senatus sui consilia & determinationes. Vnde Tob. 12. dixit Raphael angelus. Sacramentum regis, id est secretum registereni, abscondere bonum est, id est iustum, quoniam aliter non posset regnum probè gubernari, igitur fidelitas non deficit à tota ratione iustitiae imò videtur pars eius subiectiua. Concedendo

*Fidelitas.*

*Vide in*  
3. d. 33.  
p. 15.

*Argum.*

*Solutio.*

sed reuelans secretum excludit seu occludit talem influxum, quia nullus ad sacerdotem recurret pro consilio & utilitate animæ, confitendo sua peccata, si sciuerit illa manifestanda; igitur tam ex vnitatem, quam ex utilitate insurgit obligatio seruandi secretum. Cum hæc communicatio, & influxus membrorum inter se sit, de lege naturæ, tenebitur homo, tam secretum confessionis, quam aliud celare ne impediatur ea communicatio, atque influxus. Quod sit de lege Diuina positiua, patet ad omnia mala & peccata ex quorum publicatione incommodatur proximus Matth. 18. Corripere eum si peccauerit inter te & ipsum: ne videlicet peccata publicentur. Esaiæ. 3. Peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt, neque absconderunt. De peccatis in confessione sacramentali specialiter probatur, quia ex Diuina lege tenemur non dare alteri occasionem peccandi, hoc enim est scandalizare proximum de quo præcepit Christus Matth. 18. Videte ne scandalizetis vnū de his pusillis; sed reuelans secretum confessionis dat alteri occasionem non confitendi, & peccandi non adimplendo illud Diuinum præceptum, quia qui denudat arcana amici, fidem perdit (id est, fidelitatem quam ipse debuit, vel etiam confidentiam quam alius de eo habiturus est) & non inueniet amicū ad animum suū. Effugit enim quasi caprea de laqueo, quoniam vulnerata est anima eius. Denudare amici mysteria, desperatio est animæ infelicis. Eccles. 27. Quod sit de lege positiua ecclesiastica probatur quantum ad omnia secreta, quia reuelans crimen alterius in iudicio, quod probare non potest punitur poena Talionis, supra. d. 19. p. 126. & assert Scotus ad probandum omnia secreta obligare de lege non solum naturæ, sed positiuæ. q. 2. huius. d. concl. 5. quæ poena licet non imponatur in qualibet reuelatione secreti, tamen ex ea bene constat damnari lege positiua cuiuslibet secreti manifestationem, ut patet etiam ex poenis contra publicantes libellos famosos. 5. q. 1. per totam ubi tam componens libellum, quam inueniens & non rumpens puniuntur. De secreto confessionis patet per cap. Omnis vtriusq; sexus de poenit. & remiss. Has probationes vide latius in Scoto.

*Propo. 6.* Sigillū secreti confessionis magis obligat quā alia secreta.  
 Proba-

Probat? quia obligationem addit specialem supra obligationem aliorum secretorum, & cum sit circa sacramentū, eius violatio est sacrilegiū, quia violatio rei sacræ. Probatur secundo, quia obligat ex duplici fidelitate speciali, & legali, ut supra. Tertio, quia eius violatio inferret maius nocumentū quā cæterorum secretorum, daret enim occasionem non confitendi, aut non integrè, mentiendo in confessione.

Sub hoc sigillo cadunt tam peccata, quā persona confitentis, & aliæ personæ quæ fuerunt notæ in confessione, ut cum quibus ille peccauit, & etiam circumstantiæ, per quas peccator, & peccatum possunt venire in publicum. Veniūt & peccata futura, quæ confitens patrare vult si dicantur sub forma confessionis. Patet hoc, quia eiusdem rationis est confiteri peccatum ut absoluendum & confiteri impedimentum absolutionis, igitur pertinent ad idem sigillum. Facit autoritas. Ioann. 20. quorum remisistis: quia eiusdem potestatis est ligare & absolvere, ergo & eiusdem sigilli absolutum & ligatum. Hæc opinio est. S. Bonauentur. hac. d. num. 58. contra Panorm. & contra magistrum suum Alexand. 4. part. q. 78. m. 2. art. 2. fatetur nihilominus opinionem Alexand. probabilem. Thom. in addition. 3. part. q. 11. art. 1. ad. 1. dicit esse erroneam. Notabis Alexand. non de omni peccato futuro tenere quod non cadit sub sigillo confessionis, quia peccatum futurum dependens à præterito, de quo non fit absolutio, tenet quod cadat, ut si quis doleat de fornicatione cum concubina, quam tamen non proponit dimittere, neque occasiones amputare, sed dicit se velle cum ea fornicari: hæc voluntas fornicandi de futuro, quia dependet ex peccato præterito cadit sub secreto confessionis: peccatum merè futurum dicit non cadere sub sigillo confessionis, sed sub alio secreto. Cum eo est Siluestrina. Confessio. 3. §. 5. & videtur etiam Angelica. Confessio vltim. §. 7. casu. 3. Contra eos est Scotus loco citato lite. M. Ricard. hac. d. articul. 4. quæstio. 2. Scripsit & quodlib. Caiet. habetur in tomo. 2. opuscul. quæstio. 15. Dixi per modum seu formam confessionis ut si quis diceret me accuso quod habeo animum attrahendi aliquos ad hæresin, conspirationem in Reges, aut Pontifices, etiam si confessor intelligat illud

pro semetipso quem vult attrahere celare tenetur: si autem specificet, habeo animum attrahendi te, iam illa non est confessio sed peruersio, maxime immiscendo rationes & causas inductiuas ad hoc: in quo prudentissime id pensandum est, si est verè forma confessionis, aut si est forma inductio- nis ad malum, quam palliare vult cum forma se accusandi. Poenitens etiam debet tenere secreta quæ inter confitendum transiguntur, si in propriam aut confessoris vel alterius infamiam seu periculum cedere possunt: non tamen tenetur celare si confessor ad peccandum ipsum induceret, vt ex Gersono deducit Gabr. hac dist. art. 2. conclus. 4. & cum talis inductio sit in damnum tam poenitentis, quàm sacramenti, quod est bonum commune totius ecclesiæ iuste talis inductor denuntia- tur suo iudici superiori, ne alijs serpendo tali malo incommo- det: à simili in proposito quia talis non est confessio. Bonum est tunc consilium Siluestrinæ protestari quòd non tenetur illud seruare sub secreto confessionis, nisi ex ea protestatione timeret maius malum, vt homicidium.

*Propo. 8.* Confessor interrogatus de scitis in confessione potest iura- re se nihil scire. Facit illud Christi Domini. Marci. 13. De die illo neque filius hominis scit, videlicet ad reuelandum. Ra- tionem dat Ricardus, vbi supra. q. 1. quia in confessione audi- uit ex persona Dei, hic loquitur exuta persona Dei in perso- na propria sicut faciebat angelus, & habes in breuiloq. 3. dist. 23. propos. 5. in fine, impugnat Scotus quia sacerdos audit & absoluit in persona propria, & conficit Eucharistiam, po- testque verè dicere consecraui, audiui confessionem illius. Item confessor ante absolutionem præmittere solet, Domi- nus Iesus Christus te absoluat, ergo absoluens loquitur in persona propria. Dupliciter potest quis loqui in persona al- terius, vel vt repræsentans, sicut in comœdijs, hoc modo ca- piebat Ricardus, alio modo per potestatem sibi ab alio tra- ditam quasi ministro, hoc modo loquitur & intelligit Sco- tus. Referre peccata nota in confessione celato nomine pec- catoris & circumstantijs quibus manifestari possit, non est infringere sigillum, licet quandoque sit malum, quandoque etiã vtile ad quærendum consilium: ita fecit legatus Pa- pæ in

pæ in capit. Officij de poenitent. & remission. de quo à Papa docetur, & non reprehenditur: similiter ad docendum alios ex talis peccati relatu.

Confessor loquens cum poenitenti extra confessionem de peccatis confessis non detegit secretum; quia ea nota sunt ip- si et poenitenti & innitur confessioni factæ, quare sub eo- dem sigillo cadit talis locutio. Potest vero fieri licitè, puta si non absoluit legitimè, aut non dedit bonum consilium ex ignorantia: potest etiam fieri cum peccato veniali aut morta- li, si turbat poenitentem loquens ex leuitate, aut ex eius cõ- sensu, iuxta circumstantias actus.

Confessor neque de licentia poenitentis potest reuelare confessionem. Hanc tenet Alexand. 4. part. q. 78. m. 2. art. 3. Scotus hac. d. quæst. 2. ad. 1. Gabriel. hac. d. dub. 4. est contra Bonauentur. hac. d. num. 53. contra Ricard. ea. d. artic. 4. q. 1. ad. 1. contra Thom. in additio. 3. p. q. 11. art. 4. Probatur concl. quia sigillum confessionis non est ius particulare poeniten- tis, sed ius cõmunitatis cui non potest renuntiare persona par- ticularis, vt dicit cap. Si diligenti de foro competentis: & c. Cum tempore, de arbitris: & cap. Contingit de sentent. ex- commu. el. 1. Ad cuius intelligentiam sciendum, quòd ius seu fauor cõmunitatis est duplex: vel tantum cõmunitatis; quia est particularium, huic bene potest quilibet renuntiare, vt exemplificat Alexander in iure eligendi: Valet cõmunitas eligere prælatum, huic potest quilibet renuntiare, & sic potest renuntiare voci suæ vel pro vno scrutinio vel pro tota electio- ne: Aliud est ius seu fauor particularium, quia prius est totius cõmunitatis. Vt. v. g. ius & fauor libertatis monasterij, huic nõ potest neq; monachus neq; Abbas renuntiare, vt in citato c. Cum tempore: Excõmunicationi contra percussores clerico- rum quia est in fauorè prius ordinis clericalis, deinde huius cle- rici nõ potest clericus renuntiare, vt in citato cap. Contingit, quia non potest licentare alium qd se verberet iniuriõsè. Simi- lis est casus. c. Si diligenti: quia ius qd clericus nequeat iudicari à sæculari est in fauorem totius ordinis & status clericalis, & ideò cuiusq; particularis, inde nõ potuit clericus ille Pisanus iurare se responsurum coram iudice laico renuntiaño suo foro.

Fit aliter distinctio. Quæ sunt in solū fauorē possunt renū-  
 tiari iuri, quod est in fauorem simul & odiū aliorum non po-  
 test renuntiare, tale est ius fori non solū in fauorē clericorum,  
 sed & in odium laicorū, qui sunt infesti clericis: talis & exco-  
 municatio cap. Si quis suadente. Fit & distinctio aliter, quia  
 vel renuntjando suo iuri & fauori potest interuenire præiudi-  
 ciū tertij, & sic non potest renuntiare, indē non potest renun-  
 tiare clericus foro, quia est in præiudiciū episcopi: renuntian-  
 do secreto cōfessionis est in præiudiciū naturæ ipsius fori, qui  
 institutus est secretissimus. Distinguit aliter Alex. quia si est  
 simplex concessio iuris bene potest renuntiare: si concessioni  
 additur præceptū, eo durante, nō potest renūtiari. Simile est  
 in proposito, quia tali fauori seu iuri additū est præceptū tā  
 poenitenti, q̄ non renuntiet, quā confessori q̄ nō reuelet. Ad-  
 uertes hoc præceptum sigilli confessionis esse negatiuum, vt  
 docet Scotus loco citato. litera. H. ideo obligat semper & pro  
 semper, tam viuo poenitente, quā mortuo. Per dicta intelliges  
 quare possit homo confiteri pluribus, & non licentiare cōfes-  
 sorē ad reuelādā confessionem. Confessio secreta cadit sub  
 præcepto affirmatiuo dato ipsi poenitēti, celatio confessionis  
 factæ cadit sub negatiuo dato ipsi confessori. Item confitendi  
 secreto est ius ipsius solius poenitētis sine dāno & præiudicio  
 alicuius tertij, quādō aliter fieret: teneri secretum tā a confes-  
 sore quam ab alijs ibi audientibus est ius cōmunitatis, & præ-  
 ceptum negatiuū. Eadem obligatio ad secretū est in quocūq;  
 audiente vel à casu, vel aliter, quæ in cōfessore, per rationes fa-  
 ctas in. p. 5. imō etiā ille cui sacerdos impius reuelaret confes-  
 sionē, quia de iure non potuit transferre in aliū potestātē re-  
 uelandi dicit quippē regula iuris lib. 6. Nemo plus iuris trans-  
 ferre in alium dignoscatur, quā sibi cōpetere. Et alia. Cū quid  
 vna via prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti. Verū  
 est q̄ maiori obligatione tenetur sacerdos. Tā verò est sagax  
 hominum ingenium, quod admissa casu opinionis contrarie  
 deducet alium ex ea, in quo teneatur poenitens dare talem li-  
 centiam, indē alium in quo sit irrationabiliter inuitus, ex inde  
 quod vtiliter eius negotium geratur si sacerdos reuelet, & tā-  
 dem quod eo inuito possit.

Pœna

Pœna sacerdotis reuelantis confessionem est depositio, &  
 antiquitus erat perpetua peregrinatio, vt Magister in litera  
 ex beato Gregorio, refertur de poenitētia. d. 6. cap. Sacerdos.  
 Modò per cap. Omnis vtriusq; sexus, lœo peregrinationis  
 est detrusio in arctum monasterium ad agendam perpetuam  
 poenitentiam. Hæc pœna non imponitur laico, est alia puni-  
 endus. Quod si timeretur de fuga clerici esset detruendus  
 in strictum carcerem. Annotat Bernardus Diaz episcopus  
 Calagurritanus in sua practica criminali, aliud esse reue-  
 lare confessionem, aliud peccata. V. g. dicit quis audiui talem  
 in confessione habebat peccata propter quæ non potui illum  
 absoluerē, iste reuelat confessionem non tamen peccata, quia  
 non specificauit: de tali dicit quod non debet puniri tota illa  
 pœna ordinaria, quia cap. Omnis expressit illam pœnam  
 reuelanti peccata. Casu quo poenitens dicat confessorem re-  
 uelare suam confessionē, nisi confessor probet se illud pec-  
 catum alia scisse via, quoniam quæ alia via etiam sciuntur  
 possunt reuelari eodem modo quo sciuntur, si poenitēs pro-  
 bet confessorem peccatum reuelasse, & cōfessor neget scisse  
 in confessione, non punietur pœna ordinaria, quia non con-  
 uincitur ex eo de reuelatione peccati confessi, sed est pœna  
 alia puniendus, licet ex tali querela & probatione præsu-  
 matur contra eum.

Prop. 11.

Quid est  
 reuelare  
 cōfessio-  
 nem.

## D I S T I N C. XXII.

*De re ditu peccatorum semel per poeniten-  
 tiam dimissorum: Ex cōsequenti de re-  
 ditu gratiæ & gloriæ per poenitentiam.*



Eccata semel dimissa per poenitētiā per  
 sequens peccatum neq; redeunt quantum  
 ad culpam, neq; quantum ad pœnā. Vide  
 literam Magistri contra quosdam dicentes  
 redire, sicut redeunt per poenitentiam me-  
 rita & opera mortificata. Pro concl. & con-  
 tra eos.

Propo. 1.

Sup. d. 15

p. 6.

Ecc 5

tra eos.



tra eosdem vide Bona. hac. d. quæst. 1. Præpositiuus dixit ut ait Bona. quod per solum vnum de quatuor redeant: per odium fraternum, ad quod sunt autoritas Bedæ, & Augustini in litera: per apostasiam: per contemptum confitendi per hoc quod dolet quis se poenituisse. Ad conclusionis probationem est Paul. Rom. ii. Sine poenitentia sunt dona Dei: sunt & duo decreta Gelasij Papæ: vnum refertur de poenitentia. d. 4. cap. finali: alterum. 23. quæst. 4. cap. Illic: vbi dicit quod Diuina clementia dimissa peccata ulterius in vltionem venire non patitur. De poena dicent doctores qui. d. præcedenti. p. 4. quod æterna non redit secundum se & de ratione sua, potest tamen redire ratione adiuncti, si non fuit tota temporalis dimissa & soluta. Rationem discriminis quare non redeunt peccata, & redeunt opera bona mortificata dat Scot. hac. d. lit. F. duplicem: Primam ex Diuina Bonitate & clementia disponente bona semper manere in sua acceptatione ad præmium nisi sit impedimentum, non tamen peccata: ponit exemplum iuristarum, quod habes citata. d. 15. p. 6. Secundam, reducendo ad iusticiam quia poena æterna mortalium fuit commutata in temporalem, & sic extincta: obligatio autem semel extincta non reuiuiscit, citato cap. Si illic, & de consecra. dist. 4. cap. Quæris: præmium æternum dandum pro operibus non fuit commutatum ex iusticia in temporale, ideo non extinguitur, sed sopitur, aut impeditur. Dicuntur peccata redire multipliciter: vno modo quantum ad ingratitudinem, quæ est circumstantia aggravans, & consequitur omne peccatum, licet non sit necessarium illam confitendo specificare alia peccata confessa, ita dicit Scotus litera. R. potest verò dicere poenitens in principio, Doleo me commisisse peccata de quibus iam alias pluries poenitui. Ingratitudo est vitium speciale, ut dicit Ricardus hac. d. artic. 1. quæst. 4. habet enim obiectum speciale, quod est beneficium sub ratione non recogniti: & est habitus oppositus habitui gratiæ, id est gratitudinis. Gratia sic sumpta est pars potentialis iustitiæ, in qua amicitiarum, & officiorum alterius memoria, & alterius renumerandi voluntas continetur, ita describit eam Cicero, lib. 2. de Inuentione.

Hæc

Hæc ingratitude committitur dupliciter, vel faciendo contra ipsum beneficium: vel faciendo contra formam beneficii: Forma beneficii præstiti fuit ex parte Dei remissio: contra hanc facit non remittens fratri, sic ut seruus nequam. Matth. 18. & qui odit fratrem, quæ & est vna causa ex quatuor præpositiui. Ex parte poenitentis ad remissionem cõcurrit fides: contra eam facit apostata: Est & propositum confitendi: contra hoc facit ingratus, qui contemnit cõfiteri: Est & actus poenitendi: contra hanc facit ingratus, qui dolet se poenituisse. Possunt etiam dici redire quantum ad reatum in simili, sic dicitur redire originale dimissum, quia cum propter illud careat quis visione Diuina, carebit eadem propter mortales: qui in vno offendit sit omnium reus. Iacobi. 2. quia similiter, quamuis non æqualiter, danabitur. Per hæc possunt intelligi autoritates, & solui argumenta contra conclusionem. Alia autoritas quæ caritas operit multitudinem peccatorum. i. Petri. 4. non est intelligenda sic operire sicut pallium operit, quod sub eo manet, sed quia delet. Est causa in delendo ut sunt causæ in fieri, nõ sic in cõseruando, quæ ipsa cessante redeant peccata quæ deleuit. Per venialia nõ redeunt dimissa mortalia etiã quoad ingratitudinẽ, quia venialia nõ offendunt Deũ ut mortalia.

Simpliciter loquendo magis ingratus Deo est qui cadit ab innocentia baptismali, quæ cadens à gratia poenitentia. Probat, quia maius beneficiũ est innocentia, quã poenitentia, magis enim est præseruare hominem ne peccet, quã parcere peccati: plus contulit Christus matri suæ præseruando, quã Magdalene ignoscendo: nam ut dicit August. citatus à Scoto hac. d. lit. Q. ad illud Luca. 7. de duobus debitoribus, quæ ille plus tenetur, cui plus fuit donatũ, tam cõmissa, quã non commissa donantur: Vnde idem August. 2. lib. confes. cap. 7. dicit Deo. Gratia tuæ deuto & misericordia tuæ quod peccata mea tanquam glaciem soluisti, gratia tuæ deuto & quæcunque non feci mala. Omnia mihi dimissa esse fateor, & quæ mea spõte feci mala, & quæ te duce nõ feci. Modò ex bonitate obiecti cõsideratur bonitas actus, & ex deficiendo ab obiecto malitia. Considerandũ, quod ingratitude capitur dupliciter, ut dicit Bon. lib. 2. d. 5. nu. 12. negatiuè, & est nõ esse gratũ

beneficiũ

Propo. 2.

beneficiò Dei, isto modo est circumstantia consequens omnia peccata: alio modo contrariè, putà parui pendendo beneficium, hoc modo est speciale peccatum, vt est dictum in precedenti. Gratitude etiam suos habet gradus seu radicem & ramos. Radix & primus gradus est, recognoscere beneficium: ramus primus, & secundus gradus laudare, & extollere: tertius recompenfare illud & retribuere: ingratitude è còtrario. Comparatio facta debet intelligi de circumstantia vtrobiq; aut de speciali vitio vtrobiq;. Conclusionè in se tenet Bona. hac. d. nu. 13. Videantur Scorus hac. d. Ricard. art. 1. q. 5. Tho. 3. p. quæst. 88. art. 2. ad. 3. & 2. 2. quæst. 106. ar. 2. Considerando ex parte recipientis, quia minus dignus fuit peccator gratia, magis gratis fuit illi donata, idcirco cadere à gratia poenitentia est maior ingratitude. Intentant Thomas, & Ricardus, quòd omnibus pensatis quia actus sunt circa singularia magis in præfenti hoc sit attendendum, quam quòd est simpliciter, & ideo sit maius beneficiù poenitentia, & magis illi debita gratitudo, & maior ingratitude contra illam.

*Propo. 3.* Ad quantam gratiam & gloriam resurgat poenitens sunt opinionones.

*1. Opin.* Prima, quòd ad æqualem omnes inter se, quia ad primam quæ non datur ex meritis. Hanc refert Almainus tanquam Henrici & impugnat. Posset verò sustentari non intelligèdo nisi de illa prima & minima, quæ datur sine respectu ad actum nostrum, quòd ea sit æqualis.

*2. Opin.* Alia opinio est, quòd resurgit ad æqualè gratiam ei quam amisit, vel maiorem vel minorem secundum quod se disponit, præmiabitur autem secundum mensuram caritatis finalis in qua decedet. Hanc tenet Alex. 4. p. q. 57. m. 5. Sequuntur Bona. in hoc. 4. d. 14. num. 60. Vide eundem in. 3. d. 31. q. 2. Vide & Ricardum ad eandem opinionem in. 3. d. 31. art. 1. q. 2. Sequitur & Thomas, 3. p. q. 89. ar. 2. & ar. 5. ad. 3. Si petas, quomodo ei reuiuiscunt opera? dicit Alex. quòd reuiuiscere est ipsa remunerari à Deo, & reuiuiscunt secundum caritatem finalem, idem dicit Bona. num. 64. Thomas dicit quòd reuiuiscunt nõ ad præmium essentialè, sed ad accidentalè, quia gaudebit de pluribus operibus. Neque ob hoc se habet Deus strictè

strictè cum suis, quia prouenit ex eorum indispositione, propter quam neq; reuiuissent opera si mansisset in peccato.

Tertia opinio est: Scoti hac. d. litera. Hoc quòd ad gratiam resurgit: sicut se disponit: sed semper ad maiorem gloriam, quia ad debitam ante peccatum, & ad debitam bono meritu nouo. Ratio discriminis, quia gratia fuit donum Dei tantum; merita ad gloriam aliquo modo opus hominis, cui redditur iuxta opera sua. Apocalyp. 2. Iob. 34. Hieremix. 17. Si dicas, gratia est ius ad gloriã, conceditur, ergo maior gloria requirit maiorem gratiam vt ius ad illam, negatur, sed maiora opera: dices: igitur, aliquis in coelo cù minori gratia possidebit maiorem gloriam; respòdetur quòd ad finem vitæ dabitur tota gratia quam habuit in præmium. Neque ex hoc reportat eommodum, qui tempus in peccato manens amisit in quomèri potuisset.

Quarta opinio, quòd semper resurgit ad maiorem gratiam & gloriam: Hanc refert citatus Alex. Tenent eam clarius, & expressius Oham in. 4. q. 8. & 9. art. 5. ad sextum dubium, & Gabriel. d. 14. q. 7. art. 3. dub. 3. quia impietas impio non nocet in die conuersionis. Ezech. 18. & 31. Neque obliuiscitur Deus operis nostri. Heb. 6. Et dempta prima gratia, & sacramentorum, alia debetur operibus, sed redeunt opera, igitur & gratia, licet ex prauo habitu non operetur homo per illam tam expedite. Hæc quarta & tertia sunt probabiliore.

## DISTINC. XXIII.

### De Sacramento Extrema unctionis.



*Propo. 1.* N Ecclesia est sacramentum Extrema unctionis à Christo Domino institutum: infirmatum Marci. 6. vbi dicitur quòd apostoli vngebant oleo infirmos & sanabantur; ab apostolo Iacobo fuit promulgatum. Cap. 5. suæ canonicæ epistolæ. Hæc est de fide in concil. Trident. sess. 14. c. 1. de hoc sacramento, & canone. 1.

Per

Per eam exploditur hæresis Vvaldensium negantium hoc sacramentum, quos dicitur ab aliquibus sequutus Vvicleph. quãuis non memoretur inter eius errores damnatos à concilio Constantiensi. In eadem hæresi fuit Lutherus dicens non esse sacramentum sed humanum figmentum. Exploditur & Magister hac. d. cap. 2. dicens fuisse institutum ab apostolis. Cui subscripsisse videtur Bona. 12. dicens quod Spiritus sanctus illud per apostolos instituit. Vsum eius introduxit in Ecclesiam diuus Petrus, vt ait Ricardus hac. d. art. 2. q. 4. Glossa in cap. Vir, extra de secundis nuptijs, negauit esse sacramentũ, sed orationem super hominem. Armachanus lib. 9. de quæstionibus Armeniorum cap. 14. dixit hoc sacramentum fuisse institutum à Christo, quando liniuit oculos cæci Ioan. 9. qui error reuincitur ex eo, quod neque lutum, neque salina, neque aqua in qua ille fuit lotus sunt materia huius sacramenti. Annotandum id insinuatũ Marci. 6. quæ verba sunt concilio Trident. citati: nam de loco illo Marci quãdo apostoli vngebant infirmos oleo & sanabantur dubitari video an vnctio illa fuerit sacramentalis? Caietanus super locum illum negat fuisse sacramentale, sed vsum vnctionis olei ad sanitates. De hac interpretatione malè audit inter aliquos præcipuè apud Catharinum, non video tamen quare non possit stare interpretatio eiusmodi: tũ quia Concilium non expressit nisi quod ibi fuit insinuata: tũ etiã quia baptismus est ianua sacramentorum Ecclesiæ, nõ verò est credendũ omnes ab eis vnctos fuisse Christianos: tertio, quia eius sacramenti minister est sacerdos, & id temporis nondum erant apostoli sacerdotes. Quod hæretici huic sacramento infesti autumant nihil aliud voluisse exprimere Iacobũ, quam vnctionem sanitarum expressam apud Marcũ, ab eodem Concilio confoditur, cuius verba continent cõclusio, nam Marci. 6. dicitur insinuatũ sacramentum. Iacobi. 5. promulgatũ, differentiam igitur inuenit Concilium: quã & verba Iacobi præ se ferunt dum dicit quod vngetur infirmus oleo in nomine Dñi, vel vt in eius nomine cõsecrato, vel inuocato nomine Domini, & exprimit quod à presbyteris, eisq; orantibus. Indè contra Caluinum definiuit probè idem Conc. canone. 2. anathematizando affirmantes non fuisse sacramen-

cramentum, sed gratiam curationum. Doctorum auctoritates si quæ sonuerint idem exprimi à Iacobo, & à Marco interpretanda sunt, idem vt insinuatũ, & promulgatũ ab alio. *Vide inf. p. 4.*

Materia huius sacramenti est oleum oliuæ ab episcopo benedictum. Ita definiuit concilio Florent. & Trident. idèd non sufficit aliud oleũ nucum, vel simile artificiatũ. Ad hanc vide supra. d. 7. p. 5. de triplici oleo, & à quo debeat benedici de necessitate, vel dispensatione: vide & in litera de oleo triplici, atq; ad hoc sacramentũ clarius probatur cõsecratio cõmitti posse simplici sacerdoti, quia ipse est minister extremæ vnctionis, & Caietani opinio, ex hoc magis haberet hinc apparentiã, quã in confirmatione. Tutius est verò quod neque in illo, neque in isto possit sacerdos materiam cõsecrare sine Papæ dispensatione. Non admiscetur balsamũ, vt dicit Scotus, quia exeunti à vita sufficit apud Deũ bona & pura conscientia. Si possit conferri in oleo veteri, vide eadẽ. d. 7. p. 4. Quidã curatus in diocesi Pacensi mihi retulit esse in cõsuetudine illius diocesis vti oleo veteri donec allatum fuerat nouum. *Propo. 2.*

Forma huius sacramenti: est, per istam sanctã vnctionem, & suam pijsimam misericordiam parcat tibi Dñs, quidquid oculorum, aurium, & cæterorum vitio deliquisti. Hac forma vtitur Ecclesia Romana vocaturque forma Gregoriana. Aliquæ Ecclesiæ, vt ait Bonauen. num. 24. vtuntur forma in verbo indicatiui dicendo vnge tuos oculos, siue te oleo sanctificato in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, vt more militis vncti præparatus ad certamẽ aereas possis superare potestates. Hæc forma vocat Ambrosiana, quoniã ea fuit vsum beatus Ambrosius, eamq; pro Ecclesia sua Mediolanensi instituit. De qua nõ est paruum dubium an sit legitima? Partem negatiuã innuit Bona. loco citato, quia Iacobus promulgator huius sacramenti satis explicuit, quod debeat fieri per modũ deprecatiũ. In eadẽ sententiã est Tho. in additi. 3. p. q. 29. art. 8. dant congruentias quare debeat esse per verbum deprecatiũ, quarũ vna est quod infirmus, cũ sit destitutus viribus proprijs, est subleuãdus orationibus. Accedit roborã hanc sententiã definitio & assignatio formæ per conc. Florẽt. quod assignauit Gregorianam, igitur ipsa est forma præcisa, sicut sunt formæ *De admixtione alterius olei supra d. 2. p. 15. Prop. 3. Si sit necessarium signũ crucis supra d. 7. p. 6.*

formæ aliorum sacramentorum. Ad partem contrariam est Ricardus art. 1. q. 4. ad 2. quod siue conferatur per modum indicatiuum siue imperatiuum non variatur quid necessarium de necessitate sacramenti, sicuti neque in baptismo per baptizo, vel baptizetur. Itē reuerenda est forma Ambrosiana, quia Ecclesia Romana illam vel tolerat, vel tolerauit, quæ si forma non esset, tolerata minimè fuisset. Neque enim Ambrosius, aut Gregorius neq; sanctorum alius habuit potestatem instituendi sacramentorum formas. Cum etiam cōferri dicatur in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, sancta Trinitas inuocatur quod sufficere videtur ad orationem, & verba postly vt more militis exprimunt desiderium vngentis, atque Psal. 9. desiderium pauperum exaudiuit Dominus: in eoigitur est oratio. Si tamen intermiseretur forma Gregoriana dicēdo, Vngo tuos oculos in nomine, &c. vt parcat tibi Dominus, &c. atque vt more militis, &c. non est difficultas quin haberetur forma legitima sine scrupulo. Neq; ista esset dicenda tertia forma ab alijs distincta, sicut aliqui eam distinguunt, imo est eadem quæ Gregoriana, neque ex alterius adiunctione variatur cum nihil exprimat ipsi repugnans, sed eam in propria sua natura finit perseuerare. Quidam quos Bona. refert dixerunt hoc sacramētum non habere formam de necessitate sacramenti, sed de bene esse, quam sententiam dicit nō esse securam, quia & Iacobus dixit quod oratio fidei saluabit infirmū, non dixit quod vnctio: oratio verbis fienda videtur. Tūm etiam propter concil. Florent. asignans omnibus formam.

*Propo. 4.* Minister huius sacramenti est solus sacerdos, ideò si alius attentet conferre nihil faciet. Decisa est in concil. Trident. citato canon. 4. contra Caluinum dicentem, præbyteros nominatos à Iacobo esse quoscunque ætate seniores, & non solos sacerdotes. Nam licet Marci. 6. apostoli nondum sacerdotes vngerent infirmos: illa vnctio erat quoddam præambulum sacramenti per donum sanitatis corporum, ideò dixit prima conclusio, quod Marci fuit insinuatum, sed quādo à Iacobo promulgatum vt verum sacramentum, præbyteri à quibus est vngendus infirmus sunt sacerdotes. Quando aliqui sancti

qui sancti viri etiam foemina vngunt infirmos oleo nō consecrato ad salutem corporis, illa vnctio non est sacramētum: imò neque si vngant eodem oleo consecrato, qui non sint sacerdotes, vel sine forma vngant: quia vt oleo illo ad pium finem licet, vt dixit Innocentius in cap. Vnico de sacra vnctio; debet tamen vsus esse pro graui causa, & multa deuotione. Suspendus sacerdos à solo ingressu Ecclesiæ posset dare hoc sacramentum extra Ecclesiam. Vide. d. 19. p. 107.

Potestas conferendi hoc sacramentum est ordinis, & non iurisdictionis, ideò à quocunque sacerdote præstetur suum consequitur effectum. Peccat tamen quicumque sacerdos non proprius, illud conferens absque licentia proprii, maxime religiosi qui sententiam excommunicationis ipso facto incurrunt apostolicæ sedi reseruata, per Clementinam .1. de priuilegijs. Intelligenda sunt verba illius Clementinæ pro multis emanatis vel emanandis à fede apostolica decretis. Excommunicat enim præsumentes. Præsumptio notat dolum & temeritatem, vt ex Cardinali super hanc Clementinam annotat Angelica, Excommunicatio. 5. casu. 12. §. 15. Temeritas in actibus requirit audaciam in malum, & contemptum, vt potest deduci ex cap. Peruenerabilem, extra qui filij sint legitimi, in illo verbo: Videbatur: & in verbo: Ipse quoque. Item ex Clementina. 1. de sepulturis dicente. Eos qui propriæ temeritatis audacia defunctorum corpora non sine contemptu clauium in cœmeterijs interdicti tempore, vel excommunicatos publicè, vel vsurarios manifestos scienter sepelire præsumunt: Vbi nota & audaciam, & scienter, & contemptum: in cap. Auaritiæ de electione lib. 6. dicitur. Auaritiæ cæcitas, & damnandæ ambitionis improbitas aliquorum animos occupantes, eos in illam temeritatem impellunt, vt quæ sibi à iure interdicta nouerint, exquisitis fraudibus vsurpare conentur. Dolus cum sit ad fallendum & decipiendum, etiam requirit scientiam, vt potest deduci ex cap. Si compromissarius, de electione lib. 6. in verbo: Si verò eligat. Vnde minor qui credit licere sibi rem propriam sine autoritate iudicis occupare ipsam occupans non incurrit pœnas legis. Dolus etiam cum

*Propo. 5.*

*Præsumētes qui dicuntur.*

FFF sit du-

*Expositio  
motus Pij  
V. super  
ingressu  
mulierum  
in mona-  
stera.*

fit duplex, verus & interpretatiuus seu præsumptus, qui crasse ignorat præsumitur esse in dolo, per cap. Vt animarum periculis de constitutionibus lib. 6. Religiosus igitur, si ex aliqua rationabili causa, vel sub specie rationabilis, proprii sacramentum, neque incurret sententiam neque peccabit. Ex hac interpretatione decidamus alium casum. Bonæ memoriæ Pius. V. reuocauit facultates concessas mulieribus ingrediendi monasteria Carthusiensium & aliorum regularium, grauius poenis impositis prælatis & subditis, ne eas introducere admittere vel præsumant. Quandiu ignorabatur constitutio inculpabiliter, aut modus eam obseruandi si recepta, vel non, fuisset, quia neque dolus aderat verus aut præsumptus, non erant illis poenis innodati: neque similiter, si furto ingressu, vt sæpe accidit, etiam a pertione ianuarum, aut fractione curiositate videndi claustra, siue choros, & dormitoria fratrum reclamantibus aut ignorantibus prælatis, aut non potentibus resistere mulierum effrenatæ audaciæ & secularium virorum eas associantium, non præsumunt introducere; imò neque admittere si verè serio requirunt quòd exeant & faciunt quod possunt religiosa modestia, ne per domum, aut hortos discurrant quos visendi cupido mulierum animos occupare solet. Item est conuentus in loco deserto, confluunt quàm plurimi pro visitandis reliquijs Sanctorum, ingruit procella grandinis aut niuium, neque Ecclesia heremitorij sufficit capere tantam turbam, licitè admittentur in claustra & loca necessaria suæ protectioni rationabili causa excusante à præsumptione. Cum in alijs iuribus & statutis poenas fulminantibus contra præsumentes cadat & obseruetur interpretatio doctorum non minus est obseruanda in prædicto proprio motu Pij, nisi velint prælati notam incurrere quòd alio animo poenas imponunt, vt inhabilitent quos sibi placet ad eligendum actiue, atque passiuè, & iustitiam suam videantur statuere: sicuti quando eiusdem & similis culpæ alios absoluunt ab officijs, cum alijs aiunt quòd dispensant iudicantes causam iustæ dispensationis fieri compotes in electionibus proprii voti, subleuando ad officia quos affectu

carnis

carnis amant, quos si verè diligenter exequendo iuste quòd iustum est subleuare potius curarent, aut Deo causam illam moderandam relinquere.

Effectus huius sacramenti est sanatio, mentis abstergendo peccata, si aliqua adhuc sunt, & peccatorum reliquias, alleuando animam ægroti, & confirmando fiducia Diuinæ misericordiæ, atque in quantum expedit salutem animæ salutem corporis operatur. Hanc tradunt concil. Florent. (Quoniam Græci tenent hoc sacramentum non prodesse ad salutem corporalem.) & Concilium item Trident. citatum. Vulgi peior est error super seminatibus ab autore zizaniz, vt ab hoc sacramento retrahat, quòd infirmis mortem accelerat. De effectu principali (quia quodlibet sacramentum potest habere alios secundarios vnum tamen principalem) tenet Bona. hæc. d. q. 1. & Ricardus art. 1. q. 3. quòd est curatio peccati venialis, contra Tho. 3. p. q. 67. art. 1. ad. 8. tenentem, quòd abstergere reliquias peccatorum, puta debilitatem, ineptitudinem, prouitatem, & procliuitatem ad malum, quæ relinquuntur, ex actuali & originali. Contra hoc est forma ipsa sacramenti semper sonans peccatorum remissionem, & cum non oreret sacerdos ibi pro mortalibus quorum infirmus habet memoriam sine poenitentia de illis, orabit pro venialibus. Sacramenta etiam id efficiunt, quòd significant. Est ad hoc bona apparentia, quòd cum aduersus originale sit baptismus, aduersus mortale poenitentia, congruum ergo fuit esse aliquod sacramentum contra venialia maxime illo tempore egressione à vita, & ingressus ad coelestem Hierusalem in qua non intrabit aliquod coinquinatum Apocalyp. 21. Quòd vero Iacobus loquutus fuit sub conditione, si in peccatis sit remittentur ei, processit ab Apostolica modestia quasi præsumens neminem habiturum tunc peccata quorum non poenitisset: aut fortè intelligebat de mortalibus oblitis quæ per sacramentalè gratiam delerentur. Neque debuit asserendo remittèda per vnctionem peccata, suscitare puluerem, quo exacerarentur hæretici aut alij, quibus non poterat ibi ratio & modus remissionis & quorum peccatorum, propter epistolæ breuitatem prolixius declarari.

*Prop. 6.*

*Argum.  
Solutio.*

*Propo. 7.* Hoc sacramentum est conferendū infirmis tali infirmitate de cuius periculo timeatur, propter quod vocatur sacramentum exeuntium. Ita docent concil. Trident. & Florent. Ideo si detur sanis nō est sacramentum, quia sani non sunt subiectū eius, sicuti ordo collatus fœminæ, aut non baptizatis non foret sacramentū. Lutherus (vt ei catholici imponūt, præcipue Echius Hom. 54. de sacramentis, atq; Henricus ille rex Angliæ) ridet Ecclesiam quod nō det hoc sacramentū omnibus infirmis, cū Iacobus in cuius autoritate se fundat non distinxerit de infirmis. Eadem dicitur fuisse Armachani sententia lib. 9. de quæst. Armen. in. c. Finalibus. Responso est, quod iam loco illi indidit, de quibus infirmis sit intelligendus. Quemadmodum igitur baptismus est sacramentū intrantiū in Ecclesia militantem, cætera progredientiū in Ecclesia, ita debuit esse aliquod exeuntium a militante & introeuntium in triumphante, quæ ingressam quia venialia retardat, quæ sunt, vt Bona. nu. 7. dicit quasi inseparabilia in statu vitæ; & ideo iterabilia, congruū fuit contra illa institui sacramentum hoc, per quod curentur quādo iam possunt curari sine morbi iteratione. Nō est tam inepta cōgruentia, vt suggillat quidā quasi nō theologam, quia neq; vt præcisa ratio ponitur institutionis, sed quæ adiuncta cū exitu & ingressu ad patriā apparentiam habeat sufficientissimam. Multis similibus congruentijs non omnino cogentibus vtuntur doctores, etiam ipse diuus Thomas. Datum infirmis de quorū exitu non timeatur, vt podagra laborantibus, aut quartanarijs, & similibus leuiter infirmantibus credo nō plus erit sacramentum, quàm datum sanis. Ideo neque est dandum intrantibus in bellum, neq; prægnantibus, simili vè modo periclitantibus. Quādo post partum mulier infirmatur aut miles post vulnera, dandum est illis. Plestendis vltimo supplicio, si ex horrore poenarum infirmentur, tenet supplementum Gabrielis hac. d. quæst. 1. artic. 3. dub. 3. sub litera. N. quod non est dandum; & est vterior opinio, quàm opposita quæ ibi refertur, casu inquam quod non esset expectandus vsquequō moreretur infirmitate, quia si foret expectandus habebit locum alia opinio  
Sicuti.

*Vide sup. d. 9. p. 11. & in prologo. p. 6.*

Sicuti damnatus ad perpetuum carcerem, ibique iam moriturus vngendus foret. Neq; illis dandum est qui peccata venialia præsumuntur nō habere, quales sunt perpetuò amentes, aut si longo tempore manserunt in amentia. Si in infirmitate facti sunt phrenetici & ante petierant, imo si non petiissent explicitè, quia Christiani sunt & salutis proprie præsumendi memores, & quod si aduertissent explicitè petiissent; est illis dandum. Pueris post vsum rationis quia peccare venialiter possunt est dandū, & licet de ætate variè dicant doctores mihi placet illa ætas sufficiens, qua eis datur Eucharistia. Propter eandem rationem neq; beatæ Virgini fuit datum, quia venialia non habebat.

Contra hanc arguitur ex concilio Trident. declarate, esse exhibendam hanc vñtionem infirmis, illis præsertim, qui in exitu vitæ constituti videntur: igitur omnibus infirmis est danda. *Argum.*

Respondetur, quod Concilium neque fauet Luthero neque Armachano, sed quoniam tam Lutherus, quàm Caluinus iridebant Ecclesiam, quod vngeret non nisi semimortua cadauera, contra hoc intentat Concilium quod non est is articulus expectandus, sed satis est esse mortis instantis metus, sicuti dixerat Florentinum, & cum dixit præsertim in exitu vitæ, satis innuit quādiu infirmus viuit esse vngendum; ita quod comperto instare mortem, viuus & intelligens, qui sciat, & possit recipere sacramentum deuotè, vngendus est: neq; minus tenebit sacramentū in vltimo exitu si præstetur, imo tunc certitudo mortis est manifestior; neque plus astruere volebat Concilium. Nomine etiam infirmorum veniunt senes ex naturali debilitate sine febri iam è vita decessuri. *Senes.*

Partes inungendæ sunt organa quinque sensuum, videlicet, oculi, aures, nares, os, manus. His adduntur pedes propter gressum, & renes in viris propter libidinem. Fœminis quibus luxuria est in vmbilico, vt dicit beatus Gregorius. Homil. 13. super Euang. propter honestatem ibi non fit vñtio. Vnde apparet quod vñtio renum non fit de necessitate sacramenti: in aliquibus Ecclesijs dicitur loco renum fieri  
Fff 3 vñtio

*Prop. 8.*

vnctio in pectore. Idem videtur de vnctione pedum. Scio non deesse qui teneat omnes septem vnctiones esse de necessitate sacramenti, quoniam eas omnes recensuit concil. Florent. Quid verò respondebit cum vmbilici vel renū vnctio mulieribus non datur, nunquid alterius rationis debet esse in viris, & mulieribus sacramentum? Quid vbi & viris non datur in renibus? Ego quidem ( nolens plus sapere, quam oportet, neque de sacramentis aliter sentire, quam sentiat Romana Ecclesia ) nonnunquam dubitavi an sicut vnctio renum & pedum à Concilio expressa non est nisi de necessitate ministri, ita de alijs vnctionibus philosophari liceret? Ita quòd sicut baptizato homine in capite, vbi omnes sensus vigent habetur verus & integer baptismus, ita habeatur vncto homine in capite forma generali. Vngo te vt Deus per suam sanctam & piissimam misericordiam parcat tibi quidquid sensuum vitio deliquisti. Item quælibet forma Eucharistiæ sine alia suum habet effectum: Similiter subdiaconatus, & diaconatus, atque sacerdotium, quare igitur non & Extrema vnctio quæ integratur ex quinque vnctionibus, ita quòd quælibet cum sua forma habeat effectum sine alia? Maximè cum hoc sacramentum sit contra venialia, quæ possunt remitti vnum sine altero. Inde si ex oblivione aliquis non fuisset vnctus, aut ex negligentia in aliquo sensu, quare nil recepisset de hoc sacramento, vt aliqui tenent? Ultra, qui manibus caret vel oculis, aut pedibus sufficienter inungitur, imò est inungendus in parte propinquiore ei, quæ deest, quare igitur illæ omnes vnctiones dicuntur necessariae pro sacramento? Adhuc; Vnius sacramenti vna est forma & vnus minister: in hoc sacramento sunt plures partiales ex quibus integratur vna totius, igitur quælibet per se ipsam habere potest effectum suum partialem contra illa peccata contra quæ per ipsam eratur à ministro, quo deficiente ante completas omnes vnctiones potest suppleri per alium, quorum intentio constat qd numero differt vna ab intentione alterius, ergò cū materia & forma & intentione cuiuslibet erat sacramentū partiale: & per consequens etiam si totum integrum datur ab vno erit simile.

Hoc

Hoc dubitando non asserendo intelligatur disputatum. *Argum.*  
Ad instātiā quòd datur baptismus vnus trina merfione fa- *Solutio.*  
cilis est solutio, quòd non est cum qualibet merfione alia & alia forma, sed cum forma vna fit immerfio trina.

Vnctiones igitur cum sint septem, & organa aliqua geminantur, geminandæ etiam sunt vnctiones, sed non geminata forma: & sic sunt vnctiones duodecim geminatis quinque: vna in oculis: secunda in auribus: tertia in manibus: quarta in pedibus: quinta potius in renibus quàm in naribus, quia sunt duo renes loco distantes, nares eadem vnctione vnguntur ambæ: ita explicabat frater & Magister Andreas Vega Scotum ponentem duodecim vnctiones neque explicantem aliquid de renibus aut naribus. Echius imponit Scoto Homil. 56. de sacramentis quòd non posuerit nisi vndecim vnctiones, video tamen libros omnes referre duodecim. Verū est, quòd editio reportatorum non habet nisi vndecim prætermissa gemina in naribus, atque in renibus: lapsus aut correctio impressionis huius difficultatis causa fuit.

Hoc sacramentum est iterabile, si variata ægritudine infirmiteretur morbus, quia videlicet euasit prius vitæ periculū: neque est opus expectare vna vnctione totū annum, vel tres menses vt diuersi doctores diuersè opinantes dixerūt: Etiam si intra mensem æger conualefcat & recidiuet, potest iterum inungi. Non verò si durat morbus nulli causa diuersitate, aut interruptione. *Propo. 9.*

Hoc sacramentum non obligat sub mortali nisi ad non contemnendum. Literam Magistri: Si ex contemptu vel negligentia prætermittatur periculosum est, & damnabile: exponit Bona. q. literali non intelligendum ly vel, disiunctiue, sed copulatiue. Minister negligens in illo administrando credo peccabit mortaliter. *Prop. 10. Contem - ptus quid sit sup. d. 7. p. 10.*

Hæc vnctio vocatur extrema, quia ex tribus aut quatuor vnctionibus cōmunibus cunctis Christianis hæc est vltima. Prima est cathecumenorum: secunda baptizatorum: tertia cōfirmatorum, quæ per antonomasiam vocatur Chrisma, quia ex oleo & balsamo: quarta ægrotorū: non enim vocatur extrema, quia sit danda in extremis. Si est danda ante viaticum. *Prop. 11.*

Fff 4

vel



*Sup. d. 12. p. 8. ad finem.* vel post, seruanda est cuiusque Ecclesie consuetudo per regulam Augustini habes supra. d. 3. p. 12. in dicto. 4. quia aliqui dant illam post viaticum, alij ante, quia sic sonat cap. 1. 26. q. 7. ex poenitentiali Theodori. Quod etiam vbi datur post viaticum possit postea iterum infirmus communicari videtur manifestum. Aliæ vnctiones sunt speciales sacerdotum, regum, episcoporum. Reges in veteri lege vngebantur in capite, post vnctionem Christi Domini præ consortibus suis. Psal. 44. qui est caput Ecclesie, vnctio regum fuit translata ad humerum, vel armum, aut brachium cap. vnico de sacra vnctione, ita docet Innocentius. Quod sanctus Bona. dicit hac. d. num. 13. quod confirmatio & extrema vnctio non habuerunt certam figuram in veteri lege ab aliquibus non tenetur, vt ab Echio Homil. 53. de sacramentis: quia præcesserunt in Dauid tres vnctiones in figura trium vnctionum omnium Christianorum. Primò fuit vnctus per Samuelem in domo patris sui. 1. Reg. 16. in typo vnctionis quæ datur in baptismo. Secundò super Iudam in Hebron. 2. Reg. 2. vbi figurabatur vnctio Chrismatismatis, vt sint pugiles & milites ad præliandum. Tertiò, vt esset rex super omnem populum, ibi cap. 5. quæ figurabat hanc vnctionem, qua vncti procedunt ad regnandum cum Christo. Magister in litera cap. 1. omnes vnctiones reduxit ad tres, sed fuit ratio nec vnctiendi propter oleum triplex.

## DISTINCT. XXIII.

*De ordinibus Ecclesiasticis quot sunt: Quæ officia cuiuslibet ordinis: Et de nominibus dignitatum.*

*Prop. 1.*



**N** Ecclesia est sacramentum ordinis à Christo Domino institutum. Hæc est de fide: patet ex concilio Flor. & Trid. contra Lutherum negantem sacramentum ordinis, & dicentem omnes Christianos esse sacerdotes, & pares inter se: nihilque aliud esse sacramentum ordinis, quam ritum eligendi concionatorum, & quod

& quod qui non prædicat non est sacerdos nisi æquiuocè, sicut homo pictus est homo. Ex hoc quod est sacramentum confertur quod confert gratiam ex opere operato, quam non conferebat vnctio sacerdotum veteris legis; quod est contra Durand. d. 1. q. 5. tenentem vnctionem sacerdotum legis veteris contulisse gratiam ex opere operato. Quod sacerdotes & episcopi non sint eligendi à plebe contra Lutherum facit, quia Paulus solus ordinavit. Timoth. 2. cap. 1. & reliquit Titum Cretæ, vt ipse constitueret presbyteros. 1. capit. Eleazar iussu Dei non electione plebis successit patri. nu. 20. Act. 14. Paulus & Barnabas per ecclesias constituiebant presbyteros. Episcopos à se positos ibi. 20. dixit Paulus à Spiritu sancto positos, quod electio populi non sit necessaria habes in decretis. d. 63. præcipue cap. Non est, quod est concilij Laodicensis: & capit. Sequenti, quod est sextæ synodis generalis. Alia cap. ibi sonantia contrarium concordat Gratianus cap. Cum longè. 5. Electiones. Plebis tamen electio, imo & consensus iam reuocatus est.

Ordinis sacramentum describitur à Magistro. p. 10. est signaculum, id est, sacrum quodam, quo spiritualis potestas traditur ordinato, & officium: ly, signaculum siue sacrum non sumitur ibi pro charactere interiori, sed pro eo quod exterius geritur: spiritualis potestas est effectus interior. Sanctus Bonauent. hac. d. num. 24. sic describit. Ordo est ordinata potestas, secundum quam subiectum ordinatur ad opus vel ad ministerium: Videtur Bonauent. nomine potestatis intelligere characterem, quare prædicta notificatio data est per effectum vocando sacramentum, rem, seu effectum sacramenti. Sic Magister. d. sequenti. cap. 2. est intelligendus, quando dicit quod hæreticis manet ordinatio integra, id est effectus ordinationis: hæreticis ipsa ordinationis sacramenta non detrahuntur: id est res vel effectus sacramentorum. Contra hanc notificationem arguit Scotus, & ponit ipse aliam hac. d. litera. G. quod Ordo, est ordinatio & institutio alicuius in gradu ecclesie præminentem, cui conuenit aliquod ministerium circa Eucharistiam mediatè vel immediatè. Hoc mediatè vel immediatè sumitur ex eodem Scoto sub litera. D. Ad ly ordinationem

Fff 5      facit

facit concil. Trident. Sess. 23. cano. 3. inquit. Si quis dixerit ordinem, siue sacram ordinationem non esse verè & propriè sacramentum à Christo Domino institutum: vel esse signum humanum: aut esse tantum ritum eligendi ministros verbi Dei & sacramentorum, anathema sit. Vbi nota, ly ordinationem, quia sacramentum est signum sensibile gratiæ. Omnia etiam sacramenta de mpra Eucharistia consistunt in fieri: igitur ordo in acceptione sacramenti sumitur pro ordinatione, id est pro actu ordinandi, sicut voluntas pro actu volendi, & fides, spes, & caritas pro actu ipsarum.

*Corol.*

*Sot. falso  
citat Sco.*

Ex prædicta sententia Scoti patet quam falso Dominicus Soto dist. 24. quæst. 1. artic. 1. iam ad finem dicat Scotum gratis negasse hoc esse propriè sacramentum: nunquam tale dixit, neque somniauit. Quod Scotus negat esse sacramentum, est ordo pro relatione, vt eum descripsit. Augustinus lib. 19. de ciuitat. cap. 13. ordo est rerum parium, dispariumque vni cuique sua loca tribuens congrua dispositio. Quo modo dicimus quòd entium in vniuerso est ordo, & Paulus. Roman. 13. Quæ sunt à Deo ordinata sunt: & Ephes. 4. docet esse in ecclesia gradus, & ordinem, apostolos videlicet, prophetas, euangelistas. Rom. 12. & 1. Corinth. 12. sumit cõparationem ex membris corporis habentibus diuersa officia. Secùdò negat quòd ordo, vt dicitur gradum præminentè in hac politia ecclesiastica, sit propriè sacramentum, quia talis gradus non est signum sensibile, sed intelligibile, & est effectus ipsius ordinationis, quæ ordinatio est propriè sacramentum: ille vero gradus vel est character, vt innuebat notificatio Bonaue. vel ex caractere cõsequitur, ita quòd gradus non sit character siue potestas, sed dispositio ad exequendum actum eminentem & sacramentalem, & hoc secundum magis videtur innuere Scotus. Quomodo docunq; igitur sumatur gradus, siue ordo, pro caractere, seu pro spirituali dispositione ad actum sacramentalem consequente caractere, ordo non est propriè sacramentum, sed ordinatio. Hæc est mens doctõris subtilis litera. A. & B. & litera. F. & G. hac. d. atque in reportatis, vbi dicit hæc verba. Tertius articulus est si ordo est sacramentum, & dico quòd non sed ordinatio. Magister citato cap. 10. ait: Character spiritualis

ritualis vbi sit promotio spiritualis, ordo vel gradus vocatur innuens idem, quod Bonau.

In hoc sacramento ponuntur septem gradus, siue septem *Propo. 3.* ordines, quatuor minores; tres maiores. Minores sunt: Ostiarius, Lector, Exorcista, Acolythus: Maiores sunt, Subdiaconus, Diaconus, Sacerdos. Magister in litera. Sumitur ordinum distinctio, vt ait Bonauentur. hac. d. numer. 78. ex diuersis. Quidam sumunt ex distinctione membrorum ecclesiæ secundum dona gratiarum gratis datarum. 1. Corint. 12. qui modus trahitur ex dictis Isidori. Alij sumunt secundum actus Hierarchicos, qui sunt purgare, illuminare, perficere, quem dicit esse aptiorem, quàm primum, & sumitur ex dictis Dionysij. Alij assignant penes septiformem gratiam Spiritus sancti, & sumitur ex dictis Hugonis & Magistri hac. d. Addit verò quartum omnium apertissimum ex ordine ad dispensandum corpus Christi verum pro utilitate corporis *Corol.* Mystici, quod est ecclesia. Vide eundem sanctum si placet: *Vide sup.* Vel Thomam in addit. 3. part. q. 37. ar. 2. latius explicantes & *p. 1. & d. sequenti* deducentes. *prop. 5.*

Ex officijs horum ordinum arguitur Lutheri error; quia nõ est primum officium ordinatorum prædicare.

Maiores ordine dicuntur sacri, minores dicuntur non sacri. Ratio non sumitur ex ratione sua, quia sic omnes possunt dici sacri, quia significant rem sacram: sed sumitur vel ex ratione materiæ circa quam habent actum, quæ est res sacra & consecrata, vt sacerdotium circa Eucharistiam consecrandam & ministrandam, diaconatus circa dispensandum sanguinem, subdiaconatus circa vasa consecrata: Vel dicuntur sacri; vt ait Bonau. nu. 64. quia ratione ministerij requiritur sanctitas in ministris, dicente Esai. 52. Mundaniini qui fertis vasa Domini, idcirco à subdiaconatu exigit ecclesia continentiam in ministris. Alij volunt minores non esse sacros, quia nõ imprimunt characterem.

Horum septem ordinum officia Christus Dominus in se suscepit, vt dicit Magister in litera. Ostiarij, quando dixit, Sũ ostiũ per me si quis introierit Ioan. 10. Lectoris, Luc. 4. quãdo in synagoga legit librum Esaiæ Exorciste. Mar. 7. dicẽs surdo, Effeta; sanando *Propo. 5.*

sanando dæmoniacos dicebat. Immunde Spiritus obmutefce & exi: Acolythi, quãdo dixit Ioann. 8. Ego sum lux mundi. Subdiaconi, quãdo præcinxit se lintheo & lauit pedes discipulorum Ioann. 13. Diaconi, quando post cœnam corpus & sanguinem discipulis dispensauit; & quando dormientes ad orationem excitauit. Sacerdotis quando suum corpus & sanguinem consecrauit. Ponit Magister in litera ubi in lege veteri præcessit Typus cuiuslibet horum ordinum; Ponit etiam beatus Isidorus lib. 2. de ecclesiasticis officijs, ubi explicat cuiuslibet ordinis officium; ponit eorum officia in epistola ad Ludifredum, refertur à Gratiano. d. 25. cap. 1.

*Propo. 6.*

Dempto sacerdotio mihi est incertum quãdo, vel quomodo Christus hos ordines instituerit. Sacerdotium constat institutum die cœnæ: potestatem absoluendi & ligandi Ioan. 20. Catholicis omnibus confessum est cum ecclesia & concilijs institutos iam ab ipso initio nascentis ecclesię. Habetur nanque de ipsis memoria, referturque epistola beati Ignatij martyris ad Antiochenos: ubi ait. Saluto sanctum præbyterum vestrũ, saluto sanctos diaconos, saluto subdiaconos, lectores, eantores, ostiarios, laborantes, exorcistas atq; confessores. De diaconibus fit mentio Act. 6. fuisse ab Apostolis electos. In canonibus Apostolorum. 42. & 43. priuatur cõmunione episcopus, præbyter, diaconus, subdiaconus, lector, cantor ebrietati deseruiens. Vide quã sit antiqua eorum ordinum memoria. Paulus, vt est in prologis beati Hieronymi, Ephesijs scripsit per Tychicum diaconum, Thessalonicensibus per Onesimum acolythum. Forsan posset teneri ordinem diaconatus fuisse institutum quando misit Apostolos, siue septuaginta duos prædicare Euangelium Luc. 9. & 10. Nam licet aliqui assignent officium diaconi esse legere Euangelium pro viuis & defunctis, quod exprimit orationem & non prædicationẽ, tamẽ Isidorus citatus in præcedenti, dicit quod diaconis prædicare Euangelium præceptum est. Beatus etiam Gregorius refertur à Gratiano. d. 92. cap. In sancta, reprehẽdit diaconos inferuientes modulationi vocis, sed quod ad prædicationis officium & elemosynarum studia vacare debeant. De subdiaconatu maior ambiguitas est. Quod si in diaconatu includeretur,

deretur, instituto vno, cum eo videretur institutus & alter, nam in primitiua ecclesia propter paucitatem ministrorum diaconus officium exequabatur subdiaconi etiam. Diaconus valet Græcè quod Latine minister, subdiaconus, quasi sub ministro, quia, vt est in litera, subiacet præceptis Leuitæ, vel diaconi. Quod si Christus hoc officium exercuit, vt Magister ait, ministrando lotionem pedum, sæpè docuit suos discipulos ministrare & non ministrari. Matth. 20. Marci. 10. & iam ad cœnam Luc. 22. & Ioan. 13, de illo opere suo, Exemplum dedi vobis, vt faciatis sicut feci.

Constituti in his ordinibus vocantur clerici, imò ante hos ordines qui suscipiunt primam tonsuram etiam dicuntur clerici. Vide cap. Cum contingat, de ætate & qualita. ordinan. Magister in litera dat huius nominis interpretationem, quia clericos Græcè, dicitur Latine fors, siue hæreditas, dicuntur clerici quasi sortiti, quia de sorte sunt Domini, vel quia Deũ habent partem suam iuxta id. Psal. 15. Dominus pars hæreditatis meæ, atque Mathias qui primus fuit ab Apostolis electus, electus fuit sorte. Citat Magister Isidorum, quẽ refert & Gratianus. dist. 21. capit. Cleros: vide & capit. Cum secundum: de præbendis. Quandõque nomine clericorum veniunt monachij; & alij constituti in dignitate, & nomine ecclesiarum monasteria. Facit ius in aliquibus differentiam, vt in punitio ne propter fauisse hæreticis, quia religiosi grauius puniuntur. Contra episcopos non procedunt inquisitores sed Pape denuntiant per cap. Inquisitionis de Hæreticis lib. 6. nisi habeant ad hoc speciale commissiõnem.

Hæc prima tonsura non est ordo, sed quædam dispositio ad ordines, sicut nouitiatus ad religionem, vocatur communi sermone, corona. Vide Bonau. ita tenentẽ hac. d. q. 2. & Scotũ litera. L. Ricard. articul. 1. q. 1. & 2. Mediant hi tonsurati, siue coronati inter laicos & ordinatos, sicut nouitij inter laicos & religiosos, catechumeni inter fideles & infideles; sicut nouitius magis accedit ad religiosos ad quos transit, quã ad sæculares à quibus recedit, ita tonsuratus: idcirco gaudet nomine & priuilegio clericorum. Conclusio ex eo patet, quia si foret ordo essent ordines plusquã septem, & addito episcopatu essent

*Propo. 7.*

*Vide sup. dist. 14.*

*p. 13.*

*Sup. d. 13*

*p. 44.*

*Propo. 8.*

essent nouem ordines; quod astruere nituntur canonistæ, sed verior est sententia theologorum loquentium in propria sua materia; neque etiam per tonsuram, seu tonsurationem confertur gratia, igitur neq; est ordo, neq; sacramentum.

*Argum.  
Solutio.*

Ad cap. Cum contingat: de ætate & qualit. ordin. ubi dicit Innocentius quod per primam tonsuram confertur ordo clericalis, in quo se fundant canonistæ, & glossa quia ex professo non determinabat si corona sit ordo, sed si Abbas conferendo illam conferret eandem quam episcopus, sumpsit ordinem largo modo vocando ordinem dispositionem ad ordinem; neq; etiam Innocentius eam vocauit ordinē simpliciter, sed cum addito, clericalem, quia per illam fiunt clerici, vt in præcedenti. Ante Innocētium in synodo Romana sub Syluestro. I. refertur à Gratiano. d. 93. capit. A. subdiacono: ubi recēsentur omnes ordines, non recēsetur inter eos tonsura: neque nuper in concil. Trident. Sess. 23. cap. 2. Quocirca minor Echium virum Theologum in hac parte transisse ad Canonistas, hom. 66. de sacramentis. Quid significat corona vide in litera Magistri, quia est decus regale, & seruire Deo est regnare. 1. Petri. cap. 2. Vos estis genus electum regale sacerdotiū, quod per antonomasiam conuenit clericis, qui debent se & alios regere. Tondetur pars superior; vt mens in Deum sit libera. Hieronymus refertur à Gratiano. 12. q. 1. cap. Duo sunt, dicit quod corona significat regnum, quod in Christo expectatur: rasio capillorum, temporalium omnium depositionē, quia debent esse contenti victu & vestitu. 1. Timot. 6. Ex hac autoritate atque ex Isidoro. lib. 2. de ecclesiast. officijs capit. 4. deducēte vsum coronæ à Nazaræis cōstat eam esse antiquissimam in ecclesia. Thomas Vvaldensis lib. de sacramentalibus cap. 80. citat Bedam lib. 5. de gestis Anglorum, quod beatus Petrus coronam gestauit in memoriā Dominicæ passionis, in cuius passionis memoriam à clericis gestatur, & non quia Petrus ita gestauit. Simon Magus, vt ex eodem Beda citat idē Vvaldens, utebatur attonsiōne, contraria tamen attonsiōni apostolorū, quia ipse in parte anteriori videlicet in fronte radebat capillos, ad ceruices faciebat rasuram strictiorem. Ex quibus, & Pauli sententia. 1. Corinth. 11. quod

quod vir si comam nutriat ignominia est illi, apparet quā iuste ecclesia & concilia prohibeāt clericos nutrire comā, quod ex Aniceto Papa habes. d. 23. c. Prohibente: & ea. d. c. Clerici præcipit. concil. Agath. q. clerici nutriētes comam ab Archidiacono tondeantur inuiti. Si propter hoc sint excōmunicati vel excōmunicādi supr. d. 19. p. 79. Ex quo possunt excōmunicari inferunt Canonistæ, quod peccāt mortaliter. Angelic. verbo Clericus. 4. & Rosel. eo verbo. 1. §. 1. distinguunt, si sunt in sacris, vel in minoribus, & habent beneficiū peccant mortaliter: secus si sunt in minoribus & beneficiū non habent. Caietanus in summa indistinctè tenet quod si desit temeritas, contēptus, & contumacia ad prælatū præcipientē, q. non est peccatum mortale. Concil. Toletan. 4. cap. 40. dicit q. in partibus Galiciæ lectores qui prolixis, vt laici, comis in solo capitis apice medicum circulum tondunt, ritu hæreticorum facerent: quo decreto præcipitur & probatur q. omniū clericorum tonsura debeat esse sicut est monachorum, licet iam tolerata consuetudo aliter obtineat. Religiosi ad chorū deputati, quia ad vitam deputantur contemplatiuam, etiam sine ordinibus à nouitiatu coronam gestant; alij fratres qui vocantur laici, seu conuersi quia deputantur ad vitam actiuam nō gestant coronam, sed supra aures eis capilli attonduntur, vt præsignetur præscindenda intelligendi & audiendi verbum Dei impedimenta, & dispositio aurium ad obedientiā. Propter eandem causam in multis religionibus sanctimoniales tondentur etiam super aures. Vide glossam in Clementina. Attendentes de statu monachorum.

Si omnes septem ordines sint sacramenta characterem imprimētia, & gratiam conferentia triplicem inuenio dicendi modum. Primus refertur à Bonauent. hac. d. num. 45. in quo est Durandus hac. d. q. 2. quod solum sacerdotium sit sacramentum & ordo in quo imprimitur character, cætera sunt sacramentalia. Ponit triplicem probationem: quarū vna est, quod distinctio ordinis nō est totius integralis in partes, neque totius vniuersalis in sua inferiora: sed totius potentialis, cuius est hæc natura quod totum secundum suam rationem completam est in vno, vt in præsentī, in sacerdotio; in alijs

*Propo. 9.*

alijs est quædam participatio ordinis, igitur cætera non sunt sacramenta, quia in eis non saluatur tota ratio ordinis, sed sunt sacramentalia. Antecedens tenetur à Thoma in addit. 3. part. quæstio. 37. articul. 1. ad. 2. & à sancto Bonauen. hac. d. num. 34. & 36.

Secundus modus dicendi non admittit quatuor ordines neque subdiaconatum esse sacramentum; ita post Guidonē Carmelitam refert pater Alfonsus contra hæreses verbo. Ordo. Græci nullum admittunt minorum nisi lectorem, Omnium eorū sententiā dicit esse errorem præfatus pater. Ex catholicis Magister sententiarum, solum præbyteratū, & diaconatum dicit fuisse in ecclesia primitiua cap. 9. seu. 8. Septimus ordo. Subdiaconos verò & acolythos procedente tempore fuisse ab ecclesia institutos. In sententia Magistri est Caietanus in opusculo de modo tradendi & recipiendi ordines imo est cum Durando quòd dempto sacerdotio cætera sunt ab apostolis instituta, & ex consequenti debet dicere quod sint sacramentalia, quod de minoribus aperte concedit. Fuit hæc de minoribus antiqua sententia, quā retulit Bonau. citatus, quod videlicet quatuor minores non imprimunt characterē, atque ex consequenti etiā dicendum, quod non sint sacramentū sed sacramentalia, maiores dicebat, quod imprimerent characterem, quoniam minores non separant à coetu laicorum, quin taliter ordinati valeant contrahere matrimoniū, maiores vero sic. Video à multis recentioribus ijsq; doctis etiam post concil. Triden. neque sententiam Durandi reputari erroneam, quia ecclesia, vt aiunt, nondum declarauit oppositum, neque scripturæ autoritate aut sanctorum reuinci possit. Imo teneri diaconatum & subdiaconatum institutos ab apostolis Dei tamen instinctu, & esse sic institutos quòd sint de iure Diuino. Quam sententiam roborare volunt, quia neque Alexander, neque Bonau. reputarunt inconueniens sacramentum Confirmationis dici fuisse institutum ab ecclesia: igitur multò minus inconueniens est, concesso sacerdotiū institutum à Christo, in quo est ratio completa sacramenti ordinis, tenere alia in quibus est solum participatio ordinis fuisse ab Apostolis instituta Diuino tamen instinctu.

Tertia

Tertia sententia quæ mihi videtur plana, sana, & pia dicit quòd omnes septem ordines imprimunt characterem & conferunt gratiam. Hanc tenet Bonauent. citatus & Scotus hac dist. ad. 2. arg. principale. Ricard. artic. 4. q. 1. & 2. atque Tho. in additio. 3. part. quæst. 35. art. 2. & 1. eratque tempore Bona. & Thomæ communior opinio. Characteres sunt diuersi non solum numero sed specie quod expressius dicunt Scotus, & Ricardus: & innuit Bonauent. num. 52. Est contra quosdam qui dixerunt differre secundum maiorem & minorem completionem, putà secundum perfectum & imperfectum, ita quòd omnes vniebantur in characterē sacerdotali, & à minori procedat crescēdo vsque ad maiorem & sacerdotalem, tamen sit idem qui crescit & augetur vsque ad suam completionē. Ratio opinionis tertiæ est initerabilitas huius sacramenti, vnde constituti in minoribus post contractum matrimoniū non ordinantur iterum ascensuri ad sacerdotiū: neque ipsi, aut subdiaconi vel diaconi post hæresin aut apostasiam reuertentes, ordinantur iterum. Concilium Tridentin. sess. 23. canone. 2. sic definit. Siquis dixerit præter sacerdotiū non esse in Ecclesia Catholica alios ordines, & maiores & minores, per quos velut per gradus quosdam ad sacerdotiū tendatur, anathema sit. Cum canone. 3. decernat ordinem esse sacramentum à Christo institutum, videtur asseruisse expressè præfatam sententiam, quia & canon. 4. definit per sacram ordinationem conferri Spiritum sanctum & imprimi characterem: igitur concordando canones omnes hæc videntur asserenda, quòd in ecclesia sint septem ordines inter se distincti: quòd omnes sint sacramentum: & per consequens omnes à Christo instituti, quia ecclesia non potest instituere sacramenta; quòd in omnibus conferatur gratia, & omnes imprimant characterem: Neque obstat non inueniri quando vel quomodo Christus hos omnes ordines instituerit, quia neque Extremam vñtionem inuenimus vbi instituerit, & fatemur esse de fide quòd instituerit, de confirmatione vidimus etiam quam plures sententias. Scotus ad. 3. principale satis innuit hos ordines fuisse institutos à Christo & non ab ecclesia, quia vt dicit in ipso argumento;

Ggg in

in isto sacramento sicut in alijs oportet inuenire institutionē eius à Christo, sumit pro apparentia quod Christus omnes exercuit, & omnes habuerunt typum in veteri lege; quando ergo dicuntur electi diaconi ab apostolis, vel quid simile non erat per institutionem noui ordinis, sed per collationem ordinis instituti ministris, quos ad opus ministerij eligebant, & pro necessitate multiplicabant.

Memini me puerum audiuisse imperatorem esse diaconū & cantare euangelium in missa Romani Pontificis. Echius homil. 64. de sacramentis ad finem ait se audisse, quod erat subdiaconus. Sententiam de subdiaconatu refert glossa in capit. Valentinianus. d. 63. in verbo ultimo aliquos tenuisse; videlicet quod debeat imperator esse subdiaconus; illam rejicit ibi glossa & cōmuniter Canonistæ. Refert Echius, quod in die suæ coronationis recipitur in canonicum ecclesiæ sancti Petri Romæ, & à canonicis habitu canonicorum induitur, Pontificique illo die celebranti loco subdiaconi ministrat calicem cum patena & hostia, & aquam fundendam in calicem: non tamen est neque esse debet in gradu & ordine subdiaconi: in Aquileia dicit quod etiam est canonicus, & imperator Federicus in choro astitit aliquandò vt canonicus.

*Prop. 10.* Dempto caractere baptismali, qui de necessitate præsupponitur ad alios caracteres, nullius alius de necessitate alterum præsupponit, ideo si baptizatus ordinatur sacerdos verè est ordinatus. Patet in capit. Vnico, de clerico per saltum promoti. Postea debet ordinari diaconus, vel subdiaconus, vel in ordinibus minoribus, vnde sumitur sufficiens argumentum quod sint distincti caracteres. Ex ratione illius. c. præcipientis iniungi condignam pœnitentiam sic ordinato colligitur quod tam ordinans per saltum, quam ordinatus scienter mortaliter peccant. Quod sit per gradus ascendendū est decretum Gelasij. distinct. 77. capit. 11. Beatus Cyprianus lib. 4. epistol. 2. ad Antonianum laudat Cornelium Papam, quod ad episcopatum non subito peruenit, sed per omnia ecclesiastica officia promotus, & in diuinis administrationibus Dominum sæpè promeritus. Ex ordine ad ordinem plures

plures anni interueniebant, eadem distinct. 77. ex decreto Zozimi Papæ cap. In singulis: & ex decreto Syricij, capit. Quicumque. Ex concilio Tridentin. sess. 23. cap. 12. & 13. annus tantum exigitur integer ab vno ordine sacro ad alium. Nescio an satis ad vnguem obseruetur quæsito colore necessitatis; quam concilium excepit, episcopique iudicio remisit. Reuera tot iam passim sunt clerici, quod vix interuenire possit talis necessitas. Diuus Thomas in additio. 3. part. quæst. 35. articul. 5. dicit, in primitiua Ecclesia fuisse aliquos ordinatos præbyteros sine inferioribus ordinibus, qui tamē aliorum officia exercebant, quia inferior comprehenditur in superiori, sicut sensus in intellectu. Ordinans & ordinatus ante receptum confirmationis sacramentum etiam scienter non peccant saltem mortaliter, neque decretum concil. Trident. citata sess. cap. 4. præceptum continet ad mortale obligans, neque ad aliam pœnam.

Materiam & formam huius sacramenti assignat concilium Florentinum, illud esse per cuius traditionem confertur ordo. Exemplificat: præbyteratus traditur per calicis cum vino, & patenæ cum pane porrectionem: Diaconatus per libri Euangeliorum dationem: Subdiaconatus per calicis vacui cum patena vacua superposita traditionem, & similiter de alijs. Forma sunt verba quæ in illa traditione dicit episcopus. Vt in sacerdotio. Accipe potestatem offerendi sacrificium in Ecclesia pro viuis & mortuis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Aliqui tenent quod verba hæc in nomine Patris, &c. non sunt de essentia in hoc sacramento sicut sunt in baptismo, & confirmatione. Ex hac determinatione concilij, constat manuum impositionem non esse de essentia, sed esse quoddam sacramentale. Cum finis huius sacramenti non sit sanctificare suscipientem quatenus est persona particularis, sed eam constituere in gradu ecclesiastico, potius forma exprimit potestatem quam recipit ordinatus, non gratiam quæ sanctificat. Preter citati concilij definitionem male audit doctor subtilis, quando dixit hac. d. litera. E. non esse proprium actū diaconi legere Euangelium sed remotum & minus perfectum, per

*Ordines  
possunt re  
cipi ante  
confirma  
tionem.*

*Prop. 11.*

*Arg. contra Scot.**Solutio.*

fectissimum autem qui est circa Eucharistiam. Contra, perfectissimus & proprius actus est ille in quo sine ad quem ei cōfertur & imprimitur character: sed in traditione libri Euāgeliorū character imprimitur, & traditur diaconatus, igitur ille est proprius eius actus. Huic argumēto cōtra Scotū dari posset responsio, quam dat Ricardus hac. d. arti. 4. q. 3. quod non est incōueniens imprimi characterem in traditione textus euangeliorum, & tamen non esse actum legendi euangeliā primum & principale, sic enim tenet ipse Ricardus, sed dispensationem sanguinis in calice, & potestatem portandi corpus in patena, quia tamen non erat decens vasa cum corpore & sanguine tradi diacono ordinando, idē potestas sua non potuit exprimi quantum ad suum actum principale, nisi per expressionē actus secundarij. Neque Scotus vnquā asseruit in traditione libri non imprimi characterem; quod si volunt inferre illud ex præfata sua sententia, inferant idē ex diuo Thoma, infigantque librorum marginibus Thomas reijcitur, non probatur, aut similes ampullas & sesquipedalia verba quæ contra Scotum ponere solent. Ipse namq; Thomas, hac. d. quæstio. 4. quæstiuncul. 2. & quæst. 5. clarius ad. 3. principale (est in additionibus. 3. part. quæst. 37. artic. 2. in corpore: & clarius artic. 4. ad. 3. principale) dicit quod actus principalis subdiaconi est accipere oblationes à populo & altari imponere, vel offerre diacono: Diaconi est oblationes ministrare ipsi sacerdoti & in hoc est actus principalis vtriusque ordinis: soluendo quartum argum. in quo arguit quod sicut egere vetus testamentum est lectorum, ita legere nouum sit lectorum & non diaconorum, respondens ait, quod doctrina est remota præparatio ad sacramentum suscipiendum, igitur eadem est mens Thomæ, quæ Scoti atque Ricardi quod legere euangelium non sit principalis actus diaconi. Videtur esse inter eos in hoc discrimen quod Scotus & Ricardus assignant principale, dispensare Eucharistiam in vasis, Thomas assignat in offerendo oblationes sacerdoti. Verum est quod si discipuli Diui Thomæ in hac velint controuersia eos conciliare aut simile subterfugium ad oblationes quærere, in corpore citatæ quæstiunculæ. 2. & in corpore citati, artic.

articul. 2. dicit, quod ad diaconum pertinet cooperari sacerdoti in ipso sacramento quantum ad dispensationem. Vnde dicitur in litera Magistri, quod ad diaconum pertinet ministrare sacerdotibus in omnibus quæ aguntur in sacramentis Christi, vnde & Christi sanguinem dispensat. Hæc Thomas. Neque est vnde diuinemus quod si in partibus ad hanc materiam accessisset aliud diceret.

Contra hanc est vnum argumentum cuius solutionem factor me nescire, & gaudenter atq; libenter ignorabo. Diaconatus fuit tempore apostolorum non solum quoad mensarū ministerium Act. 6. sed quoad altaris officium, & orandi, ac prædicandi ministerium, vt modò est & semper fuit: sed tempore Apostolorum nondum erant scripta Euangelia: igitur non imprimebatur character per traditionem libri Euangeliorum, & per consequens, neq; illa fuit materia. Maior probatur, quia licet de ministerio illo mensarum velit Catharinus in annotatis contra Caietanum, quod non fuerit de mēsis prophanis, sed de altari & benedictione ac fractione Eucharistiæ, quæ tunc in domibus fiebat, assumens pro apparenia, quod pro solo prophano ministerio ad propinanda fercula non erant quærēdi viri tam graues, tantique testimonij, & tanta solennitate orationum, & sacrarum manuum impositione eligendi, hoc si verum esset nostro argumento vis & robur adderetur, dictum vero Caietani: quod illi Catharinus impugnat non fuisse illos septem diaconos ministros altaris, est Oecumenij dicentis in illo cap. Electos crearunt diaconos, non iuxta gradum, qui nunc est in ecclesia, sed diaconos, id est ministros, vt omnium cum diligentia, & non neglectim distribuerent viduis simul & orphanis ea, quæ ad alimentum reposita erant. Siuē igitur non fuerint diaconi vt modo in gradu sunt ecclesiastico, siuē fuerint, quod magis est probandum, vt per tales & non per prophanos eleemosynæ ecclesiasticæ distribuerentur fidelius, & misericordius, & minori vulgi murmure videntis eos tanta maturitate ad id electos, ipsique vt dedicati Diuinis maiori patientia onus ipsum distribuendi, & maledicentiam recipientium si exoriretur, vt solet, perferrent; probatur maior ex

*Argum.**Diaconatus tempore apostolorum.*



eo Pauli Philippen. i. salutantis episcopos & diaconos: & i. Timoth. 3. data instructione episcopis, dat etiā diaconis, & dicit. Hi autem probentur primū, & sic ministrent, videlicet sacris altaribus, vt exponit Anselmus, qui enim benē ministrauerint, gradum bonum sibi adquirent, scilicet, vt promoueri mereantur ad episcopalem gradum, sicut idē Anselmus exponit. Minor probatur, quia neque Matthæus Euangelista & pater spiritualis meus (in cuius ecclesia fui factus Christianus; & in eius festiuitate ætatis anno quintodecimo religionem intraui, & sequenti, eodem die professionē emisit) scripserat Euangelium quando septem illos diaconos apostoli elegerunt, & fuit primus qui illud scripsit recessurus à Iudæa ad prædicandum gentibus, quod Iudæi fratres à quibus recedebat haberent Euangelium quod illis prædicauerat. Nicephor. lib. 2. Ecclesiasticæ historiæ cap. 45. dicit eū scripsisse anno quindecimo post Christi ascensionem. Confirmatur, hæc probatio quia vt dicit Durand. hæc d. q. 3. aliqua ecclesiæ, vt Ancienfis cuius ipse fuit episcopus librū euangeliorū non porrigebant diacono, ipse verò Durandus in margine dicti ordinarij de manu sua posuit q̄ liber euangeliorū traderetur diacono cum consueta forma verborum, quod fieret cōformitas ad alias ecclesias. Consequētia probatur, quia non erat diaconatus ille, & noster alterius rationis neq; esse debuit, nisi dicatur esse sacramentale variabile per ecclesiæ statuta, & q̄ non imprimat characterem.

*Prop. 12.* Si de necessitate sacramenti ordinis sit quod ordinandus tangat materiam duplex opinio est. Vna q̄ sufficit porrectio materiæ sine contactu, quia de contactu concil. Florent. nihil meminit, & sine contactu amici, in cōmuni colloquio ei conferimus equum aut rem aliam. Hæc retulit Angelica verbo. Ordo. 1. §. 9. Ad eam facit Caietanus in summa. verbo. ordinādi. Alia est opposita, quod videlicet sit necessarius contactus illius materiæ in qua potestas datur & imprimitur character. Hanc sequitur Angelica, & facit. d. 23. c. Subdiaconus, & deinceps, vbi dicitur quod materiam accipiant, & ponūtur illic verba ordinationis cuiuslibet. Hanc secundam tenet assertiue Caietanus in opusculo. q. de collatione ordinis. Faciet pri-

ma

ma ad sedandam conscientiam aliquorum scrupulosorū, qui vix quiescunt, si exactè tetigerunt. Nā postquā eis vasa porrecta sunt & manum extenderunt, imò se quomodolibet tetigisse recordantur non sint anxij an sint ordinati. Aequū est q̄ tam calicem, quā patenam cum hostia tangant, & ad hoc omnem apponant diligentiam.

Episcopatus non est ordo distinctus à sacerdotio. Hanc tenet Bona. hac. d. nu. 72. Ricard. art. 5. q. 2. Tho. in addit. 3. part. q. 40. art. 5. Scot. in hac. q. videtur dubius. Tenēt multi Canonistæ contra conclusionem, vt dicit idem Scotus, quos Caietanus sequi videtur in opusculo citata. q. de modo tradēdi seu recipiendi ordines. Probatum conclusio quia dato opposito erunt plusquā septem ordines. Item ordines sacri conferuntur in sabbatis per cap. De eo: & cap. Cōsultationi, de tēporibus ordinationū, sed episcopatus confertur die Dominico. Tertio, dato opposito per episcopatum imprimeretur nouus character, & sic si nō sacerdos fieret episcopus imprimeretur ei character episcopalis, quod falsum est. Ex hac inferitur q̄ in episcopatu nō confertur gratia ex opere operato, quia gratia in sacramēto ordinis non cōfertur ad illa officia, quæ pertinent ad gubernationē, sed ad illa quæ attinent ad potestatem ordinis. Hæc gratia completè fuit tradita in sacerdotio. Aliàs enim maior gratia daretur Archiepiscopo, maxima Romano Pontifici. Est igitur episcopatus idem ordo cū sacerdotio, differens tantum sicut perfectum & imperfectū, vnde episcopus vocatur sacerdos magnus, ampliatur enim per episcopatum character sacerdotalis vt possit in ea, quæ nō potest simplex sacerdos. Quando dixit Isidorus, refertur à Magistro in litera, & à Gratian. d. 21. c. Cleros, quod ordo episcoporum est quadripartitus, ampliatur nomen ordinis ad officia & dignitates, vt respondet Bonauentura.

Cardinalatus non est ordo iure Diuino institutus, sed iure positiuo ecclesiæ. Hæc est contra Turrecrem. lib. 1. de ecclesia cap. 80. quia in sacra pagina non habetur huius ordinis fundamentum, & in cap. Præsul. 2. q. 5. plaris æstimat Papa Episcopum, quā præsbyterū Cardinalē, quia episcopus pluribus tētibus est dānandus, Dubitant aliqui an ibi Siluester Papa

Ggg 4

primus

*Prop. 13.**Carol.**Prop. 14.*

*Nomen  
cardina-  
liū quidā  
aiūt ince-  
pisse sub  
Siluestro  
quidā sub  
Pontiano  
aliū sub  
Marcello*

primus nomine Cardinalis plus voluerit explicare, quā Archipresbyter. Dicuntur Cardinales, id est, principales quia Papæ assident in regimine vniuersalis ecclesiæ.

*Prop. 15.*

Inter episcopos est superioritas, quoniam Archiepiscopi, qui & dicuntur Metropolitanus sunt superiores episcopis; Patriarchæ, qui & dicuntur primates sunt superiores Archiepiscopis: omnium summus est Romanus Pontifex. Vide Magistram in litera. Ad primatum Romani Pontificis facit auctoritas Christi. Matth. 16. super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Nomine petræ intelligebatur vel ipse Christus quia fundamentum aliud nemo potest ponere præter Christum. 1. Corinth. 3. & 10. petra autem erat Christus; ita exponunt interlinealis & Lyranus: Vel intelligitur ipsa Petri confessio, vt exponit Chrysostomus homil. 55. super Matth. Vel tertiò ipsa persona Petri, sicut intelligit Hieronymus in quibus. Secundum metaphoram petræ rectè dicitur ei. Aedificabo ecclesiam meam super te. Hanc interpretationem sequitur Anacletus in cap. In nouo testamento. d. 21. Attenditur superioritas nõ penes sacerdotium siue ordinationem (quia episcopus in Papam electus non iterum consecratur) sed in iurisdictione, officio, & dignitate. Dubium est si est de iure Diuino quod summus Pontifex & successor Petri sit Pontifex Romanus. Quod Petrus habeat successorem in primatu totius ecclesiæ cõpari potestate & dignitate est de iure Diuino, dubium de hoc nõ querit, sed si est de iure Diuino quod sit hic vel ille. Caieta. in tractatu de Diuina institutione pontificatus ad Leonem tenet, quod ex appropriatione illius sedis ad Petrum factum est quod Pontifex Romanus sit eius successor, qui non fuisset si Petrus vsq; ad mortem perseverasse in sede sua prima Antiochiæ. Affert historiã de Christo apparente Petro volenti à Roma discedere, cui & dixit. Vado Romam iterum crucifigi, quã refert Innocentius cap. Per venerabilem, qui filij sint legitimi: Vbi Petrus intellexit mortem sibi Romæ fore obeundam, & illo facto ecclesia Romana fuit Petro appropriata. Magister me tenebat nõ esse de iure Diuino scripto: sed esse de iure Diuino ab ore in os ex Petro ad nos deueniente. Alij de quorum numero est Dominicus Soto hac. d. q. & ar. vlt. declinat in opposi-

*Vide sup.*

*dist. 19. a*

*p. 21. &*

*in breu. 3*

*dist. 25.*

*p. 21.*

*Dub.*

tum,

tum, & posse Petri successorem nullam sibi appropriare sedem: imò posse per Ecclesiam sedem assignari alio loco, in qua qui succederet esse Petri successor & Christi vicarius, quia Petrus quando recepit primatum Ioan. 20. Pasce oues meas, nulli Ecclesiæ fuit additus. Ponit Magister gradus Ecclesiarum Patriarchalium, & post Romanam ponit Antiochenam: In cap. Sacro sancta. d. 22. Prima est Romana: secunda Alexandrina: tertia Antiochena. Fortè Magister & Isidorus. c. Cleros. d. 21. propter Petrum secundo loco posuerunt Antiochenam. At verò in cap. Constantinopolitanæ: post Romanam ponitur Constantinopolitana ea. d. Fortè propter Constantinum. Ea. d. cap. Renouantes, hic est ordo sedium. Prima, Romana: secunda, Constantinopolitana: tertia, Alexandrina: quarta, Antiochena: quinta, Hierosolymitana. Vide hic glossam quomodo Ecclesia propter fauorem, vel odium sine culpa sua potest priuari iure suo. Vnde non est mirum si in religionibus ad capitula prouincialia aliqui conuentus noui præferantur antiquioribus, neque de facili sub obtentu reformationis hanc prælationem debent prælati ab antiquo factam reuocare. Prima erat in tempore Hierosolymitana, & facta est posterior. Indecens est quod magnus & populosus conuentus in magna ciuitate constructus, cui non nisi ex primoribus patribus assignatur prælatus conuentui siue heremitorio postponatur, & iunior ac nullius nominis prælatus illi alteri anteferatur. Addit Magister, quod in hac discretionem Episcoporum & Archiepiscoporum imitamur gentiles, qui suos sacerdotes, alios vocabant flamines, alios archiflamines, alios protoflamines, qui dicebantur flamines, quasi filamines, quia habebant in capite pileum, in quo erat breuis virga desuper habens aliquid lanæ, quod cum per æstum ferre nõ possent, filum tantum in capite ligare ceperunt. Nudis enim capitibus eis incedere nefas erat. Sumpsit Magister ex Isidoro, refertur à Gratiano citato cap. Cleros. d. 21. Sicut enim Ecclesia ex veteri lege aliqua assumpsit pro suo decore statuenda in lege noua, ita & hoc assumpsit ex gentibus quarum ritus toto orbe erat dispersus, & in quas erat Ecclesia toto orbe dilatanda.

*Ecclesia-  
rum gra-  
dus.*

*Vide &  
Alex. 3.  
p. 9. 41.  
m. 4. ar. 1  
in arg.*

## DISTINC. XXV.

## De ministro Sacramenti ordinis: Et de idoneitate suscipientium.

Prop. 1.



**M**inus Sacramenti proprius minister, & ordinarius est episcopus. Ita definiuit concil. Florent. & concil. Trid. sess. 23. canone. 7. Si quis dixerit episcopus non esse presbyteris superiores vel non habere potestatem confirmandi, & ordinandi, vel eam quam habent esse illis cum presbyteris communem, anathema sit. Hinc si non episcopus attentet ordinare nihil facit. Vide cap. Presbyteri. d. 68. & cap. Daibertum. 1. q. 7. & d. 23. c. Quorundam, quod est secundi concilij Hispanensis. c. 5. licet ab aliquibus citetur vt concilij Tolletani. Conclusio est contra Vviclephum & Armachanum dicentes quod in absentia episcopi poterat simplex sacerdos exercere officium episcopale, quale est consecrare altaria, benedicere oleum vel chrisma, ordines conferre. Vide Thomam Vvaldensem, lib. de sacramentalibus, tit. 7. cap. 61. Ex commissione Papae, qui habet plenitudinem potestatis, potest sacerdos non episcopus conferre primam tonsuram, & omnes ordines minores, sicut eos dant Abbates mitrati, & presbyteri cardinales. Maiores non possunt dare etiam ex commissione, neque non sacerdos minores ex commissione, vt dicit Tho. in additi. 3. p. q. 38. ar. 1. ad. 3. neque hoc sufficit ad probandum quod minores ordines non sint sacramentum, quia etiam de Papae commissione dant confirmationem, vt supra. d. 7. quae est sacramentum. In. c. Cum contingat, de aetate & qualitate ordinandi. datur abbatibus facultas dandi primam tonsuram, & lectoratum: Sicuti eam habent ex septima synodo, referatur. d. 69. c. Quoniam. Quia canonistae tenent hostiariatum esse infra lectoratum, & Siluestrina verbo Ordo. 3. §. 2. citat Thomam, quod etiam lectoratus sit supra exorcistam, tenet ipse Silvester quod possunt cum lectoratu dare inferiores. Acolythatum expresse idem Tho. in additi. 3. p. q. 37. art. 4. ad. 8.

ad. 8. ponit superiorē ceteris tribus minoribus. Ratio ad opinionem Siluestri potest sumi ex regula iuris lib. 6. Cui licet quod est plus, licet utique quod est minus: dicit alia regula. Plus semper in se continet quod est minus. Sic est in proposito quia hi ordines non sunt ita disparati, sed ordinati vnus ad alterum. Quāuis haec regula habeat fallēcias, vt supra est dictū, q̄ non potest simplex sacerdos consecrare oleum, licet possit consecrare corpus Christi, in praefato casu non videtur fallere. Ex qua infero q̄ si episcopus alter v̄e praelatus regularis dederit licentiam ad sacerdotiū, ibi includitur licētia ad diaconatum, quia sunt ordinati gradus, neque ille debet promoueri per saltū, neque etiam licentia illi debet esse inutilis. Glossa in citata. d. 69. tenet q̄ non possint dare nisi lectoratū, in ea erūt qui exorcistam dicent esse supra lectorē. Hodie verò, sicut citat Angelica verbo Ordo. 2. potest Abbas dare quatuor minores secundum doctores aliquos.

Potestas conferendi ordinis est inaufertibilis ab episcopo. Vide cap. Quod quidā. 1. q. 1. vbi dicit beatus Augustinus, q̄ sicut est in baptismo q̄ dari possit per haereticos, sic in ordinatione est eis ius dandi. Conclusionem tenent Bona. hac. d. nu. 16. Ricar. ar. 1. q. 2. Tho. in addi. q. 38. art. 2. Vide modos dicens quos contra hanc in litera refert Magister cap. 3.

Contra hanc arguitur. Episcopatus non est ordo distinctus à sacerdotio, igitur poterit Papa delendo iurisdictionem ab episcopo facere quod sit irrita & nulla collatio ordinū, si attentet ordinare. Secundò tenēdo minores esse sacramentalia diximus in dist. 13. p. 29. ad finem, quod potest Papa priuare episcopum sacramentalibus, ita quod si attentet facere nihil faciet, igitur saltem non poterit conferre minores, ita quod factum teneat.

Primum arg. tangit doctor subtilis. d. praecedēti. litera D. & habuit illud pro apparenti, vt sit ordo, aliās enim argumentum viget. Sed dico quod ex quo est idem ordo in quo character sacerdotalis ampliatur, ipso ampliato sicut non potest deleri potestas ad actus convenientes sacerdotio, ita neque ad actus magni & ampliati sacerdotij, quia neque ampliatus character potest restringi & reduci ad priorem minoritatem.

Ad

Ad. 2.

Ad secundū dico, quòd in cap. i. de ordinatis ab episcopò, qui renuntiavit non solū loco, id est Ecclesie & episcopatu, sed etiam ipsi episcopali dignitati, dicitur quòd sunt verè ordinati, quòd est apparens argumentum vt minores sint sacramenta sicut maiores, & non sacramentalia: qui teneant esse sacramentalia, vel non tenet quòd Alfonso citatus .d. 13. p. 29. vel distinguunt quòd circa aliqua sacramentalia sit potestas inaufeabilis. Nam reuera renuntiatio acceptata æquivalere debet priuationi aut suspensioni. Est enim eius effectus quòd renuntians non habeat regressum ad id, quòd renuntiavit nisi ex iure nouo concessio, aut antiquo restituto. Patet per cap. Ex transmissa, & cap. Cum inter, de renuntiatione. Hoc probat beatus Cyprianus in tractatu de hæreticis baptizadis iam ad finem exemplo Esau, qui vendita primogenita recipere post modum non potuit, refertur à Gratiano. 7. q. 1. cap. Quàm periculosum.

Prop. 3.

Episcopus ordinans scienter non suum subditum aut ignorantia affectata, mortaliter peccat, & est suspensus per annum à collatione ordinū, & eius subditi postquam suspensio fuerit manifesta per facti euidentiam, vel sit iure notoria quia fuit in iudicio conuictus vel confessus, sine eius licentia poterunt ordinari à vicinis episcopis. Ita docet cap. Eos qui, de temporibus ordinat. lib. 6. Ille tamen alienus sic ordinatus verè manet ordinatus, patet in cap. Lugdunensis. 9. quæst. 2. vbi dicit quòd Epiphanius ordinavit clericos subditos beato Iohanni Chrisostomo.

Carol.

Ex hac & præcedenti constat, quod potestas conferendi hoc sacramentum est ordinis, & non iurisdictionis.

Prop. 4.

Omnes sacerdotes non sunt pares inter se. Hæc est contra Aetium quæ sequutus fuit Vviclephus, vt est videre in Thoma Vvaldenfi, lib. doctrinalis fidei antiquæ tomo. 1. lib. 2. art. 3. cap. 60. vbi dicit ex Augustino lib. de hæresibus, quòd dolens quia nō potuit ordinari episcopus docuit nō esse differentiam inter præbyterū & episcopum. Simile fecit Vviclephus postquam nequiuit adipisci episcopatum Vigoricensis quem ambibat. Eos sequutus fuit Lutherus. Contra hos & pro cōclusionem est definitio cōcilij Trident. supra. p. 1.

Facit

Facit & supra dist. 7. p. 7. Extat decretum Anacleti, habetur dist. 21. cap. In nouo testamento, vbi docet sacerdotum & episcoporum differentiam, quia episcopi successerunt loco apostolorum, præbyteri loco discipulorum. Idem Anacletus in epistola. 3. dicit ordinem sacerdotum bipartitum in episcopos & sacerdotes: ex qua epistola fuit sumptū etiam præfatum decretum. (Si ex hac dicas quòd non sunt plures ordines, quàm episcoporum & sacerdotum, duplex interpretatio est: vna quòd est de ordine sacerdotij expresse loquutus non negans alios ordines, sed hunc dicens esse bipartitum: alia quòd Sancti sæpè vnius ordinis nomine comprehendunt ordines inferiores sub illo, vt Dionysius quem retulit Bonauen. dist. præcedenti, num. 79. ponens tantum tres ordines, episcopos, sacerdotes & ministros, id est diaconos, nōmine ministrorum comprehendebat omnes qui ministrant sacerdoti: Quòdque ipse Anacletus plures exprimat ordines, quàm sacerdotum & episcoporum docet eius decretum citatum à Gratiano de consecratione. distinct. 1. cap. Episcopus, vbi dicit quòd episcopus sacrificaturus habeat secum testes diaconos, subdiaconos, atque reliquos ministros.

Omnes Christiani non sunt sacerdotes, vt hæreticè asseruit Lutherus. Probatur quia Act. 14. Apostoli constituebant per singulas Ecclesias præbyteros. Paulus Titi. 1. Reliquite Cretæ vt constituas per ciuitates præbyteros, igitur non erant omnes Christiani sacerdotes. Quòd si omnes Christiani forent sacerdotes in vanū disposuissent Concilia modum ordinandorum, quem habes apud Gratianum. d. 23. Item in lege veteri non fuere omnes sacerdotes, sed Aaron & filij eius. Tribum enim Leui dedicauit Dominus Diuinis obsequijs Exod. 28. & Nu. 3. Vnde est illud Pauli Heb. 7. probantis sacerdotium Christi non esse secundum Aaron, quia ex Iuda ortus fuit Dominus noster, in qua tribu nihil de sacerdotibus Moyses loquutus est. Nam de ea nullus altario præsto fuit. In qua autoritate duo sunt annotanda. Primum ad propositum conclusionis quòd non omnes fuerunt sacerdotes sed ex tribu Leui descendentes per lineam

Argum.  
Solutio.

Prop. 5.

Nota duo  
ex Pauli  
autoritate  
mascul.

*Sup. d. 18. p. 7.* masculinam, alias enim commixtae erant tribus sacerdotibus, & regalis. Aliud quod Christus Dominus non fuit sacerdos legalis. Hoc est contra quorundam Iudeorum falsam doctrinam quod fuerit Dominus Iesus sacerdos legalis. De quo sacerdotio prodijt libellus quem inuenies ad finem voluminis Eutyrij super Euangelia, quem ibi confutat Ioannes Hentenius interpres Eutyrij. Ne autem dum vitant stulti vitia in contraria currant, iuxta dictum poetae, cauendus est alius error in quem incidit alter super Lucam, dicens Christum fuisse merè laicum, fuit nanque sacerdos secundum ordinem Melchisedech, vt loco citato Paulus tractat latissimè, & sempiternum habet sacerdotium. Dicitur secundum ordinem Melchisedech propter tria, quae praefigurabat Melchisedech ad Christum, vt dicit Bona. d. praecedenti nu. 31. Primò quantum ad originem, quia Melchisedech fuit sine genealogia, quia sine patre & sine matre, videlicet expressis in sacra scriptura sub nomine Melchisedech, nam Hebraei dicunt ipsum fuisse Sem filium Noe. Haeretici Melchisedechiani de quibus in Breuioloq. 3. dist. 9. prop. 1. ipsum habuere pro Christo aut aliqua virtute Dei. Quod non fuerit Christus patet, quia non debuit esse simul figura suipsius, & figuratum. Origenes & Didymus eius sectator dixerunt fuisse angelum. Alius quidam, cuius librum Euagrius inisit beato Hieronymo, dixit fuisse Spiritum sanctum, quae omnia falsa sunt & haeretica. Homo fuit verus & purus, rex Salè figurans Christum sine matre in generatione Diuina, sine patre in humana. Cuius generationem quis enarrabit? Esaiæ. 53. ambabus quippè hoc quadrare dicit Leo Papa ferm. 9. natiuitatis. Secundò quantum ad dignitatem, quia fuit rex & sacerdos. Ad regnum interpretatur Paulus eius nomen, quia Melchisedech valet, rex iustitiae, & nomè loci vbi regnabat, quia Salè pax, idè erat rex iustitiae & pacis, sicut de Christo dicit Psal. 71. Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis. Tertiò quantum ad ritum, quia obtulit panem & vinum figurans Eucharistiam. Officia sacerdotis sunt multa, videlicet esse doctorem Aggæi. 2. labia sacerdotis custodiunt scientiam & legem

*Melchisedech in scribis fuit figura Christi.*

*Sacerdotium officia.*

legem requirent ex ore eius, idè septuaginta discipuli in quorum loco succedunt sacerdotes missi sunt praedicare. Lucæ. 10. Propter hanc praedicationem conuenit illis animare populum Dei ad bellum spirituale figuratum in bello temporali, ad quod Deut. 20. exhortabantur & animabant Leuitici sacerdotes. Ex hac eadem potestate praedicandi, sunt populi pastores: tenentur etiam ad edificandum populum exemplo, figurati in sacerdotibus veteris legis praecedentibus arcam foederis ad transitum Iordanis, Iosue. 3. Habent etiam officium iudicandi per clauestam in foro interiori, quam exteriori. At praecipuum eorum & speciale officium est orare pro populo offerendo dona & sacrificia pro peccatis dicente Paulo Heb. 5. & 8. Omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his que sunt ad Deum, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis. Vnde Lutherus errauit dicens potissimum eorum officium praedicare, pertinereque ad omnes Christianos praedicationem, cum praedicare non possint nisi à Deo mittantur. Rom. 10. & Hierem. 1. 4. Non misi eos, & 12. Non mittebam prophetas, & ipsi curiebant, non loquebar ad eos & ipsi prophetauerant. Mulierem Paulus in Ecclesia docere non permittit 1. Corinth. 14. & 1. Timoth. 2. cuius dat rationem quia Eva fuit seducta, possentque mulieres de facili decipi. Vide ad hoc cap. Cum ex iniuncto, de haeticis. Ad hanc conclusionem est ritus Gentilium, qui solo lumine naturali habebant distinctos sacerdotes à populi cõmunitate. Vnde Aristoteles lib. 7. Politicor. 9. dicit, quod neq; agricola, neq; artifex, neq; vilium exercitorum quisquam, est deputandus sacerdos. Quò fit non perperà statui in Ecclesia, neq; in religionibus fieri delectum eligendorum, neq; passim à quibuscunq; parentibus orti, & cuiusq; status aut officij admitti debere. Vilesceret quippe Ecclesia & religiones, quae per nobiles, & literatos ornantur. Vnde Paulus. 1. Corinth. 1. dicens vocatos ad Ecclesia non multos sapientes, non multos potentes, non multos nobiles satis innuabat aliquos vocatos, quibus ornaretur, quia & Ioseph ab Arimathia fuit nobilis decurio & diues Matth. 27. & Marci. 15. Nicodemus, Nathanael, Gamaliel sapientes fuerunt. Quando

*Sup. d. 13 p. 49.*

*Argum.* Quando Petrus. i. cap. 2. vocauit Christianos genus electum, regale sacerdotium, & Apocalyp. 5. fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes, intelligitur vno modo secundum sensum spiritualem quia omnes regunt imperio propriam carnem, & omnes offerunt Deo corpus suum hostiam viuentem sanctam Deo placentem Rom. 12. offerunt & sacrificium spiritus contribulati. Psal. 50. Hanc interpretationem dat Bona. in hoc. 4. dist. 13. num. 17. Alia interpretatio, quod cum Christus sit rex & sacerdos nosque eius membra eiusque filij, quæ conueniunt capiti adaptantur membris, & ex patre habent omnes quod sunt ex rege regales, & ex sacerdote sacerdotales, ideo sunt genus electum, genus regale, & genus sacerdotale.

*Arg. 2.* Nunquam apostoli vti sunt nomine sacerdotum ad particulares, sed ad omnes, vt in præfatis autoritatibus, igitur non erat sacerdotum distinctio à plebe, neque sacerdotum inter se.

*Solutio.* Huic argumento respondet Rossensis in libello de sacerdotio contra Lutherum, quod ex duplici causa potuit esse: prima ne irritarent animos sacerdotum, & pontificum Hebræorum videntium Christianos vti iam nomine sacerdotum & pontificum quasi in suam iniuriam & repulsam: alia vt vitaretur confusio inter eos, si tam nostri quam sui eisdem nominibus appellarentur quando nondum Synagogam sepepellerant, sed eam adhuc honorabant: idcirco utebantur præbyterorum nomine tam pro sacerdotibus, quam pro episcopis: Quod omnis populus Christianus vocaretur sacerdotalis & regalis nil eis iniuriæ aut nouitatis afferebat dici populus Dei, sic enim vocabatur Israel. Exod. 19. Eritis mihi in regnum sacerdotale & gens sancta. Hoc de omnibus intelligebant dictum, non eò quod quilibet esse rex & sacerdos, alioquin non opproblassent Christo & obiectassent quod se vocasset regem. In epistolis Pauli ad Ecclesias gentium, quia prædicta inconuenientia cessabant, aut quia iam Synagoga sepulta erat, nomen inuenitur episcoporum, 1. Timoth. 3. Erat enim episcopus Ephesiorum, & Titus Cretensum. i. cap.

Per

Per hanc solutionem possunt intelligi autoritates Hieronymi, quarum vna refertur à Gratiano distinct. 93. cap. Legimus: alia distinct. 9. cap. Olim, & sequenti, vbi dicit, quod olim in primitiua Ecclesia idem erat episcopus, qui præbyter, & è conuerso: non quod velit negare Hieronymus distinctionem officiorum, & consecrationum, sed identitatem, aut synonymiam nominum. Vel quia fortè vt tangit Scotus in hoc. 4. distinct. 7. quæst. 1. litera .D. & in reportatis tunc omnes sacerdotes etiam consecrabantur in episcopos. Postea factum est quod distinctè darentur hæ consecrationes. Ego non credo Scotum, licet ibi *Pro Scot.* dixerit probabile quod non erat distinctio inter ipsos (inuens, quod postea sit facta quasi per ius humanum) illi probabilitati adhæsisse, quia in reportatis non adeò expressit eam probabilitatem, & mansit dubius si episcopatus est ordo distinctus à sacerdotio, neque reputauit improbabilem partem affirmantem.

Sexus virilis sic est de necessitate ad hoc sacramentum, *Prop. 6.* quod si foemina ordinetur, & ex consequenti Hermaphroditus plus incalescens ad sexum foemineum non recipit sacramentum. Probatur, quia quando Christus hoc sacramentum instituit, videlicet instituendo sacerdotes nulla foemina præsens erat. Vide cap. Noua de poenitent. & remiss. vbi dicit Innocentius. III. quod neque Christus hanc potestatem dedit matri suæ: prohibet ibi abbatissas monialium benedicere moniales subditas, aut earum poenitentias audire, aut prædicare. Ratio est, quia mulier debet esse subdita viro. Genes. 2. ideo non debet poni in gradu hoc sublimi super viros. Vide cap. Mulier. d. 23. & cap. Mulierem. 33. q. 5. Conclusio est contra Pepuzianos hæreticos tenentes foeminas promoueri posse ad sacerdotium. Vide Thottiam Vvaldensum lib. de sacramentalibus tit. 7. c. 58. Cataphrygæ dixerunt posse ordinari diaconas, quia Paulus. 1. Timoth. 3. eas alloquitur post diaconos: ita idem Vvaldæsis citato Ambrosio. Quidam catholici dicunt quod posset eis Papa dare primam tonsuram, quia est de iure humano. Sed reuera male faceret licet posset, quia est turpè mulieri tonderi. 1. Corinth. 11.

H h h

Abba-

*Argum.* Abbatisſæ monialium poſſunt ſicut matres familias imponere mandata ſubditas obligantia, vt obligant filias præcepta parentum, quamvis non habeant poteſtatem ſpiritualem ſupra ſubditas, quia neque habent ſupra corpus Chriſti verum, quæ debet præcedere poteſtatem ſupra myſticum. Tum etiam ratione voti obediæntiæ quam ſubditæ voverunt: non tamen eſt in earum libertate, ſeu poteſtate quòd ſua præcepta obligent ad mortale, ſeu veniale. Ex præcepti materia id venit penſandum quando mortale ſit, aut veniale, tantum ipſæ ſua præcepta ponunt quaſi opera in genere virtutis: Alij dicunt, quòd poſſunt habere ex commiſſione aliquam poteſtatem ſpiritualem ad præcipiendum, quia ſuperiores eis dant poteſtatem vt per obediæntiam præcipiant. Hoc tangit Bonau. hac. d. num. 31. dicens quòd ſunt ſubſtitutæ loco abbatum propter periculum cohabitandi cum viris. Ad idem vide Thom. in additi. quæſt. 39. art. 1. ad. 2. Aliqui dicunt, quòd poſſent excommunicare ex commiſſione, quod neſcio quantum veritatis habeat, & oppoſitum crederem probabilius, certè nullo modo deceret. In cap. Dilecta, de maioritate, & obediæntia, præcipitur abbati ſancti Michaelis, vt per Eccleſiaſticam cenſuram compellat monachos & clericos obedire abbatiſſæ, non quòd ipſa excommunicet, imò dicit eam id non poſſe.

*Argum.* Quòd Paulus dixit in Chriſto non eſſe maſculum neque foemina Galat. 3. eſt quoad gratiam & gloriam aſſequendam, imò & quoad aliquas gratias gratis datas, & ad regimen temporale, vt hodie reginæ gubernant. Quòd in iure canonico. d. 32. c. Præſbyter, ſit mentio de præſbytera, & 27. q. 1. de diaconiſſa quòd non ordinecur ante annos quadraginta dicit Scotus hac. d. q. 2. quòd fortè apud Græcos, quorū ſacerdotes ſunt vxorati vxor præſbyteri vocabatur præſbytera, & vxor diaconi diaconiſſa. Vel dic, vt in citata. d. 32. cap. ſequenti, quòd præſbyteræ apud Græcos erant, quæ apud nos vocantur viduæ, quas Paulus. 1. Timoth. 5. non vult eligi ante ſexageſimum annum, quia ponit earum miniſterium, quòd ſanctorū pedes lauerint, poterāt dici diaconiſſæ, id eſt,

mini-

miniſtrantes: has nolebat illud Concilium. 27. q. 1. ordinari, id eſt, eligi ante annos quadraginta.

Pueri, amentes, & cæteri omnes fideles poſt baptiſmum ſuſceptum, ſic ſunt capaces ſacramenti ordinis, quòd ſi ordinentur illud ſuſcipiunt. Hæc eſt communis, quam docent Bona. hac. diſt. num. 34. Scotus. q. 2. Ricard. art. 4. quæſt. 2. quia in hoc ſacramento non requiritur actus recipientis, ſicut in poenitentia, & matrimonio, ſed tantum inſuſio & ſuſceptio poteſtatis, quæ poteſt inſundi & recipi, modò non addit actus contrarius voluntatis: Facit cap. de clerico per ſaltum promotò, qui minores ordines recepit ante annos diſcretionis. Durandus hac. d. quæſt. 2. dubitat ſi ante uſum rationis poſſit fieri ſacerdos, quem ſolum reputat ordinem, ſupra. d. præcedenti. p. 9. quia debet habere intentionem, neq; admittit intentionē interpretatiuam ſicut ad baptiſmū, peccaret tamē ordinator, ſaltem ordinibus maioribus, neq; talis ordinatus teneretur ad continētiam ordinibus annexam, vt dicit Ricardus vbi ſupra ad. 3. quia non eſt annexa continētia ordini ſacro niſi quoad illos, qui ſuſcipiunt voluntariè. Eadem eſt mens Scoti citata quæſt. 2. litera. A. dum ait, quòd puer & non habens diſcretionem non poteſt in votum continētiae interpretatiuè vel expreſſe. Ricardus refert alios tenentes, quòd eſt obligatus ad caſtitaem. Almainus hac. d. citat Panormitanum dicentem eiufmodi puerum, ſi veſit gaudere priuilegio clericali, debere ſeruare caſtitaem, ſi noſſit quòd poterit vxorari. Ego dicerem quòd ſi poſt uſum rationis vteretur ordine ſacro ſciens illi votum continētiae annexum, eò ipſo præſumendus foret conſenſiſſe in caſtitaem, ad eamque per Eccleſiam cogendus eſſet. Aetas ad ordines ponitur à Magiſtro in litera cap. vltimo, à Gratiano. d. 77. & 78. in Clementina, Generali de ætate & qualita. præfici. Ex concilio Trident. ſeſſ. 23. cap. 12. requiritur ad ſubdiaconatum annus viceſimus ſecundus, ad diaconatum viceſimus tertius, ad ſacerdotium viceſimus quintus, intelliguntur hi anni incepti, quia dicit non promoueantur ante annum, vbi, quia ponitur annus in accuſatiuo cū præpoſitione ante;

H h h 2

ſufficit



sufficit annus inceptus. Ad primam tonsuram & tres minores requiruntur septem anni completi; ad acolytatum post annum duodecimum, vide in distinct. 77. c. In singulis. Ad habendum beneficium requiritur ætas quatuordecim annorum, idem Trident. citata sess. cap. 5. Tonsurandi debent iam recepisse sacramentum confirmationis, scire fidei rudimenta & legere atque scribere: Suscepturi minores ordines debent linguam Latinam intelligere. Ibidem cap. 3. & 10.

*Vide sup.  
dist. 24.  
p. 10.  
Carol.*

Ex dictis patet, quod si ante usum rationis quis consecraretur episcopus nullo modo esset obligatus Ecclesie ad quam consecratur, quæ est maior obligatio, quàm ad solam castitatem. Facit cap. Si tibi, de præbendis lib. 6. ubi dicitur, quod si absenti confertur beneficium donec ratum habeat, ius in illo non habet ut suum dici possit. Verum est tamen, quod quousque illud renuntiet, seu recuset non potest alteri prouideri. Si verò talis verè consecratus maneret, dubium valde est. Sanctus Bonauent. citatus tenet partem negatiuam, quia ad episcopatum de necessitate sacramenti requiritur consensus, sicut ad matrimonium, quia est matrimonium inter episcopum & suam Ecclesiam. Bonauenturæ concinit Thomas in addi. 3. p. quæst. 39. art. 2. Alij aliter tenent, quod cum non sit ordo distinctus à sacerdotio, sicut potest ordinari sacerdos, potest consecrari episcopus & ampliabitur eius character: ita sentit supplementum Gabrielis hac. d. quæst. 1. art. 2. concl. 8. & quod plus est vult Thomam & Bonauent. ad se trahere, & quod sint intelligendi de obligatione ad Ecclesiam, cum tam manifestè loquantur de ordinatione consecrationis. Supplementum sequitur Dominicus Soto hac. d. q. 1. art. 2. Videtur verosimilior opinio.

*Propo. 8.* Ad ordines promouendi habere debent bonum testimonium in moribus vitæ, & sufficienti scientia ad suum ministerium. Vide Magistrum distinct. præcedenti, ubi citat Clementem, qui refertur à Gratiano distinct. 23. cap. Tales, ad ministerium eligantur clerici, qui dignè possint  
Domi-

Dominica sacramenta tractare. Melius est enim Domini sacerdotium paucos habere ministros, qui possint dignè opus Dei exercere, quàm multos inuites, qui ordinatori graue onus inducant. Vide ea. dist. cap. His igitur, quod est beati Isidori, & concil. Trident. sess. 23. cap. 4. 5. & 7. Scientia curati maior esse debet, quàm simplicis clerici, maior episcopi, qui doctor aut licentiatus futurus est in theologia vel iure canonico per alicuius vniuersitatis approbationem, aut saltem æqualem habeat sufficientiam si est regularis, idem concil. Trident. sess. 22. cap. 2. De religiosis ad sacerdotium dicit Thomas in addi. 3. p. quæst. 36. art. 2. quia illis cura animarum non committitur, sufficit si tantum de scientia habeant, quod ea, quæ ad sacramentum spectant, ritè seruari possint, sicut in vitis patrum simplices monachi, qui erant sanctissimæ vitæ leguntur promoti ad sacerdotium. Hæc Thomas. Quod esse debeant episcopi faciliores ad ordinandos monachos, quàm clericos sæculares ex alijs potest fieri apprens, eos quippè ad castitatem per ordinationem non obligant, neque titulis beneficij, aut patrimonij opus est, habent enim titulum voluntariæ paupertatis quam vouerunt, in aliquibus religionibus è sola professione tenentur dicere horas, vitam ducunt religiosiorem, quàm boni clerici. Vnde est illud Bernardi super psalmum. Qui habitat in versu, Scapulis suis. Etiam corporaliter in claustris, & in syluis abscondimur, & si scire vultis quantum in hac absconsiione lucramur: credo nullum hinc esse qui, si quar tam partem eorum quæ facit, in sæculo actitaret, non adoraretur vt sanctus, reputaretur vt angelus, nunc autè quotidie tanquàm negligens arguitur & increpatur. Parùm nè hoc lucrum ducitis, quod non reputamini sancti antequàm sitis? Cum igitur paruum aut nullum onus ordinatis, & episcopis ordinantibus superueniat, nõ est cur tiant morosi sub specie stricti examinis ad religiosos. Expertus loquor, si omnes religiosi probè scientiam seu linguam Latinam callerent, Pauci aut vix aliqui inuenirentur chori, & organorum moderatores; non sacristæ, non infirmarij, aut ad alia munia necessaria prompti, affectantibus omnibus theologiam fa-

cultatem, prædicationes atque confessiones. Monasteria corpora mystica repræsentant, vbi non omnia membra eundem actum habent. Fateor, quod omnium oculi cernunt, plures esse clericos, plura monasteria quam expediunt. Ex quo ad construendum cœnobium ordinum monachalium vix ditissimorum principum suppetant facultates, conuentus pauperiores mendicantium multiplicant, qui de ipsorum ditione appellati ab alijs fidelibus alantur. Quibus Dominis dicendum veniebat id Pauli Timoth. 5. Si quis fidelis habet viduas subministret illis, vt non grauetur Ecclesia, vt his quæ verè viduæ sunt sufficiant: ita illis, si volunt monasteria, alant monachos, vt non grauetur tot pauperibus Ecclesia: quotidianæ elemosinæ ex communibus populis ædificatis monasterijs necessariæ sunt. Obijcerent Paulò de viduis, quod mihi obijcient: potens est Deus providere omnibus: non contradico, sed medijs humanis & finitis prouidet, finitum per ablationem finiti finitur; neque sufficit omnibus æquè. Audio multos irrationabiliter librantes melius esse constitui plura monasteria cum paucis religiosis, quam pauciora cum multis. Meo iudicio satius est plures monachos vni sufficienti capiti subesse, quam diuisos in tria monasteria capita habere & membra debilia, quod ex corporis humani in duo corpora diuisi adaptione clarebit. Tùm etiam, quia cum temporariæ sint monasteriorum præfecturæ præstat in eisdem conuentibus multos esse qui cum vtilitate possint functis officio succedere, quam quòd vnus ultra æquum continuetur, aut inepti ad munus substituantur. Lege Basilium in regulis superioribus .c. 35. Nùm in eodem pago plures constitui conuentus cõueniat? quia facit ad hoc. Neque prudentes religionum fundatores aliud, quam ille sanctus pater ibi dicit, interpretandi sunt voluisse. De hoc aut similibus reformatio non ad singulares episcopos attinet.

*Ad hoc  
vide in  
additio-  
ne. d. 38.  
p. II.*

*Propo. 9.* Sacris ordinibus, hoc est maioribus, annexum est votum castitatis ex iure Ecclesiastico, non tamen ex Diuino. Quòd non ex Diuino patet ex Paulo. 1. Timoth. 3. Oportet

ter episcopum esse vnus vxoris virum. Ius Ecclesiasticum probatur distinct. 27. cap. 1. & cap. vltimo: & distinct. 28. cap. 1. & alijs. De tempore quo incepit, frater Alfonso verbo Sacerdotium hæresi .4. dicit, quòd à tempore concilij Niceni: decretum non extat, quia multa illius concilij decreta, vel per incuriam, vel per Arrianorum malitiam deperdita sunt. Citat Syricium Papam, qui successit Damaso in epistola ad Himerium Tarraconensem episcopum, vbi clericos redarguit, qui castitatem non seruabant, neque condit nouum decretum, sed refert iam factum. Hoc votum Ecclesia Orientalis non recepit generaliter, vt dicit Gratianus citata distinct. 28. in fine capituli. De Syracusanæ. Hoc verò custodit, quòd post adeptum sacerdotium defuncta priori vxore, cum qua sacerdos factus fuerat, si alteram duxerit, deponitur. In cap. Cum olim, de clericis coniug. dicit Innocentius. III. quòd Orientalis Ecclesia votum non admittit, quoniam Orientales in minoribus ordinibus contrahunt, & in superioribus vtuntur matrimonio iam contrato. Vide Magistrum infra. d. 38. vbi refert citatum cap. Nullum.

Ex hac inferitur posse Papam dispensare cum sacerdote Ecclesiæ Occidentalis, quòd contrahat, quia non est contrarius Diuino, & multo melius quòd possit ex sacerdotio intrare religionem militarem in qua matrimonium licet. *Carol. Carol. 2.*

Inferitur secundo, non differre specie votum castitatis clericorum & religiosorum, quia quam castitatem religiosi vouent expresse, ipsi à subdiaconatu eiusdem ordinis susceptione & præcedente episcoporum monitione vouent, ad illamque se obligant. Vnde mihi fit certissimum quòd sacrilegium fornicationis monachi sacerdotis, non est alterius speciei, quam clerici sacerdotis: imò credo probabile, quòd neque intra eandem speciem aggrauet ex hoc solo, nisi comitetur scandalum, quòd maius fit à religioso, quam à clerico. Ratio est, quia post semel emissum votum castitatis à monacho, quamuis votum iteret non plus vouet quam vouerat, etiam si centies iteret, alioquin centies aggrauaret, quòd videtur absurdum, quia cum totum semel dederit

Deo, non habet amplius quid donet. Quocirca sufficienter se accusat mulier dicens: fornicata sum cum monacho: vel dicendo cum sacerdote. Scotus libr. 3. distinct. 9. litera. E. dicit talem sacerdotem teneri ad castitatem ex diuersis rationibus: potest intelligi diuersis non specie, sed numero: & diuersis, quia vna potest inueniri sine alia, simul tamen faciunt vnam obligationem & sub eadem ratione: sic ad eandem castitatem sub eadem ratione tenetur, & licet in facto iterationis voti sit meritum, meritum & peccatum è sola voluntate, etiam si sit complacentiæ solius, contrahitur. Facit ad hoc quòd professus in pluribus religionibus plura postea sacrilegia committeret, quod est falsum.

*Prop. 10.* Negare hunc cœlibatum sacerdotum & monachorum, dicendo eis licere matrimonia est hæresis Lutheri, & sequacium. Contra eos extat definitio concilij Tridentini, sess. 24. canone. 9. Ratione probatur, quia omne votum de re licita obligat in conscientia, sed votum castitatis est de re licita, igitur obligat. Maior patet in multis locis scripturæ vbi de votis agitur. Num. 30. Deut. 23. Ecclesiastes. 5. Si quid vouisti Deo ne moreris reddere, Baruch. 6. dixit Dominus, quòd dij gentium non exquirunt si votum eis non reddatur, igitur ex contrario Deus noster qui verus est Deus exquiret nisi vota ei reddantur. Ad hanc maiorem vide in decretis. 17. quæst. 1. per totam. Minor probatur, quia laudauit Christus Dominus, qui se castrauerunt propter regnum cœlorum. Matth. 19. Paulus. 1. Timoth. 5. dicit viduas volentes nubere, damnationem habere, quia primam fidem irritam fecerunt, id est votum castitatis cui se astringebant. Sic interpretatur hunc locum Magister infra distinct. 38. cap. 2. & non dicit Paulus nubunt, sed nubere volunt, quia sola voluntas contra votum habet damnationem, vt ibi ponderat Magister, & habetur in decretis dist. 27. cap. Vouentibus. Eadem interpretationem de voto dat autoritati Pauli Concilij Carthaginense. 4. canone. 104. cui beatus Augustinus interfuit: eandem Ilidorus lib. 2. de Ecclesi. officijs cap. 18.

Aliquæ

Aliquæ sunt personæ ad ordines inhabiles & ineptæ, vel antequam ordinentur; vel ex peccato admissio in ipsa ordinatione, vel post ordinationem, ne illis fas sit in susceptis ordinibus ministrare. Hæc minutatim, sed in generali disponitur à Scoto hac. dist. quæstio. 1. litera. B. Vbi dicit septem esse pœnas canonicas. Hæ sunt depositio, degradatio, de quibus supra. dist. 13. prop. 29. Infamia, de qua ead. d. prop. 4. Excommunicatio, interdictum, suspensio, de his tribus. d. 19. à prop. 63. & deinceps.

Septima est irregularitas, quæ est inhabilitas ad susceptionem & executionem actuum ordinum, quæ incurritur frequenter à iure, quamuis possit aliquando infligi à iudice. A iure incurritur aliquando propter crimina, aliquando sine crimine, & etiam ex quibusdam, quæ possunt esse crimina, & possunt non esse. Crimina sunt quatuor. Primum furtum in ordine, putà quando quis non vocatus, neque præsentatus episcopo se ingerit, & præter voluntatem episcopi & intentionem ordinatur. Solent ad hoc episcopi proclamare ne quis non vocatus se ingerat: si prohibeant sub excommunicationis pœna, talis ingerens & furtiuè ordinem recipiens est irregularis à solo Papa dispensabilis: si non sit prohibitus sub excommunicatione est irregularis; sed potest episcopus dispensare, vel Abbas si est Religiosus, extra de eo qui furtiuè ordines suscepit cap. 1. & 2. Circa hoc accidit in quodam conuentu me Guardiano, quòd quidam episcopus ordines celebrans expressit, se non habere intentionem ordinandi eum, qui furtiuè se ingessisset; quidam ordinatus ab eo subdiaconus furtiuè suscepit diaconatum, versum fuit in dubium an verè maneret diaconus: in vniuersitate Complutensi responsum fuit quòd non, ex defectu intentionis in ordinatore, quam & ipse episcopus noto furto dixit se nunquam habuisse ordinandi tales, si qui essent; In Salamanticensi è contra, pro quibus hæc est ratio quòd licet in generali habeat intentionem non ordinandi eiusmodi fures, tamen in speciali ex quo iste est præsens, & erga ipsum actum ordinationis exercet, vult illi dare quod potest.

*Prop. 11.*  
Septem pœna.

1. Depos.  
2. Degradatio.

3. Infamia.

4. Excommunicatio.

5. Interdictum.

6. Suspensio.

7. Irregularitas.

Quatuor crimina impediencia.

Furtiuè in ordine.

Dubium graue.

Vide ad hoc infra d. 30. p. 3 ad finem.

Hhh 5 test,

test, sic intentio actualis illa, & expressa præualet virtuali. Tum etiam quia episcopi intentio secundum ius commune regulanda est, ius non habet intentionem quod fures ordinentur, si tamen actu recipiunt ordines iudicat actum præualere intentioni generali, & eiusmodi esse ritè ordinatos. Certè episcopi malè faciunt talia exprimendo, se iuri conformant & per illud actum suum regulant.

*Ministra  
re in ordi-  
ne nõ su-  
scepto.  
Contumacia.*

Secundum crimen est ministrare in ordine non suscepto, talis est irregularis, extra de clerico nõ ordinato ministrante. Tertium crimen est contumacia in non seruando pœnas Ecclesiasticas, vt excommunicatus celebrans, extra de clerico excommunicato, vel deposito ministrante. Ad has & similes irregularitates videndæ sunt Summæ casuum quæ hanc materiam latius tractant.

*Simonia.*

Quartum crimen est Simonia. Nam qui Simoniacè fuerit ordinatus scienter, non potest ministrare in ordine sic suscepto, neque in alijs. Si ignorantia inuincibili fuit ordinatus simoniacè, durante ignorantia excusatur, postquam sciuerit est suspensus. Videantur textus iuris, specialiter Quoties, &, Tanta, &, Per tuas el. 2. de Simonia. Vocatur Simonia secundum Alex. 2. p. quæst. 187. memb. 2. studiosa voluntas emendi vel vendendi quid spirituale, vel spirituali annexum. Hanc descriptionem elicit ex Gregorio Nazianzeno, refertur. 1. quæst. 1. cap. Qui studet. Cum hac notificatione transeunt Ricardus hac. d. artic. 2. quæst. 1. & Thom. 2. 2. quæst. 100. artic. 1. Dicitur Simonia à Simone Mago; qui Act. 8. obtulit apostolis pecuniam pro gratia Spiritus sancti, vt veniret super quoscunq; ipse Simon imposuisset manus, quem ibi diuus Petrus redarguit. Hæc fuit prima hæresis nata in Ecclesia post Euangelium: ideo sapè sancti vocant Simoniacos hæreticos. Quoniam hæresis est propriè in intellectu, sicut fides cui opponitur, quia corde creditur. Rom. 10. & non in operibus, nisi secundum manifestationem, vt ibidem de fide, ore confessio fit ad salutem, ideo propriè hæresis Simonis in eo fuit, quod cum esset iam baptizatus, & de Ecclesia, credidit dona gratiæ posse emi, & vendi, vndè dixit illi Petrus. Pecunia tua te-

cum

cum sit in perditionem, quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri. In hac hæresi dicuntur esse Græci, & Armenij, qui tenent licitum emere prælationes Ecclesiasticas. In cap. Eos qui. 1. quæst. 1. Tharafius Constantino- politanus patriarcha tolerabiliorem extimat errorem Macedonij dicentis Spiritum sanctum seruum patris & filij, quàm Simoniacorù, qui eum seruum suum faciunt emendo & vendendo. Giezi seruus Helisæi in eadem culpa fuit recipiens pretium pro sanitate Naamanis. 4. Reg. 5. ob eam factus leprosus: vocatur potius à Simone qui erat baptizatus & post Euangelium, qui emebat vt venderet, atque multiplicatam pecuniam lucraretur sicut dicit Urbanus Papa in cap. Saluator. 1. quæst. 3. Giezi solum fuit venditor, Simon emptor sed vt venderet. Articulus fidei contra quem est hæc hæresis est articulus de Spiritu sancto ratione sacramentorù & rerum sacrarum, dicit citatus Alex. ibi. §. 1. Qui corde credunt spiritualia non esse vendibilia & tamen illa dant pro pretio non sunt formaliter hæretici, sed fidem opere non ostendunt, vt idem Alex. ibi ex beato Gregorio dicente, quod fidem quam verbis tenent auari & Simoniaci facto non ostendunt; habetur. 1. q. 1. c. Cum omnis. Ex descriptione Simonix constat ipsam committi non solum in datione, & receptione ordinum, sed in alijs multis spiritualibus. Cum dicitur in descriptione, vel annexu spirituali, aduertendù aliquid esse annexu spirituali intrinsicè & de quiditate sua, pro hoc nõ potest recipi pretium. V. g. pro labore quem quis patitur in ipsa celebratione Missarum, & prædicatione. Alia sunt spiritualibus extrinseca, vt labor itineris ad eandem in oppidum aliquod ad prædicandum, vel celebrandum pro hoc labore potest pretium peti. Similiter quauis non possit vèdi laicis, neq; alijs ius in beneficio Ecclesiastico, fructus beneficij possunt vèdi, sicuti quotannis locatur & conducuntur fructus quos quis illo anno de beneficio expectat, quia illi sunt fructus temporales. Hinc alià decidit quæstionè citatus Alex. m. 4. art. 2. §. 4. q. omne ius quod habent laici ad decimas, quia est ad fructus vt habes in Breuil. 3. d. 40. p. 45. potest redimi, quia nõ datur nisi temporale pro temporali.

*Fructus  
beneficio*

*rum po-  
test vèdi.*

*Pesio re-  
dimi po-*

*Hoc test.*

Hoc hodie apparet in quas vocamus pensiones; quia cum alter pro tota vita habeat ius leuandi ex fructibus alicuius beneficii tot ducatus quotannis, possunt redimere dando tot coniunctim, vt eis contentus; non quotannis aliquid exigat. De hoc fecit quæstionem Caietanus in opusculo. 16. quæst. quæstio. 10. vbi tenet cum Alexandro: sed tenet in vniuersum omnes pensiones esse redimibiles; Alij in vniuersum negant; Alij distinguunt, quia quædam præ se ferunt speciem præbendæ ecclesiasticæ, vt pensio quæ datur alicui episcopo titulari consecrato in coadiutorium alterius episcopi proprii: Vel quæ datur episcopo seni post cessionem Ecclesiæ, has dicunt non posse redimi, quia fiunt annexæ spirituali officio exercendo aut iam exercito. Cætera de Simonia, quæ satis prolixa sunt habentur in iure in titulis de Simonia & in præfatis tribus Doctoribus citatis. Alexandro, Ricardo, & Thoma, vel in summis; nobis sat sit attigisse capita, & fontes aperuisse.

*Duo di-  
Sta.  
Primum.*

Duo tamen dicam. Primum quod vidi citatum Bonauenturam quasi dicentem quod dare beneficium consanguineo intuitu solo consanguinitatis, sit Simonia; quam mentem credo non esse Bonauenturæ. Ponit quidem hac. d. n. 7. quinque modos, quibus peruenitur ad Simoniam quorum vnus, dicit, est caro comprehendens inordinatum amorem siue respectu propinquorum, siue respectu aliorum, vt si quis amore fornicariæ promoueret filium fornicariæ. Hoc credo dixit quandò quasi in pretium fornicationis promouetur, & licet explicuisset, quid caro comprehendebat, non in amore consanguinitatis exemplificauit. Quidquid tamen sit, contrarium tenet Alexander eius magister citato. membr. 4. articul. 2. §. 6. quauis peccet sic conferens (quia si conferret propter dignitatem aliud esset) non tamen est Simonia, quia consanguinitas non æstimatur pretio. Contrarium dicit tenuisse Cantorem Parisiensem, sed quod sit Simonia.

*Secundum  
dictum.*

Aliud est: iam quod ecclesiastici tam prælati quam subditi non sunt domini beneficiorum ecclesiasticorum & præbendarum.

beneficiarum vt eas pretio dare possint sine Simonia, aut solo beneplacito sine personarum acceptione, an fructuum qui sunt merè temporales, sint veri domini, vel dispensatores?

Dubium hoc est perplexum & controuersum inter Doctores. Alexand. 3. part. quæstio. 36. membr. 5. articul. 2. tenet non esse veros dominos, sed tantum dispensatores, ideo vltra sibi necessaria pro commoda sustentatione, cætera tenentur dare pauperibus: quæ consumunt in vsu illicitos, si aliàs habent unde restituere tenentur, & si dant consanguineis vt ditentur & ingenui fiant, de rebus pauperum rapinam committunt, secus si tanquã pauperibus darent, tunc enim ordinatæ caritatis est curam gerere suorum & maximè domesticorum. 1. Timoth. 5. Hæc opinio intelligitur etiam si munera sua propter quæ tales prouentus eis assignantur probè adimpleant, quia si non adimpleant, distincta est quæstio, quam ibi idem Alexander soluit concedendo quod sunt raptores & sacrilegi, quod ego verum sine controuersia credo, quia propter officium datur beneficium. In hoc secundum faciunt dicta supra distinct. 16. proposit. 63. Per quæ patet quid dicendum multis, qui fructus leuant canonicatum & aliarum præbendarum viuentes in habitu clericali sine animo permanendi in clericatu; qui si opera cõplent debita nõ tenentur ad restitutionem, sunt tamen in peccato mortali; quauis Nauarro in manuali Latino capit. 25. numer. 118. oppositum dicat probabilius, quod sufficiat satisfacere oneribus beneficii sine animo ascendendi ad vltiores ordines, & hoc bene credo verum si tale beneficium illos ordines non habet annexos: quod addit etiam si habeat animum ducendi vxorem pro suæ familiæ aut alterius similis causæ commoditate, in hoc ei contradicimus, & debet esse nobiscum Angelica Clericus. 7. §. 6. Rosella eo verbo. 4. §. 13. & quicumque tenent peccare clericos habentes beneficium animo dimittendi pro pinguiori, quod credo falsum. At hi, de quibus loquor, vtantur fruendis, fruunturque vtendis Deo seruientes intuitu solius mercedis temporalis amantes eam tanquam finem, expectando ad dimittendum habitum, & ecclesiam fieri alicuius Maioratus hæredes. Cum Alexandro ad principi-

*Ecclesiastici si veri domini fructuum?*  
1. Opin.

pale

pale quæsitum facit Ricard. in hoc. 4. d. 45. art. 4. q. 1. pro hac opinione scripsit tractatum de redditibus ecclesiasticis lingua Latina & Hispana Martinus ab Azpilcueta doct. Nauarrus. Sunt in ea plurimi ut Angelica. Clericus. 3. §. 1. & multi solent eam prædicare antequam fiant episcopi, qui si postea quam sunt ad vnguem obseruarent meliores patres, & dispensatores haberent pauperes, quam habent, cognoscerentque omnes non aliam esse scientiam doctorum, aliam episcoporum de eadem materia. Ad hanc sunt multæ sanctorum autoritates. Facit etiam quod saltem episcopi non possunt testari neque de iure, neque de consuetudine, possunt tamen hora mortis legare aliqua in elemosinam pro pauperibus, igitur quod non possunt testari ostendit eos non esse dominos: posse largiri pauperibus præ se fert, quod reddunt pauperibus superflua, quæ eis debebantur.

*Episcopus  
nequit testari.*

*2. Opinio*

Alia est opinio opposita ad quam & ad omnia circa hanc materiam intelligenda, sunt aliqua præscienda. Primum quod non est difficultas de bonis patrimonialibus, aut aliis licite proprio labore, siue successione acquisitis, quia horum verè sunt domini, ideo clericus qui pro missis dicendis, aut prædicationibus stipendia habet, potest de illis disponere tanquam verus dominus. Secundò, neque est difficultas de bonis habentibus annexum onus distributionis ad pauperes, quoniam hæc & similia tenentur expendere iuxta intentionem illa legantium. Non enim eorum sunt domini sed duntaxat dispensatores. De quibus habetur difficultas est de decimis, primitiis, & alijs quæ fuere legata dignitatibus, & non est certum quo animo data fuerint, si propter solos pauperes, aut pro honoranda dignitate Ecclesiastica.

Item Ecclesiastici aliquo tempore vixerunt in communitate; sicut viuunt hodie religiosi, quando eis erant omnia communia; postea diuisi sunt unusquisque in domum propriam, dicuntur in temporum confinio Augustini & Hieronymi vitam in communi dereliquisse. Vnde idem Augustinus refertur. 12. quæstio. 1. capit. Certè ego: cum ante proposuisset neminem ordinare nisi in communi & sine proprio vellet viuere, dicit se mutasse consilium viuant ubi voluerint, & proprium habeant. Videbat enim è suo illo consilio præ-

uè

uè affectos clericos recidere in peius. Item reddituum & bonorum ecclesiasticorum facta est diuisio longè post Augustinum. Primo à Simplicio Papa habetur. 12. quæstio. 2. capit. De redditibus, deinde à Gelasio habetur ibidem. cap. Vobis enim: & capit. Quatuor: tertio à beato Gregorio habetur ea causa. & quæst. in capit. Cognouimus & sequenti. Sed scito quod hæc diuisio ante Augustinum, & hos Pontifices facta fuerat à beato Siluestro in concilio primo Romano, quod ipse celebravit post Nicænum. Vbi in canone. 4. sic ait. Commoneo autem vobis omnibus mihi consortibus monumentum hoc, ut de redditibus Ecclesiæ quatuor partes fiant, quarum vna eedat Pontifici ad sui sustentationem, altera præbyteris, & diaconis, & omni clero, tertia templorum & ecclesiarum reparationi, quarta pauperibus, & infirmis, & peregrinis. In hoc decreto Siluestri nota non imponi præceptum sed esse cõmonitionem, ideo potuit vsurpare vsus & habere, quod non fierent partes æquæ, aliaque ex rationabili causa mutare; iuxta prædicta clerici tunc in communi viuebant. Ex alijs Pontificibus, qui verba maioris expressionis ponit est Gelasius in ea partitione seu diuisione inquit. Vnam partem sibi tollat Antistes, aliam clericis pro suo iudicio & electione dispertiat, tertiã pauperibus sub omni conscientia faciat erogari, fabricis vero quartam: In alio decreto sic, vna pars sit Pontificis, altera clericorum, tertia pauperum, quarta est fabricis applicanda. Simplicius Papa præcipit ibi Gaudentio episcopo quod tres partes quas cum sua sibi retinuerat, & per triennium vendicauerat, restituat.

Hoc explicato dicit secunda opinio, quod ex quo iam non viuunt in communi, & facta est diuisio reddituum, suæ quartæ partis verus est dominus episcopus, sicut sunt clerici suæ partis, & erunt pauperes suæ postquam eis distributa fuerit. Ad autoritates sanctorum dicitur, multos eorum interpretandos pro suo tempore, qui scripserunt quando in communi viuebant, neque facta erat diuisio. Hanc tenet Thom. 2. 2. quæst. 185. artic. 7. defendit eam Dominicus Soto lib. 10. de iustitia & iure. q. 4. artic. 3. Si contra hanc arguas, quod diuisio facta fuit sub Siluestro, igitur vel ex tunc erant iam

*Argum.*

*Solutio.*

iam domini, vel sancti scriptores ea diuisione non obstante dixerunt eorum bona esse pauperum, potest dici, quòd sicut modo in Prioratibus & Abbatijs, vbi viuitur in communi, distribuitur pars Abbati vel Priori pro suis sumptibus sine hoc quòd sit dominus illius, quia dominium residet penes communitatem, distributio penes Abbatem, sic erat tempore illo. Est dicendum in hac opinione de villis, castris, possessionibus relictis episcopis, de quibus non habetur certitudo quo sine sint data seu legata, fuisse legata in eorum autoritatem, idcirco fructus sui sunt. Hanc secundam dicit Gabriel in hoc. 4. distinct. 15. quæstio. 8. mitiorem. In eam est Adrian. in. 4. de restitutione. q. An ecclesiasticus ultra victus decentem necessitatem consumens de bonis Ecclesiæ teneatur restituere? Est pro hac opinione quòd sæpè dicitur in iure; fructus non faciat suos, qui tale non cõpleuerit, igitur fructus obuientes ecclesiasticis sui sunt.

*Arg. pro opinio.*

Item dicit Pontifex, vnam partem sibi tollat Antistes: item; vna sit Pontificis, alia clericorum, quid vult hoc nisi sua sit? Item Leuite tempore legis veteris erant domini fructuum decimarum, igitur & clerici in lege noua propter seruitium altaris, & aliorum obsequiorum. Confirmat. Magistratus ciuiles sunt domini stipendiorum & salariorum pro suis ministerijs, quare non ecclesiastici, ex quo neque vouent paupertatem, neque viuunt in communi? Est dubium contra opinionem, quia hi doctores concedunt dominium, ideo absoluunt dantes & recipientes à restitutione contra Alexandrum, sed dicunt quòd non possint ditare consanguineos ex præfatis bonis; At vero cum esse dominum sit habere ius disponendi de re pro libito voluntatis quare non poterunt ditare consanguineos & ingenuos facere? Si dicas propter scandalum: contra quia tale scandalum ideò oritur, quòd prædicatur, & proclamantur vbiq; ecclesiastici tanquam non domini, proclamantur domini & cessabit scandalum. Confitebor ingenuè quòd si talis consanguineus esset filius vel filia nati ex fornicatione etiam antequam talis esset episcopus, aut clericus, non sedaretur scandalum ex eo solo quòd habeatur pater ecclesiasticus pro vero

*Arg. contra.**Solutio. Replie.*

domi-

domino reddituum, tum quia prælatus sit inhabilis ad eijciendam festucam ex oculo fratris, & subditi. Matth. 7. Qua fronte corripiet concubenarios? quas non de se detractiones, & murmura cõcitabit? Tum, quia faciendo tales ingenuos, & in eis per maioratus, aut dominia suam protendendo memoriam, peccatū suum quasi Sodoma prædicaret. Esaiæ. 3. atque suspensionem præstaret viuentis adhuc in eo complacentiæ veteris peccati. Adhuc: si occultatus filius post adeptam dignitatem manifestatur, ostendit se neque Deum timuisse, neque homines reueritum, nisi quatenus impedimento foret dignitati adipiscendæ, qua adeptæ nil est quod iam timeant. Credo exiget vltor Deus tam ab eo, quam à confessore si potuit in confessione obuare neque obuauit. Si dicas iterum, prohibetur lege male dispensare suos fructus, sed non obstante dominio potest quis lege prohiberi alienare, sicut pupillus. Quamuis concedatur sicut de quocunq; alio laico est concedendum peccare peccato prodigalitati: dare consanguineis non est de se malum intrinsecè, quia tali amori consanguinitatis sacra eloquia non contradicunt, igitur posset etiam à clerico benè circumstantionari. Neque apparet præceptum, sic prohibens talem alienationem, vt ea facta sine obligatione restitutionis, remaneat peccatū mortale, & donatio valeat: sed vel donatio non teneat, vel si tenet, peccatum cesserit è sola donatione, secus accedenti alia circumstantia. Sit exemplum: prohibetur episcopus testari, si testatur peccat, neque valet testamentum propter legis prohibitionem.

*2. Solutio.**Replie.*

Aliud dubium, siue arg. contra: Estò quòd facta diuisione reddituum sint domini suæ partis; quarta pars pauperum non apparet vbi sit, nisi quòd inter ipsos est incorporata: igitur vsque ad illam partem tenentur restituere, sicut supra dicebat Simplicius Papa de Gaudentio, & Angelica loco citato in priori opinione. Quo ad quartam debitam pauperibus, non valet aliqua consuetudo in cõtrarium quin teneantur dare. Hæc Angelica: quæ sententia si vera esset, de iure Diuino foret debita illa quarta, quia contra ius posituum præualeret consuetudo.

*Argum. aliud cõtra.*



*Solutio.*

Ad hoc dico mihi placere sententiam dicentium pauperes nunquam ex rigore iustitiæ; neque de iure Diuino habuisse partem in decimis & redditibus Ecclesiasticis, sed ex misericordia iuris positiuæ & Ecclesiastici. Alere nanque pauperes ex decimis non est ius Diuinum neque naturale, cum alēdi sint pauperes ex caritatiuis eleemosynis, decimæ sunt de iustitia debitæ seminantibus spiritalia. Ideo in hac parte seu quota potuit ius Ecclesiasticum siue consuetudo mutare, & pro diuersis temporibus diuersa disponere, licet, vt ego existimo verum, quandò Ecclesia vsurpauit ex lege veteri quotam pro ministris, quod esset decima, fuit habendo respectum ad pauperes, at verò sicut potuit Ecclesia sine tali respectu statuere decimas, ita de statutis potuit moderari quomodo ex illis forent pauperes iuuandi. Quarta illa pauperum vbi sit, & quis eam leuet, quamuis aliqui in diuersa scindantur: non credo totam resusam in episcopos, imò si benè omnes decimæ numerentur, alijque redditus, possent eiusdem haberi certa notitia, computando ad partem illam præstimoniam, quæ deducta videntur in fauorem pauperum alendorum in studio, de quibus fieret spes quòd ad clerum transeuntēs ipsum ornarent: computando etiam in ipsam subsidia quæ dantur in eleemosynam, tum etiam tertias illas, sic enim vocant, portionem quandam deuenientem ad principes propter obsequia facta Ecclesiæ, vel in bello, & expullione infidelium à regno, aut pro alijs seruitijs, neque minus pensiones quas ad petitionem principum patronorum quando præsentant, onerant pontifices. Quibus numeratis forsan quarta pauperum inuenietur, & qui sciuerint desinent tanto zelo pro illa zelare contra Ecclesiasticos. Iniuria facta non erit fabricæ Ecclesiæ, aut alijs Ecclesiasticis si prouentus quartæ episcopalis iam ex consuetudine maior sit, quàm aliqua aliorum. Prælati maiores debentur prouentus pro honore, & alijs oneribus ad suum officium spectantibus. Iudicio meo non extortè pensabit qui inter minores episcoporum virtutes computauerit eleemosynam corporalem, præstant quippè spiritalia, facere iudicium atque iustitiam, pascere verbo, doctrina, correctione, sacramētis

per

per se atque fideles ministros, hæc omnia & similia exiguntur à quolibet episcopo, eleemosynæ corporales non nisi à diuitibus episcopis. Factum prophanum quo aliqui episcopi vtuntur, altiore gradum ingenuitatis sororibus, aut neptibus ex proprijs natis fratribus exquirentes ipsas & maritos domi alendo, quicumque sanus reprehendet. Quorsum in domibus & palatijs episcopalibus (quibus data sunt priuilegia immunitatis Ecclesiasticæ .17. q.4. cap. Id constitutum) nuptias permittunt celebrari, nuptias inquam, non sacramenta quæ in Ecclesijs solennizantur, sed visitationes, conuiuia, & prophanà tripudia? Qui è domibus clericorum eijcere mulieres cum nota seruiētes procurare debēt, quare famulitia fœminarum cum sororibus domi retineant? Prudentia & pietate illis opus est vt opus Dei facientes neque ad dexteram declinent neque ad sinistram: verum etiam si prouentuum dominium persuasum sibi habeant, vtantur hoc sæculo tanquam non vtentes sicut hospites & peregrini. Nihil intulerunt in hunc mundum, haud dubium quòd nihil ex eo secum in die mortis auferent. 1. Timoth. 6. Si prodatis ratione consanguinitatis peccatum non habebunt opinioniones sunt, quòd ex eo solo merita non cumulabunt, neque à Deo præmia recipient nulla est vel controuersia, vel opinio. Quare sub dubio tam miseram seruitutem consanguineis ingratis futuris, & forsan luxuriosis & perditis tanto tempore, & tanta anxietate seruiant? Ad propositum cum

*Irregularitas ob tria non criminata.*

*Homicidium.*

111 2      els.

clericis. dist. 50. idem dicit Ricard. hac dist. artic. 5. q. 3. Cuius contrarium habetur decisum in Clementina vnica, de homicidio. Vbi dicit Clemens. V. quod furiosus, infans, seu dormiens si mutilet vel occidat nullam irregularitatem ex hoc incurrit, & idem de illo qui mortem aliter vitare non valens suum occidit, vel mutilat inuasorem. Potes dupliciter respondere vel quod cap. De clericis loquitur de illis qui occiderunt sine moderamine inculpatæ tutelæ, de qua habes in. 3. distinct. 40. prop. 35. quia dicit ibi Papa se non dare licentiam vt occidat; sed cum moderata tutela habent licentiam iuris naturalis. Vel dicito secundo, quod liber Clementinarum fuit editus post Scotum & Ricardum. Secundum est bigamia sunt textus in iure de bigamis non ordinandis.

*Bigamia.*

cardum. Secundum est bigamia sunt textus in iure de bigamis non ordinandis.

DISTIN-

DISTINCTIO XXVI.

*De institutione matrimonij: de obligatione ad illud: de eius significatione.*



Matrimonium fuit institutum à Deo im- *Proposi*  
 mediata, Magister in litera probat ex *tio. 1.*  
 Genes. 2. quando dixit Adam: Relinquet  
 homo patrem & matrem & adhaerebit  
 uxori suæ: quorū verborum q̄ Deus fue-  
 rit autor docuit Christus Matth. 19. ci-  
 tans ea tanquam Dei. Scotus hac. d. lite-  
 ra. O. distinguit aliud esse matrimoniū, aliud contractum  
 matrimonij, aliud sacramentum matrimonij. Matrimo-  
 nium est obligatio mutua, siue vinculum illud indissolu-  
 bile, de quo loquuntur præfata autoritates. Contractus  
 est actus mutuus voluntatum se obligantiū ad vinculum  
 indissolubile. Sacramentum est, signum efficax gratiæ con-  
 comitans illum actum, de quo infra. p. 7. nunc de matrimo-  
 nio, vt fuit ante euangelium, & est apud infideles.  
 Quando & quibus verbis Deus instituit matrimonium *Proposi*  
 non conuenit inter doctores Bona. hac. d. num. 8. dicit il- *tio. 2.*  
 lud instituisse illustrando Adam interius, quod intelli-  
 get Euam sibi dandam in uxorem, & similiter omnibus po-  
 sterioribus dandas uxores per liberum consensum: ex ea illu-  
 stratione protulit Adā, Hoc nunc os ex osibus meis, &c.  
 Scotus hac. d. litera. H. &. Q̄ dicit instituisse in illis ver-  
 bis, quæ dixit Adam, quia Christus illa protulit Matth.  
 19. tanquam dicta à Deo: Relinquet homo patrem & ma-  
 trem, & adhaerebit uxori suæ, & erunt duo in carne vna:  
 Adam, ibi nihil protulit de suo. Richardus hac. d. ar. 1. q.  
 3. dicit, q̄ Deus prædixit matrimoniū instituendum, quan-  
 do dixit Genes. 2. Non est bonum hominem esse solum: fa-  
 ciemus ei adiutorium: instituit implicite, facto, quando  
 de costa Adæ formauit Euam: Specificauit & explicite

a

Alia



Adam institutionem dicens. Hoc os de osibus meis. Fundatse Richardus in autoritate Augustini. 14. de ciuita. cap. 22. dicentis. Nos nullo modo dubitamus secundum benedictionem Dei crescere & multiplicamini & replete terram, donum esse nuptiarum, quas Deus ante peccatum hominis ab initio constituit creando masculinum & foemina. Nota constituit creando. Donum quod ibi explicat Aug. est finis prolis, id est, procreatio. Sic dicebat Anna ad Didonem,

4. A. u. id.

*Nec dulces natos, ueneris nec premia noris:*

Sunt filij donum quod nuptiarum donant, ab eisque procedunt, quasi fructus ab arboribus. Non valet ibi donum institutio, ut volunt interpretari aliqui discipuli diuini Thomae. Ipse namque Thomas in additi. 3. p. q. 42. ar. 2. ad. 4. arg. insinuat institutum in illa benedictione Dei, Genes. 1. quando dixi. Crescite & multiplicamini. Contra uero est, quod illa uerba dicta sunt etiam alijs animalibus sine deputatione certi masculi ad certam foeminam. Tum etiam quia Genes. 1. illa uerba, crescite, dicta sunt per anticipationem seu recapitulationem: Primum enim creauit eos sicut caetera animantia deinde dixit. Crescite sicut dixit alijs: Euam creauit dum erat in extasi Adam, qui mox post extasim uisa Eua dixit uerba illa, os de osibus meis. Igitur illa uidentur praecessisse alia de crescendo & multiplicando. Magister sentent. in principio huius dist. uidetur facere pro Scoto. in 2. cap. pro Thoma. In eo quod dicit Adam propheticè dixisse hoc nunc os de osibus meis, non est intelligendus Magister quasi de institutione futura prophetauerit, quia licet dicat Gregorius in principio super Ezechielè, quod propheta ideo dicta sit, quod futura praedicet, quando de praeterito uel praesenti loquitur rationem sui nominis amittit, quia non prodit quod uenturum est: nihilominus ipse Gregorius ibidem ipsa tria tempora dicit esse prophetae probas per scripturam. De futuro Esaiè. 7. Ecce uirgo concipiet. De praeterito Genes. 1. dixit Moyses. In principio creauit Deus coelum & terram loquens de illo tempore quo ipse non erat. De praesenti. 1. Corint. 14. Si omnes prophetent intret in fidelis uel

Prophe  
tia.

idiota

idiota conuincitur. Occulta enim cordis eius manifesta sunt. Eadem tempora prophetiae assignat lib. 4. Moral. cap. 36. in prologo super psalmos poenitentiae, dicit quod propheta tribus modis fit. Verbis, ut Esaiè. 7. cap. Ecce uirgo concipiet. Somnijs, ut Nabuchodonosor futura prauidit, quae Daniel c. 4. Spiritu sancto repletus enodauit. Factis: Abraham futura nunciauit, quando filium ad sacrificia obtulit. Gene. 22. signas patrem, qui proprio filio non pepercit. Rom. 8. Adam ergo per ablationem costae & formationem Euae sibi reuelata cognouit matrimonij in dissolubilitate, quam notam lumine Diuino praekonizauit pro se & pro omnibus.

Matrimonium non sic est de lege naturae, ut sunt de iure nature principia practica, aut conclusiones eductae immediate ex principijs, est tamen de lege naturae prout sunt illa, quae ualde consonant tali legi. Hanc tenet Scotus hac d. litera F. & hanc distinctionem effendi de iure naturae facit idem in hoc. 4. d. 17. & lib. 3. d. 37. ut in. 3. d. 40. p. 57. ad dispensationem praecceptorum decalogi. Loquimur in hac conclusione de vinculo, & nexu indissolubili, non de inclinatione naturali ad propagationem, quae naturalissima est animantibus. Ad probandum, quod ualde consonet tale uinculum iuri naturali sumit Scotus tres rationes litera. D. primam ex parte prolis, qui est finis matrimonij, quae non educaretur religiosè, neque tam sollicitè saltè à patre, si nasseretur ex uago concubitu, neque proles ipsa debitam reuerentiam & filialem reddere patri ignoto. Secundam, ex bono familiae, quia dixit Aristoteles. 8. ethico. cap. 12. quod homo est animal coniugale & ciuile, sed magis est coniugale quam prior magisque necessaria est familia, quam ciuitas, & filiorum quoque procreatio animalibus communior, sed alijs quidem animalibus catenus comunicatio est, (uidelicet ad prolem) at homines non sobolis procreandae tantummodo, sed rerum etiam, quae ad uitam spectant comparandarum causa cohabitant, officia enim continuo diuisa inter ipsos sunt, alia uiri alia uxoris, sibi quoque mutuo opitulantur. Hanc Aristoteles. Sed necessaria ad familiam melius procurantur, & officia diuisa melius exercentur ex determinatione unius ad unam, quam

Proposi  
tio. 3.

ex vago concubitu. Tertiam, ex amicitia civili, qua ut plurimum magis consistit ex determinata propinquitate ex certo gradu consanguinitatis & descendentiæ ab vno stipite; vnde consanguinei magis se amant inter se, & propter suos amant etiam alios illorum consanguineos, quantum ad se non pertineant. Quamquam hæ rationes possunt concurrere aliquando in prole nata ex fornicario & vago concubitu, non tamen ita certò & semper ut in matrimonio. Ex eo, quod diximus non esse strictissimè de lege naturæ constat non sic esse inuariabile, quin potuerit, licuisse polygamia, & repudium. Sequitur ex hac, quod fornicatio simplex est contra legem naturæ ad modum expositum.

Coroll.  
de fornicatione.

Prop. 4

Institutio matrimonij est duplex, vna in officium, altera in remedium, Magister in litera cap. 2. citat Augustinũ dicentem, quod sanis est ad officium, ægrotis est ad remedium. Hæc est communis. Officium est procreanda proles, quia in statu naturæ integræ nõ esset coitus nisi secundum rectam rationem ad sobolem procreandam. Post peccatum est licitum non propter solam sobolem, sed propter vitandam fornicationem, hoc est in remedium concupiscentiæ. Sic expressit Paulus 1. Corinth. 7. Propter fornicationem vnusquisque suam vxorem habeat, & vnusquisque suum virum habeat. Est vero simile, ut Scotus ait in fine huius dist. quod indulgentia hæc de qua certificamur à Paulo nõ fuerit primò facta in lege noua, sed à principio humani lapsus, quantum difficile sit inuenire vbi facta sit concessio contrahendi causa vitandæ fornicationis, quia nunquã in veteri testamento inuenitur contractus laudatus vel præceptus nisi ad procreationem proles. Hæc Scotus. Possent forsan dici hoc fuisse ex sua ipsa institutione, ut sonant verba Augustini citata in litera, sicut enim ad remedia aliarum ægritudinum vti poterat homo herbis datis sibi ad cibum, ita & vxore poterat vti nata ægritudine concupiscentiæ à peccato. Possent deduci ex illo Genes. 3. ad Eua. Multiplicabo conceptus tuos. Quæ verba licet non sonent explicitè præfatam indulgentiam, ex quo Deus prædixit se multiplicaturum conceptus satis indicauit

cavit pluries coituros homines, quam in statu integro, & cum se illorum conceptuum dixit autorẽ, à quo quæ sunt ordinata sunt Rom. 13. insinuauit præfatã indulgentiam.

Ex dictis inferitur, quod actus matrimonij, hoc est coitus, potest esse meritorius si bene circumstantionetur, quia non est de se malus: & est magis naturalis, quàm vinculũ vnus ad vnũ.

Coroll.

Præceptum de matrimonio in officium fuit reuocatum in lege euangelica per consilium castitatis & virginitatis. Hanc tenet sanctus Bona. hac. d. nu. 13. & est Alex. 2. p. q. 94. M. 4. ad. 8. Sequebatur eam Salmantica frater Andreas Vega, & frater Alfonso contra hæreses verbo virginitas. Probat ex Paulo. 1. Corinth. 7. præferente virginitem nuptijs, & dicente. Volo omnes vos esse sicut me ipsum: & dico viduis: bonũ est illis si sic permanserint sicut & ego, id est, sine vsu matrimonij, atq; nuptijs, quia Paulus non legitur habuisse vxorem, ut Hieronymus in epistola ad Gerontiam pluries insinuat Paulum non habuisse vxorem, & apertius in epistola ad Eustochium de custodia virginitatis citans verba Pauli, De virginibus præceptũ Domini nõ habeo ait. Cur? quia & ipse ut esset virgo non fuit imperij, sed propria volũtatis. Neque enim audiendi sunt, qui eum vxorẽ habuisse confingunt, igitur de mente Hieronymi fuit & virgo. Eadem est mens Augustini de virginitate Pauli in lib. de bono coniugali ante medium siue. c. 10. Vtinam omnes vellent continere ab omni concubitu de corde puro, & conscientia bona & fide nõ facta multo citius ciuitas Dei cõpleretur & acceleraretur terminus seculi. Quid enim aliud hortari apparet apostolum vbi ait, cũ inde loqueretur, velle omnes esse sicut me ipsum? vbi satis insinuat Paulum ab omni concubitu abstinuisse iuuans per hanc suam sententiã conclusionẽ hanc Bonaueturæ. Verba quippe Pauli nõ sunt ad solos Corinthios referenda sed ad omnes fideles. Cæteros apostolos verisimile est omnes matrimonium contraxisse.

Prop. 5.

Conclusio hæc quinta est contra Scotum. litera. Q. & contra Ricardum. hac. d. ar. 3. q. 3. ad. 3. tenentes, quod hodie

durat illud præceptum Alexander (de quo in præcedenti opinione) in summa collatione. 99. ar. 3. q. 1. ad. 1. videtur non sibi constituisse, quia dicit apertè, quòd adhuc durat illud præceptum, neq; homo est ab illo absolutus, quin teneretur loco & tẽpore ad illud: ita, quòd si accideret paucitas hominum ex aliqua causa tenerentur illi pauci ad matrimonium ratione finis ipsius matrimonij, qui est propagatio, quæ tunc esset necessaria reipublicæ. Obligat enim hoc præceptum totam communitatem, sed quia fuit affirmatiuum non obligat singulos ad semper, satis enim completur per aliquos. Exemplum posset dari in reipublica, in qua debent esse varia membra, & varij opifices, qui exercent artes, deficientibus opificibus posset reipublica gubernator compellere aliquos ad artes mœchanicas addiscendas & exercendas. Quod si tales pauci remanentes forent ligati voto castitatis tenebantur contraire voto, quia non obligaret, cum ius naturæ & diuinum præceptum aliud exigerent, habet enim tale votum inclusam conditionem, nisi ius naturæ aliud exigat. In alia opinione respondendum est iam satis fuisse ad impletum præceptum matrimonij quando venit consilium castitatis & virginitatis, idèd si post datum consilium omnes tunc viuẽtes illud propter Deum seruassent, sufficerent ad numerum electorum. Christus dominus dans consilium probè sciebat non esse recipiendum ab omnibus, neque mundum in tantam hominum paucitatem deuẽturum: quòd si aliquo tempore deuenisset, cum illis seruantibus castitatem numerus electorum completur.

**Propositiõ. 6.** Concubitus, seu commixtio non est de essentia matrimonij. Ita docet Magister in cap. vlt. huius. dist. Conclusio est contra Vviclephum dicentẽ copulam esse de essentia matrimonij, & q; senes desperantes prolem non verè matrimonialiter copulantur, quæ sententia est erronea, vt dicit Magister. Vide Thomam Vvaldensẽ lib. de sacramentis cap. 130. est & contra Gratianum. 27. q. 2. cap. Institutum est. §. potest & aliter distingui. Contra hos & pro

pro cõclusionẽ facit, quia aliàs inter Mariã & Ioseph nõ fuisset verum matrimoniũ. Item inter Adam & eam antequam coirent fuit in paradiso verum matrimonium. Vide ad hanc citata. 27. q. 2. in principio canones Chrysostomi, quòd matrimonium non facit coitus, sed voluntas, & Nicolai papæ, Augustini, Ambrosij, Isidori, Doctores ad huius conclusionis intellectum distinguunt matrimonium in ratum, & consummatum: ratum idest, firmum, quod est ante copulam, consummatum, quod est post copulam, sicut in naturalibus consideratur perfectio prima in esse, & substantia rei: perfectio secunda in operatione.

*Matrimonium ratũ, & consummatum.*

De matrimonio vt est sacramentum.



**M**atrimonium est sacramentum nouæ legis institutum à Christo. Hæc est de fide contra Armenios atq; Lutherum negantes esse sacramentum & conferre gratiam. Ad hanc inde definitiones conciliorum Florentini, & Triden. sess. 24. canone. 1. Si quis dixerit matrimoniũ non esse verè & propriè vnum è septem legis Euangelicæ sacramentis à Christo domino institutum, sed ab hominibus in ecclesiam inuentum, neq; gratiam conferre, anathema sit. De hoc sacramento Paulus. Ephes. 5. cum dixit mulieres debere viris esse subditas, & ab eis diligendas, sicut Christus dilexit ecclesiam afferẽs verba illa, propter hoc relinquet homo patrẽ & matrem suã & adhærebit vxori suæ & erũt duo in carne vna: subdit. Sacramentũ hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & in ecclesia. Quoniam verò Lutherus, vt ei Rex Angliæ imponebat, dixit, in Græco non haberi sacramentum sed mysterium, esseq; magna oscitantẽ, & indiligentis inconsultæq; lectiois legere ibi sacramentũ, aduerte idem esse in proposito, vide supra. d. 1. p. 1. Ambrosius super citata verba Pauli ait.

*Prop. 7.*

Mysterij sacramentum grande in unitate viri ac fœminæ esse significat, vbi vocat Sacramentum & mysterium. Volunt igitur verba Pauli significare matrimonium viri & vxoris esse sacramentum, & magnum ex eminentia & magnitudine significationis, putà Christi & ecclesiæ, nō vt interpretabatur Lutherus volens tantum constituere sacramentum in ipso Christo & ecclesia, non in coniunctione viri & fœminæ, quem intellectum rex citatus ibi refellebat, & Rossensis contra captiuitatem Babyloniam Lutheri, atque Echius hom. 72. de sacramentis. Nam ex hoc argumento, Sacramentum Eucharistiæ magnum est in ipso Christi corpore, non potest negari species panis & vini esse sacramentum. Neq; si dicatur, sacramentum Eucharistiæ magnum est mysterium in corpore Christi mystico, idē negatur esse sacramētum corporis & sanguinis eius veri: à simili, quia sacramentum matrimonij est magnum mysterium in Christo & ecclesia, non negatur esse sacramentum in coniunctione viri & fœminæ. Si petas: Vbi instituit illud Christus vt sacramentum? respōdet Scotus litera K. quōd nullibi plenus quàm Matth. 19. vbi approbavit contractum, & quia dixit, quod Deus cōiunxit homo non separet, nō ibi instituit matrimonium, quod iam erat institutū, sed intelligebat Christus in plus, idest, coniunxit ex tunc quando dixit: gratiosè addendo ad vinculum matrimonij, sacramentum concomitans.

**Cor.** Per hæc non solum reuincitur Lutherus, verum & hæretici Tatiani, dicti sic à Tatiano erum magistro discipulo Iustini martyris, quorum hæresim refert Magister in litera dicētem, nuptias esse illicitas, & pares fornicationi: cum tamen eas Christus honorauerit in Canà Galileæ, & Paulus. 1. Corinth. 7. Si nubat virgo non peccat. Extat & decretum Concilij primi Brachar. cano. 11. Contra Manichæum & Priscillianum damnantes coniugia cum Tatianis. Vide & in decretis. d. 31. c. Si quis vituperat nuptias, quod est concilij Gangrensis celebrati circa annos Domini. 324. & d. 30. cap. Si qua mulier: & si quis nuptias. De his Paulus. 1. Timoth. 4. prophetauit, in nouissimis temporibus

poribus discessuros à fide quosdam prohibentes nubere.

Res sacra, quam hoc sacramentum significat est cōiunctio Christi & ecclesiæ, vt modò dicebamus ex Paulo, & refert Magister in litera. Coniunctio tamen hæc Christi est duplex, vna spiritualis per charitatem: alia corporalis per conformitatem naturæ. Per hanc duplicem coniunctionem explicantur autoritates, quæ sonant matrimonium in quo nō est carnalis copula, seu cōmixtio non habere sacramētū Christi & ecclesiæ, idest, non representare vñionem Christi, & ecclesiæ per conformitatem naturæ. Quæ dixerint mulierem cum qua non est commixtio non pertinere ad matrimonium, intelliges consummatū. Significat etiam matrimonium coniunctionem spiritualement animorum, qua inter se cōiuges vniri debēt, vt idem Magister ait in vltimis verbis dist. Matrimonium contra ctum ante legem euangelicam ab habentibus fidem Christi venturi potuit dici Sacramētum, & sacræ rei signum, seu secretū: sed non vt in lege noua, efficax gratiæ: Apud infideles non erat Sacramentum nisi largissimè. Vnde est illud Augustini. lib. 1. de Nuprijs & cōcupis. cap. 10. Quoniam non tantum fœcunditas cuius fructus in prole est, nec tātum pudicitia cuius vinculū est fides, verum etiam quoddam sacramentum nuptiarum commendatur fidelibus coniugatis, cuius sacramenti tanta obseruatio est in ciuitate Dei nostri in monte sancto eius, hoc est in ecclesia Christi. Apud infideles matrimonia atque repudia fiebant pactis humanis & legibus: multumq; distabant à matrimonijs fidelium, quæ Lutherus confundebat, quasi in nullo differat omnia matrimonia siue infidelium, siue Iudæorum, & Christianorum.

Propositi. 8.

Infra d. 33. et. d. 39. p. 1.

## DISTINCTIO XXVII.

*De causa efficiente matrimonium, qui est consensus: De sponsalibus & matrimonio quid sint: de conuersione alterius ad religionem.*

Propos-  
tio. 1.

**M**ATRIMONIUM vel matrimonium est viri mulierisq;  
coniunctio maritalis inter legitimas personas  
indiviuam vite consuetudinem retinens.

Magister in litera. Vocantur nuptiæ à nubendo, id est,  
quasi nube tegendo, quia mulier velatur, id est, tegitur  
in signum pudoris, sicut Rebecca quando vidit Isaac Ge-  
nes. 20. ita Ambrosius refertur. 30. quæst. 5. cap. Nec il-  
lud. Quo circa illud velamen quod ponitur super con-  
iuges die quo bene dicuntur, femina ponitur super cap-  
put, viro supra humeros, quia sustinere debet onera ma-  
trimonij: Est coloris candidi propter mundiciam, atque  
purpurei propter posteritatem sanguinis, ponitur super  
vtrumq; propter vinculum vnitatis non dirimendum.

Datur annulus sponsæ à sponso, qui ponitur in quarto di-  
gito, in quo est vena sanguinis vsque ad cor, in signum di-  
lectionis, & pignus coniunctionis cordium. Hæc docet  
Isidorus eadem. 30. q. 5. cap. femina. Dicitur matrimoniū

*Vide in* quasi matris munimen, quia licet pater sit principalis in  
3. d. 4. p. generatione, tamen in vtero & in ætate infantili muni-  
5. et d. mē matris est proli magis necessarium, ex cap. Ex literis:  
29. p. 9. de conuersione infidelium. Vide & Bona hac. d. num. 15.

vbi addit, quod hæreditas dicitur patrimonium, quia pa-  
terna sollicitudine acquiritur. Cap. illud ex literis, insi-  
nuat quod si fiat diuortium inter virum & vxorem, filius

*Vide su-* vsque ad triennium aletur apud matrem, nisi sit infidelis.  
pra. d. 4. In hac descriptione Magistri, coniunctio viri & mulieris  
p. 10. tenet locum generis, maritalis locum differentie: cum spe-  
cies in se contineat genus & differentiam, formaq; idem

fit, quod species, habemus causam formalem, habemus &  
finalem expressam per ly retinens indiviuam vite con-  
suetudinem, hoc est, vinculum indissolubile. Cæterum,  
consensus quia est interior, & sacramentum est res sensi-  
bilis, in descriptione non ponitur consensus.

*Proposi-* Causa efficiens matrimonium est consensus mutus  
tio. 2. coniugum expressus per verba de presenti, vel per alia si-  
infra. d. gna Magister in litera. Est consensus tam necessarius,  
18. p. 1. quod etiam si dicantur verba sine illo non est matrimo-  
nium,

nium, quando Magister dicit contrarium, quod est ma-  
trimonium, exponit & bene Bonam. 23. quod loquitur  
secundum forum ecclesiæ quæ non iudicat de occul-  
tis. Verba vel signa sunt necessaria, vt manifestent con-  
sensum de presenti: si vnus consentiat hodie, alter cras  
quando prior mutauerit sententiam, non est matrimo-  
nium: neque si cōsentiant ambo solo corde nesciente vno  
de altero erit matrimonium, in hoc dicit Thomas Vual-  
densis lib. 2. de sacramentis. cap. 132. citasse Vuiclephū,  
qui dixit quod assistente consensu coniugij, & Domino  
approbante subducto quocunque signo sensibili foret sa-  
tis ad matrimonium. Contra est, quia tunc sacramentum  
non esset signum sensibile gratiæ, quod omnis schola do-  
ctorum approbat & confitetur. Verba vel signa de futu-  
ro non faciunt matrimonium, sed sponsalia. Extendit  
se iste consensus, vt dicit Magister cap. vlt. sequentis. d.  
in coniugalem societatem, ita quod femina non sit do-  
mina, neque ancilla, & intellige, quod societas con-  
iugalis includit mutua obsequia & copulam carnalem  
sub conditione, si petatur. Alias ad hoc opiniones refert  
Bona. d. sequenti. quæst. vlt. Autoritates quæ sonue-  
runt solum consensum sufficere, non excludunt verba  
vel signa, sed vel parentum consensum, vel carnalem co-  
pulam, aut benedictionem ecclesiæ, aut certam ver-  
borum formam. Causant illa verba vel signa certitu-  
dinem qualis requiritur & sufficit in actibus humanis,  
sicut dicit Scotus hac. d. q. 2. ad. 1. quæ non est demonstra-  
tiua sed probabilis: de certitudine quatuorplex fit habes  
in breuiloq. 1. d. 17. p. 3. & breuilo. 3. d. 24. p. 13. in presenti  
causatur hæc moralis ex vltima probabilitate in tali ne-  
gotio iuxta humanam fragilitatem.

Sponsus & sponsa dicuntur dupliciter, primò qui con-  
trahunt per verba de futuro, accipiam te: Alio modo  
etiam qui cōtraxerunt de presenti. Magister in litera. Bo-  
na. num. 6. dicit iurisperitos distinguere matrimonium  
in triplicē differentiam siue gradum. Primus est matrimo-  
nij initialiter, scilicet per verba de futuro, quæ sunt spōsa  
lia:

*Proposi-*  
tio. 3.



lia: tales simpliciter, vt dicuntur spōsi. Secundus gradus est matrimonij rati, id est, firmati per consensum expressum verbis de presenti: hi vocantur coniuges simpliciter atq; spōsi ratione copulæ futuræ quam sibi spondēt saltē implicite: de isto est intelligendus in conclusione Magister. Facit hæc distinctio ad plurimum canonum intelligentiam, quos in litera Magister refert. Tertius gradus est, matrimonij consummati per vsum, id est, copulam carnalem: isti sic vocantur coniuges, q̄ non sponsi. Nos in communi vsu vocamus sponfos copulatos de presenti antequam superueniant benedictiones ecclesiæ, quas vocant velationes. Dicuntur sponsi secundum Iſidorum. lib. 9. etymologi. cap. vlt. non quia promittit, sed quia spondet & sponsores dat. Thom. in addit. 3. p. q. 43. ar. 1. dicit, q̄ antiquitus cautiones dabant, quibus spondebāt se inuicē consentire in iure matrimonij, & fideiussores dabant.

Prop. 4 Sponsalia de futuro cōtrahuntur pluribus modis quos habes in Ricardo. hac. d. ar. 3. q. 2. & summis vt ab Angelica. verbo sponsalia. §. 7. sed quoniam aliqui illorum modorum sic poterant quadrare matrimonio sicut sponsalibus, & Concil. Trid. annullauit clandestina, cessant multæ quæstiones, quæ iam nihil faciunt ad matrimonium: solum remanebunt quæstiones de sponsalibus in se, quia sponsalia etiam clandestina non fuere reuocata. Sponsalia verò non sunt necessaria ad matrimonium, quod sine ipsis potest contrahi, cōducit quidem ipsa præcedere propter dotem & alias conditiones. Proueniūt difficultates & quæstiones ex verbis, aut signis per quæ contrahuntur, quia in talibus dubijs ad communem intelligentiam recurrendum est per cap. Ex literis el. 1. de sponsalibus.

Prop. 5 In multis casibus dissolui possunt spōsalia, quos habes in Richardo. citato ar. 3. q. 4. in duobus soluūtur ipso iure. Primò, per ingressum religionis, De cōuersione coniug. cap. 2. etiam si fuissent iuramento firmata, quia non infringit promissum, qui illud in melius commutat. de iureiurando cap. Peruenit el. 2. neq; tenetur pro complendo iuramento, prius contrahere & postea intrare religionem. Quando

Quando cap. Cōmissum, de sponsalibus, dixit fore tutius implere prius iuramentum, aduerte q̄ in comparatiuis aliud non negatur esse tutum, imo affirmatur vtrunq; se se tutum, alias non curreret comparatio. Ricardus infra d. 29. q. vltima dicit, q̄ ly tutius positū sit propter opiniones, quæ de hoc sunt, quibusdam asserentibus q̄ teneatur prius implere iuramentum, quibusdam negatibus. Secundo, si de facto contrahit cum alia de presenti, per cap. Veniens. el. 2. de sponsalibus: & cap. Si inter: eo tit. Est exemplum in alijs, si promisi tibi equum non feci illum tuum, idèd si alteri dedi, licet peccauerim propter violatam fidem promissionis, donatio tenet estq; illius cui donau. In alijs casibus soluēda sunt per iudicem ecclesiasticum. Ponit Richardus octo casus. 1. Si se trāsferat ad regionē aliam, & cōgruo tempore expectatus, & debito modo requisitus non reuertitur, de sponsalibus. c. de illis. 2. Quando alter incurrit lepram, paralyſin vel aliam enormem infirmitatem. cap. Quemadmodum, de iureiurando. §. quod sit: in textu & glossa. 3. Quando alter fornicatur, in eodem cap. Quemadmodum. 4. Si superuenit affinitas, vel cognatio spiritualis. c. super eo. de consang. & affinita. 5. Si se mutuo à promisso absoluunt ne quid deterius inde conringat. de sponsali. cap. Præterea. el. 1. 6. Quando minor veniēs ad ætatem legitimam dissentit. 7. Si probetur fama de impedimento inter eos, vel scādalo de eorum coniunctione. cap. Cum in tua: de sponsali. 8. Si sponsalibus superueniat votum continentie. In hoc octauo sunt opiniones vna dicit, q̄ per votū dissoluuntur sponsalia, quia est de meliori bono. Hæc sequitur & tenet Richardus, & Angelica sponsalia. §. 40. & hæc opinio intelligit, etiam si talis vouens maneat in seculo, & sponsalia fuissent iurata, quia ibi potest seruare votum. Alia est opinio in contrarium q̄ non soluūtur sponsalia, quia fuit votum in præiudiciam tertij. Hanc sequitur & tenet Martinus ab Azpilcueta in manuali. c. 22. num. 25. seu. 27. laborant hæc opiniones in intellectu cap. Veniens, qui clerici vel vouentes: Siluestrina, Matrimonium. 7. q. 5. §. 5. & clarius. Sponsalia.

## Distinctio. 27.

falia. §. 7. dicit, qd si sponsalia fuerat firmata iuramento preualent voto sequenti secundum Hosti. & alios, qui reputant iuramentum voto æquiuale, & quando sunt duo vincula impossibilia & æqualis potentia, primum præiudicat secundo. Quoniam uero maiores vinculi est votum, quam iuramentum factum in fauorem tertij, ipse Siluester tenet qd talis uouens post quæcunque spõsalia peccat propter præiudicium tertij, nisi intèdat intrare religionem, quia cum tali intentione neque peccat, neqz tenetur spõsaliibus sed remanet absolutus: & sic est cum Martino ab Azpilcueta. Vnde in hac opinione tales debent se mutuo absoluere, aut uouens intret religionem & solennizet votum, aut si est uir recipiat sacros ordines. De sponsaliibus superuenientibus voto castitatis nulla est ambiguitas, quin non ligent per cap. Rursus. qui clerici vel uouentes. De absoluteione mutua inrer se, si fuerant sponsalia iurata ob honorem Dei, uerbi gratia, iurauit quis recipere pauperem propter amorem Dei, facereque illi hanc elemosynam tenet Rosella. Sponsalia. 8. quod non ualeat alterius remissio, quia primaria obligatio aduista est Deo. Sequitur Siluestrina eo uerbo. q. 10. & fuerat opinio Angelicæ. eo uerbo. §. 20. Contrarium tenet citatus Martinus ab Azpilcueta, quia semper Deus illud iuramentum acceptat in fauorem tertij, cui potest ille tertius renuntiare. Addit Richardus vnum ualde notandum: in his casibus tunc requirit iudicium ecclesiæ si sunt publicè contracta, si secretò, ait, non uideo rationem quare sine iudicio ecclesiæ non possint dissolui, cum secreta non subsint iudicio ecclesiæ militantis nisi quoad forum pœnitentiæ. Hæc Richardus. Adde, & tu quod plures causa possunt interuenire similes his ad dissoluendum illa, addunt quippè summè alios casus, ut Angelica ponens decem & septem. Sponsalia uero sequentia etiam iurata non soluunt priora quæcunque etiam sine iuramento.

*Prop. 6* Qui potest contrahere matrimonium potest contrahere sponsalia, est uero septennium ætas requisita ad sponsalia.

## De Matrimonio.

lia. Vide literam Magistri. d. 36. cap. ult. Idem dicit Gratianus. 30. quæst. 2. cap. 1. quia est ætas iam discretionis.

*Supra*  
d. 16. p.  
52. ad fi  
nem.

### De causa dissolvente matrimonium.



Matrimonium ratum non consummatum *Prop. 7* dissoluitur per ingressum religionis, ita docet, cap. secundum, de conuersione coniugatorum, daturqz talibus contrahentibus duorum mensium spatium à iure intra quod nõ teneantur reddere debitum, sed possint religionem intrare inde. c. Ex publico. de conuersione. cõiuga. Richardus hac. d. ar. 2. q. 2. ad. 1. dicit, qd in hoc casu committitur arbitrio iudicis utrum plus uel minus tempus indulgeat, citat in hoc glossam. Susceptio tamen sacri ordinis nõ dirimit hoc matrimonium, habetur in Extrauaganti. Antiquæ cõcertationi de uoto & uoti redẽptione, sed quia talis ordo impedit & dirimit matrimonium contrahendum, bene per eius susceptionem dissoluuntur sponsalia. Cũ etiam religio militaris sancti Ioannis emittat tria uota, quæ tria uota sunt de essentia religionis per citatam extrauagantem, ideoqz in ipsa fiat uotum solenne, per eius ingressum sicut per aliam quamcunqz, dissoluetur matrimonium ratum. Cõclusiõnem definiuit. Concil. Trident. sess. 24. canone. 6. contra. Erasmus in cap. 7. epist. 1. Corinth.

Si possit papa dispensare in hoc rato nõ consummato, *Prop. 8.* qd dissoluatur cõtrouersia est inter canonistas & theologos. Canonistæ tenent partem affirmatiuam, eos sequutus est Caietanus in opusculo. 19. quæstionum. q. 13. Theologi tenent partem negatiuam. Tota difficultas stat in intellectu uerborum Christi Matth. 19. Quod Deus cõiungit homo nõ separet. Canonistæ illa interpretant de cõsummato, p quod sũt vna caro. Afferunt. c. Ex publico. de conuersione. cõiu. ubi dicit papa Alexãder illa uerba esse intelligenda de illis qui facti sunt vna caro, & papa dispensans dissoluit in persona Dei. Afferunt.

Afferunt pro se canonistæ aliquos summos pontifices dispensasse, vt Martinum quintum, & Eugenium quartum.

Theologi è conuerso intelligunt, & interpretantur verba Christi de rate, dicuntq; hanc materiam & interpretationem Euangelij theologorum esse non canonistarum, respondentq; Alexandrum solum curasse de illis verbis prout faciebat ad propositum illius quod decernebat, videlicet per ingressum religionis dissolui ratum matrimonium, & non consummatum, non autem de vero intellectu literæ euangelicæ. Dicunt etiam esse discrimen, quoniam per religionis ingressum moritur homo mundo, & sicut viro mortuo mulier soluta est à lege viri & matrimonij, Rom. 7. ita facta professione remanens in sæculo tranfit licitè ad coniugium, quæ mors ciuili seu spiritualis causata fuit ab ipso Deo, antequam remanens nõ contrahit. At vero dispensatus vel remanet in mundo sine coniugio, vel tranfit ad aliud, & hoc est verè solui ab homine quod Deus coniunxit. Afferunt, q; Adrianus sextus postulatulus negauit dispensationem, & ostensis patronis alterius opinionis dixit se tenere contrarium, atq; mirari Caietanum hominem theologum illam opinionem tenuisse. Per prædicta intelligimus Magistrum dicentem q; sponsa licitè relinquatur propter continentiam, scilicet religionis, non autem coniux: q; sponsa est coniux per matrimonium ratum & talis fuit sancti Macharij, & sancti Alexij, de quibus ibi Magister cap. 7. immo & Ioanis Euangeliste, cuius creditur fuisse nuptiæ in Cana Galileæ, ex quibus vocatus ad apostolatam vitam egit virginalem.

Nuptiæ  
in Cana  
cuius fuerat.

Propositio. 9.

Post matrimonium consummatum potest vnus de licentia alterius transire ad religionem iuxta formam, cap. Cum sis: & cap. vxoratus de conuers. coniug. Imo & ordines, sacros recipere per cap. Coniugatus eo tit. Forma est, quod vterq; intret religionem, vel saltè si mulier est senex, id est sexagenaria, & sterilis, & abq; suspitione promittat in sæculo continentiam, idem etiam debet dici de viro si ipse sit qui in sæculo sit māsurus. Vide. 27. q. 2. aliquos textus vt Agathusa: & Si quis.

D I S-

D I S T I N C T I O. XXVIII.

De clandestino matrimonio: Et de qua re sit consensus.



Clandestina matrimonia fuerunt vera, Prop. 1. rata, & firma ante concil. Trident. post illud sunt ipso iure nulla. Ita definiuit sess. 24. cap. 1. de reformatione, idè nisi contrahatur præfente parochio, vel alio sacerdote de ipsius parochi seu ordinarij licentia, & duobus vel tribus te-

stibus, est nullum. Quod vero ecclesia possit constituere impedimentum dirimens matrimonium docet eadem sess. canone. 4. Monitiones præcipit tribus diebus festiuis in ecclesia proclamari, & in casu poterunt esse pauciores, vel fieri post contractum matrimonium. Alias solennitates instituerat Euaristus Papa in epistola prima ad episcopos Africanos, refertur à Magistro in litera. c. 2. & à Gratiano. 30. q. 5. cap. Aliter, quod peteretur à parentibus, & despōaretur, & dotaretur, &c. sed dicit Magister illa facere ad decorem, & honestatem debitam, quod exinde patet quia cū dicat aliter facta non esse coniugia, sed adulteria, subdidit, nisi voluntas propria suffragata fuerit, & vota succurrerint legitima, igitur sine illis solennitatibus per voluntatem contrahentium erant in rei veritate legitima, estò præsumeretur in aliquibus fraus & fornicatio maximè in personis imparibus in conditione status aut diuitiarum, vt in eo cap. videbis in glossa. Cessant vero eiusmodi questiones & fraudes ex annulatione clandestini. Ex prædictis & ex decisione eiusdem concil. Trident. citato cap. 1. anathematizantis eos qui fallò affirmabant clandestina esse antiquitus ante concilium irrita, imò esse irrita quæ contraherentur à filijs familias sine consensu parentum, quia parentes poterant ea face-

Ad vidē  
dū si pa-  
pa possit  
facere im-  
pedimen-  
ta que di-  
rimāt. fa-  
cit quod  
dicit An-  
gelica  
matrimo-  
nium im-  
pedimen-  
to. 17.

Corolla.

b re irrita,

re. irrita, aut rata, roboratur prima conclusio præcedentis. d. & damnatur doctrina Cassanæ, Corasij, & Oldendorpij dicentium consensum parentum esse de necessitate matrimonij.

**Prop. 2.** Ex præfata determinatione cõcilij Tridentini exigentis præsentiam sacerdotis, & eius verba post præstitum & expressum mutuũ consensum dicentia, Ego vos in matrimonium coniungo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, vel similia iuxta cuiusq; provincie ritum, probabile, immò & probabilius existimo ministrũ huius sacramenti semper fuisse sacerdotem; & quòd neq; modo post concilium, neq; ante fuit sine illo verum sacramentum, quanvis fuerit verus contractus, sicut est inter infideles & fuit in lege naturæ. Ita quòd hæc definitio sit explicatio ministri huius sacramenti, quem concilium Florent. non explicuerat, nisi tantum causam efficientem, videlicet consensum expressum per verba de presenti. Vndè maxima erat inter Doctores varietas de materia & forma, atque de ministro. Scotus. d. 26. dubius manserat litera. M. de ministro, quia vtr plurimum iudicabat contrahentes esse sibi inuicem ministros, vbi non excluderetur posse alium esse ministrum: de materia & forma sacramenti etiam dubitabat, ex quo non erant instituta certa verba, aut signa ex lege euangelica, quòd videretur in quocunq; contractu fidelium legis euangelicæ comitari sacramentũ. In reportatis expressè tenuit quòd ministri essent ipsi contrahentes. Richardus ea. d. 26. ar. 4. q. 2. ad vltimum, est huius opinionis, q̄ ipsi contrahentes sunt sibi inuicem ministri, & respondendo ad primum, dicit q̄ verba primi præferentis habent rationem materiæ, verba secundi rationem formæ. Alij aliter loquebantur. Secundum hanc nostrã conclusionem quidquid sit de contractu sine sacerdote dicente verba, nõ est sacramentum. Ideò verba exprimentia coniunctionem quæ sacerdos exprimit sunt forma, materia potest dici esse ipsum contractum, & ecclesia illegitimans personas ad contractum non variat materiam sacramenti aut aliquid

aliquid immutat de sacramento ipso. Cum hoc ita esse satis sit probabile, videtur, quòd ante cõcilium idem erat, licet communiter inter Doctores vbi contrahentes erant presentes & verba exprimentia suum consensum de presenti dicebant, habebatur pro sacramento. Dixi presentes, quia de absentibus contrahentibus per procuratorem tenuit Caietanus in opusculis. q. 1. de tribus quas mouit de matrimonio, quòd licet esset contractus non erat sacramentum. Scotus rationabilissimè dubitauit, si omnem contractum concomitabatur sacramentum. Rationes dubitandi ponit, quia si erant determinata verba necessaria, per nuptus, vt inter mutos, non poterat esse nisi contractus sine sacramento: item per literas inter absentes: & quando per procuratorem, & quando parentes pro filijs, vide. d. 27. quest. 2. ad. 2. in reportatis manifestè dubius mansit de materia & forma, vt est sacramenti. Erant & aliæ rationes dubitandi, quia ius canonicum præsumebat sponsalia de futuro cum copula esse verum matrimonium, quia fiebat copula animo maritali, sed si erat sacramentum concedendum etiam fait, quòd talis copula faciebat sacramentum, & ibi gratia conferebatur: actus autem ille nec ex natura rei, neque ex lege diuina (vt dicebat idem Scotus dist. hac. 28. litera. B.) est forma sacramentalis, neque matrimonij: animus siue affectus maritalis erat interior, sacramenta sunt signa visibilia. Item de mpro baptismo, cuius pro sua necessitate quilibet potest esse minister, alia quinque sacramenta cum sint cere monia religiosa, religiosos habent ministros, & religiosa verba pro formis, igitur sic decuit habere sacramentum matrimonij. Confirmatur quia omnia sacramenta vt dixit concilium Florent. tribus perficiuntur, rebus tanquam materia, verbis tanquam forma, persona ministri cum intentione faciendi quòd facit ecclesia: quanto igitur est rationabilius quòd contractus legitimus sit res & materia, verba sacerdotis forma, ipse sacerdos minister, quam q̄ quicunq; contractus, quibuscunq; verbis aut signis, quacunq; intentione

Videa-  
tur Ca-  
no lib. 8  
de locis.  
cap. 5.

contrahentium sit sacramentum, in cuius materia & forma & ministro atq; intentione tanta varietate disputetur. Quis unquam contrahentium, si etiam sibi inuicem ministri habuit intentionem faciendi, quod faciebat ecclesia, & non potius animum explere suum? Forsan nisi concilij Trident. accessisset præfata determinatio non auderem ego hoc asserere, quod tamē nō defuit qui ante concilium vrgentibus rationibus crederet ex dubitatione Scoti fieri suassibile. Scio post concilium scripsisse aliquos perdurantes adhuc in antiquis opinionibus, & dicentes verba parochi non esse formam coniungentem illos, sed solum declarantia illos esse coniuges. Valebit ergo ibi coniungo, id est, vos declaro esse coniunctos. ad tropum scripturæ, quem habes in breuilo. 3. d. 14. ad finem. p. 9. & d. 18. p. 3. Mihi tamen placet esse verba efficaciter coniungentia illos sacramentaliter, ante quæ si expresso consensu sacerdos impediretur loquela, ille verus esset contractus, & verè essent coniuncti, quia non clandestinè, sacramentum vero nō recepissent, idcirco posset per alium sacerdotem ministrari. Benè video; cum concilium non formaliter definierit ministrum esse de fide sacerdotem, aliam opinionē locū habere in eo casu, quod si parochus verba non dicat ipsi sibi sacramentum administrarunt, Catharinus in annotatis contra Caietanum taxauit, q̄ dixisset matrimonium per procuratores non esse sacramentum.


Corol.

Ex hac controuersia patet quanta debeant sapientia & prudentia pollere librorum imprimendorum examinatores, vt in sine. 13. dist. admonui. Ecce vna opinio quōdam communissima inter doctores scholasticos potest probabilibus rationibus rejici, & teneri opposita, quam forsā ante concilium sic exploderent aliqui, quod imprimi non sinerent. Audiui ego de quibusdam examinatis solius diui Thomæ doctrinam aspicientibus ferre in eo fuisse, vt opinionem quod circumcisio gratiam conferret ex vi sua damnabant, similiter, quod gratia & charitas distinguantur, quod Christus nō satisfecit ex ri-  
gore

gore iustitiæ seclusa diuina acceptatione, atq; similes.  
Consensus matrimonij est in carnalem copulam. vide 3. Prop. d. præcedenti. p. 2.

DISTINCTIO. XXIX.

De consensu coatto, et conditionato.



Liquis consensus prouenire potest ex <sup>Prop. 1</sup> coactione. Ad huius intellectum ponit sanctus Bona. hæc. d. q. 1. differentiam inter vim & metū, quia vis est maioris rei impetus, qui repelli non potest, exemplum quando quis capitur, trahitur, vel ligatur: Metus est trepidatio periculi instantis, vel futuri. Tres sunt termini qui pro eodē sumuntur, videlicet, violentum mixtū de quo Arist. lib. 3. Ethic. cap. 1. violentum quippè simpliciter, vt ibi dicit, est, cuius principium extrinsecus est, nihilq; ad id confert qui cogitur: violentum mixtū est, quod licet in se nō placeat, sed inuitum sit, tamen pro nūc eligitur & acceptatur, tales actiones cum mixtæ sint ait Arist. q̄ magis sunt similes spontaneis, quippè cum eligendæ sint tūc cum aguntur. Exemplificat de tyranno maxima mala minitāte, & de tempestate propter quam euadendā merces proijciuntur in mare. Hęc violentum mixtum ex philosophis, consensus coactus ex Theologis, metus ex Iuristis pro eodē sumuntur. Solent à Theologis distingui duplex metus, vnus leuis non cadens in virū constātem, seu fortē, alter in eū cadens. Posuimus in breuiloq. 3. d. 33. p. 22. extrema fortitudinis ignauā, & audaciā: homines ignaui sunt leues, qui timēdo excedunt, facilè pauētes quę nō oportet pauere, & pauēdo sicut nō oportet: audaces vel pertinaces qui nō timent quę oportet, & sicut oportet: fortes mediū tenent; & vocantur constantes: viri fortes seu constantes timēt quę oportet timere vt mortē, quæ est vltimum  
b 3                      omnium

omniū terribiliū, enormem læsionē seu mutilationē, longissimos & iniuriosissimos carceres, captiuitatē, quia priuat libertate, stuprū & similia, & hoc nō leuī existimatio ne, sed certitudinaliter ea certitudine morali quæ sufficit in humanis vt certus dicatur esse, & talia inferētur, vt supra. d. 26. p. 2. quādo aliqua faciunt quod prædicta mala euadant, agere dicuntur propter metum cadentem in cōstantem seu fortem virum, idest, propter metum, à quo non repugnat vinci constantem & fortem. Talis metus videtur habere latitudinem, ita & metus minor proportionaliter sit in fœmina æqualis timori maiori in viro, sic dicit glossa in cap. Cum locū desponsalibus, & minor metus magis excusat fœminam, quàm virum probat per argu. cap. Sicut dignum de homicidio. & per arg. cap. Indignantur. 32. q. 6. cum glossa est Rosella. verbo. Impedimentum. 10. §. 2. Quod multa homines velint & faciant, quæ non essent aliās facturi nisi tales minæ talisq; metus interuenirent, omnibus patet.

**Prop. 2.** Nullus metus excusat à trāsgressione legis diuinæ ac naturalis. Probat, quia tenemur diligere Deum plusq̄ nos, & exponere vitam pro obseruātia n̄e legis, idēd fornicari, occidere, peierare nunquàm licet, occisus quia hæc non vult committere martyr sit.

**Propositiō. 3.** Metus cadens in constantem virum excusat à peccato in præceptis humanis & iuris positiuī. Ad hanc vide supra. d. 19. p. 76. Caiet. 2. 2. q. 125. videtur contra hanc, & quod tam ius positiuum humanum, quàm iudex possunt obligare ad mortale, à qua obligatione nullus metus excuset, affert cap. Sacris, de his, quæ vi metus vè causa fiunt, de quo loco citato loquuti sumus.

**Corol.** Ex hac & dictis loco citato patet, quare iudices ecclesiastici ad timorem potestatis secularis incussum de exilio, de rerū temporalium amissione, videlicet omnium aut maiorum sine quibus non sustarentur, aut saltem vix, iustè reponunt sua mandata.

**Cor.** Simile videtur de Iudæis quibus præcipiebatur in lege non comedere carnes porcinas; si metu incusso nō dicitur

rectè contra, & in odium legis, non fuisset illis maius peccatum comedere quàm Christianis hodiè fractio ieiunij præcepti ab ecclesia, propter metum incussum; Primò, quia paria videntur in essendo positia; Secundò, quia non peccassent Iudæi comedendo carnes porcinas propter metum vitæ ex periculo necessitatis naturalis, quando alias carnes non haberēt, vt dicit Almainus. lib. 1. Moral. c. 3. Sicuti & de Carthusiensī habes in breuioloq. 3. d. 40. p. 35. atq; Dauid quia alios panes non habuit comedit panes propositionis. 1. Reg. 21. & Matth. 12. igitur à simili, neq; debebant se permitti occidi ab extrinseco in uafore, quādo nō fieret in legis odiū quia necessitas faceret illud licitū sicut Machabæis licuit pugna in sabbato.

Matrimonium contractum ex tali metu cadente incōstantem virum est ipso iure nullum. Probat, à Magistro in litera ex decreto Urbani ad Sanctium Regem Aragonum, habetur. 31. q. 2. cap. De neptis tuæ: & ibidem cap. Si verum: Et ex cap. Cum locum de sponsalibus, sunt eō titulo alij textus ad hoc. In. c. Significauit de eo, qui duxit in matrimoniū, quam polluerat; habetur & etiam interueniente iuramento est nullū. In. c. 1. de his, quæ vi metus vè causa fiunt, professio facta in religione per cōsensum ex mortis metu est nulla, sed fauorabilior est religio q̄ matrimoniū, igitur sicut nō valet professio, neq; matrimoniū. De ratione quare nō valeat est dubiū. Aliqui cōfugiūt ad statutū ecclesiæ tales personas illegitimatis ad contractū. Cū hac trāsit Richardus hac. d. q. 1. & Martinus ab Azpilcueta in manuali Hispano. c. 22. nu. 50. quā tamen aliquāliter videtur moderari postea in latino. Sāctus Bona. hac. d. q. 1. tenet & ex ipsa natura cōtractus matrimonij, quē oportet esse liberrimū, & omninò voluntarium, non mixtum de voluntario, & in voluntario. Concordat Scotus hac. d. litera. D. dicens & à causa formali cōtractus quæ est donatio libera & voluntaria, & à causa efficiente, seu ratificante contractum qui est Deus non ratificans nisi merè liberū, & à causa finali, quæ est proles nascitur præfata nullitas, & impugnat contrariam

Supra  
d. 19. p.  
22. arg. 1

Propo.  
4.

opinionē. Dicitur enim, 20. q. 3. cap. Præfens. Quod quis nō eligit nec oprat, non diligit, quod autē non diligit facile contemnit. Matrimonio autē veniente incōtemptrū fiet in magnū præiudiciū prolis: idēd decreta canonū non annullant contractum, sed exprimunt libertatem quam requirit ex lege Dei.

*Arg. 1.* Alij contractus ex metu cadente in constantem virum valent: igitur & matrimonium.

*Arg. 2.* Secundō, Papa potest cōpellere ad suscipiendum episcopatum, in quo contrahitur spirituale matrimonium inter episcopum & ecclesiam, & valet: igitur valebit matrimonium carnale.

*Arg. 3.* Pater potest compellere filium ad matrimonium, si expedit suæ vitæ liberari ab inimicis, igitur valet matrimonium metu contractum.

*Arg. 4.* Item valet baptismus receptus propter metum: igitur & matrimonium.

*Ad. 1.* Ad. 1. respondetur distinguendo, quia quæ requirunt consensum omnino liberum non valent, cetera in quibus sufficit mixtum voluntarium tenent, & sic regulariter valent omnes contractus secundum glossam in cap. Abbas de his quæ vi metus ve causa fiūt, quia coacta voluntas volūtas est, patet ex Arist. in. p. 1. & ex Augustino, refertur. 15. q. 1. cap. Meritō. Excipit glossa sex in quibus est necessaria volūtas omnino libera. 1. in matrimonio. 2. in promissione dotis, quia si non tenet principale ex metu, neq; accessorium, De reg. iuris lib. 6. Accessorium naturam sequitur principalis. 3. in traditione, vel promissione, vel iuramēto de rebus ecclesiæ per cap. Peruenit. el. 1. de iureiurando, quia etiam traditio rerum ecclesiæ facta spontaneè sine solennitate nō valet. 4. iurisdicōtio per metū extorta, vnde eius prorogatio per talē metum est nulla. ff. de iudi. l. 2. sic etiā non valet electio, ex cap. vbi periculum. §. Ceterum, de elect. lib. 6. §. auctoritas tutoris. 6. votum. Hæc sex dicit esse nulla eo ipso, cetera verō per iudicē reuocanda. De voto sunt opinionēs: Angelica, verbo Metus. §. 8. tenet q̄ emissum propter metum

metum de quo est sermo incussum ab homine nō ligat, secus si ob aliquod periculum naufragij, aut simile. Sequitur Rosella. Votū. 1. §. 4. contrariū tenet Siluestrina Metus. §. 8. ponuntur alij duo casus vnus in absolute ab excōmunicatione, quia nō valet facta propter talem metum vt dicitur in cap. vnico, de his, quæ vi metus vè causa fiunt lib. 6. Immo tales metum incutientes ad id, excōmunicantur ibi, sed vt incurrāt oportet quod fuerit absolutio impensa, quia si iudex illā non dedit nō incurrunt, licet peccauerint intentādo extorquere. Alius casus est in testibus testamentorum, quorum testimonium nō valet, si tenētur in vinculis, aut ab hostibus, lege. qui testamento. ff. de testa. Quare valeat baptismus, & non matrimonium, vide in breuilo. 3. d. 25. p. 7. sicut ille tenet sic etiā tenēt cetera sacramenta imprimentia characterem, ex hoc patet ad. 4.

Concesso antecedenti, aliās periret ordo ecclesiasticus nisi Papa compellere valeat idoneos ad regimen animarum, non est simile quia episcopatus est officium administrandæ rei publice Christianæ per quod episcopus fit melioris conditionis ac status ad seruitium Dei: in matrimonio est quædam seruitus ad onera matrimonij, per quæ distrahitur homo à Dei seruitio cogitans quæ sunt mundi. 1. Corinth. 7.

Habes in breuiloq. 3. d. 40. p. 29. & in tali casu filius cogitur à conscientia obligante ad volendum, non ab extrinseco metu, sed ab intrinseco incusso per Dei præceptum.

Hic metus etiam post concilium Trident. habere potest locum. Patet, quia post acceptam ecclesiæ benedictionem, in cap. Consultationi, de sponsalibus iubebantur audiri vxores ante copulam carnalem si probare vel lent metum cadentem in constantem virum, igitur nec minus habet hodiè locum præfatus casus irritato clandestino, quia casus illius capituli de contractis in facie ecclesiæ tractabat. Neque etiam minus contra illos faciet sequuta copula, quam ante præsumente ecclesia,



quodd melius, videlicet quodd cognouit animo matrimoniali. Nam talis, vt bene dicit Scotus litera. E. non solū debet dicere verba, sed etiam animo cōsentire, aliās peccat mentiēdo, & non obstante cōsensu cordis matrimonium non valet: cum igitur tale non fuerit prius claudestinum, non est nullum nisi propter metum, igitur potest sine noua copulatione parochi haberi nouus cōsensus, & habere suum vsum. Patet consequentia ex ratione finali legis, qua cessante lex cessat: sed ratio concilij annullantis & irritantis clandestina fuit obuiare grauibus peccatis nascentibus ex clandestino, dum relicta priori cum qua clandestinē, adhærebant ei, cum qua cōtraxerāt in facie ecclesie per adulterium: hæc ratio cum in presenti cesset non indigent noua copulatione per parochum, & sufficiet antiqua præsumptio ecclesie de copula affectu maritali. Ex prædicta ratione legis, & quia multi episcopi ex assistentibus cōcilio asserēbant se nūquam de alijs casibus cogitasse, videtur aliquibus, quodd qui publice contraxerunt habentes legitimum, sed secretum impedimentum obtenta dispensatione postea poterunt inter se clandestinē contrahere: similiter qui tunc quandō publicē contrahebant non vere in animo cōsenserunt, quia casus non intentus à legislatore, qui si tunc occurreret exciperetur, nō comprehenditur sub legis obligatione. Et quidem in alijs benè videtur concedendum hoc, sed in casu impedimenti ignorati, q̄ postea probari posset sine scandalo, atque sine ipso coniungi denuò possent à parochō, melius & tutius ita fieret. Nam si vera sunt quæ diximus. d. præcedenti. p. 2. ibi non fuisset sacramentum ex defectu materiæ, neque postea foret in clandestinē contrahendo: satius igitur est quando sine scandalo potest fieri, vt opiniones de contractus validitate cessent, & verum recipiatur sacramentum, quodd adit parochus. Pius tamen Quintus declarauit parochum & testes in tali casu non esse necessarios, citat eum Nauarro. cap. 22. num. 70.

Prop. 6. Pœna lata contra cogentes ad matrimonium est ex-  
commu-

communicatio ipso facto per concil. Triden. sess. 24. cap. 9. preces aut blanditiæ non adimunt voluntatē sed ponunt, vt dicit Scotus hac. d. lit. G. etiā si preces sint principum, nisi talis esset princeps qui consuevit tyrannicē tractare non parentes suis precibus aut mandatis. Vide Rosellam impedimentum. 10. §. 3.

De consensu conditionato.



ONSENSVS conditionatus, vt faciam hoc si tu illud feceris nō est omnino voluntarius, quandoquidem pender ex conditione, & sic habet aliquam similitudinem cum coacto. Prop. 7

Matrimonium, vel sponsalia contracta sub conditione honesta non ligant quousq; adimpleatur conditio. Patet ex natura conditionalis, quæ nihil ponit in esse, sed suspendit contractum ad tempus cōditionis, vt contraham tecum si pater meus cōsenserit. Multæ mouebantur quæstiones tempore quo valebant clandestina circa conditiones, quæ hodiè cessabunt, habebūt verò locum in sponsalibus. Prop. 8.

Conditio appositā sponsalibus repugnans substantiæ, hoc est, bono matrimonij, facit sponsalia nulla, vt contraham tecum, si venena sterilitatis procures, quod est contra bonum prolis: vel donec inueniam aliam gratiorem, quod est contra significationem sacramenti & indissolubilitatem: vel si tradas te adulterandam quod est contra fidem, licet Angelica, Matrimonium. 3. impedimento. 3. §. 11. teneat cōtrarium, nisi dixisset, si mihi fidē non serua ueris: sed re vera equiualeat, quia neuter habet potestatem sui corporis. 1. Corin. 7. Scot. infra. d. 31. litera E. utrūq; dicit esse cōtra bonū fidei. Videlicet dicere affirmatiuè q̄ nō teneat tibi reddere debitū, & negatiuè q̄ possim cōiūgi alteri cui uolucro: est sic tenendū cū Canonistis cōtra Angeli-

Angelicā. Idē erat in matrimonio, vide. c. finale de conditionibus appositis, iam verò cessant clandestina neq; conditionaliter aliquis parochus cōiungere cōtrahētes.

*Pro. 10.* Conditiones alię inhonestę & impossibiles habentur pro nō adiectis, vt si furtis meis consenseris, si cœlū tetigeris digito: Vide citatū modo. c. Aduertes tamē q; licet ita sit de iure, quia tamē veritas p̄ualet p̄sumptioni, si verē quia animum non habuit consentiendi, ideò impossibilem apposuit conditionē, nullus est cōtractus.

*Prop. 11* Cōditio inter cōsanguineos, si Papa dispēsauerit, quia iusta est, aperit cāpum opinionibus, quidā dicūt esse spōsalia, ita tenet Angelica Matrimonium. 3. impedimēto. 3. §. 4. quia cum Papa soleat dispensare, cōditio pendēs ex voluntate principis nō est habēda pro impossibili. Sequitur Adrian. q. 10. de Matrimonio cōtra Canonistas cōmuniter, & cōtra Rosellā Matrimoniu. §. 9. 14. dicētes q; est promissio de re quę p̄stari nō potest à promittēte, quia est matrimoniū illud lege prohibitū, ideò sicut absoluta promissio nō faceret spōsalia, ita neque sub tali cōditione. Quidquid tamē sit de spōsaliib⁹, dico q; tenetur saltē ratione simplicis promissionis, quę min⁹ ligat quā spōsalia. Possēt explicari de promittēte alteri, q; eū accipiet, si alter tūc nō cōsentit sed dilatat, nō sunt spōsalia, tenebitur tamē ratione simplicis promissionis, quandō alter cōsenterit nisi prius animū mutasset, quia ad spōsalia, sicut ad matrimoniū requiritur cōsensus mutuus, cū sit pactū seu cōtractus requirēs personas p̄sentes per se vel per alium, & quodd simul cōsentiant id enim sonat cōtractus de quo sup. d. 16. p. 75. Promissio simplex obligat rōne veritatis & fidelitatis, nō implēs mētitur ideo peccat ratione materię quā nō implet venialiter aut mortaliter. Si faciat obligatū ex alia virtute quā ex fidelitate & veritate, de qua sup. d. 21. p. 5. opiniones sunt forsā hac distinctione cōciliabiles: q; promissio capitur largē pro quacūq; spōtanea affirmatione, vel negatione alicui⁹ faciendi aut nō faciēdi: hoc modo obligat à sola fidelitate seu veritate, cōiter cōtra faciēs peccat venialiter ratiōe

*Vide in*  
*3. d. 15.*  
*p. 4.*

menda-


mendacij: si autem ille cui sit promissio acceptet potest esse mortale ratione illusionis factę, & damni dati: Aliter promissio capitur strictius, vt fiat p̄cedente rogatione illius cui promittitur, & quia preces habent aliquo modo estimationem pretij dicēte quodam. Neque leui mercede emit qui precatur, aut paruum pretium accipit, qui rogatur, ad eò vt omnia vtensilia emere malis quā rogare: qui tale promissum non soluit facit contra iustitiam commutatiuam, nam ex quo amborum voluntates cōsenserunt, vnus petendo, alterius promittendo, vel est pactum, aut ferē pactum, potest ad hoc reduci, quando post promissionem alter acceptat, aut quando aliquo intuitu appreciabili & non merē libero siue gratioso promittit, vt quia seruus fideliter seruiuit etiā si ei sua merces fuisset reddita. Hęc doctrina currit, si habuit animū se obligandi, aliās quippē non obligatur licet peccauerit promittendo, si cūti neque obligatur ad spōsalia, matrimonium, religionem, sine tali animo. Vide Tho. 2. 2. q. 110. ar. 4. ad. 5. & q. 88. ar. 3. ad. 1. & ibi Caietanum. & eundem Caietanū ibi q. 113. ad. 4. dubiū quod mouet, vbi innuit primam opinionem, quod non seruare promissum nō sit contra aliam virtutem quā veritatem seu fidelitatem, neque sit de genere suo mortale, quia non quidquid est contra ius naturę est de genere suo mortale: patet in mēdacio. Rationem materię ex qua erit mortale exemplificat: si quis promissit alicui succurrere sequenti manē inchoato bello: seruare secretum in re magni momēti: medicus si promissit subuenire infirmo periclitāri, tūc enim maximē laudatur charitas. Ad vtramq; opinionem videre potes Angelicam verbo pactum §. 4. in quantum dicit, q; ex sola & nuda promissione quis non tenetur coram Deo, intelligenda est de obligatione mortali, & erit ad primā opinionem: in quantum dicit quod si subest causa tenetur, erit ad secundam. Idem dicit Rosella, promissio. §. 5. In opinione secunda, non soluere promissum erit mortale ex genere nisi leuitas materię faciat veniale.

*Apulci*

**DISTINCTIO XXX.**

*De impedimento erroris: & si inter Mariam & Joseph fuit verum matrimonium.*

Prop. 1.



**V. A. D. R. V. P. L. E. X.** error ponitur in litera circa matrimonium. Primus, personæ, quando vnus homo putatur esse alter: Secundus fortunæ, quia putatur dives qui est pauper & c. conuerso: Tertius, conditionis, quia putatur liber qui est seruus:

Quartus qualitatis, quia putatur bonus, qui est malus, & pulchra, quæ non est.

Prop. 2.

Error fortunæ & qualitatis non facit matrimonium nullum. Magister in litera, vnde qui contrahit cum paupere putato diuite, aut è conuerso, & cum ignobili, putato nobili, quia nobilitas cõputatur in qualitate sicut rusticitas, verè contrahit.

Prop. 3.

Error personæ, & conditionis peioris, seu villioris facit matrimonium esse nullum. Magister in litera, & est cõmunis & certa. Vide Gratianum. 29. q. 1. vbi concordat cū Magistro in his tribus conclusionibus. Dicitur peioris conditionis vt cum seruo putato libero, sed si est melior conditio, vt è cõuerso non desinit matrimonium valere. De hoc errore conditionis infra. d. 36. & Gratianus loco citato. q. 2. cap. Si quis ingenuus & cap. Si femina ingenua. Ratio dicta est. d. præcedenti ex natura cõsensu voluntarij. Dixit Arist. 3. ethi. c. 1. q. inuita, seu in voluntaria sunt quæ vi, aut ignoratione efficiuntur: cumq; distinguat violentum (sicut. d. præcedenti. p. 1.) dicere solemus, q. tria causant inuoluntariu, vis, metus & ignorãtia: Error ad ignorantiam reducitur, quia eius proprium est pro vero approbare falsum, ita dixit Augustinus in Enchiridio ad Laurentium refertur à Gratiano. d. 38. cap. quanuis errare: differunt tamen aliquantulum, quia ignorantia potest esse & haberi omnino de re aliqua, error præsupponit aliquam

quam notitiã rei circa quam erratur, idè in præsentì vocamus errorem quoniam interueniente aliqua notitiã personæ, ignoratur aliquod essentialè, aut accidentalè. Quæ sunt essentialia, vt personæ conditio, seu status liber, si ignorantur faciunt matrimonium nullum, veluti quæ putat se cõtrahere cum Martino cui suppositus fuit Petrus, quia iste cõtractus est permutatio corporis vnus pro corpore alterius quæ debet esse equa ex vtraq; parte, ponit Magister exemplum de putante se emere aurum, cui supponitur aurichalcu, sed non est equa permutatio corporis liberi, pro corpore obnoxio seruituti. Errando in cõditiõne meliori, quia putabat feruũ qui est liber, non errat in essentialis propter quod desinat consensus esse omnino liber, idè non desinit esse matrimonium, vt bene dicit Scotus hac. d. q. 1. litera B. Errando in fortuna & qualitate nõ erratur in aliquo essentiali ad matrimonium. De matrimonio Iacob cum Lia, quæ putabat esse Rachelẽ habes in litera q. non fuit matrimonium ex cõsensu erroneo præcedere, sed postea fuit matrimonium per nouum cõsensum, melius quippè & propius ita loque mur in casu & similibus, quam dicendo, postea ratum habuit, quia quod verè ab initio non est neque subsistit postea nõ firmatur, sed de nouo inchoat. Excusatur Iacob à peccato quia accessit ad illam tanquam ad suam, ipsam vero Liam dicit Magister excusatã, quia putauit lege primogenitarum & paterno imperio se verè in coniugio cõpulatam. Quidã opinantur q. illa nocte prima ipsam non tetigit, sicut & Tobias per tres dies ad dictum angeli Raphaelis. Tobie. 6. Ad hoc sumitur apparens ratio, quod cum tandiu in eadem domo cum illa mansisset, ad tactum, vel loquelãm ipsam agnouisset: nisi dicatur, q. aliqui dicunt, quia vir sanctus erat nõ alias quæsitile blanditias, quã intedere ad prolem. Scotus hac. d. ad 1. dicit, si uè cognouit illa prima nocte, si uè nõ, vt excusetur à peccato nõ est faciẽda multa vis ad propositu, quia nõ erat cõfirmat. Aliqui credunt eũ in vtero sanctificatu, sed neque est vnde proberetur. Quare valeret baptismus per errorem bapti-

*Vide. 30 q. 5. cap. ubi accipit bene ditione sponsi monetur il- la nocte abline-*

baptizando vnum pro alio, & puerum pro puella, potest dari ratio similis ei, quæ data est, d. præcedenti. p. 4. ad. 4. quia vt benè dixit doctor subtilis, soluendo. 3. ratio nulli ratis ad matrimonium non sumitur ex ratione sacramenti collati, nam tunc etiam haberet locum in baptismo per similem errorem collato, sed sumitur ex nullitate contractus præcedentis sacramentum. Habent enim sacramenta operationem siue efficiam ex opere operato, idè habent illam in quacumq; personam cui præsentem conferantur, modo conferens habeat intentionem illi conferendi, licet errerit in persona. Si dicas igitur tenebit absolutio confessoris collata vni pro alio, si. V. g. obdormiat confessor, & pœnitens discedat, quia sibi non respondet: alter veniens dicit peccata sua putans eum vigilantem, quando excitatur absoluit hunc, quem nõ audiuit, est similis solutio quæ de matrimonio, quod non desinit tenere sacramentum è sola ratione sacramenti, sed ex defectu materiæ, videlicet confessionis auditæ.

Arg.

Annotabis circa prædictam cõclusionem, quod error personæ impedit & dirimit matrimonium sicut coactio de iure Diuino, error conditionis peioris de iure positiuo ecclesiæ illegitimantis personas, idè neque Papa neque ecclesia possunt facere matrimonium vbi fuerit consensus erroneus in personam, ita tenet supplementum Gabrielis. hac. d. q. 1. ar. 2. conc. 2. & 3.

De matrimonio Mariæ, & Ioseph.

Prop. 4



Beata virgo Maria vouit virginitatem. Hanc probant verba ipsius ad angelum Lucæ. 1. quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Nisi promississet non erat opus dubitare de modo, quia poterat concipere cognoscendo virum. Hæc est sententia August. lib. de virginitate cap. 4. super hæc verba, Mariæ dicentis. Hoc profecto non dicere nisi Deo virginem se ante vouisset. Vide ad idem & Bernardum homil. 4. in Missus est, super

per eadem verba. Est alia expositio ad verba virginis nõ minus curiosa & literæ germana, quod virgo nil quæsiuit respectu voti sed solum de modo, èd quod ab angelo in verbis certificabatur se virginem cõcepturam cui credebatur solum de modo dubitans quo virgo poterat concipere. Ad hanc expenduntur verba Esaiæ iuxta trãslationem septuaginta concordando cum verbis angeli. Litera septuaginta sic habet Esaiæ. 7. Ecce virgo in vtero accipiet, & pariet filium, & vocabis nomẽ eius Emmanuel in tertia persona: Angelus loquutus est in secunda persona, loco virginis ponendo Tu. sic: Ecce tu concipies in vtero & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum: vbi mutauit solum verbum vnum nam vbi dixerant septuaginta accipiet, Gabriel dixit concipies. Matthæus referens eandem prophetiam, loco accipiet posuit, in vtero habebit cap. 1. Siue vt alij legerẽ volunt ex Hieronymo, in vtero habet, quia Euãgelista scribebat iam ad impleta prophetia. Sic Paulus verba, Psal. 67. quia scribebat prophetia completa posuit in præterito Ephel. 4. Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus, cum tamen litera haberet accipiet dona in hominibus, at vero traductio nostra, accepisti habet, propter veritatem prophetiæ loquendo de futuro quasi præterito. Modò ad interpretationem, licet sit grauis quæstio cum Hebræis si litera Hebraica Almah, siue Haalma significet virginem, aut adolescentulam, pro Catholicis sat sit, q̃ septuaginta interpretes verè Hebræi virginem traduxerunt, & Matthæus Euãgelista ipsam literam iuxta septuaginta citauit. Virgo ergo audiens se ab angelo eisdem verbis salutari quæ in prophetia erant Esaiæ, & q̃ ei angelus dicebat: Ecce 67. id est tu (sic enim habet litera Græca Euangelistæ) intellexit prophetiã de seipsa loquutam, & credidit angelo, iuxta quod ei dixit Helisabeth Lucæ. 2. beata quæ credidisti: respondendo quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco? dubitauit de modo, non quia votum haberet, sed quomodo illa prophetia de cõceptu & partu virginis complenda erat,

tantumque valet, virum non cognosco, sicut virgo sum. Ac si dicar, scio me virginem quia virum non cognosco, & sic in me verba tua & Esaiæ locum habent: sed quomodo potest virgo concipere & generare? Si enim beata virgo pro solo suo voto dubitasset de modo, non erat cur quæreret quia iubenti Deo, qui omni voto superior est parère debuisset, cætera causis humanis & naturalibus committendo: si Deo placeret sicut dispensare in voto, ita præter causas naturales agere, ipse disponderet, virginemque redderet certiores. Hanc interpretationem curiosè atque copiose prosequitur super locum illum Esaiæ præceptor meus Leo à Castro cum post relictam humanarum literarum professionem ad Theologos transiit: Nomen Gabrielis ex Proclo episcopo aliter interpretatur, quam communiter nostri interpretantur: communiter dicitur valere Gabriel, idest, fortitudo Dei, Proclus ait, quòd Geber, est homo, El. Deus, & sic valet, Deus & homo significans nuntium quem apporrabar, de Deo homine, idest, verbo incarnando. Ad hoc interpretantur aliqui verbum illud angeli dominus tecum, idest, Dominus verbū tecum, hoc est in vtero tuo caro fiet, significat quippè Emmanuel interpretatum, nobiscum Deus qui intellectus multum facit, vt turbata virgo cogitaret, qualis esset illa saluatio. Quòd ab angelo dicatur vocandus Iesus, ab Esaiā Emmanuel nō est contradictio propter quam nos carpant Iudæi, quia licet esse videantur diuersa nomina non sunt, sed eandem virtutem atque idem significant. Dominum etiam Iesum Deum hominem. Verbum carnem factum vocabimus. Cæterum idem Leo dicit modum, quem virgo dubitans quærebat, & Gabriel explicuit, Spiritus sanctus superueniet in te, fuisse reuelatum Esaiæ cap. 8. quando in persona Spiritus sancti ei dictum fuit, accessi ad prophetissam & in vtero accepit & peperit filiū, intelligens per prophetissam beatam virginem, non vxorem Esaiæ, vt interpretantur Hebræi, & aliqui, ex nostris: Beata virgini perturbata non tam citò venit in

mentem

mentem hæc prophetia modum explicans; forsitan propterea de modo quæsit. Nam esto ita sit quòd Esaiæ ad literam fuerit reuelatus modus, quòd aliqui ex nostris negant: de intellectu modi quo virgo concipitur & paritura erat fortè indiuisa rapiebantur opiniones Hebræorum, quibusdam explicantibus, Accessi ad prophetissam, de eadem virgine quòd Spiritus sancti congressu gravidanda foret: quibusdam alijs, cum negarent ea verba ad virginem illam accommodari forsitan dicentibus, ex congressu viri de potestate sua operante Deo posse virginem concipere atque parere, vt in breuiloq. 2. dist. 20. p. 2. virgo igitur non ex curiositate quærebat modum, sed propter opiniones de intellectu illius prophetiæ, sicut Samaritana Ioan. 4. postquam intellexit Christum prophetam propter opiniones de loco adorationis quæsit, ita virgo ex intellectu vnus prophetiæ in se complenda, quæsit de alia in qua diuersi diuersa sentiebant: Angelus respondendo Spiritus sanctus superueniet in te, explicuit modum, quia licet non esset impossibile apud Deum omne verbum, (hoc est omnis conceptus possibilis in intellectu, qualis est in quo non includuntur contradictoria sicut exponit Scotus quodlib. 10. sub litera. I. & habes in breuiloq. 1. d. 42. p. 5.) qui poterat facere vtrūque, viri commixtione virginem concipere & parere, aut sine viro, supplete Spiritus sancto, hoc secundo modo fieri voluit, quia vocandus non erat filius viri, quòd vtiq; foret si per virum conciperetur, sed vt verè est filius Dei patris atq; virginis matris. Virgo præbens assensum orauit fieri quòd angelus fiedum declarabat. Expositio hæc licet excludat à responsione virginis difficultatem voti, non negat beatam virginem votū virginis emississe quòd nostri doctores consentunt, Bonauent. hac dist. quæst. 2. Scotus. ea. d. quæst. 2. Richar. ar. 2. q. 1. Tho. 3. p. quæst. 28. ar. 4. De virginitate perpetua Mariæ habes supra in breuiloq. 3. d. 4. p. 6. Patres in cōcilio Telensi cōgregati respondentes Papæ Siricio ex præfata autoritate Esaiæ arguūt

c 2

contra

contra eos, qui dicebant potuisse concipere virginem, sed non parere, quia Elaias non concepturam tantummodo virginem, sed parituram virginem dixit: Ex illa porta sanctuarij ad Orientem clausa, per quam nemo pertransibat sed solus Deus, que porta est Maria perquam in hunc mundum Deus intrauit, probat & hoc de virginitate.

*Prop. 5* - Quando & quomodo beata virgo Deo suam virginitatem vouit opiniones sunt, quia est quaestio de facto non constans de diuina scriptura. Quod eam vouerit ante salutationem angeli fateantur necesse est, qui, quomodo fieri istud, explicant ratione voti dubitatum: qui tenuerint uisitatum ab angelo in domo parentum priusquam traderetur Iosepho traducendam in eius domum, dicere debent ex consequenti vouisse vel antequam desponsaretur, vel protinus desponsata. Quidam super hanc d. dicit probabile desponsatam vouisse de licentia & assensu Iosephi simulque vouisse Ioseph castitatem, & quando salutatam fuit ab angelo iam esse in domo Ioseph, & à Ioseph deductam in domum Helisabeth & ibi nuptiam ipso domum reuertenti per illos fere tres menses. In hanc faciunt uerba Augustini citata in litera à Magistro, qui & refertur à Gratiano. 27. q. 2. cap. Sufficiat. 9. Cum beata Virgo, quod proposuit se seruaturam votum uirginitatis in corde sed ipsum non expresserat in ore. Subiecit se diuinæ dispositioni, proposuit se perseveraturam uirginem nisi Deus aliter ei reuelaret. Committens ergo uirginitatem suam diuinæ dispositioni consentit in carnalem copulam, non illam appetendo, sed diuinæ inspirationi in ueroque obediendo: postea uero simul cum uiro labijs expressit, & uterque in uirginitate permansit. In hac auctoritate duor tempora uideantur fuisse de hoc voto. Vnum in corde antequam desponsaretur, alterum quando uouit ore iam desponsata. Primum sonat sub conditione, alterum absolute quando simul uouit cum uiro. Sed quia uotum in corde, est uotum & obligans apud Deum non habetur ex hac auctoritate quia uouerit ante licentiam,

tiam, & consensum Ioseph, neque etiam potest probari ante aduentum angeli uouisse ore de consensu uiri, cum post reuelationem angeli ad Ioseph de diuino conceptu Matth. 1. potuerit Ioseph uouisse.

Quod uotum beatæ Virginis fuerit sub conditione, scilicet, si Deo placeret, vel aliter non disponderet tenet multi nobiles autores (& intelligo ante desponsationem, quia si desponsata cum uiro uouit potuit absolute uouere, ut prædictum est.) ita tenet Thomas. 3. p. quaest. 28. ar. 4. ad. 1. Richardus. ar. 2. quaest. 1. Contrarium tenet Scotus hac. d. quaest. 2. sed quod absolute uouit. Condicio enim illa in omni uoto subintelligitur, & credo hæc fuisse mentem Bonauenturæ hac. d. quaest. 2. in primo, & 2. argumento. Ponit quippe hunc ordinem, quod uirgo primò uouit, secundò nupsit ipsi Ioseph. Vtrunque dicit factum diuina inspiratione, uotum quia ipsa non erat sub lege, quæ legis auctoré genuit, & spiritu Dei agebatur, sed pertinebat ad euangelium, quod ab ipsa infantia in corde ipsius scripserat Dei digitus, uidelicet ipse Spiritus sanctus: matrimonium, quia sic Deus inspirauit certificando ipsam siue inspiratione, siue angelica reuelatione de continentia Ioseph, idè potuit & debuit uobere. Hæc Bonauentura: ubi cum nihil meminerit de conditione uoti, & quod illud fecit diuina inspiratione ut sub euangelio, absolute fuit factum, neque Scotus nouam edidit opinionem sed elicitam ex Bonauentura fundauit argumentis, de quibus aliqui Salmanticenses discipulis suis magnum apponunt ferculum quod ea soluant, quasi opposita non solueret Scotus & discipuli sui facilius.

Quod beatus Ioseph fuerit etiam uirgo probabile est, *Prop. 6* & magis pium: ut sicut beata uirgo commendata fuit Ioanni uirgini ex cruce, ita uirgini commendaretur ad desponsationem, & nuptias: & sicut Christus generari uoluit ex uirgine, ita est credibile quod uellet habere nutritium, & patrem putatiuum etiam uirginem. Hæc conclusio cum sit de facto multo minus educibilis de scri-

ptura, quàm tempus & modus quo suam virgo Deo virginitatem vouit, pro & cõtra graues habet auctores. Hieronymus cõtra Eluidium dicit eum virginem fuisse iam circa finem sic inquit. Tu dicis Mariam virginem non permanisse, ego mihi plus vendico, etiam ipsum Ioseph virginem fuisse per Mariam, vt ex virginali cõiugio virgo filius nasceretur. Si enim in virũ sanctum fornicatio non cadit, & aliam eum vxorem habuisse non scribitur, Mariæ autem, quam putatus est habuisse, custos porius fuit, relinquitur, virginem eum mansisse cum Maria. Hæc Hieronymus. Ad idem est Augustini litera citata à Magistro, & à Gratiano. p. præcedenti, quòd vterq; in virginitate permanit. Ad idem est Thomas. 3. p. q. 28. ar. 4. & multalij doctores scholastici minoris notæ. Contrarium sentiunt aliqui doctores Græci: Theophylactus super id Ioan. 7. Dixerunt fratres ad eum: Nõ de duodecim dicit, sed de ijs qui illum aliàs sequebatur. Arguebant enim eum fratres eius, filij scilicet Ioseph. Et Marci. 15. erant mulieres inter quas Ioseph mater, non legit Ioseph, sed Iosè, & dicit, Hæc Dei genitrix erat, quæ quatenus Iosepho desponsata fuit mater erat & filiorum Ioseph, cuius filij fuere Iacobus & Iosès, dicebatur horũ mater id est, nouerca. Salomè mater erat filiorũ Zebedei. Sonant enim hæc verba q; Ioseph aliam habuerat vxorẽ antequàm Mariam. Annõtabis autem q; si interpretatio epistolarum Pauli sub nomine Theophylacti verè eiusdẽ est Theophylacti sibi ipsi cõtradicit circa Iacobũ illum fratrem Domini episcopũ Hierosolymæ cuius est & epistola canonica, nõ vero Zebedæi. Nam. 1. Corinth. 9. vbi dixit Paulus, sicut frater Domini & Cephas, ait. Fratres Domini Iacobum dicit Hierosolymorum episcopum, & Ioannem, & Simonem & Iudam. Hi nanque carnis necessitudine erant Christi coniuncti, vt ex virginis fororibus orti. Hæc ibi: igitur vel Iacobus frater Domini non fuit filius Ioseph, aut Ioseph duxerat sororem beatæ virginis, quæ cum iuencula desponsata sit, & foror non vnum sed plures filios habuerit, simul viuente

vna

vna duxisset vtranq;: igitur vel Theophylactus sibi non constat, vel opus illud est alterius.

O Eumenius super cap. 15. act. Apost. exponendõ sententiam Iacobi in illo concilio ait. Iacobus hic Hierosolymorum à Domino creatus episcopus filius erat Ioseph fabri, frater autem secundũ carnem Domini nostri Iesu Christi. Hæc ille qui si nõ sentiebat cum Eluidio, necesse est intelligat Ioseph aliam habuisse vxorem. Eutymius super citata verba Ioan. 7. dixerunt fratres eius, ait, Filij Ioseph qui adoptione pater eius erat. Et infrã. Fratres eius non credebant in eum, tanq; in Deum. Attamen qui tũc tales erãt, magni postmodum effecti sunt, multaq; à multis pro illo passi sunt, Iacobus scilicet & Iudas. Hæc ille. Nicephorus Calixtus lib. 2. cap. 3. dicit ex Hippolyto episcopo Portuensi in Italia, Ioseph habuisse vxorem aliam Salome, filiam Aggæi fratris Zacharię patris Ioannis Baptistæ, ex qua quatuor suscepit filios, Iacobum, Simonem, Iudam, & Tosen. & sic hi quatuor erant fratruelcs Ioannis Baptistæ: Salome autem hæc alia fuit à matre filiorum Zebedæi. Contra hos doctores Græcos manifesta est litera euangelij circa Iacobum, qui inter Apostolos numeratur filius Alphæi. Matth. 10. & 27. mater eius vocatur Maria: igitur vxor Alphæi & non Ioseph, quia tũc duas simul habuisset vxores siue tempore passionis viueret, siue iam obiisset. Neque quadrat expositio Theophylacti per illam Mariam intelligens beatam virginem. Caietanus super epistolam ad Galatas cap. 1. tenuit cum eis hunc Iacobum filium fuisse Iosephi, sed cum apertè. 3. p. quæst. 28. ar. 4. teneat cum Augustino, & Thoma, quòd simul cum beata virgine vouerit virginitatem, iustè de cõtradictione carpitur à Catharino: quia si ante nuptias virginis filium habuisset, non poterat post virginitatem vouere.

Multi alij ante beatã virginem & Ioseph in lege veteri seruaerunt virginitatẽ. Ita dicit Hieronymus in epistola ad Eustochium de custodia virginitatis, Virgo Helias, Helisæus virgo, virgines multi filij prophetaũ

Prop. 7

c 4

remiæ



remiē dicitur: Et tu ne accipias vxorē. Sāctificatus in vte ro captiuitate propinqua vxorem prohibetur accipere. Hęc Hieronymus vide & eum lib. 1. contra Iouinianum. De Helia idē dicit Gregorius homil. 29 super euangelia. De Melchisedech idē dicūt aliqui, sed si ipse fuit Sem filius Noe, vt supra. d. 25. p. 5. eius generatio enarratur in scriptura Genes. 10. & Paralip. c. 1. lib. 1. Abel etiā fuit virgo, sed, vt dicit Alex. 2. p. q. 94. M. 4. ad. 4. si diu vixisset nō permansisset in virginitate, quia coniugiū inijsset, & cum causa virginitatis in ipso fuerit mortis acceleratio, & non propositum virginitatis, magis commendatur ex præfiguratione virginitatis saluatoris, quā ex actū cōtinentiæ, fuit enim primus in hominibus post peccatum cui fuit concessum figuram gestare saluatoris, qui virgo, & martyr, & sacerdos esse videtur: citat Augustinum de mirabilibus scripturæ. Machab. 2. cap. 14. laudatur Razias, qui propositum cōtinentiæ tenuit in Iudaismo. Iosephus. lib. 18. antiquit. cap. 2. inter sectas Iudæorum refert sectam Essenorum, qui facultates in communi possidebant, neque vxores, neque seruos habebāt. Vnde fit, illos præceptum de matrimonio intellexisse affirmatiuum, idē licitē continebant quando per alios satis videbatur compleri. Diuus Thomas citata quæst. 28. 3. p. ar. 4. ad. 1. videtur sentire oppositū tenendo quōd erat in lege veteri prohibitum non dare operam ad relinquendum semen. Respondent sui, quōd non loquebatur ex propria sententia, idē posuit videbatur esse prohibitum.

*Prop. 8* Probabile extimo, quōd beata virgo non fuit prima, quæ vouit virginitatem. Hęc differt à præcedenti, quia licet dictum sit multos seruasse virginitatem, de nullo est probatum quōd ex voto seruauerit. Ratio mea ad conclusionem. Notum erat Iudæis tam ex lege, quā prophetis, quā exemplo Iacob Genes. 28. & multo. ū, quōd vota Deo placebant, quōd idem opus factum ex voto erat laudabilius, vt potē procedens à voluntate magis firmata in bono, neque solum à virtute quæ vorum elici-

ciebat vt castitatis, aut alterius, sed à iustitia imperante completionem operis post votum: notum etiam erat eis Deo placere castitatem & virginitatem, alioquin non illam seruassent, immo ex Esaiæ. 56. habetur laus eunuchorum supra cōiugatos, videlicet eorū qui ex voluntate sua se castrauerunt propter regnum cælorum, ait enim ibi Dominus. Ne dicat eunuchus, ecce ego lignū aridum. Dabo eunuchis in domo mea, & in muris meis locum & nomen melius à filijs, & filiabus. Si dicas fuisse prophetiam pro lege noua, quia præcesserat de Saluatore mentio: iuxta est salus mea vt veniat. Saltem hoc habemus, castitatem & virginitatē fuisse in lege veteri magis commendatam quam matrimonium non attendendo solam carnis integritatem, quæ, vt dixit Alex. supra citatus, nullo tempore fuit per se meritoria, quia neque virtus neque actus virtutis: sed propositum conseruandi carnis integritatem: quia cōtinentia dixit Aug. de bono coniugali. c. 21. non corporis sed animæ virtus est. Gregorius in locum Esaiæ citatū lib. 3. pastoralis. c. 29. inquit, Eunuchi quippè sunt, qui cōpressis motibus carnis affectum in se prauū operis abscindunt. Quo autem apud patrem loco habeantur ostēditur, quia in domo patris, videlicet æternæ mansionis etiam filijs præferuntur. Hęc Gregorius. Eandē interpretationē dat August. lib. citato de virginitate. c. 24. & 25. q. intelligat Esaias de illis qui se castrauerunt propter regnū cælorū, quorū præmiū nō sit tēporale sed æternū, quod nunquā deerit. Facit. sap. 3. Felix est sterilis & incontaminata quæ nesciuit torū in delicto. Habebit fructū in respectione animarū sanctarū & spado, qui nō operatus est per manus suas iniquitatē, dabitur ei fidei donū electū, & fors in tēplo Dei acceptissima. Ecce cōcinit Esaiæ etiā in lege veteri: sic laudatur cōtinentia vidualis in Iudit. vlt. c. Quare igitur ante aduentum Messie nō se cōformarent per votū etiā illis, qui castitatē & virginitatē seruaturi erant post Messiam? Non fit, quia sunt aliqui ex nostris qui tenent filiam septē Iudicum, 11. non fuisse occisam à patre, sed dicatam Deo

per obseruantiam virginitatis viuendo in orationibus, ac ieiunijs, & pijs operibus sicuti religiosi dicuntur propter similia mortui mundo.

*Arg. 1.* Si dicas quòd Deut. 7. vbi litera nostra habet, non erit apud te sterilis vtriusq; sexus tã in hominibus, quam in gregibus, alia litera continet, Maledictus sterilis qui nõ fecit fructum in Israel igitur erat præceptum de vitanda sterilitate, & non vouẽdo virginitatem. Multi nanq;

*Sol.* sic allegant præfatam literam. Dico, q̃ non fuit tale præceptum, neq; verba illa aliud continent, quam benedictionem pro missam vtentibus matrimonio si custodirẽt præcepta & iudicia legis, quẽ benedictio licet non semper eueniret aliter Deo disponẽte, non efringebatur idcirco Diuinã promissionis veritas, quã vt plurimũ semper talibus obedientibus concedebatur: Vulgus tamen opprobabat coniugatis sterilitatem existimans & dicẽs eis obuenire propter non obseruatam legem, ideo litera vt refertur ab aliquibus cum maledictio non est maledictio Dei, neq; legis, sed vulgi: ita ibidem cap. 21. vocatur maledictus, qui penderet in ligno, videlicet quia cõmississet peccatũ, propter quod pendere mereretur. At Christus Dominus Galat. 3. dicitur à Paulo, pro nobis factus maledictum nõ à Deo, neq; à lege, sed quia sic reputatus à vulgo, cum tamen iniustẽ pateretur pœnam maledictorum: sic non omnis sterilitas ex non obseruata lege proueniebat. Inde Helifabeth. Lucã. 1. nõ dixit respexit Dominus auferre maledictionem meam, sed opprobrium meũ inter homines. Genes. 30. Rachel nato Ioseph. Abstulit Deus opprobrium meũ. Vide Bona. infra. d. 33. nu. 1. exponentem sterilitatem fuisse illo tempore pœnam, nõ prout dicit defectũ naturã, sed vt dicit opprobrium infamix, atq; ignominix.

*Arg. 2.* De Virgine cantat ecclesia, sola sine exemplo placuit virgo Christo. Dico q̃ exemplũ potest sumi vt antecedit factũ alienũ: quasi ille dicatur fecisse sine exemplo, qui fuit primus in opere suo, hoc modo nõ intelligitur, si habeamus respectum ad solam virginitatem: si habeamus cum

cum virginitate ad partum sola fuit sine præcedenti virgo, & mater, & sine dolore pariens sine viro concipiens, atque in his omnibus placuit Deo. Alio modo dicitur esse sine exemplo illud ad quod aliud non potest comparari, vt simile & æquale sic placuit virgo Christo tam in virginitate, quam in alijs, quia si dicas placuit quantum Abraham offerẽdo filium, dico quòd multo plus sine exemplo, & sic in omni virtute, atque obedientia.

Inter Mariam & Ioseph fuit verum matrimonium. Iulianus Pelagianus hanc negauit quia defuit concubitus: videatur Augustinus lib. 6. contra eũ cap. 9. & Magister in litera huius. d. citans Augustinum, quem refert & Gratianus. 27. q. 2. cap. Institutum est. Communiter doctores scholastici hac. d. Tho. 3. p. q. 29. ar. 2. Sumitur hæc veritas ex euangelio, vbi vocatur sponsa Lucã. 1. & coniux Matth. 1. ponit Magister fuisse in hoc matrimonio tria bona eiusdem matrimonij, scilicet prolem Christum Dominum: fidem, quia nullũ adulterium: sacramentũ, quia nullum diuortium. Sententia est Augustini quem refert & Gratianus. 27. q. 2. cap. Omne itaq; Quomodo potuerit fuisse verum matrimonium cum voto, faciliter respõdẽt qui tenent votum fuisse conditionale: Scopus aliter fundat, quia potest cum absoluto voto castitatis contrahi matrimonium, in quo cum fit permutatio corporum implicata conditione, si tale debitum petatur, si haberetur certitudo in se q̃ non petet, & de alio similiter q̃ ab eo nunquam petetur, licite contrahitur matrimoniũ, & verẽ talis certitudo credenda est probabiliter fuisse in beata Virgine, sicut fuit in Ioseph Matth. 1. Noli timere accipere Mariam coniugem tuam, ita ipsi reuelatum fuerit, noli timere nubere Ioseph quia te inuiolatam seruabit. Confir. ex cap. Exijt de verborum signifi. Dominium separatur ab vsu, neq; est inutile concedere vsum retento dominio: igitur potuit virgo concedere dominium sui corporis Ioseph, & autoritate Spiritus sancti retineri vsus, Quòd dominium separatur ab vsu patet in contrahente matrimonium animo intrandi mox religionem,

Vide in  
fra. d. 33  
p. 7.

gionem, tradidit quippe talis dominium reseruata potestate de nunquam dando vsum, quòd si talis contrahens eo animo, sit virgo, non propterea amittit pramium virginittatis, quia virginitas, vt definit Alex. in summa collocatione. 99. ar. 2. q. 1. est integritas carnis attestans incorruptionem mentis per immunitatem pollutionis luxuriz, & ar. 3. q. 2. probando quòd sit virtus ait. Virginitas est habitus animi cum proposito permanedi in perpetua incorruptione carnis: Ex quibus constat tria concurrere ad virginitatem, integritatem carnis exteriorem, hæc quantum est de se nullius est meriti, vt ipse ibi dicit & loco citato in. p. præcedenti, potest enim amitti per vim aliquando, idèd quasi accidit ad virginitatem. Alia est immunitas pollutionis luxuriz, idest immunitas à delectatione sensibili, quæ est materia seu obiectum circa quod versantur virtutes morales, vt in breuiloq. 3. dist. 33. prop. 9. Tertium est propositum permanendi in perpetua incorruptione, in quo formaliter consistit virginitas, sed nullum istorum violat qui contrahit animo intrandi religionem, igitur si contraxit virgo, post contractum virgo permanet. Notabis tamen quòd sancti loquentes de virginitate, quandoque ad alterum horum trium videntur attendere, aliquando ad omnia tria. Dat aliud exemplum doctor subtilis de vxore adultera, quæ habet dominium corporis viri, non tamen vsum. Hæc dicta sunt respectu voti Mariæ, siue fuerit conditionatum siue absolutum. Quid autè de Ioseph? Dico quod inuenio duas opiniones, vna quod quado accepit coniugem accepit ad societatem conjugalem, & non ad copulam carnalem, quia non intendebat petere, & credebatur quod nunquam redderet: Alia dicit quod aliud intendebat quam Maria, quia intendebat procreare prolem, huic magis adheret Abulensis, seu Tostado. q. 21. in primu cap. Matth. Si dicas quare non intentauit consummare? est duplex responsio vna, quia non protinus despõsata tradebantur viris, & sic idèd Tostado exponit, nollet eam traducere, scilicet in domum propriam: Lyranus sentiens cum Chrysostomo quod iam erat in domo mariti, dicit fuisse consue-

consuetudinem iustorum ante consummationem matrimonij vacare orationi, intra illud tempus fuit reuelatum Ioseph propositum Mariæ. At vero Tostado in verbo traducere fallitur, communiter enim à nostris pro infamare exponitur, & energia Græci vocabuli ibi sic sonat, exemplare, quod comuni vocabulo Hispanè dicunt, *traer exemplo*, idest, *infamado, y dado en exèplo a otros*. Nicephorus. lib. 1. cap. 7. dicit beatam Virginem ad similitudinem Samue- lis cum ageret tertium annum per sacerdotes in sacratio educatam, qui sacerdotes postea consilium egerunt quid de ea statuerent, sacrilegium quippe se commissuros putabant si viro coniungerent, quæ Deo dicata esset, è diuerso eo ætatis flore in sacratio templo versari nec permittum lege putabant, nec rem satis honestam esse videbant, idèd ait, ex eorum consilio traditam Ioseph, qui senio & honestate morum bonorum iam pridem fidei existimationem erat consequutus. Quòd si Ioseph senex erat, & virgo fuit, consequens esse videtur quòd prius continentiam in mente habebat cum voto, aut sine illo. Sin autem vera est sententia Cypriani in sermone de passione Christi, quòd tunc adhuc vivebat, neque habebat rationabilem contradictionem quòd matrem Christus beato Ioanni commendauerit, quia ipsam carnaliter non cognouerit vt maritus, eratque iam tempus quòd remoueretur opinio patris putatiui, & vbique virgo mater prædicaretur. In id vita Ioseph multum faceret quandò testificari poterat, & prædicare Mariæ sanctam virginitatem, & pudicam maternitatem. Si hoc inquam probabile videtur, Ioseph, non senex sed ætate mediocri ea videlicet qua tunc viri nuptias contrahebant, cum beata virgine contraxit, alioquin vel non viveret tempore passionis contra Cyprianum, vel in ætate supra modum senili foret. De pingitur senex aut propter primam opinionem Nicephori, aut propter beatæ virginis decorè, aut quia ætatem senilem compleuit.

Multiplex ratio alsignatur quare decuit virginem fuisse nuptam. Vide Bona. hac. d. q. 2. Tho. 3. p. q. 29. ar. 1.

Pro. Io.

Scot.


Scot. hac. d. q. 2. & ponuntur vsque ad decem rationes, immo & duodecim: vna illarum fuit ne Christus putaretur natus ex adulterio, & ob hoc à Iudæis reprobaretur. Ex parte virginis ne infamaretur, in quo dedit exemplum filijs de honore parentum, qui maluit homines de suo ortu, quam de matris pudore dubitare, cuius contrarium nonnulli filij faciunt nati ex matribus coniugatis, qui spreta parentis conditione malunt ex adulterio haberi filij nobilium, & eorū stemmata iactare. Alia, vt hoc mysterium diabolo cæleretur. Hæc non magni fit à Scoto, quia quod potest naturaliter cognoscere obstetrix à prægnans sit virgo, poterat & dæmon cognoscere naturaliter.

Prop. 11. Matrimonium cōtractum ex causa sancta, est sanctum, vt ad procreationē prolis, ex causa licita est licitum, vt ad vitandam fornicationem. Si desideratur proles non eo fine vt in Dei seruitio instruat, & Dei seruitores atque cultores multiplicentur, sed vt hæredes habeantur sicut desiderabat Abraham inquiens. Genes. 15. Ego vadam absque liberis, & ecce vernaculus meus hæres meus erit, causa etiam est licita, quanuis aliqui ibi velint esse veniale. Abraham piè credendus est non solum hæreditatis causa, sed sanctæ prolis id expressisse. Propter mutua cohabitationem, & obsequium etiam si desperetur proles, & putetur cessatura exactio mutua debiti, vt inter iam grandæuos, etiam est causa licita. Contractum malo fine, quanuis interueniat peccatum, matrimoniū nihilominus est. Videatur litera Magistri. Bona. hac. d. numer. 7. dicit de contracto propter pulchritudinem, quòd si ipsa est causa inducens & sine qua non, est sine peccato saltem mortali. Nam Deut. 21, licebat ex captiuis pulchris ducere vxorem, sic & Iacob adamauit Rachelem ad matrimonium: dicit vero Bona. citatus, quòd qui dixerit ipsum Iacob peccasse venialiter non dicet aliquid improbabile.

DI-

DISTINCTIO XXXI.

De bonis matrimonij, quæ sunt: fides: proles: sacramentum.



TRIA sunt bona matrimonij, fides, proles, & sacramentum. Magister in litera, sumit ex Augustino. Vide. d. præcedenti. p. 9. & d. 26. p. 1. & vltima. Exponit Scotus hac. d. quare dicantur bona. Secundum Aristo. 5. Metaph. cap. 16. de

perfecto, idem sunt bonū & perfectum: perfectio autem rei est duplex, intrinseca quæ est forma, extrinseca, quæ est finis: finis alter remotus, alter propinquus, remotior est principalior regulariter, quia ad illud ordinatur finis propinquus. Accipiendo matrimonium pro vinculo, illa indissolubilitas est forma, idè perfectio, atque bonum ipsius contractus: neque in proposito sumitur sacramentum vt est legis nouæ, sed vt est signum rei sacræ, citata. d. 26. hoc bonum indissolubilitatis fuit etiam ante euangelium. Hæc indissolubilitas ordinatur ad copulam, copula ad prolem tanquam ad vltiorem: in copula est fides: proles finis est principalis: & sic sunt tres perfectiones, & hæc sunt tria bona. Hæc bona vocantur essentialia matrimonio, seu substantialia, vide supra. d. 29. p. 9. & cap. finale de conditionibus appositis: alia, vt pax & similia, sunt accidentalia.

Hæc tria bona sunt in omni coniugio quantum ad intentionē actualem, aut saltem virtualem patet cum sint de essentia: in re non semper sunt fides & proles, quāuis in obligatione semper ad sunt, hoc modo: Fides id est fidelitas est semper seruanda de obligatione, proles quia nō est in ipsorum potestate est semper in obligatione ipsam studiose nō impedire, idè benè dicit Magister in litera quòd

Prop. 1.

Prop. 2.

### Distinctio. 31.

quòd procurantes venena sterilitatis coeunt animo fornicario, habita proles est de obligatione quòd educetur religioſè. Procurantes abortum, ſi foetus est animatus sunt homicidæ, vt habes in litera ex Auguſtino. Quando Magiſter dicit bona hæc non ineſſe omni coniugio, intellige, omni vſui coniugij quantum ad actum, inſunt tamen quantum ad obligationem ex ipſa natura, & ſubſtantia coniugij.

*Cor.* Ex dictis habes quòd bonum ſacramenti est principalius quia est omnino inſeparabile tanquam forma intrinſeca, cui adiunctum est ſacramentum gratiæ in lege noua.

*Prop. 3* Hæc tria bona dicuntur excuſare matrimonium, & concubitum matrimoniale. Hæc est communis de qua partim habes in litera. Sic excuſatur omnis coitus libidinoſus, tactus, oſcula, & cæteræ impudicitæ modò ſiât intra limites coniugij, ita quòd cum aliena non fierent, neque ſit periculum extraordinariæ pollutionis, idè oportet eſſe cautos quòd ſi tale periculù occurreret coire poſſent, manet enim fidei bonum excuſans à mortali. Quomodò excuſetur matrimoniù ipſum difficilius est, cum non ſit culpa illud contrahere. Dico igitur quòd hæc excuſatio eſt in ordine ad pœnam quandam. Tria quippè hæc bona correfpondent alijs tribus bonis, vt dicit Bona. hac. d. q. r. fides bono honeſto, quia eſt bonum moris cadens ſub genere honeſti. Proles bono vtili, quia eſt conſeruatio ſpeciei humanæ, ſicut ad vtile ſpectat conſeruare indiuiduum. Bonum ſacramenti bono delectabili, quia ita debet delectari eſſe duos in carne vna, q̄ derelinquatur pater ac mater, & diligere ſe debent ſicut corpora ſua, quia q̄ vxorè diligit ſeipſum diligit. Ephes. 5. Hæc tria bona fuiſſent in ſtatu innocentiæ: per peccatum admixta ſunt ſuis contrarijs. In fide eſt aliqua inhoneſtas etiam reddendo debitum, quia eſt ibi verecūdia, & priuatio vſus rationis ſaltem pro illo tunc. Bono vtili proliſ, eſt adiunctum incōmodum diſtractionis illam educando, & pro illa theſaurizando. Bono delectabili inſepa-

### De matrimonio.

25

inſeparabilitatis, tribulatio & anguſtia quomodo placeat vxori & diuiſus eſt. 1. Corinth. 7. Hæc malorum admixtionem recompenſant hæc bona habètia plus de bono, quam de malo pœnæ, & ſic faciunt matrimonium eligibilius quam ſint eiufmodi pœnæ fugiendæ. Dico matrimoniù eligibilius nõ ſimpliciter, ſed reſpectu harum pœnarum tantum, quia melius eſt nubere, quam carere iſtis pœnis comparando inter ſe, addito vero ordine ad Deum q̄ volunt carere pœnis eiufmodi vt melius ſeruiant Deo, qui non iungit matrimonio virginem ſuam melius facit. 1. Corinth. 7. Qui ſolum continent à contrahendo horrore harum moleſtiarum neque meritum habent, eſſe non habeant peccatum.

### DISTINCTIO XXXII.

*De obligatione ad debitum, quæ naſcitur, ſeu includitur in bono fidei: Et quibus temporibus ſint celebranda nuptiæ.*



**D**EBITVM coniugale quod eſt, tradere corpus alteri ad coitum iuxta id *Prop. 1.* Pauli. 1. Corinth. 7. Vxori vir debitum reddat, ſimiliter vxor viro, obligat ſub mortali, ſicut obligant alia præcepta affirmatiua. Hæc eſt communis cuius contrarium erit manifeſtè contra ſcripturam. Ratio ad concluſionem eſt in ipſo nomine debiti, quia eſt actus iuſtitie reddere alteri quod ſuum eſt, & iniuſtitie defraudare inuitum re ſibi debita eam retinendo. Cum in alijs vir præſit, in hoc pares ſunt, patet ex dicto Pauli, & habes in litera.

Hoc præceptum deſinit obligare in duplici caſu, ad quem reducuntur omnes adducti à Summis, verbo, Debitum. Primus eſt, quandò alter non habet ius petendi,

d vt

Supra  
d. 27. p.  
7.

vt videlicet infra tempus in quo alter potest transire ad religionem vel quia adulterauit. Nam adulter, eo ipso quod fidem non seruauit, est priuatus aut saltem priuandus iure petendi. Hanc disiunctionem pono propter opiniones, nam Caietanus in opuscul. q. An adulter sit ipso facto priuatus iure exigendi tenet quod non est priuatus, sed priuandus, nititurq; conciliare dicta doctorum qui sibi videntur contrarij, per hoc, quod qui ad partem faciunt affirmatiuam dicunt, est dignus talis vt ei ab altero fides non seruetur: qui pro parte negatiua, volunt qd non sit ipso facto priuatus. Est etiam differentia inter petere & exigere, exigere importat coactionem, petere nudum & simplicem actum, qui etiam in gratiosis habet locum, nam petimus quæ gratis conceduntur. Priuatur iure exigendi à coniuge innocenti, qui potest adulterum negare torum? Si tamen alter fornicetur etiam, non potest per cap. Significasti. de diuortijs, & per cap. penultimum & vltimum, de adulterijs, vbi dicitur quod paria delicta mutua compensatione tolluntur. Ad hoc vide infra. d. 35. c. 2. autoritates Augustini, referuntur à Gratia no. 32. q. 6. cap. 1. & cap. Indignantur. Hic loquimur de adulterio secreto, ibi. d. 35. agitur de publico. Sed est adulterium viri est notum vxori, adulterium vxoris non est notum viro poterit sana conscientia vxor negare debitum? puta potest priuare adulterum iure exigendi, quandoquidem est priuandus, aut debet adulter secretus facere compensationem delictorum? Pro affirmatiua quod possit illum priuare facit similitudo iudiciorum, quia eod quod est notum est probabile, seu probatum, & alterum minime: Facit hæc probatio disparitatem criminum aliquo modo, sicut infra dicitur in alio crimine peiori. d. 35. Et re vera si occultus penitisset non est hoc improbable si iustineatur opinio Caietani, maxime si imposterum veller omnino continere, aut coniugem corrigere. Ex altera parte, cum hoc non sit opus exacti iudicij, possitq; fieri recõciliatio, sitq; alter licet occultus dignus priuari, atq; in alijs debitis occultis que proba-

Vilepro  
hac infra  
d. 35. p. 1  
citatio bo  
na.

probare non possum si liquida sunt possum me cõpensare, & cui etiã constat potest mihi esse adiutor, & forsan in aliquo casu teneretur succurrere dano meo, vt ab eo liberarer: sic est in proposito, quia mulier est debitor nō deest mihi nisi probatio notorietatis, ipsa potest succurrere huic meo grauamini, & alterius meæ fornicationis periculo, igitur tenetur ipsa facere me compensatum. Secundus casus est obligatio maioris vinculi, vt si talis redditi fiat cum periculo vite, quia timet mortem ex vulnere quo laborat, concurrit enim maius præceptum de non occidendo: similiter si est periculum abortus in prægnante. Propter timorem infirmitatis in prole, quæ generaretur tempore menstruorum, varia est doctorum sententia. Quidã tenet quod est mortale illo tempore cognoscere, ita tenet Scotus. Bon. & Richardus hac. d. Infirmitas solet esse vel lepra, vel epilepsis id est, *Gota coral*: Vide Hieronymum super Esaiã. 44. Omnes iustitiæ nostræ sicut pannus menstruatus, & super Ezechiel. 18. lit. F. Alij tenent qd petere solum sit mortale sed non reddere. Alij qd neq; est peccatum reddere, neq; petere, in hanc est Paludanus. Caietanus in summa Matrimonij vsus, pater de Castro de potest. legis. lib. 1. cap. vlt. Facit hæc contrarietas quod confessor talibus nō neget absolutionem, maxime si facta fuit commixtio post tres aut quinque dies menstruorum, quæ cum naturalia sunt raro in plures dies protrahuntur, nam sanguinis menstrui venenum attenuatur: si posset eos retrahere confessor benè faceret, sed cautè, ne illis cõscientiam formet cum periculo, ex quo tam facillè inuenient alios confessores qui absoluat. Propter solum timorem qd sanus coniux inficietur à leproso, vel habente morbum Indicum, (qui potius sic est vocandus quã Gallicus, cū ab Indis occidentalibus venerit, vbi & lignū in eius remediū pcreatur) opiniones esse video. Scot. hac. d. litera G. absolutè tenet qd teneatur reddere propter. c. 1. & 2. de cõiugio leproso, quia nō est, tã probabile in illa cõiunctione leprã incurri, quã tū indiuertina cohabitatione, que tamē nō præcipitur ibi, sed suadetur.

d 2

Estò

Esto sit probabile, dicit quòd ad talem pœnam se obligavit in contractu matrimonij, unde in aliquibus ecclesijs sacerdotes illud exprimunt ad ostium ecclesiæ. Alij hâc Scoti opinionem habent pro rigoroſa, quam tamen tenet Bona. hac. d. nu. 19. Richar. ar. 4. q. 2. & dicunt quòd vbicunque est periculum verisimile de vltimata infirmitate nullus tenetur reddere, citatur in hanc Aureolus, hac. d. tenet eam Caietanus in summa loco citato. Ad allegata. c. respondēt esse intelligenda cum moderatione, vbi non immineret sano periculum. Ceterum de periculo & grauitate seu gradibus lepræ, & cui magis immineret periculum viro ex vxore, an è cōuerso medicorum non theologorum est. Ad hunc casum reducitur honestas, quia non tenetur reddere in publico vbi esset scandalum, aut nota inhonestatis, dicente Paulo. 1. Corinth. 14. Omnia honestè & secundum ordinem fiant in vobis. Contrarium exercebant Turrelupini damnati vt hæretici, quia docebant ex nulla re, quæ inest à natura, esse erubescendum, propter quod publicè coibât. Illos redarguit maledictio Châ, qui patris verenda non erubuit, & benedictio Sem & Iaphet qui ipsa occuluerunt. Genes. 9. Similiter alij hæretici dicti Adamiani de quibus dicit Isidorus, nudi orabât, nudi inter se mares & feminae conueniebât. Vide in decretis. 2. 4. q. 3. c. Quidâ autem: Dñs enim Adæ atque Eux tunicas fecit pelliceas quibus eorum nuditatem operiret, Genes. 3. Sacerdotibus veteris legis constituit vestes inter quas fuerunt femoralia quibus verenda celarentur Exod. 39. & Leuitici. 16. Alij hæretici, dicti discalceati ab ipso opere suæ hæresis, docebant non licere portare calceamenta, cum Exodi. 12. dixerit Deus q̄ ad agni comestionem calceamenta haberent in pedibus suis Ezechiel. 24. calceamenta habebitis in pedibus vestris. Cantico. 7. pulcri sunt gressus tui in calceamentis, filia principis. Igitur sicut non licet nudos incedere, sed in habitu ornato cum verecūdia & sobrietate. 1. Timoth. 2. neque publice coire, ita neque tenentur ad debitum in publico dicēte ecclesiasti. cap. 32.

Ante

Ante verecundiam præbit gratia, & pro reuerentia accedere tibi bona gratia. Ad idem refertur locus sacer, in quo non licet petere & exigere sine mortali propter honestatem, & quia locus ille polluitur & violatur: excipit Richar. casum, quo per longum tempus ibi essent violenter reclusi, quia non est pōnedus laqueus animabus propter munditiam loci hac. d. ar. 3. q. 1. Cum eo transeunt Angelica & Rosella verbo. Debitum. Siluestrina interpretatur Richardum, quando fieret animo vitandi fornicationem in se vel in socio, quia tunc esset in laqueum animæ abstinere, vbi verò fieret propter libidine etiam veniale dicit quòd esset mortale. In hoc vero casu Richardi dicit Rosella. Consecratio. §. 9. quòd non esset ecclesia reconcilianda, quia non interuenit peccatū, neq; etiam ex pollutione in somnis. Contra hæc duo tenet Angelica. Debitū. §. vlt. placet mihi vero magis Rosella. Ante benedictiones ecclesiæ petere & exigere, licet sit questio, mihi placet, q̄ nullum est peccatū si cōreptus desit.

Null⁹ tenet exigere debitū: quia null⁹ tenetur vti iure suo, q̄ profectū inductū est. c. Ad apostolicā, de regul.

Prop. 3.

Ab aduentu vsque ad epiphaniam, & à feria quarta cinerum vsque in octauam Paschatis inclusuè nō licet nuptias celebrare. Ita definiuit concil. Trident. sess. 24. cap. 10. per quod decretum corrigitur litera Magistri ex concilio Ilerdensi, refertur à Gratiano. 33. q. 4. cap. Non oportet: corrigitur & cap. Capellanus, de ferijs. Ratio prohibitionis est quia illis diebus debent fideles plusquam altero tempore spiritualibus intendere. Richar. ar. 4. q. 4. refert opiniones, quoniam aliqui tenent non esse peccatum contrahere, sed solemniter benedici & traducere sponsas in domum. Alij tenent quòd etiam contrahere & consentire. Concilium dicens præfatis temporibus antiquas solennium nuptiarum prohibitiones esse obseruandas non videretur opinionibus præiudicasse, quæ ante concilium versabantur, quamuis magis sonet pro prima opinione, idcirco ad iudicandum peccatum standū erit antiquæ consuetudini patriæ, atq; diocesis.

Prop. 4



## DISTINCTIO. XXXIII.

*De polygamia: De libello repudij in lege veteri, & de virginitate.*

Prop. 1.

Suprad.

26. p. 5.



**P**OLYGAMIA seu digamia (que rectius sic vocatur cōposita ex duabus Græcis quæ bigamia composita ex Græca & Latina) non est contra ius naturæ captum strictè, est verò contra ius naturæ, ut contra valde consonum illi legi. Hanc tenet Ricardi. hac. d. q. 1. Vide Bona. hac. d. q. 1. quòd ius naturale capitur tripliciter. Vno modo, quòd continetur in lege & euangelio. Alio modo, quòd est ab ipsa natura ut est generis, ita conuenit homini de iure naturæ quòd conuenit ei ratione animalis. Tertio modo, quòd est à natura specifica, quia conuenit secundum speciem, ut homini quatenus est rationalis. Hoc tertio modo est valdè consonum legi naturæ quòd sit vna vxor vni viro & è conuerso tam ratione finis qui est proles, quam ratione mutux cohabitationis, & boni familiae. Ratione etiam pacis, quæ turbatur ex pluralitate vxorum, sicut Genes. 30. inter Liam & Rachelem: & cum debeat esse permutatio æqua dandum est totum corpus vnius pro toto corpore alterius: neque se debet homo obligare ad impossibile, cuiusmodi est reddere simul debitum duabus eodem tempore parentibus.

Prop. 2. Non solum pluralitas vxorum sic est contra legem & ius naturæ, sed & vagus & fornicarius concubitus, vt. d. 26.

Prop. 3. Pluralitas vxorum prohibita fuit per euangelium, & sic potuit dici contra legem naturæ. Hæc est de fide contra Anabatistas dicentes licere polygamiam, hoc est habere simul duas vxores. Idem error imponitur Catharino

& ab Alfonso. Nuptiæ hæresis. 5. Conclusionè probat Innocentius tertius in cap. Gaudemus de diuortijs per illud Marci. 10. & Matth. 19. qui dimiserit vxorem & aliam duxerit mœchatur. Facit Paulus inquitens. 1. Corinth. 7. Vnusquisq; suam vxorem habeat & vnaquæq; suum virum habeat. Vbi nota in singulari suum, & suam. Primus qui incepit polygamiam fuit Lameth Genes. 4. qui, vt Magister dicit, reprehenditur, quia ratione explendæ libidinis id fecit. Nam cum matrimonium sit in officium, & in remedium d. 26. p. 4. magis expressè contrariatur consonantiæ naturæ habere duas in remedium, cum vna sufficiat. Autoritas Deut. 17. Si habuerit homo duas vxores non poterit facere primogenitum filium dilectæ, & illum præponere filio odiosæ, intelligebatur de habente plures successiuè, aut quando ex Diuina dispensatione plures licerent.

Aliqui patres veteris testamenti leguntur habuisse plures vxores ex Diuina dispensatione. Ita Magister in litera. Ratio ad dispensationem fuit paucitas fidelium, vt Dei cultores multiplicarentur licet quantû ad finem minus principalem qui est vitare fornicationem tantum valeat corpus vxoris, quantum viri, tamen ad finem principalem, qui est proles plus valet corpus viri, qui potest plures vxores fecundare: idèd vxores fuissent ob dispensationem irrationabiliter inuitæ de tam paruo detrimento, propter finem potiore. Hanc dispensationem insinuauit Innocentius in cap. Gaudemus de diuortijs dum ait. Nulli vnquam licuit insimul plures vxores habere, nisi cui fuit Diuina reuelatione concessum. Hæc conclusio est contra Manichæos damnantes polygamiam antiquorum patrum vt illicitam. Cum eis sensit Calvinus dicens, Sathanam occulta fraude per impatientiam & desperationem Saræ circumuenisse Abraham, vt contra voluntatem Dei, & legitimum naturæ ordinem, connubij legem peruerteret, & lectum coniugalem qui duobus dicatus erat, polluerit. Agar

improprie dicit vocatam vxorē à Moysē, quæ præter Dei legem in alienum torū inducta fuit. Cōtra eos & pro cō-  
 clusione vide Augustinum, lib. 22. contra faustum Mani-  
 chæum cap. 5. ponentem sententiam Manichæorum, &  
 deinceps respondentem ad hoc, præcipue à cap. 47. vsq;  
 ad 59. Item lib. 16. de ciuit. Dei cap. 34. de Agar & Ce-  
 thura dicit, quod ambæ fuerunt vxores Abraham, & am-  
 bæ concubina. Sara verò nunquam dicta est concubina,  
 sed vxor tantum. Vide ad hanc & in decretis, 32. q. 4. ali-  
 qua decreta citata à Gratiano. Durandus hac. d. q. 1. te-  
 net ante legem, & sub lege Moysis licitam fuisse plurali-  
 tatem vxorum, non tamen sub euangelio, in quo differt  
 ab Anabaptistis & Gaetano. Durand sequuntur aliqui  
 specialiter frater Alfonsus à Veracrūce Augustinēsis do-  
 ctōr Mexicanus in suo speculo coniugiorum. parte. 2. ar.  
 15. & sequentibus. Ita quod secundum hanc opinionem  
 neque patres veteris testamenti suè ante legem siue post  
 indigere dispensatione, neque etiam cæteris Gentiles,  
 nisi fortè sumendo largè dispensationem non pro expref-  
 sa reuelatione, neque pro interiori inspiratione, sed pro  
 interiori dictamine rationis, quia sine hoc dictamine  
 nunquam licuit. Diuiduntur tenentes hanc opinionem.  
 Quidam dicunt licuisse, tamen de consensu vxoris, sicut  
 Abraham accepit Agar de consensu Saræ: Hoc sequitur  
 supplement. Gabrielis hac. d. q. 1. ar. 2. concl. 2. cum tamē  
 teneat contra Durandum fuisse necessariam reuelatio-  
 nem, ibi, concl. 3. Alfonsus de Veracrūce loco citato,  
 concl. 3. tenet quod etiam inuitis vxoribus licuit poly-  
 gamia. Exponit verba Innocentij in citato cap. Gaude-  
 mus: quod illam inspirationem dixit, quandoque vo-  
 cari fas, quandoque morem, quasi non loquatur de in-  
 spiratione seu reuelatione, sed de præfato dictamine,  
 & sic quandò vocatur fas refertur ad causam propter  
 quam licebat, quando vocatur mos ad consuetudi-  
 nem obrentam causa supposita. Vnde dicunt dixisse  
 Augustinum, refertur à Magistro in litera, quod anti-  
 qui patres nō faciebant contra morem, quia eo tempore  
 ita

ita fiebat, neque contra præceptum quia nulla lege erat  
 prohibitum. Idem ait ipse August. citatus in litera in alia  
 autoritate, quam refert Gratianus. 32. quæst. 4. cap. Obij-  
 ciuntur, tãquàm Ambrosij cum verè sit Augustini, quod  
 quando mos erat crimen non erat. Addit vltterius quod  
 Innocentius ibi non interrogabatur tanquàm pontifex  
 si licuit polygamia, sed si pagani contrahentes ingradi-  
 bus prohibitis conuersi ad fidem debeant separari: Secū-  
 dō rogabatur, si infideles habentes plures vxores, vel qui  
 legitimam repudiauerant & aliam duxerant, conuersi po-  
 terant omnes retinere? Cætera quæ ad miscuit non sunt  
 decisiones Papæ tanquàm pontificis, sed vt doctoris, &  
 habentia probabilitatem, quod in alijs decretis siue Pon-  
 tificum siue conciliorum est videre.

Si contra hanc opinionem arguas, quia si licuit ante le-  
 gem & in lege, igitur hodie licet polygamia gentibus, &  
 per consequens poterunt in ea permanere post conuer-  
 sionem, quod est directè contra definitionem Innocen-  
 tij. Sufficenter credunt se respondere, & post euangelium  
 nullo modo licet neque Iudæis neq; alijs infidelibus po-  
 lygamia, quia Dominus Iesus Matth. 19. aperte docuit  
 non licere pluralitatem vxorum quando docuit non li-  
 cere libellum repudij vnus vxoris, & super inductio-  
 nem alterius. Hæc sententia potest intelligi tripliciter.  
 Vno modò, vt ex eo, quod prohibita est polygamia in  
 euangelio teneantur omnes ad illam vitandam. Hic in-  
 tellectus non video quomodo possit stare cum Iudæi &  
 gentiles non teneantur ad præcepta euangelica ante re-  
 ceptum baptismum aut fidem ecclesiæ. Alius intellectus  
 est, quod Christus Dominus ibi inhabilitauit omnes tã fi-  
 deles q̄ infideles ad contractum matrimonij, idcirco li-  
 cet excusetur à peccato plures inducendo, tamen con-  
 tractus est nullus. Hic intellectus innuitur ab Alfonso  
 de Veracrūce lib. citato ar. 18. concl. 2. patitur vero ean-  
 dē ferè instanciam, quia licet Christus Dominus tanquàm  
 omnium legifer posset de omnibus & ad omnes gētes se intro-  
 mittere, non apparet quomodo, aut quare id egerit circa

Argu.

Solutio

infideles, quandoquidem id non expressit specialiter, & infideles aliquando explicuit non esse de ouibus suis Ioan. 10. Neque sufficit quod aliqui eorū conuertuntur & fiunt de ouili, quia hic de tēpore quo manent in infidelitate loquimur, atque vniformis debuit esse illegitimitas omnium infidelium remanentium, & cōuerforum. Cum etiam omnes leges ferantur in subditos eisq; notificentur, quare Christus Dominus, qui docuit non dandum sanctum canibus, neque margaritas mittendas antē porcos Matth. 7. legem illegitimationis ferebat pro infidelibus, quibus notificanda non fuit ante fidem susceptam. Tertius intellectus, quod Christus Dominus nihil nouum ibi instituit, sed declarauit veritatem contentam & occultam in illo Genes. 2. Adharebit vxori, non vxoribus: erunt duo, non plures, in carne vna. Hic intellectus innuitur ab eodem Alfonso. ar. 16. conclu. 3. in qua verò non de paganis sed de solis Iudæis loquitur, quod eis post euangelium si de ipso habēt notitiam (quā credo habent omnes) non licet polygamia, rationem dat prædictam Christi declarationem. Sed ecce nobis magnus aperitur campus: quia si solos ligat Iudæos tanquā illius libri & autoritatis Geneseos receptores atq; studiosos, quare eos obligat declaratio facta per euangelium, quod non recipiunt? quare obligantur ad declarationem illius scripturæ, qui cogi non possunt ad suscipiendam fidem & personam declarantis? Item alij infideles qui librum Geneseos non recipiunt, poterunt licitè contrahere: reuertemurque ad principium & priores difficultates. Adhūc: Si illa autoritas Genes. continebat hanc occultam veritatem quam Christus explicuit, aut cōtinebat tanquā præceptū solū, contra quod si fieret tenere factū: aut continebat tanquā illegitimationem: si primum, igitur non illegitimauit omnes etiam infideles quando declarauit, quia id plus foret quā declaratio: si secundum: igitur ab initio fuit illegitimitas pluriem vxorum ad vnum virum, & sic quanuis nescirent & eos ignorantia excusare potuisset, tamen contractus nullus

nullus erat, sicuti modo inter consanguineos, ignorato impedimento, & per consequens necessaria fuit dispensatio saltem ad validitatem contractus quæ est opinio cōmunis. Hieronymus contra Iouinianum lib. 1. & refertur à Gratiano. d. 35. cap. Ab exordio: dicit de libello repudij q̄ postquam Christus venit in fine temporum & .ω. reduxit ad .α. id est, extremitatem retraxit ad principium, repudium dari non permittitur. Igitur, à simili monogamiam reduxit ad principiū & ex eo non licet modo, neq; licebat à principio polygamia. Verba sunt Magistri sentent. hac. d. cap. 1. Ab exordio temporis inter duos tantum Adam scilicet & Euam inchoatum est coniugium dicente Deo. Homo adharebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna: & dicit vsq; ad Lamech sic fuisse processum, quod vnus vni coniungeretur. Et infra cap. 4. Veniente plenitudinis tempore quo Christi gratia vbique est dilatata, reducta est lex nuptiarum ad priorē honestioremq; institutionem, vt vnus vni infigura Christi & ecclesiæ coniugatur. Igitur ille intellectus de illegitimitate positus à Christo tam quoad repudium, quā ad polygamiam semper fuit illius loci Genes. & quidem de repudio explicuit Christus dicens, ab initio nō fuit sic. Dispensationem de qua meminit hæc conclusio dicit sanctus Bona. hac. d. nu. 20. factam fuisse patriarchis & Regi Dauid per diuinam inspirationē explicitè: alijs minoribus ratione imitationis fiebat implicitè, qui tales patres imitabatur in illis casibus, & eo modo quo Patriarchæ atque Prophetæ vsi fuerant polygamia. Idem dicit Ricard. ea. d. ar. 1. q. 2. eadem est sententia Thomæ in additi. 3. p. q. 65. ar. 4.

Ad autoritatem Augustini quod non erat tunc præceptum prohibens polygamiam dices, quod loquitur de præcepto scripto in lege, quia tunc nō erat, sed erat ex dictamine rationis habere vnam, & hæc doctrina ab ore in os descēderat ab Adam in posteros saltem cultores Dei, nam de infidelibus nō videretur mihi facienda vis, qui propter peccata excæcatum habebant intellectum, qui sicut vnus Dei cultum reliquerant, ita & hanc parentum

Solutio

tum doctrinam. De Iob. quisquis fuerit. Vide in breuil. s. d. 25. p. 15. tenendo, q̄ habuit plures vxores, quod sonat litera septuaginta cap. 19. orabam filios vteri mei, per vteri mei habens. *παλλακισταις*. idest pellicum siue concubinarum mearum, idem dicendum est quod de alijs sanctis Patriarchis. Dicunt enim qui hanc lectionem sequuntur, q̄ non occidit ei diabolus nisi filios prima & principalis vxoris, quæ ab aliquibus dicitur fuisse Dina filia Iacob seruata à dæmone propter sanctitatem Patriarcharum à quibus ducebat originem in ipsius Iob solatium aliquod ex parte, & à qua permanente cum eo intentione (esto aliquod ei offendiculum semel excitasset, dicendo benedic Deo, idest, maledic) postea socia consolationis filios in prosperitate procrearet. Cum vocat Augustinus noxorem habere plures, dicit Bonauen. nu. 16. quod erat à Deo approbatus, & non tantum ab hominibus.

Ad præceptum Deut. 17. quod res non haberet vxores plurimas habes in litera cap. 4. ex Augustino, quod Salomon transgressus fuit præceptum, quia habuit plurimas, & alienigenas quæ allegerunt eius animum, David non, quia licet habuit multas non plurimas. Scotus hac. d. q. 1. ad vltimum non reputat inconueniens aliquos sanctos patres, quia non erant confirmati, peccasse mortaliter contrahendo cum pluribus sine necessitate & diuina autoritate simul, aut sine altera illarum. Potest persuaderi hæc sententia, quia licet posteri Abraham aliorumque Patriarcharum & Prophetarum haberent illam Dei dispensationem implicitam in factis maiorum, poterunt errare extendendo ad plures casus, quam vidissent obseruatos à patribus, aut non seruantes omnem modum quem patres obseruauerunt: sic hodie in multis nos, ex eodem principio aut exemplo diuersis medijs diuersè opinando aut errando procedimus.

*Prop. 5.* De libello repudij, quod dabatur in lege veteri Deut. 24. variè sentiunt doctores. Quidam dicunt tale repudiū semper fuisse illicitum & cum peccato, permissum tamē sine

sine pœna, ad euitanda maiora mala, vt homicidia ex odio vxorum: multiplicationem fornicationum abstinēdo homines à nuptijs. permisso vero repudio, datio libelli erat in præcepto quod interim posset animus viri placari, & vxori reconciliari. Hanc tenet Alex. 3. p. q. 46. M. 1. ad vlt. & M. 2. Sequuntur Bona. hac. d. nu. 40. & Tho. in additi. 3. p. q. 67. ar. 3. erat hæc opinio ipsorū tempore communis. Alia opinio est, non peccasse Iudæos excusante ipsos permissione legis, quoniam aliàs instrui debuissent de contrario per legem & prophetas, ne eis ex permissione laqueus iniiceretur putantibus licitè repudiare. Neque si scirent repudium solum licere sine pœna, in terueniente tamen culpa, cessarent inconuenientia propter quæ vitanda facta est permissio. Hanc dicit Durandus hac. d. q. 3. probabiliorem, quam & sequuntur alij iuniores, explicando quod non solum ante susceptam prolem, sed etiam post susceptam repudiare poterant, neque solum ob fornicationem aut fœditatem, sed ex quacunq; causa propter quā odio haberēt. Ita dicit Alfonsus à Veracrucē. lib. citato. ar. 10. concl. 4. fatetur tamen in concl. 5. q̄ licet ex quacunq; causa etiam leui repudiarent licitè, tamen in motu odij ex causa leui non excusabantur à peccato. Liranus. super illum locum reputat probabilem illorum restrictionem, qui fœditatem siue animæ siue corporis sufficientem ad odium & repudium volunt esse superuenientem matrimonio vt litera sonat, tamen illam quæ impediret bonum prolis vt sterilitatē, leprā, morbum caducum, & similia in corpore, vel in anima vt si os vxor esset malorum morum, quo filij in matre imitentur. Facto repudio licitè aliam ducebat vxorem quia solum erat matrimonium ex diuina autoritate: & philosophandum circa hanc opinionem sicut circa polygamiā quod post aduentum Christi neque Iudæis, neque gentibus liceat repudiū, & super inductio alterius. Scotus hac. dist. quæst. 3. Ricard. ar. 3. quæst. 1. atque Thomas supra citatus vtriusque opinionis faciunt rationes & soluunt.

Circa

Prop. 6

Circa repudium inter gentes idem videtur, quod dictum est de polygamia. Sustinendo repudium ab initio illicitum, solummodo illis licuit cum quibus fuit dispensatum ut cum Hebræis in vna opinione, & ideo infideles utentes repudio, neque dissoluebant matrimonium, neque licite aliud super inducebant: esto possent aliqui per ignorantiam excusari à peccato solutio matrimonij nulla erat. Aliam partem sustinendo, quod videlicet contractus matrimonij inter illos fieret pactis humanis, liceret eis secundum proprias eorum leges repudium, tam repudiante uxorem viro, quam virum femina, & hoc tam prole suscepta, quam non suscepta, dissoluereturque matrimonium & esset verum matrimonium cum superinducta. Ad hanc vide Abulensem vulgò Tostado super. 19. cap. Matth. à quæst. 27. & deinceps: & citatum Alfonso à Veracrucce. ar. 12. & 13. dicendumque ut de polygamia ante aduentum Christi, sed post eius aduentum factamque declarationem repudium est nullum. Codice. De repudijs. l. Consensu; expriment imperatores causas legitimas ad repudiandum tam virum quam uxorem, quoniam ut ibi dicitur, licet matrimonia consensu contrahantur debent dissolui difficilius propter filiorum fauorem ideo præcedebat repudium. In lege veteri non licebat vxoribus repudiare maritos, quia ut dicit Alexan. citata quæst. 46. M. 2. ar. 4. cum sit sexus infirmior pronissimè fuissent ad repudiandos viros. Valerius Maximus. lib. 2. cap. 1. refert primum repudium in Vrbe Roma factum fuisse à Spurio Carbilio post quingentesimum & vicesimum annum Vrbs conditæ propter sterilitatem vxoris, de quo ait. Qui quanquam tolerabili ratione motus videbatur, reprehensione tamen non caruit, quia nec cupiditatem quidem liberorum coniugali fidei præponi debuisse arbitrabantur. Vnde nota reprehendi in eo cupiditatem filiorum cum damno boni fidei, neque fuisse in vsu Romanis polygamiam, quando quidem sterilitatem vxoris potuisset sine repudio, alterius matrimonio reparare. Denique huius conclusionis

tionis materia ijs cardinibus voluitur, quibus de polygamia, si Christus explicuit veritatem occultam contra repudium, aut si matrimonium de sua natura, & prima institutione excludebat repudium, nisi cum aliquibus dispensaretur. Ideo inter gentes esset nullum repudium, licet ad eorum imitationem ne Iudæi legem Dei reputarent grauiorem concesserit Hebræis repudium, quia eo secundum suas leges utebantur gentes.

Ex prædictis inferitur in communiore, & saniori opinione, ab ore in os descendisse, ab Adam in posteros monogamiam, & indissolubilitatem matrimonij, quam doctrinam posteri fideles cum Dei vnus cultu seruauerunt, infideles sicut vnus Dei cultum dimisere, ita & hanc legem inter virum & uxorem postposuerunt introducentes polygamiam, atque repudium. Quorum primi autores peccauerunt, posteri processu temporis excusationem de peccato habere potuerunt, contractu cum pluribus & repudio existente nullo citra Dei dispensationem. Neque aliqua consuetudo potuit prævalere contra Dei ordinationem, quæ non fuit sic decretum humanum, quod abrogaretur consuetudine.

Cor. 7.

Prop. 7  
 Virginitas est specialis virtus, cui quadrat virtutis definitio. vide Alex. collat. 99. de temperantia ar. 3. quæst. 2. & 3. & Thom. 2. 2. quæst. 152. ar. 3. & est de fide, quæ sit præponenda tanquam excellentior matrimonio contra Iouinianum negantem ipsam apud Deum esse maioris meriti, quam matrimonium, contra quæ scripsit beatus Hieronymus. Lutherus & sequaces plus insanix addiderunt dicentes eam esse malâ & diuinis præceptis contrariâ. Probat autem ex Paulo. 1. Corint. 7. Qui matrimonio iungit virginem suam benefacit, & qui non iungit melius facit, igitur præfertur matrimonio. Immo cœlibatus est præferendus matrimonio dicente ibidem eodẽ Paulo de vidua, quod si vult nubere post mortem viri nubat in Domino: beatorum autem erit si sic permanerit, videlicet in viduitate. Heresin Iouiniani damnauit Syricius Papa, qui successit

## Distinctio. 34.

Successit Damaso, cuius damnationem receperunt Africani episcopi in concilio Telensi, Concilium item Trident. sess. 24. can. 10. sic definiuit contra Lutherū. Si quis dixerit statum conjugalem anteponendum esse statui virginitatis, vel cœlibatus, & nō esse melius ac beatius manere in virginitate aut cœlibatu quàm iungi matrimonio, Anathema sit. Ad hęc vide supra. d. 30. p. 9. & in breuiloq. 3. d. 33. p. 5. & breuiloq. 2. d. 20. p. 5. quod in statu innocentie non fuisset prælata matrimonio. Hic in litera Magister affert autoritatem Augustini, quod castitas virginalis Ioannis non præfertur castitati conjugali Abraham, quod exponitur & intelligitur non secundum se & simpliciter, sed secundum sua tempora & animum operantis, quia eo tempore quo Abraham contraxit tam paratus animus Abraham ad continendum si ei præciperetur fuit quantum ad contrahendum, ideò castitatem quam Ioanes habuit in actu ipse habuit in habitu, ita habes in litera citato etiam Hieronymo. Vide in decretis. 32. q. 4. cap. Quis ignoret.

## DISTINCTIO. XXXIII.

**A** hac. d. incipit tractare Magister de personis illegitimis ad matrimonium, usq. ad d. 43. continenturq. in his versibus.

*Error, conditio, uotum, cognatio, crimen,*

*Cultus disparitas, uis, ordo, ligamen, honestas.*

*Si sis affinis, si forte coire nequibus.*

*Hęc socianda uetant connubia, iuncta retractant.*

Sunt aliqua impedimenta, quæ impediunt matrimonium nec contrahatur & si de facto contrahatur est nullū, vocaturq. impedientia & dirimentia:

Alia impedientia, nō tamen dirimentia si contrahatur.

Supra

## De Matrimonio

33

Supra. d. 30. dictum fuit de impedimento erroris. d. 29. dictum fuit de alio impedimento, puta de vi.

In hac. d. de impotentia ad coeundum: & de incestu.

**I**mpotentia naturalis in viro vocatur frigiditas, in femina vocatur arctatio: Ita quod propter quancunq. causam vir sit ineptus à natura ad coeundum vocatur frigidus. V. g. quia non feminat licet instrumentum erigat: vel quia seminat & nō erigit, vt accidit senibus & debilibus: vel tam citò quod nūquam seminat in vase: si erigit & in vasa seminat, quāuis semen sit ineptum non est frigidus, quia impotentia sola generandi aliud nomen habet, vi delicti sterilitas, coeundi impotentia est quæ vocatur frigiditas. Mulier quia se habet vt recipiens nō vocatur frigida, sed arctata quando instrumentum viri nequit eius claustrum intrare, si intrat & ipsa non concipit vocatur sterilis.

Hęc frigiditas in viro & arctatio in muliere si est perpetua cui non possit subueniri per artem medicorum & præcedat matrimonium, impedit contrahendum & dirimit iam contractum. Traditur in cap. Quod sedem, de frigidis & maleficiis. Ratio est, quia alius non habens tale impedimentum errauit contrahendo circa aliquod quod est necessarium ad matrimonium, & de eius essentia, quale est dare corpus ad illum actum.

Si hoc impedimentum superueniat matrimonio contracto summato ipsum non dirimit: si superueniat rato non contracto non etiam ipsum dirimit. Ita docet Scotus hac d. contra quandam glossam. 33. q. 1. cap. 1. quam sonat verba Gratiani, quod coniugium confirmatur carnali officio, & antequam confirmetur, impossibilitas officij soluit vinculum coniugij. Huius contrarium docet ibi doctor subtilis, quauis aliqui vel non legentes Scotum, vel parui facientes referre veritatem modò impugnent Scotum, velint illū facere de sententia narrata & ab ipso impugnata. Apud Scotum, non solum si iam facti sunt

e

vna

vna caro per tale impedimentum superueniens non soluitur, sed neque post ratum, quia est iam facta corporis traditio. Hanc Scoti opinionem dicit Ricard. d. 27. ar. 2. quaest. 3. securiorem, nihilominus pro parte contraria facit argumenta, & soluit opposita. Nam sicut per mortem soluitur matrimonium consummatum, & per ingressum religionis ratum non consummatum, ita hic similis videbatur casus, quia talis quantum ad actus matrimoniales moritur per impedimentum superueniens. Contra hos & pro nostra conclusione cum Scoto est cap. Hi qui. 32. quaest. 7. quod est Nicolai Papae, & alij textus 33. quaest. 1. Glossa tamen in illo cap. 1. huius. 33. quaest. 1. interpretatur capitula de matrimonio consummato, vnde ipsa videtur sentire idem, quod sonuere verba Gratiani.

**Prop. 4.** Coniux deceptus potest reclamare contra impotentiam alterius, qua impotentia probata separatur matrimonium, & impotens manet sine spe coniugij, alter transit ad secundas nuptias. Ad hoc videatur cap. 1. de Frigid. & malefici. & cap. Laudabilem: & cap. Litera vestrae, eo tit. Nam si impotentia potest constare sine cohabitatione ipsorum, statim debent separari: si non nisi per cohabitationem, debent cohabitare per triennium danres operam actu coniugali, & si non potuerint consummare separabuntur. Sed quia cognoscere de hoc impedimento vt impedimentum est, neque pertinet ad theologos neque ad ecclesiam sed ad medicos, vsus sic habet, quod si mulier petit separationem, & non prebet virum carere genitalibus membris, ipsa mulier inspicitur a matronis, & si virgo non inueitur creditur viro dicenti se illam cognouisse, quia caput est mulieris. ibi. c. 1. citato: Si petit vir separationem inspicitur a matronis mulier si est arcta, qua sic inuenta separantur. Si ambo petunt separationem, ne fraus interueniat introducuntur 7. testes propinqui aut vicini iurantes de credalitate ipsos operam matrimonio dedisse & non consummasse, tunc per cap. vltimum illius tituli separantur.

**Prop. 5.** Facta separatione si constat ecclesiam fuisse deceptam in illo

in illo facto, quia postea illud impedimentum potuit sine miraculo tolli, quia non fuit perpetuum, compelluntur iterum cohabitare, quia fuerat verum matrimonium, per cap. Fraternitatis eo tit.

Ex praedictis infertur, quod pueri non possunt contrahere nisi illa etate qua possint coire, quae in feminis solet esse anno duodecimo, in masculis quartodecimo: excipitur, nisi malitia suppleat aetatem, malitia inquam non anime, neque morum, sed vigor naturalis ad coeundum, quia solet anticipare tempus pubertatis. De hoc vide infra. d. 36. literam Magistri cap. vlt.

Item sequitur quod spadones seu castrati vtroque testiculo, nequeunt contrahere, quia nequeunt feminare licet corrumpant virgines, iuxta id ecclesiastici. 20. Concupiscentia spadonis deuirginauit iuuenulam. Si autem possunt feminare semen perfectum licet ineptum ad generationem, contrahere poterunt, dixi perfectum, id est eiusdem rationis cum semine aliorum, nam quidam dicunt eorum semen esse alterius rationis, (quod tamen definire medicorum est) ego dico necessarium semen eiusdem rationis, videlicet semen perfectum in specie seminis. Hoc corollarium est contra glossam citata. 32. q. 7. c. Hi qui, dicentem quod si erigit membrum etiam si non feminet, quia potest pro uocare mulierem, sit verum matrimonium. Vide Ricard. referentem glossam, d. 27. ar. 2. q. 3. citatis.

Tertio dico sequi, quod ille cuius semen non totum in vase mulieris manet, siue ex natura matricis semen non retinentis, siue ex parte ipsius viri non totum intus seminantis, verum est matrimonium, ex quo iam aliquod semen ipsos effecit vna caro. Accidit enim mihi in quadam confessione cum viro post decem annos in matrimonio transactos, quod nesciebat an semen aliquod intus mansisset, quia semper illud foris inueniebat, cui tamen consiliu dedit vt cum diligentia opus dando matrimonio attenderet si quando totum aut pars intus maneret, an si totum extra resueret, quia si vel pars manebat, vel ipse verum intus seminabat facti erant vna caro, & licite poterat vt matrimonium



nio dato sibi in remedium, etiam si mulier ex natura matricis susceptum non retineret: quærendum vero à medicis remedium ad illud incommodum, quia in casu quòd mulier non retinebat, ipse frigidus non erat, neque ipsa arcta sed sterilis.

*Cor. 4.* Mulier arcta, si potest beneficio medicorum aperiri, tenetur pati incisionem, quia matrimonium non est nullum, modò talis incisio fieri possit sine vitæ periculo: immò credo quòd neque tenebitur illam pati cum certo periculo perpetui alicuius magni incommodi corporalis. Tunc volente altero filios procreare pro tutiori via possit petis sedis Apostolicæ autoritas, vt supra. dist. 27. p. 8.

*Propo. 6* p. 8. Hoc impedimentum aliquando prouenit ab extrinseco, dæmone illud operante ex diuina permissione, de quo idem est iudicium: videlicet quòd si est perpetuum dirimit, si temporale non. Iudicatur hoc impedimentum perpetuum, sicut naturale, quando data opera per triennium actui coniugali coire non potuerunt, in quo etiam tempore dare operam debent orationibus & alijs pijs ecclesiæ remedijs contradæmones. Cum nullo modo tale maleficium tolli potest, separandi sunt, & possunt licitè contrahere cum alijs; neque tunc maleficiatus potest aliam cognoscere restituatur priori, quia maleficium potest esse respectu vnius, & non alterius. Sic habetur in. c. Si perfortiarias. 33. quæst. 1. Magister hinc in litera videtur sentire contrarium, & quòd verba illius textus sunt magis ex rigore, quàm ex canonica equitate: vel quòd intelligendus sit textus, non posse copulari autoritate propria, sed iudicio ecclesiæ quæ ipsos separauit. In eius sententia est Ricardus. hac. d. ar. 3. q. 2. Scotus contrarium tenet, quia si ecclesia illos coniungit denuo ad experendum si inter se possunt coire poneret illos in periculo fornicandi, & cum iam satis experimenti factum sit de impotentia superfluet nouum experimentum. Hæc opinio Scoti vera est in casu quo ecclesiæ non certò constat ablatum esse maleficium. V. g. illis separatis, & copulatis in

is in matrimonio cum alijs fert fama fuisse cognitum, in quo consistebat maleficium, & illud iam sublatum, nõ debet ecclesia illos coniungere inter se ad experendum. Sed esto ipsi inter se fecissent experimentum actu fornicario, in eo casu quo certò constat ecclesiæ ipsos inrer se posse coire, vera est sententia Magistri, & in illo est intelligenda, in quo casu ponit Ricard. q. assentiens Magistro, quia ecclesia fuit decepta in facto credens perpetuù, quod erat temporale. Posset tamen fortè in hoc esse aliud periculi, q. maleficiù foret perpetuum cù matrimonio, & nõ cum fornicatione, ad impediendum filios & hæredes ipsorum legitimos, & denuò copulatis durare impedimentum.

Quidam errantes dixerunt maleficium nihil esse in re veritate, sed solum in existimatione hominù, cum intellectus ignoras occultas causas rerum facit effectus imputari maleficijs dæmonum. Hæc eorum sententia erronea conuincitur per dicta omnium theologorù hac. d. & canonicistarum. in tit. De frigidis & maleficiatis: & quod plus est per scripturã. Psal. 57. de venefico incantate serpente. Quòd Deus det potestatem dæmonibus contra homines matrimonio copulatos habes in libro Tobia. 6. de maritis Saræ quos occidit, quia coniugium suscipiebant, vt libidini vacarēt sicut equus, & mulus. Permittit Deus hoc impedimentum prestari à dæmone plus supra membrù & actum generationis, quia circa illù actum est natura magis corrupta, per quem, & per illud membrù transfunditur originale. Quid dicã de auaritia? qua multi plus desponsant diuitias q. personas, vnde iure Deus illos absq; liberis esse permittit etiam per maleficium. Cõminationem contra eos protulit Esaias. 5. q. domus eorù grandes & pulcræ futuræ essent sine habitatore, hoc est sine legitimis successoribus, dicēs. Væ qui coniungitis domù ad domum, &c. Alij dixerunt hoc impedimentum non dirimere matrimonium, quia licet credat esse maleficiù Deo permittente, negabant eiusmodi impedimentum esse perpetuum. Contra eos est concors theologorum & canonicistarum sententia hac. d. & de frigidis & malefici. Ecclesia

*Vide de magicis lib. 2. d. 7.*

quippe sine aliqua differentia disponit circa utrosque idē, scilicet circa frigidos naturales, & circa maleficiatos.

Procurantes per hæc maleficia impediri generationē reputantur homicidæ vide. c. Si aliquis, extra de homici. volūt. Modus, quo dæmon operari potest ad impediendum, est multiplex, quia possunt ex applicatione lapidū,

*Vide in breuilo.* aut herbarum infrigidare circa vnam, & nō circa aliam: aut ex motu à se causato in illis membris, aut mouendo 2. d. 7 p. ex viribus sensitiuis ad vnius odium, & alterius amorē. 9. et. 11. Hoc est enim maleficij signum si quis inueniat se frigidū & d. 8. circa vxorem & nō circa alias: aut circa omnes, & nō circa p. 7. concubinam fornicariam. Modus dissoluendi hæc maleficia & opera diaboli habetur in citato. c. Si per sortiarum & confiteantur corde cōtrito, elemosynas faciant, & orationes, per ministros ecclesiæ adhibeātur exorcismi, & alia munia ecclesiasticę medicinæ. Si possit maleficiū per aliud maleficiū dissolui questio est. Ad quam dices quod si potest dissolui sine admisione noui peccati mortalis, & noui pacti cum dæmone licitum est, immo & meritorium dissoluere opera diaboli. V. g. scitur in quo sit pactum dæmonis cum maga, puta in existendo d. 6. in talem rem in tali loco, potest ab illo remoueri, & debet: p. 2.

Item scitur de aliqua alia maga, ipsa potest interrogari si scit in quo tale maleficiū cōsistat, si nescit non potest induci per suam artem de nouo inquirat, quia admittit nouum peccatum. Per hanc distinctionem cōcorda dicta doctorum Scoti dicentis trufaticam esse questionem si liceat tollere maleficiū, quia licet & est meritorium; Bona dicētis hac. d. nu. 26. q. non potest ad hoc maleficiū destruendum inuocari dæmon. Sæpè nanq; vt ipse ibidē ait, maleficus rediens ad pœnitentiam fateatur se nescire dissoluere opus, quod cum dæmone malefecit. Est d. consulta malefica an sciat maleficiū illud, & dissoluere possit, ipsa in rei veritate ignorat, & postea nouo pacto addiscit, ex quo ego illā nō induxi, nō mea culpa est, sed sua, quia ego illi non fui causa peccandi, pluiquam sim vsurario à quo petendo mutuatas pecanias, quia sine lucro noluit

noluit mutuare vtor eius malitia in meum comodū sine culpa. Sit verò casus, quod non possit maleficiū dissolui nisi in maleficam recidat, vel sterilitas, vel mutilatio aut exiccatio membri, vel etiam mors. Dico primò, quod si sola ablatio maleficij, vt. V. g. remotio talis rei à tali loco, aut simile, id causet quia ea conditione pactus fuit dæmon, nullum viderè peccatum neq; iniuriam, quod quis vtatur iure suo: ad se tuendum & ab iniuria liberandum, neque si sit clericus erit irregularis: sin autem sit aliquis actus necessarius, per quem exercitum circa maleficam, maleficiari bonum procuratur incommodo maleficę, nō potest autoritate priuari hominis procurari aut fieri sine peccato: autoritate publica, si nullum aliud pactum cum dæmone interuenit, sed solus actus incommodans & dānificans salutem, aut vitam maleficę non est improbabile quod licet, quoniam ad publicam potestatem pertinet eruere eos qui ducūtur ad mortem, etiam cum morte ducentium, & innoxios seruare indēnes, noxios & facinorosos puniendo: Hi vero maleficiantes, vt est dictum, habentur homicidæ.

Incestus est peccatum carnis cum proprijs consanguineis & affinibus, estq; grauissimum peccatum, cuius peccati pœna est, quod incestuosos nequit contrahere matrimonium, si tamen de facto contrahat sine dispensatione tenet matrimonium. Infra. d. 41. videbitur, quid sit affinitas, & si incestus cum proprijs consanguineis sit impedimentum. Quod Magister in litera dicit cap. 5. quod qui cognouit consanguineam vxoris non potest vxori debitum reddere, non tenetur.

Prop. 7.

DISTINCTIO XXXV.

De diuortio propter adulterium: & de impedimento criminis adulterij.

Prop. 1.



**V**ir potest dimittere vxorem & vxor virum propter adulterium. Magister in litera citato Hieronymo & habetur 32. q. 5. cap. Præcepit: Est sententia Christi Domini Matth. 19. Qui dimiserit vxorem nisi ob fornicationem mœchatur, igitur ob mœchiam licet dimittere.

Vide supra. d. 32. p. 2.

Quoad hoc sunt pares vir & vxor, licet nõ quoad correctionem quia vir cum sit caput vxoris tenetur ipsam corrigere, immo & dimittere sub mortali, quando eius peccatum est publicum vt ex cap. Si vir de adulterijs vxor quia non est caput viri non tenetur corrigere virum nisi ex præcepto fraternæ correctionis. Ex citato cap. Si vir & ex litera cap. 3. immò & ex Paulo. 1. Corinth. 7. constat quòd post separationem possunt reconciliari. Vide & 32. quæst. 1. cap. Quod autem. Omnia hæc habes à Bona. hac. d. quæst. 1. 2. & vlt. Diximus citata. d. 32. quòd debet esse innocens ad cuius volutatem fit diuortium, quia qui laborat eodem crimine, aut peiori vt Sodomiz, non potest petere diuortium. Qui laborat minori specie luxurie potest excipere, & se tueri contra laborantem maiori. Vide Alfonso lib. 2. de potest. legis pœna. cap. 4. V. g. quæ adulterauit, potest excipere contra virum Sodomitam, quia crimina non sunt paria, neque ipsa tenebitur alterius sodomiam compensare suo adulterio. Similiter, quia minus crimè est sodomia quàm hæresis vel idololatria, potest sodomita repellere coniugè hæreticū, aut idololatram, & non è conuerso. Dixi minori specie, nõ propter quacunque sed propter eam in qua est exemplificatū, quia ad hoc nõ reputatur imparilitas, si vir adulteretur cū soluta, & vxor cū coniuge alterius: sed vocatur minor quoad hoc quæ est intra latitudinè luxuriæ naturalis comparata ad aliã extra illã latitudinè. Cum etiã nomine fornicationis venit omnis illicitus vsus membrorū, inde probatur ad diuortiu sufficere cuiusq; speciè fornicationis vt est cõmunior opinio cõtra Innocentiū. Vide supple. Gabriëlis hac. d. q. 1. ar. 2. cõcl. 2. ad finè. Vide & Bona. hac

Vide in breuilo. 3. d. 40. p. 39.

hac. d. num. 1. quomodo licet in foro ecclesiæ possit adulter occultus petere diuortium contra adulterum publicum, tamen in foro conscientie id non potest. Caieta. stro. lib. sup. Matth. 19. dubitauit sed malè, quòd vxor non poterat petere diuortium contra virum.

Hæc dimissio, seu diuortium, quod est coniugum legitima separatio, non potest fieri propria alterius innocentis autoritate, sed debet interuenire iudicium ecclesiæ vt nõ cohabitent, aliàs non erit legitima. Facit. cap. Porro, & cap. De illa extra de diuortijs. Si non præsto esset iudex ecclesiasticus, neque scādalum in tali dimissione, posset innocens propria autoritate adulteram dimittere, quia cessat ratio ad eundem iudicem, & periculum, quòd obueniret dimittendo autoritate propria: ideo talis quadiu potest castè viuere posset se absentare.

Facto & celebrato diuortio neuter coniugum potest aliud matrimonium contrahere dum vterq; viuat. Hæc est de fide contra Montanū, Græcos, Armenios, immo & contra aliquos catholicos Caietanum, Erasmus, Catharinū. Probat ex illo Matth. 19. Quicumq; dimiserit vxorem suam nisi ob fornicatione, & aliam duxerit mœchatur, & qui dimissam duxerit mœchatur: vbi exceptio illa, nisi ob fornicationem ponitur solum respectu dimissionis, ita q̄ respectu adulterij contrahendo aliud matrimonium nihil facit, q̄ dimiserit, vel non dimiserit propter fornicationem, ideo & Paulus. 1. Corint. 7. dixit. Præcipio non ego sed Dominus vxorem à viro non discedere, q̄ si discesserit manere innuptam aut viro suo reconciliari. Ecce loquitur de dimissione à domino permiffa ex fornicatione, & cum dicat posse reconciliari ostendit matrimonij vinculum non fuisse peritalem dimissionem solutum, alioquin opus foret nouum ab eis contrahi matrimonium. Tandem conclusio definita est in conc. Trid. sess. 24. cano. 7. Autoritas Ambrosij super epist. ad Corinthi. quòd viro vxorem dimittentem liceat alteram ducere dicit Magister in litera cap. 3. & Gratianus. 32. q. 7. cap. vxor q̄ à falsarijs posita fuit in litera Ambrosij. Ad hæc vide

Cū Bona. est Ca. stro. lib. 2. de potest. leg.

4. Prop. 2.

Prop. 3.

Ad hæc vide infra. d. 39. p. 15.

vide Echium hom. 74. & 75. de sacramentis.

**Prop. 4.** Septem sunt casus in quibus potest adultera excipere contra alium & se tueri ne fiat diuortium, quos ponit Bona. hac. d. num. 1. Primus si alter adulterauit. Secundus si vir eam prostituit. 3. si credens probabiliter mortuū virum alteri nupsit. 4. si fuit cognita per fraudem credens probabiliter esse suum virū, si fuit vi oppressa. 6. si eam iam reconciliauerat aut debitum petierat. 7. quando infidelis ante baptismum vxorem repudiauerat, & ipsa alteri nupsit, si ambo conuertuntur, non potest ei opponere secundum matrimonium, quia ipsi infideles credebant matrimonium dissolui per repudium & secundum esse matrimonium. Vide cap. Gaudemus de diuortijs. Ad quemlibet alium casum sunt textus iuris.

**Prop. 5.** Aliæ causæ dantur à doctoribus propter quas ecclesia celebrat diuortium. Viri scilicet vitia viri per cap. Literas. de restitu. spoliatorum. Si alter alterum intencat occidere veneno. In his vero, & similibus, id est aduertendum quod talis separatio à cohabitatione nõ tollit obligationem à reddendo debito, si alter exigat, & sine periculo reddi possit, quia talis redditio est de iure Diuino, à qua absoluit fornicatio & fractio fidei alterius. Alioquin dimissio ex alia causa si extenderetur quoad hoc, esset facere alterum fornicari contra præceptum Christi.

**Prop. 6.** Duo crimina impediunt matrimonium contrahi & dirimunt iam contractum. Hæc sunt adulterium & homicidium cõiugis. Ex quibus criminibus oriuntur quatuor casus in quibus dirimitur matrimonium. Primus ex adulterio mixto dationi fidei, hoc est promissioni, quod cum alter coniux morietur contrahent. Hæc promissio siue sit ante adulterium, siue illud sequatur impedit matrimonium. Vide cap. Si quis vxore, de eo qui duxit quam polluerat iste casus ponitur à Magistro in litera. & 31. q. 1. c. Relatum.

**2. Casus.** Secundus, ex adulterio mixto contractui de præsentibus ita quod si duo inter se contrahunt de præsentibus, & alter est ligatus matrimonio, & adulterium inter ipsos vel fuerit

rit antequam contraherent, vel post sequatur, non potest inter illos vnquam esse matrimoniū. Patet ex citato cap. Si quis: & ex cap. Significauit: & ex cap. Literarum, eo tit. Sed requiritur quod vterque sciat esse adulterium: persona soluta ignorans alterum ligatum, quia non comisit formaliter adulteriū potest contrahere per. c. propositum, eo tit.

Tertius ex homicidio, quando alter coniugum procurat alterum coniugem occidi per tertiam personam, nam inter remanentem & occisorem non potest esse matrimonium, per cap. Laudabilem. de conuersio. infideli.

Quartus ex homicidio mixto adulterio, quando alter coniugum adulteratur, & per se vel per aliū occidit alium coniugem. Nam inter coniugem remanentem, & personam illam cum qua adulterauit non potest esse matrimonium. Vide cap. Super hoc: de eo, qui duxit quam polluerat, & 31. q. 1. Si quis viuente. Hos duos casus aliqui limitant, si tale homicidium factum fuit intentione contrahendi, quia si ne tali intentione poterit inter eos esse matrimonium. Caietanus in summa non admittit hanc limitationem.

**DISTINCTIO XXXVI.**

*De impedimento conditionis, id est seruitutis: & de etate requisita ad matrimonium, de qua. d. 34. p. 5.*

**C**ONTRAHENS cum illo quem ignorat esse seruum quia errat, non verè contrahit. vide supra. d. 30. p. 3. **Prop. 1.**

Tam serui inter se, quam liber cum ancilla, & ingenua cum seruo, si sciunt seruilem conditionem, possunt contrahere matrimoniū & illud tenet. Magister in litera citato Concilio apud Vermariam, & citato Zacharia. Referuntur à Gratiano. 29. q. 2. cap. Si quis liber: & cap. Si quis ingenuam. Docetur & hæc in cap. 1. de coniugio seruorū. Ratio datur à Scoto hac. d. quoniam seruus non sic est Domini, quin habeat aliquid iuris in corpore suo


fuo tam ad actus naturales indiuidui quam speciei, ergò, potest illam paruum potestatem commutare cum alio, qui scit illam, & fit de illa contentus, quia volenti & consentienti non fit iniuria.

**Prop. 3.** Contracto matrimonio per seruum dominus non priuatur seruitijs sibi debitis & necessarijs. per cap. 1. de coniug. seruo. Fieri solet distinctio de domino consentiente, aut ignorante. Scotus dicit quòd si dominus licentiauit ad contrahendum relaxauit implicitè illi debita, quæ non se compatiuntur cum onere matrimonij, & peccabit mortaliter impediendo à debito matrimonij mittendo in partes longinquas, aut in illis vendendo. Aliàs dominus vtitur iure suo, quia eo inuito nequiuit seruus facere se liberiores. In fauorè tamen matrimonij & ratione caritatis cogendus est seruum malitiosè ab eo non impedire, & si detur pretium iustum vbi possunt vti matrimonio, quòd potius ibi, quam alibi vendant.

**DISTINCTIO XXXVII.**

*De impedimento ordinis, de quo habes supra d. 25. p. 9. & d. 27. p. 7. Et de impedimento uxoricidij.*

**Prop. 1.**



**CCISORES** proprietarum vxorum non possunt contrahere matrimonium, si tamen contrahant sine dispensatione, tenet matrimonium. Hæc loquitur de solo vxoricidio non adiuncto alio contractu neque crimine sicut supra. d. 35.

Ad hanc vide in litera autoritatem Nicolai pape: refertur à Gratiano. 33. q. 2. c. Interfectores, vide & ibi cap. Admonere vxores occidentes viros non puniuntur hac pœna, neque de eis canones loquuntur.

**Prop. 2.**

In nullo casu licet viro propria autoritate vxorè interficere sine peccato, etiamsi deprehendat illam adulterantem. Hæc est communis & sine cõtrouersia, Leges ciuiles ciu-

eiusmodi non puniunt cedentes graui maritorum dolori, lex autem Diuina permanet in vi sui præcepti, Non occides.

Vxorè conuictam de adulterio & traditam viro à **Prop. 3.** iudice seculari an possit maritus sine peccato occidere duplex opinio est, & meo iudicio vtraq; sustentabilis. Prima tenet licere. Ita tenent Tho. in additi. 3. p. q. 60. ar. 1. Richardus hac. d. ar. 2. q. 1. Sequuntur eos multi. Ratio in hanc est, quòd vir habet potestatem corrigendi vxorè, & iusta pœna adulteræ fuit in lege veteri mors & lapidatio. Leuitici. 20. & Deut. 22. & Ioan. 8. Hanc legem iustam imitari potuerunt iudices Christiani seculares, illamque sunt imitati, quandoquidem faciunt copiam marito adulteram interficiendi, igitur vir occidès in præfato casu occidit auctoritate legis & iudicis, & tanquam eorum minister. Confirmatur, quauis nemini liceat interficere tyrannum propria autoritate, damnatum à potestate superiori data facultate cuilibet ipsum occidendi, licitè occiditur à quocunque tanquam à ministro iudicis: sic occiduntur facinorosi, quando diffidantur vi de cap. 1. de homici. volunt. lib. 6. & summas, vt Angelicam Assassinus. §. 2. Sic datur, quandoq; facultas filijs aut fratribus interficiendi parentum, aut fratrum interfectores vbicunque eos inuenerint. Ad cap. Inter hæc 33. q. 2. quod est Nicolai Papæ, & refertur in litera Magistri, quòd ecclesia mundanis non constringitur legibus & gladium non habet nisi spiritualem respondent, quòd conuictam in foro ecclesiastico non licet interficere, quia ecclesia non damnat in mortem, sed ad diuortium, & quòd id velit ille textus.

Alia est opinio opposita, quam tenet Bona. hac. d. ar. 2. q. 1. facit hæc opinio vim in citata autoritate Nicolai dicens, quòd lex ciuilis infligens talem pœnam toleratur ab ecclesia ad terrorem, vel ipsa est per decretum præfatum Nicolai derogata. Secundò, quia causæ matrimoniales pertinent ad iudicium ecclesiasticum, & non ad ius ciuile. Ad hanc secundam rationem vide supra. d. 19. p.

## Distinctio. 37.

120. Potest adduci quod in Hispania ubi lex de occisione adulteræ cum rigore obseruatur, ipsa non traditur in manus publici licitoris sicut alij malefactores, sed in manus viri, vt ab ipso impunè occidatur vel reconcilietur, signum igitur fit, quod sit tantum permissio ad vitandas mortes clandestinas, & quod iudicij dilatione, ac propriè fragilitatis recordatione & occultarum fornicationum, si quas ipse habet, mitescat, quas dilationes non expectaret nisi sciret adulteram sibi tradendam. Quauis etiam vir facultatem habeat corrigēdi vxorem, talis futura est correctio que pœnitentiam non auferat, sed inducat, occisio potius excedit limites correctionis de generans in furorem vindictæ. Ad has opiniones poteris philosophari sicut supra. d. 33. p. 5. de libello repudij si licuit aut fuit solum permissus.

Scotus pro quo ex parte causam egimus in breuiloq. 3. d. 40. p. 33. in sol. arg. ad occisionem malefactorum, videtur sensisse cum Bona. quod nõ erat lex aut saltem derogata per ius canonicum. Tenet quippè loco citato videlicet in hoc. 4. d. 13. q. 3. litera. E. q̄ potest institui lex de occisione adulteræ: idem dicit in reportaris, igitur in Anglia, quando scribebat Oxoniæ, atq; in Gallia quando Parisijs non reputabat factam esse legem de iusta occisione adulteri. In eo quod malè audit iniquiens reuocatam à Christo legem veterem de occisione adulterorū in illo Ioan. 8. Nemo te condemnauit? neque ego te condemna- bo: videntur mihi tam ipse quam sui oppugnatores insufficienter loqui. Quod ipsam reuocauit est certissimum, quia cum alijs iudicialibus expirauit tota lex vetus vt fateatur omnes. De particularibus iudicijs, aut alijs ceremonijs si antè expirauerunt, quam ipse in cruce, dicendum est sicut supra. d. 3. precipuè. p. 9. &. 11. & cum Scotus fateatur, vt ibi, baptismum non fuisse institutum in conclau, & legem euangelicam institutam Christo vi uente, sed iussam prædicari in die ascensionis, & alia que ibi habes nõ credo voluit asserere in illis verbis ad adulteram nisi quod Christus ibi insinuauit legem de occisione

## De Matriuonio.

40


sione adulterorum fore in sua lege reuocandam, non quin liceat illam seruare vt idem Scotus dixit in reportaris, pura statuendo. Aliàs enim reuocasset legem in conclau, & cum priuata persona, & ex tunc defisset obligare occisio adulterorum, quæ in principijs Scoti non sunt concedenda.

Prima conclusio non solum habet locum in alijs vxoricidijs, sed etiam in occisione adulterarum. Hæc ponitur contra aliquos, vt contra Alphonsum de Veracrucẽ in suo speculo cõiugi. p. 1. ar. 24. qui negat illam pœnam cõprehendere occisorem adulteræ comprehensæ in adulterio, aut sibi traditæ à iudice. Ratio sua est, quia leges dant autoritatem ad occidendum impunè. Sed contra est, quia talis facultas non datur per legem ecclesiasticã & canonicã, estd̄ esset sine cõtrouersia vera prima opinio præcedentis. p. In eo quod ait peccare mortaliter vxoricidam contrahentem sine dispensatione, contrariū habes à Caietano in summa Matrimonium.

Prop. 4

## DISTINCTIO XXXVIII.

*De impedimento voti: & ligaminis: & consequentur de substantia voti: & absolute-  
ne ab illo.*



VI est ligatus vni per matrimonium non potest illa viuente cõtrahere cum alia, si tamen de facto contrahat matrimonium est nullum. Ad hanc faciunt quæ dicta sunt. d. 33. contra pluralitatem vxorum, & contra repudium, & dist. 34. prop. 5. & cap. 2. De secundis nuptijs: & litera Magistri hac. dist. ad finem. Vbi quando dicebat quod talis ligatus, si ex defectu probabilitatis primi matrimonij compellebatur ab Ecclesia stare cum secunda, excusabatur reddendo illi debitum ex obedientia, Magister non teneatur, quia eccle.

Prop. 1

ecclesia procedit ex errore facti. De contrahentibus credendo viros suos mortuos, vt non peccent non sufficit diuturna absentia, sed requiritur certitudo, ex cap. In presentia de sponsalibus. Neque sufficet fama in re tam graui, quæ procedere solet ex incerto autore & fallaci quandoque. Faciunt cap. vestra, & sequens de cohabit. clerico. & muli. Habita certificatione de morte, si contrahit non peccat, tamen si postea reuera sit viuus matrimonium non tenuit, filij tamen nati de secundo sunt legitimi per cap. Ex tenore, qui filij sint legitimi. Si celebrato matrimonio aliquis eorum incipiat dubitare de morte prioris, stante dubio non potest petere debitum sed teneretur reddere: si ambo dubitant neuter potest petere, alteri verò petenti reddet, per citatum cap. 2. De secundis nuptijs. Contra vxoratos contrahentes cum secunda viuente prima in Hispania procedunt inquisitiones, tanquam contra suspectos in fide, conuictos faciunt abiurare de leui suspitione, si sunt humiles faciunt publice fustibus verberari, solentque damnari ad triremes.

Prop. 2. **Votum castitatis impedit matrimonium contrahendum, si est simplex votum non dirimit. Si contrahatur: solemne impedit, & dirimit. Hæc traditur à Bonifacio Papa in cap. Vnico de voto. lib. 6. & extra cap. Meminimus: & rursus, & insinuante. Qui clerici vel vouentes. Si papa instituere possit quoddam votum simplex impediatur, & dirimat decides per ea quæ dicit Angelica matrimonium impedimento. 17.**

Prop. 3. **Qui contrahit post votum castitatis, aut religionis animo intrandi religionem antequam consummet matrimonium non peccat. Hæc est de mente Scoti hac. d. litera. D. dum ait, quoddam vouens peccat mortaliter contrahendo nisi cum proposito non consummandi, igitur contrahens animo non consummandi sed intrandi religionem non peccat saltem mortaliter. Facit ad idem Scotus citatus supra. d. 30. p. 9. de matrimonio inter Mariam & Ioseph. Conclusionem tenet Angelica verbo Matrimonio-**

monium, impedimento. 5. post Calderinū. Probatur ex cap. Commissum de sponsalibus, de quo supra. d. 27. p. 5. quia si papa consulebat quoddam iurata sponsalia implerentur contrahendo, & postea ille intraret religionem, igitur non peccabat tali animo contrahens, alioquin Papa consulisset peccatum. Ratione, quia sicut qui vitur iure suo nemini facit iniuriam, sic in proposito qui contrahit seu contractum facit animo vtendi iure suo, quod est notum parti alteri ipsi remanere, non facit parti iniuriam neque ipsa potest licite conqueri de contractu fraudulento. Neque propter hoc talis contrahens exponit se periculo peccandi, quia neque omnis qui facit opus in quo sit periculum, dicitur peccare, quia exponat se periculo peccandi, sed solum tunc quando facit opus de quo est dubium an sit peccatum, vel quando propriæ fragilitatis conscius dubitat si poterit stare, aut saltem debet dubitare: Si probabiliter existimat quoddam sit abire, neque votum frangat, sed tempore debito intrabit religionem, non peccat saltem mortaliter: si sine causa virginti, aut rationabili faciat esset incautela sed non plusquam venialis. Hac concl. est contra Richard. hac. d. ar. 7. q. 1. ad vltim. arg. quem sequuntur. Rosella. verbo. impedimentum. 4. §. 9. Siluestrina Matrimonium. 7. §. 5. Soto hac. d. q. 2. ar. 1.

Contrahens post votum religionis mortaliter peccat consummando matrimonium, quia reddit se inhabilem ad votum, consummato vero matrimonio, non amplius peccat neque reddendo, neque exigendo, quia sicut non est obligatus ad alia opera religionis, ita neque ad castitatem. Quapropter manens in seculo non plus peccat fornicando, quam peccaret sine tali voto.

Qui contraxit post votum castitatis non potest exigere debitum, tamen reddere tenetur. Ita docet cap. Quidam: & placet, de conuersi coniuga. Castitas includit negationem actus veneri obligantem semper, & ad semper ideo, quoties petit peccat mortaliter contra aliquos Canonistas tenentes quoddam non peccat nisi solum

Periculo  
lū peccā  
di quod

Prop. 4

Prop. 5.



lum in prima vice qua exigit.

Prop. 6

Qui contraxit post votum castitatis non tenetur ut votum impleat intrare religionem, satis est quod peccauit faciendo contra votum. Hæc esse debet de mente Angelicæ verbo Matrimonium, impedimento. §. 2. dum ait, quod contrahens post votum castitatis animo intrandi religionem non peccat mortaliter, & postea potest mutare animum ex rationabili causa de non intrando, ut si. V. g. deueniret in infirmitatem impossibilem religioni, & postea consummaret ad petitionem alterius, igitur cum ingressus religionis sit opus difficillimum requirens auxilium Dei valde speciale non videtur vnde debeat compelli ad religionem quis è solo voto castitatis, quod iam mente fuit transgressus, neque ipse habuit votum religionis in animo vquam. Cum igitur Angelica teneat illum animo intrandi religionem contrahentem non teneri ad religionem ex voto animo firmato quod non emisit, multo melius concedet peccantem contrahendo animo consummandi, non teneri ad religionem, quam non vouit. Quauis etiam Rosella verbo impedimentum. 4. §. 10. præfatam opinionem Angelicæ dicat periculofam, reuera magnam habet probabilitatem, quia ibi sunt duo actus distincti non dependens vnus ab altero, primus est contractus cum animo intrandi religionem: Secundus mutatio animi: quam non credo posse fieri ad libitum, neque sine limitatione neque quod ita intellexerit Angelica, sed ex rationabili causa, ut si parentes quasi subito venirent in necessitatem propter quam filius detineri debeat in sæculo ad illos alendos, & alter exigeret debitum. Conclusionem hanc sextam tenet Soto hac. dist. quæst. 2. ar. 1. contra Siluestrinam, Matrimonium. 7. q. 5. §. 3. quæ & sequitur Rosellam contra Angelicam. Peccatum huius contrahentis de quo est sermo non continuatur in malicia vsque ad consummationem matrimonij ad petitionem alterius, idèd potest protinus contracto matrimonio deleri per pœnitentiam.

Ex

Ex prædictis inferitur quod habens votum illud castitatis si intelligat comparem exigere debitum interpretatiuè, ut per signa ostendendo affectum commixtionis, commiscendose illi non peccat, quia ipse non petit sed reddit. Communiter quippe docetur, quod mulieribus, quia sunt verecundiores viris, reddere teneantur mariti ad sola signa, per quæ perunt implicite. Vide Richard. dist. 32. ar. 1. quæst. 2. ad 2. Sed est è ambo haberent votum castitatis, & alter ostenderet signa implicitæ petitionis, Dico quod alter reddens non peccauit, quia non exegit & reddere tenebatur ad sola signa, Siluestrina vbi supra. §. 6. contrarium tenet dicens, quod illa signa non sunt exactio sed tentatio fragilitatis sicut in soluto: ideo alter sciens votum illius potius tenetur non reddere, quia facit contra votum suum sine causa rationabili. Angelica vbi supra. §. 5. est in alio extremo, quod neuter peccat incafu, quia vterque dicendus est reddere. Ego medium sequens dico facientem signa peccare, condescendentem verò reddere sicut quando ille implicite petiisset non habens votum, quia talia signa per quæ petitur sunt indifferentia & communia habenti votum, & non habenti, quoad exactionem.

Votum non nubendi non æquiualeat voto castitatis, neque quoad peccatum, ut post illud votum grauius peccet si fornicetur sicut peccat grauius qui fornicatur post votum castitatis: neque quoad dispensationem, quia in voto perpetuæ castitatis solus papa dispensat, in voto non nubendi dispensare potest episcopus. Hanc pro vtraque sui parte tenet Angelica verbo. Votum. 4. §. 9. Rosella impedimentum. 4. §. 13. Pro secunda parte est contra Caietanum in opusculo. quæst. 1. de voto Ratio conclusionis, quia quando non fuit intentio vouētis ad castitatem, neq; verba id sonant, sed secundum communem intelligentiam & vim ipsorum verborum, nil ultra sonant quam manere cœlibem in castitate communiter omnibus præcepta neque est tali vouenti addendum onus,

f 2 sed

*Vide supra* sed interpretandum semper votum in fauorem liber-  
 pra. d. 13 ratis ipsius vouentis, quae se ipse non intendebat priua-  
 p. 8. & re. Hanc interpretationem opinor faciendam in om-  
 d. 16. p. nibus votis in quibus est dubium de intentione vo-  
 52. *de ci-* uentis. Quod si de huius voti substantia non est ca-  
 bis. stitas simpliciter, sed non nubere & manere in casti-  
 tate communiter omnibus praecipitur: neque grauius pec-  
 cat fornicando, neque dispensatio illius voti reseruata  
 est Papae: cui soli reseruatur castitas perpetua in voto su-  
 per erogata ut ad eam vouens tenetur alio vinculo super  
 addito praeter communem obligationem omnium Chri-  
 stianorum, quoniam ibi est proprie votum Castitatis. In  
 castitate temporali ut vnius anni & huiusmodi episco-  
 pus dispensat.

De substantia voti.

Prop. 8.



**V**OTUM est testificatio quaedam pro-  
 missionis spontanea, quae Deo, & de  
 his, quae Dei sunt proprie fieri debet.  
 Hanc notificationem dat Magister in  
 litera. Vnde ad votum haec requirun-  
 tur. Primum promissio, siue externa per  
 vocem, siue interna in corde. Vide cap.

Requisi-  
 ta ad vo-  
 tum.

1

2

3

Ex literarum de voto & voti redempt. Solum quippe  
 propositum vel deliberatio non inducit obligationem  
 voti. Promissio simplex quomodo obliget habes supra.  
 d. 29. p. II. Secundo, animus se obligandi ut ea. d. & c. p.  
 alias non obligat quauis peccauerit: vouens religio-  
 nem aut simile, & ecclesia quae de occultis non iudicat ra-  
 lem vouentem cogit ad complendum. Si autem ex faci-  
 litate, aut assiduitate dicendi verbum promitto, diceret  
 quis promitto Deo, sine animo neque aduertentia ad se  
 obligandum forte non esset peccatum, aut saltem esset le-  
 ue & non mortale. Tertio requiritur voluntas, ideò dicitur  
 spontanea promissio. Opinio quod votum emissum  
 propter

propter metum cadentem in constantem virum non va-  
 leat de qua supra. d. 29. p. 4. ad. 1. & tenet Angelica ver-  
 bo. Metus. §. 8. & religiosus. §. 22. est verior, quam op-  
 posita, & sic eam sequitur Soto lib. 7. de iust. & iure. q. 2.  
 ar. 1. ad. 2. arg. Alias enim ecclesia non audiret allegan-  
 tes se per metum ingressos in religionem, vide in concilio  
 Trident. sess. 25. cap. 19. neque eos probata vi in sua  
 reponeret libertate, ut facit per cap. perlatum. de his  
 quae vi, metus ve causa fiunt, & per cap. Cum virum, de  
 regularibus. Facit arg. cap. Puella. 20. q. 1. neque recur-  
 runt textus ad praesumptionem, quod non habuerunt ani-  
 mum se obligandi, sed ad coactionem, qua probata eos  
 a religione expellit. Libertas & deliberatio sufficit ad  
 votum talis & tanta, qua homo per peccatum obligare-  
 tur ad gehennam, idcirco ille actus deliberationis actua-  
 lis seu virtualis quae sufficit ad vnam obligationem suf-  
 ficere videtur ad reliquam. De hac deliberatione vide  
 Richar. hac. d. ar. 2. q. 2. & prolixius Caietanum. 2. 2. q.  
 88. ar. 1. Quarto requiritur, quod illa promissio fiat  
 Deo, nam facta homini non vocatur votum de quolo-  
 quuntur theologi, quauis promittere, polliceri, vouere,  
 idem significet. Vota facta sanctis, ut dicit citatus Richar.  
 q. 1. non habent plene rationem voti, quia obligatio facta  
 illi cui non potest de iure competere est nulla: nemini au-  
 tem praeter Deum potest competere de iure potestas su-  
 per hominem. Vnde Matth. 10. Nolite timere eos, qui  
 occidunt corpus, eum timere qui potest corpus & ani-  
 mam perdere in gehennam, ideò obligatio voti fit Deo,  
 res quae vouetur ordinatur ad sanctos tanquam amicos  
 Dei. Quare potest dici quod votum pro formali fit Deo,  
 pro materiali potest fieri sanctis. Quinto requiritur de-  
 bita materia. Inde dicitur in notificatione, quod est de  
 his quae Dei sunt. Opera prohibita tam sub mortali, quam  
 sub veniali non sunt materia voti, peccatq; illa vouens,  
 & peccauit adimplens, ut occidere inimicum, furari,  
 metiri. Dicitur quippe. Ecclesiastes. 5. Displicet Deo in-  
 fidelis & stulta promissio. Infidelis quando non impletur:  
 f 3 stulta,

stulta, quæ non fit de materia debita. Dicit & Magister in litera, quòd sunt quædam vota stultorum, quæ frangenda sunt. Propria enim autotitate potest & debet quis contra uenire voto de re illicita. Similiter qui uouet materiam licitam sed malo fine, vt dare elemosynam propter vanam gloriam, offerre hostias si potiatur vxore aliena. De quibus Prouerb. 15. Victimæ impiorum, (idest quòd per eas fiant compotes impiæ rei oprate,) abominabiles Domino, vota iustorum placabilia. Ecclesi. 34. Dona iniquorum nõ probat altissimus, nec respicit in oblationes iniquorum. Si res mala & iniqua non esset finis intentus, sed ratio mouens ad uouendum, tenebit votum, vt qui uouet religionem, quam est ingressus animo furandi bona illius in posterum oblata occasione, aut animo ditescendi de bonis religionis, & delicatius viuendi. Quoniam talis ratio motiua & impulsua nõ variat naturam, & substantiam voti. De re indifferenti non etiã obligat, sicut de leuanda festuca, de vestiendo nigra vel rubea vestimenta, nisi res ipsa sit referibilis & referatur in Deũ. V. g. vestiri nigris in hebdomada sancta ob Christi passionem: albis, in die resurrectionis ob eandem festiuitatem, & quia talibus vestiti angeli apparuerunt. Non facere in aliquo die aliquod opus seruile, si remanet libertas ad cætera seruilia parum refert ad gloriam Dei abstinere à solo tali, vel tali opere. Ex prædictis quidam, vt Hieronymus damnant Ieptre de voto quod uouit Iudicum. 11. Si obtineret victoriam, offerret holocaustum Domino illum, qui primus ei obuiaffet reuertenti cum victoria de domo sua quia fuit stultus in sic uouedo sine discretionem cum non esset oblaturus animal immundum & immolabile: fuit reddendo impius occidendo filiam. Alij, quia dicitur quòd factus est super eum Spiritus Domini, & Hebræ. 11. numeratur à Paulo inter sanctos qui per fidem vicerunt regna, dicunt quod non peccauit uouendo. Circa hanc quintam nota errorem & hæresin Lutheranorum dicentium, non esse Deo accepta vota nisi sint de re ab ipso præcepta, ideo vota religiosorum, quia non

Votũ le  
plc.  
Vide su  
prad. 30  
p. 3.

nõ sunt de rebus præceptis, sed de illis quæ sunt de consilio, damnant. Contra eos est. Num. 30. de voto vxoris ad ieiunium, & alias abstinentias, quod si maritus non irritasset, implere præcipiebatur, sed ieiunium & cæteræ abstinentiæ non sunt in præcepto, igitur res non præcepta cadit sub voto & Deo placet. Sic & Anna mater Samuelis. 1. reg. 1. uorum uouit de offerendo filio, si genuisset, de qua oblatione non erat Diuinum præceptum. Nota doctrinam communem theologorum, vt Richard. hãc. d. ar. 3. q. 2. quòd immò propriè votum est de uoluntarijs quæ sunt in nostra potestate, ad quæ non tenemur de necessitate salutis: Illa ad quæ tenemur ex præcepto dicuntur votum largè. Idem dicit Bona. hac eadem d. num. 18. & 19. quòd votum simpliciter & propriè est de his quæ promouent ad salutem ultra statum communem, puta de bonis supererogationis: generaliter & largè est etiam de his quæ pertinent ad salutem, & sunt de præcepto. Hæc doctrina sumitur ex litera Magistris vide. p. 12. sequenti, quæ est intelligenda sic quòd materiale voti sit propriè bonum supererogationis, ratio informans voti materiam uoluntas, cuius est primò obligari vel esse rationem obligandi vt Scotus ait in hoc. 4. d. 6. q. 11. litera B. ideo materiam præcepti uoluntas se obligando transfert ad religionem, & remanet talis obligatus duplici ratione & duplici vinculo ad materiã illam, vno vt est materia præcepti, alio, vt est materia religionis facta per uotum: inde habens votum nõ fornicandi quando transgreditur peccat peccato luxurie, & peccat peccato irreligiositatis ex fractione voti.

Vide in  
3. d. 40  
p. ult. cõ  
tra Buc  
cerum.

Ex prædictis aduertes q. votum, vt dicit loco citato Bona. eadem tres comites debet habere quæ iuramentũ, ueritatem, iudicium & iustitiam.

Cor.

Sextò ponitur in descriptione, seu notificatione, testificatio, quia ad maiorem firmitatem solebant uouetes adhibere testes, immo & quandoque scripturã, vt in c. Omnes fœminæ. 27. q. 1. ex concilio Toletano. Hoc hodie in professione religiosorum obseruatur. Quapropter sine hæc

6

f 4 uocula

vocula potest descriptio Magistri poni, quam sanctus Bo-  
na. hac. d. q. 1. dicit esse Hugonis de sancto Victore dicēdo,  
quodd loquitur de voto solenni religionis, vt tibi loqui-  
tur. concil. Tolera. aut loquitur de voto vocali: sed quia  
sola voluntate potest quis obligari Deo. Votum est quā-  
dā promissio spontanea & cetera. Richardus hac. d. ar. 3.  
q. 2. ad. 2. sic definit. Votum est propositi super erogatiui  
boni promissio Deo facta propter bonum finem ex deli-  
beratione firmata.

**Prop. 9** De essentia & substantia voti est actus voluntatis &  
non actus intellectus practici. Hæc est de mente Scoti ci-  
tati in præcedenti, atque in hac. d. litera. C. impugnan-  
do modum dicendi Richardi. & lib. 2. d. 38. de intentio-  
ne, dum dicit ad. 2. quodd conferre per modum iudicij est  
folius intellectus, ordinando referre vnum amabile ad  
aliud est voluntatis. Videtur contra Tho. 2. 2. q. 88. ar. 1.  
Neuter negat voluntatem & intellectum requiri in vo-  
to, sed nos dicimus, quodd promissio ordinans rem vnam  
ad aliam essentialiter pertinet ad voluntatem, quia est  
voluntatis se obligare, & votum est obligatio voluntaria.  
Ideò qui apposuit conditionem, non est obligatus ante-  
quam conditio compleatur.

**Pro. 10.** Opera promissa ex voto tenetur homo adimplere.  
Deut. 23. Cum votum voueris Domino Deo tuo non tar-  
des reddere, quia requirit illud Dominus Deus tuus, & si  
moratus fueris reputabitur tibi in peccatum. Facit supra  
*Vide su*  
**Præ. d. 25** p. 8. in coroll. veritas & fidelitas quæ debet esse comes  
**P. 10.** votorum subditur in præfata auctoritate Deut. Si noluc-  
ris polliceri absq; peccato eris. Igitur post votum pecca-  
tum est nõ complere quod ante votum si non fieret pec-  
catum non esset. Peccatum etiam hoc est de genere suo  
mortale, nisi ex leuitati materiæ, aut defectu consensus,  
fiat veniale. Nota etiam quodd tenetur statim implere ni-  
si sibi tempus reflexisset, vel ex aliqua rationabili causa  
differt.

Idem opus factū ex voto est magis meritorium, quam  
**Prop. 11** factum sine voto. Hanc docet Richardus hac. d. ar. 6. q. 2.  
citato

citato Augustino in epistola ad Armærariū, quæ est in or-  
dine. 45. Priusquam esses voti reus, liberū fuit quo esses  
inferior, nunc quia tenetur apud Deum sponsio tua, non  
te ad magnam iustitiā inuito, sed à magna iniquitate de-  
terreo. Non enim talis eris si non feceris quod vouisti,  
qualis mansisses si nihil tale vouisses. Minor enim tunc  
esses non peior. Modò autem tanto (quod absit) miserior,  
si fidem Deo fregeris, quanto beator si permanseris. Ag-  
gredere itaque intrepidus, & dicta imple factis, ipse te  
adiuuabit, qui vota tua expetit. Felix est necessitas quæ  
ad meliora compellit. Eadem est sententia Anselmi lib.  
de similitudinibus, ait enim quasi argumentans in fine  
cap. 81. Sed dicit aliquis. Melius esset vt Deo sine profes-  
sione seruiret spontaneus, quàm in monasterio professio-  
ne se alligans seruire cogeretur inuitus. Cui respondet  
per plures similitudines: sed cap. 84. per similitudinem  
dantis arborem solam, vel dantis arborem cum fructibus.  
& ait. Cuius munus Deo est acceptabilius? An illius qui  
sibi offert quædam ex operibus suis, plurima vero subtra-  
hit? Imo illius magis, qui dat ei seipsum cum operibus  
cunctis. Nec ideò propria priuatur mercede, quia sepè bo-  
nū opus cogitur agere. Hæc Anselmus. Rationibus proba-  
tur conclusio, quia actus procedēs à pluribus virtutibus  
est melior cæteris paribus, quàm si ab vna: sed eadem ab-  
stinentia quæ procedit à temperantiā obseruata propter  
votum, procedit etiam à religione ad quam pertinent vo-  
ta, igitur est laudabilior & excellentior, & sic de alijs.  
Item procedens à voto procedit à voluntate magis fir-  
mata in bono. De conclusione vide Thom. 2. 2. quæst. 88.  
ar. 6. est vero ipsa contra hæreticos Lamperianos damna-  
res omnia vota, quia necessitatem & coactionem homi-  
nibus imponebant, sed nihil ex necessitate esse faciendū  
verum iuxta. Psal. 53. voluntariè Deo sacrificandum. Ad  
eundem errorē citatur Armachanus. lib. de Pauperie di-  
cens vota nihil facere ad augēdum meritum. Vide Vval-  
dens. tomo. 1. doctrinalis fidei antiquæ lib. 3. cap. 21. Bar-  
tholomæus Miranda Archiepiscopus Toletanus è sex de  
f 5 cim

cim erroribus quos ante Gregorium tertium decimum abiurauit propter quos fuit ab Archiepiscopatu suspensus, vnus dicitur fuisse: quod status Apostolorum & religiosorum non differebat à statu laicorum, & est consequens ad errorem Armachani, damnatur vero in concilio Trid. sess. 24. cano. 10. Sic. Si quis dixerit statum conjugalem anteponendum esse statui virginitatis, vel cœlibatus, & non esse melius ac beatius manere in virginitate aut cœlibatu, quàm iungi matrimonio, anathema sit. Pseudo Apostoli longius processerunt contra conclusionem dicentes, opera facta sine voto esse digna maiori premio, quàm quæ fiunt ex voto. Luthérus omnia vota monastica dixit impia, gētilica, Iudaica, dæmoniaca, sanctorum exemplis aduersantia, monachos vocans vouistas, & votarios. Vviclephus damnatus in concilio Constantien si plures asseruit articulos contra religiones & vota religiosorum dicens, omnes religiones introductas à diabolo, & illas ingressi reddebatur inhabiliores ad obseruantiam mandatorum Dei, & sancti eas instituentes peccauerunt, & religiosi non sunt de religione Christiana. Vide articulos eius. 20. 21. 22. 23. 34. 35. 44. & 45. Contra Vviclephum vide Tho. Vvaldensem tomo. i. doctrinalis fidei. Et vide beatum Thomam in opusculo, contra impugnantes religionem, idest, Vvilielmum de Sãcto amore idem docentem, & nemo possit saluari in ordine mendicantium.

Propo.  
12.

Vota sic distinxit Magister in litera, vt aliud sit commune, aliud singulare. De singularibus, aliud sit priuatum, aliud solenne. Vocat Magister comune illud quod fit ab omnibus in baptismo, cū spondent renunciare diabolo: singulare quod aliquis spõre promittit. Aduertè tamè & illa promissio patris nomine baptizati, siue ipsius baptizati pro se, si adultus est, non habent rationem voti, alioquin talis factus adultus, si fornicaretur, peccaret duplici peccato, quod est falsum, est tamen professio seu recognitio, quate recognoscit & profiteretur teneri ad obseruantiam euangelicæ legis per baptismum, non tamen & se obliget nouæ obligatione: sic pœnitens quado confite-

tur

tur promittit se vitam emendaturum, at neque ipse neque confessor debet intendere nouam obligationem, sed propositum firmum & recognitionem aut professionem quod tenetur eam emendare, alioquin postea peccaret peccato nouo ex transgressione voti, tenereturq; illam circumstantiam explicare. Magister igitur largissimè cepit nomen voti, bene quidem, vt supra est dictum possent illa præcepta communia voueri. Est alia distinctio voti in absolutum, & conditionatum videlicet si habuero filium: Condicio quadoq; est pœnalis si tale quid fecero. in penam voueo intrare religionem, ite Hierosolymam.

Prop. 13

Votum solemnizatur, seu dicitur solenne, ex duobus, videlicet è sacri ordinis susceptione, & ex professione expressa vel tacita in aliqua religione ab ecclesia approbata. Sic definiuit Bonifacius octauus in cap. vnico de voto in sexto. Sunt opiniones in quo consistat solennitas voti, quibusdam dicentibus & consistit in benedictione, qualis fit in religione, seu consecratione per sacrum ordinem; quibusdam ex aduerso, quod non in benedictione, sed in exhibitione propriæ personæ: Alijs & neque in traditione, sed in eo, & ex ecclesiæ statuto dirimit matrimonium post tale votum si contrahatur. At verò loquentes de voto solenni, non de benedictione loquimur, sed de ipso voto in ordine ad dirimendum matrimonium, quod & ipse Bonifacius modo citatus explicat. Magister in litera vocat solenne quod fit in cõspectu ecclesiæ, priuatum quod fit in abscondito. Hoc impugnatur, vel explicatur Scot. hacd. litera. B. quia ordines sacri, possunt recipi in secreto, similiter fieri professio, & nihilominus erunt solennia, habet verò aliquid annexum, vt in publicum debeatur venire, & per quæ vouens ponitur sub alterius hominis potestate. Nã talis in ordine quæ in religione constituitur minister ecclesiæ dedicatus Deo, & fit aliter sub episcopi potestate, vt eum possit cogere ad statum clericalè: Prior & Abbas ad monachalè. Glosa in. c. Rursus, extra. qui clerici vel vouent, tres modos ponit quibus votum solemnizatur & referuntur à Scoto sed referri possunt cū citato. c. vnico de voto in sexto. Distin-

proprie

Vide su  
pra. d.  
27. p. 7.  
Propo.  
14.

proprie religio quæ emittit tria vota vide Tho. 2. 2. q. 186. ar. 4. & infra. p. 30.

Professio tacita, seu præsumpta fiebat duobus modis ante concilium Trident. vno modo si intra annum probationis nouitius recipiebat habitum professorum. Ita continebat cap. Constitutionem de regula. lib. 6. requirebantur vero aliquæ conditiones quas potes videre in Angelica, Nouitius. §. 12. eas subiceo, quia cum concilium Trident. sess. 25. cap. 15. decreuerit professionem factam, nisi nouitius per annum steterit in probatione esse nullam (vbi quia ponitur annus in accusatio cum præpositione, per, requiritur quod annus fuerit completus) similiter ex cõsequenti annullata est professio hæc tacita, quæ minor est & minus fauorabilis, quàm expressa ante completum annum probationis, quæ tamen ante concilium valebat in religionibus non mendicantibus per citatum cap. Constitutionem. Alio modo fiebat tacita professio si per annum deferret nouitius habitum nouitiorum, qui non esset patenter distinctus ab habitu professorum in colore, scissura, & forma. Ita continebat Clementina. Eos, de regularibus, quoniam si esset patenter distinctus, licet per viginti annos deferret, non erat professus: neque si protestaretur ante quod per talem delationem non intendebat profiteri. Hic modus credo non est per concil. Tridentin. annullatus, quia mens concilij vt eius verba sonant non est in plus quàm citatum cap. Constitutionem extendere ad omnes religiones, vt sicut non obligabat professio facta nõ completo anno integro in probatione in ordinibus mendicantibus, ita neq; in alijs obligaret, & etiam quod professio illa tacita per delationem habitus professorum nõ obligaret neque ad illam, cuius erat habitus, sicut idem cap. decernebat, verum neque generaliter ad aliquam religionem, quod præfatũ cap. asserbat: Idem talis professus nõ potest contrahere, & si de facto contrahat non tenet matrimonium. Ex hoc intellectu cõcilij patet, qd non minus viget hodie opiniones de anno probationis si debeat

beat esse continuus vel sufficiat interpolatus, quàm vigeant ante concilium. Nisi habeatur contraria definitio sedis Apostolicæ, quæ hodie non extat. Nam ante illud necessarius erat annus integer inter mendicantes, & erant nihilominus opiniones de modo integritatis quas referunt Angelica, Nouitius. §. 15. Rosella eo verbo. §. 29. Aded religiones habentes priuilegium pro danda professione post annum interpolatum licite possunt eo vti etiam post concilium, quia tale priuilegium cum non sit ad aliquod iure prohibitum, potius est declaratio exprimens licitum vti altera illarum opinionum. Si nouitius integro & continuo anno in probatione fuit, & postea exijt, reuersus non indiget alia probatione, vt dicit Angelica citata, quæ tenet requiri annum continuum, sed statim potest admitti ad professionem.

Sed est dubium si hodie post prædictum concilium Trid. *Dubium.* vigeant etiam opiniones de danda professione in vna religione professo alterius sine integro anno probationis in religione secunda. Et religiones habentes priuilegium ante concilium ad hoc, si poterunt eo vti.

*Solutio.* Dico quod fuere opiniones nam quædam dicebat annum probationis vnus religionis, sufficere ad professionem in alia, quia vota substantialia eadem sunt in omnibus religionibus. Hanc refert Sylvestrina Religio. §. 5. tanquàm Panormitani. Contrariam tenet ipsa, & Angelica. Nouitius. §. 16. videtur ergo mihi quod præfatum decretum concilij Trid. opinionibus his non præiudicauit. Solum enim verba decreti sunt correctio citati. c. Constitutione, ita qd in quacunq; religione suæ prædicatorũ & minorũ, siue mendicantium, siue nõ medicantium annus requiratur integer probationis, ceterũ modus anni si futurus sit continuus siue interpolatus, si deferendo illius met religionis habitum seu alterius concilium determinare noluit. Propter quod licet opinio Angelicæ atque Sylvestrinæ verior sit quàm Panormitani, vbi priuilegiũ habetur qd se possint opinioni Panormitani conformare dando professis alterius religionis professionem intra annum

num probationis in sua religione, credo dari possit & teneat post conciliū sicuti & ante. Hęc videtur etiam mens fratris Antonij Cordubensis in summa Hispana. quę sit. 38. quinimo addit, quod professus in religione non mendicanti, transiens ad aliam etiam non mendicantem profiteri possit in secūda infra annum de iure communi per cap. Ad Apostolicam, extra de regularibus, igitur huius patris mens etiam est amplior cum Panormitano. & hoc post conciliū Trident. de quo ibi mentionem facit. Hanc opinionem videtur amplexus Pius Papa quintus quando reduxit omnes tertiarios sancti Francisci ad habitum & regulam fratrum minorum, & quod mox reducti regulam minorum profiterentur, vbi non fecit aliquam memoriam de dispensatione in anno probationis contra concilij decretum, sed quod simpliciter profiterentur.

*Casus.* Ex hoc aliud dubium & cōtrouersiam vidi inter duos praelatos superiores, quia cum postea idem Pius liberam facultatem prædictis tertiarijs fecisset vel manendi in regula fratrum minorum quam professi fuerant quasi coacti, aut ad proprium ordinem & habitū remearent, multi reuersi fuerunt sperantes ordinem suum conseruandum nouitiorum receptione, quod cum non euenisset ad religionem fratrum minorum regredi aliqui voluerunt: praelatus quidam superior attendens prudenter melius fore quoscunque tertiarios cum alijs suis gubernare quam seiunctos, recepit, & assignatis quatuor mensibus pro nouitiatu vt caremonias rememoraretur & regulam addiscerent, ad professionem admisit. Superior visitaturus veniens rationem exigit, professionem causatur nullam fuisse. Dico quod in omni opinione fuit professio legitima. Nā ex opinione Panormitani valuit. Secundō ex priuilegio quod habent à Leone fratres minores dandi professionem infra annum talibus alterius religionis. Tertio, quia post illam professionem quasi coactam in habitu minorum per biennium manserant experiendo asperitates religionis, igitur illi anni computari

rari potuerunt vel pro integro nouitiatu & haberi annus continuus: vel cum quatuor mensibus assignatis in secunda reuersione computari annus interpolatus.

Arguebat ille superior quod annus debebat esse in probatione, quia dixit concilium per annum in probatione steterit, ille non fuerat in probatione, sed vt in professione facta. Respondeo, quod cum exercitia nouitiorum ordinentur tanquā minus perfecta ad exercitia professorum vt ad perfectiora, & ratio sit anima legis, illi anni in exercitijs professorum fuere efficaciores ad probandas asperitates, & experiendos eorū mores quā exercitia nouitiorum, quę est ratio dandi annū probationis, vt dicto cap. Ad Apostolicam, dicit Innocentius.

Secundō dicebat, quod tunc quando Pius facultatem fecit remeandi ad suum habitum bene licuit dare illis professionem siue remanentibus siue alijs dispersis si ad nos congregari vellent de nouo, non autem his qui abierant.

Dico, quod ex prædictis constat non esse quantum ad hoc discrimen. Imo ex eo quod Pius permittebat illos manere in prima professione quasi coacta siue alia noua, sed ex sola ratihabitione illius quam remanentes facta ratificabant, potius videbatur fauere nobis quasi approbando annos illos duos pro sufficienti nouitiatu.

Tertio dicebat ille superior contra annum integrum & continuum exeuntium, & reuertentium, quod posset dari illis professio si protinus aut post paucum interuallum redijissent.

Dico, quod non vidi distinguentem neque assignantem tempus, in quo si non reuertatur nouitius non possit profiteri. In casu dubij & cōtrouersię, illi post exitum manserant sub alterius religionis caremonijs & asperitatibus, atque sub eiusdem praelati obedientia. Tum etiā, quia ex quo talibus nouitijs assignabatur quadrimestre tempus sat erat ad probandum si asperitatum, & anni probationis obliti fuerant, vnde talis horror, vel admiratio, quod post multum tempus ex priori anno transacto

*Arg.*  
*Solutio.*  
*Vide supra d. 25 p. 1. quia facit ad hoc.*

*Arg. 2.*

*Solutio.*

*Arg. 3.*

*Solutio.*



transacto reciperetur ad professionem, cessare debebat. Quod si reuera predictus superior omnia librasset, maiorem scrupulum aggenerare debuisset liberam dandò eis facultatem dimittendi habitum & ad suum reuertendi, quod & faciebat, nisi integrum annum probationis complerent, cui consilio fauebant suo, qui alteri superiori prius fauerant approbato illius facto, & dicentes sub sigillo suarum manuum, quod ita faceret. Abij sunt hominum mores, vt clamanti superiori pōtifici, audistis blasphemiam? acclament protinus adulātes, Reus est mortis. Marci. 14. Neque tam sunt liberi ab affectibus superiores omnes vt sine trabe dicere possint, sine frater eijciam festucam ab oculo tuo. Matth. 7.

**Propo.** Delatio habitus nouitiorum per annū, siue deferatur  
 15. inconuentu siue extra, modò nouitius maneat sub obedientia p̄lari sufficit ad professionem, quia vbicunque fuerit monachus sub habitu & obedientia abbatis, fingitur esse in claustrò & monasterio. Sic habes in Angelicā, Nouitius. §. 12. ex Abbate in cap. Cum illorum de senten. ex communica. Hoc est valde notādum pro nouitijs, qui cum socio vadunt extra cōuentum de licētia p̄lari, vel deferuntur ex conuentibus constitutis in eremis curandi ad oppida inter seculares tempore infirmitatum. Quò fit non esse necessariam continuam permanentiam in monasterio, licet bene prouideatur in religionibus q̄ monasteria non exeant, quò semper sint ante oculos p̄lari & magistrorum. Si longo tempore maneret nouitius inter seculares, quod videretur facere p̄iudicium ad experiendas asperitates religionis, non crederem beneficiā p̄lato dante licentiam, & computante tam longum tēpus innouitiatu, quia esset contra rationem legis de anno probationis.

**Propo.** Solēne votum dirimit matrimonium de iure positiuo  
 16. ecclesiastico. Hanc tenet Scotus hac. d. sequitur Caieta. 2. 2. q. 88. ar. 7. In eam facit Bonifacius Papa, De voto cap. vnico lib. 6. dum ait. Voti solennitas ex sola constitutione ecclesiæ est inuenta, matrimonij vero vinculum ab ipso

ipso ecclesiæ capite rerum omnium conditore ipsum in paradiso instituyente. Igitur Bonifacius in hoc ponit differentiam vinculi quoad insolubilitatem, q̄ ecclesia illegitimauit vouentes solenniter ne contraherent, aliās vinculum matrimonij p̄ualeret voto solenni sicut p̄ualeret simplici. Nam votum simplex castitatis, & votum solenne eiusdem sunt speciei, idem habēt obiectū, actus enim ex obiectis distinguuntur, aut identificantur, neque peccatum transgrediendo vtrunq; diuersificatur specie, quāuis bene in eadem specie grauius peccet qui solenniter vouerat, cuius peccatū si venerit in publicum magis scādalizat, hoc verò prouenit ex parte subiecti, vt accidētale. Ratione sic probatur conclusio. Nulla est autoritas sacrae paginæ, per quam probetur ius diuinū ad dirimendum post solenne, magis quàm post simplex. Nam scandalum vtrouique potest inueniri si simplex votum sit publicum, neq; Magister in litera dedit scandalum pro causa. Falsus quidem fuit, solenne habere peccatum & scandalum si violetur contrahendo, non tamē negauit, q̄ simplex habere possit etiam scandalum. Neque dat per totalitatem & differentiam, quòd simplex non potest probari, sicut solenne, licet hanc rationem etiam assignet. Neque benedictio est totalis causa, quia in multis religionibus professio fit sine benedictione, aut saltem fieri potest, quod patet in tacita professione, de qua. p. 14. vbi nulla interuenit benedictio & tamen votum est solenne. Neque etiam traditio propriæ personæ, quam opinione sequitur Bona. hac. d. nu. 31. in qua videtur esse & Tho. in additi. 3. p. q. 53. ar. 2. & 2. 2. q. 88. ar. 7. dixi videtur, quia de eius mente variant sui, tamē reuera hæc expressa eius mens esse videtur: Eadem traditionem insinuat Ricard. ar. 7. q. 2. At vero omnia intrinseca voto & substantialia sic sunt in simplici sicut solenni, & respectu Dei eadem est traditio: Si dicas quòd respectu ecclesiæ est varia traditio, vt ecclesia solenniter vouentē possit cogere ad votum. Hoc bene declarat quare ecclesia potius illegiti

*Solutio.*

*Replica* met vouētis solēniter, quā simpliciter. Sed & arguitur. igitur ecclesia potest iuri suo renunciare, & sic dimittere vouentes solenniter in sola obligatione qua vouentes simpliciter. Possit etiam dispēfāre in voto solenni, sicut in simplici, quod Bona. citatus nō concedit, neq; Tho. in 2.2. licet vt dixi varient sui, quoniā Caietanus ea. q. ar. 9. nititur facere Thomā opinionis q; Papa possit dispēfāre faciendo demonacho nō monachū. Contrariū mordicus sentit Soto lib. 7. de Iustitia & iure. q. 4. ar. 2. & hac. d. q. 2. ar. 2. Siluestrina, votum. 4. §. 5. Hoc tenentes dicunt votū solenne dirimere de iure diuino, neque id de omni voto solēni dicūt, quia non de susceptione sacri ordinis, dixit quippe Tho. citato ar. 9. quōd votum continentia ordinis sacro non est annexum essentialiter, sed ex ecclesie statuto: monachatus est essentialiter annexū. Ricardus, qui loco citato insinuauit traditionem esse causam propter quam dirimeretur matrimonium ar. 9. quæst. 1. benè concedit votum solenne esse dispensabile. At vero Ricardus in ar. 7. iam citato in vltimis verbis ad argument. videtur attribuere statuto ecclesie illegitimitatis personas, quōd matrimonium dirimatur. Et sic non obstante traditione quā dat pro causa est ipse cum Scoto.

*Argu.* Ad cap. Cum ad monasteriū. extra de statu monacho. quod pro se afferunt Scoti aduersarij vbi dicitur, quōd abdicatio proprietatis, sicut & custodia castitatis adeo est annexa regulæ monachali, vt contra eam neque summus pontifex possit licentiam indulgere. Item Leuitici vlt. Quidquid semel fuerit consecratum sanctum sancto erit Domino: & ibi mutari non poterit nec melius malo, neque peius bono. Respondetur, quōd tātum vult dicere, monacho manenti monacho non potest dari licentiam contra castitatem & paupertatem, non tamen negat, quin possit Papa facere de monacho non monachum, quia licentia de qua cap. in minus sonat, quā dispensatio, quia licentia datur monacho manenti monacho

acho. Papa etiam dispensans dispensat autoritate & vice Dei, neque est aliquod ius diuinum priuans eum hac autoritate, sicut per Leuiticum priuabat Deus potestate commutandi rem consecratam. Sit exemplum in calice consecrato, quia manente forma calicis manet consecratio, eo fracto sicut desinit esse calix, ita desinit esse cōsecratus, sic & monachus.


Facta commutatione voti monachalis in statum episcopalem dubium est si talis monachus factus episcopus teneatur ad vota substantialia religionis, & ceteras obseruantias regulares. Communis doctrina est, quōd non absoluitur ab aliquo trium vororum simpliciter. Ita docent Bonauent. hac. d. num. 47. Ricard. ar. 5. quæst. 1. ad. 3. & ar. 9. quæst. 1. ad vlti: & latius Diuus Thom. 2.2. quæst. 88. ar. 11. ad. 4. & quæst. 185. ar. 8. Nam ad continentiam absolutè tenetur, & ad paupertatem, quia nihil potest habere proprium tantum est dispensator bonorum ecclesie. A voto obedientia non simpliciter sed per accidens liberatur sicut Generalis qui non habet superiorem, ita & episcopus non tenetur alicui religionis prelato obedire. Ad ceteras obseruantias regulares non contrarias statui episcopali, tenetur non ex debito legali, hoc est, ex lege illum obligante & coercente sed ex debito morali dictato à recta ratione. Vide & Caiet. in opusculo. Hæc est trita & communis via à qua ego scribens declinare non audeo ne contra me tot procerum lanceæ leuentur sequentes tam magnos duces citatos quasi ambulantes semitas itineris non triti. Hiere. 18. aut semitas viæ non munitæ, vt alia translatio habet. Si tamen aliquem inuenissem doctorem magni nominis cum quo munitus incederem qui teneret factam commutationem status in statum: non philosophando à particularibus commutatis, sed à toto statu compensante cum maioribus obligationibus & vinculis alijs aliquod particulare per se excedens, me secum duxisset, Inuante cap. Statutum. 19. quæst. 19. Vbi monachus factus episco-

Propo. 17.

pus decernitur absolutus à iugo regulæ monasticæ, & posse succedere in paternam hæreditatem, intelligendo illum latius absolutum, quàm quantum ad ea quæ statui episcopali repugnant: & plus voluisse pontificem faciendo illum patris hæredem, quàm quod haberet nomine monasterij, vel reciperet pro alijs pauperibus cum satis pauper habendum sit monasterium quod in illam successisset.

De absolute à voto.

Prop.  
18.



**A** obligatione & impletione voti absoluitur quis vna ex triplici via, puta, irritatione, commutatione, aut dispensatione.

Prop.  
19.

Irritatio voti est annullatio ipsius. Hæc potest fieri ab illo, qui est dominus materiæ, quæ vouetur, ideo pertinet de directo potestati dominatiuæ. V. g. vota filij in eo, in quo subiicitur patri potest pater irritare, idest annullare, similiter vir vota vxoris. Ita docetur num. 30. quod si pater vota filij, & vir vota vxoris rescuerint & protinus reclamauerint vota sunt irrita & nulla: si nõ, filius, aut vxor obligati manet: quod si post præstitum consensum ad votum reclamauerint, filius aut vxor liberantur à votis, pater vero aut vir iniquitatem portabunt. Hæc est illius cap. mens. Eadem est ratio: de monacho & prælato, de monialibus & abbatissa, quæ matris locum habet. Inde etiam est vt votum factum de licentia vnus superioris possit irritari à superiori, cui subest prælatus dans licentiam, ita dicit Ricard. hac. d. ar. 4. quæst. 3. Cumque prædicti sint domini materiæ quæ vouetur nõ minus, quàm est dominus quicumque vouens, sicut talis vouens potest vouere aut non vouere, ita ipsi possunt liberè & sine causa vota irritare, aliàs si causam require-

102

tur nõ videretur ex hac parte differentia inter irritationem & dispensationem quia dispensatio causat requirit. Hoc est contra aliquos dicentes, quod peccat prælatus saltem venialiter sine causa votum irritans. Vota in super quæ fiunt de re alias obligatoria, vt. V. g. de non furando, de non mentiendo, de non peccando mortaliter, licet prælatus irritare non possit quantum ad necessitatem obligationis quam habent intrinsecam, tamen quia quantum ad obligationem voti superadditã ille subest prælato, posset nouã obligationem irritare & excludere opus illud à materia religionis & relinquere sub sola materia præcepti. Hoc est contra Caiet. 2. 2. q. 88. ar. 8. in fine. quia respectu rationis illius voti ita est dominus prælatus, sicut vouens antequàm voueat.

Monachus non potest vouere opera sibi à prælato inhibita, siue in generali, vt peregrinari, exire claustrum ad negotia pia, quæ generaliter prohibita sunt monachis: aut in particulari, vt si prælatus alicui præcepisset ne hoc faceret aut illud, vel omnibus generaliter. Quod si eiusmodi vota faciat non sunt valida ante prælati consensum, quem subditus exquiret. Hoc modo sunt intelligedi Bona. hac. d. nu. 25. vbi ait, quod religiosus, quia in omnibus subest nihil potest vouere sine sui prælati voluntate, intellige si sit prohibitum: eandem interpretationem potes dare Ricardo, ar. 4. quæst. 1. vel intellige non potest vouere simpliciter & absolute. Quoniã opera nõ sic prohibita, quia illa potest subditus sine prælati expressa licentia exercere, poterit & vouere. Magis quippè est facere, quàm promittere, Sed quia potest facere quandiu prælatus non prohibet, tandiu valebit votum quandiu prælatus non inhibuerit. In votis prioris generis intelligi debet si prælatus licentiam dederit, quia aliàs offerretur Deo sacrificium de rapina, si veller monachus inuito prælato peregrinari, aut eleemosynas facere. In votis secundi generis intelligitur nisi prælatus reclamauerit, & prohibuerit, de quibus operibus loquuntur alij,

Pro. 10

g 3 qui

qui dicunt, quod vota monachorum non sunt ipso iure nulla. Facilis est concordia doctorum & intelligentia quia nihil potest monachus vouere absolute & simpliciter, sed est semper aliqua conditio subintelligenda.

**Prop. 21.** Subditus non tenetur votum suum celare praelato, licite potest illi manifestare ut irritet, maxime si sentit se grauatum. Cum praelatus sit dominus illius materiae & votum habeat sub intellectam conditionem, nemini fit iniuria neque ipsi Deo notificando votum praelato.

**Prop. 22.** Potestas irritandi vota est de iure diuino & naturali. De parentibus respectu filiorum, & de maritis respectu vxorum habetur, Num. 30. Dei ordinatio & dispositio. De monachis patet ex obligatione qua tenentur de iure diuino adimplere vota religionis. Dixit & Christus, Matth. 22. reddite quae sunt Caesaris Caesari, & quae sunt Dei Deo, igitur & praelato quae sunt praelati, cuiusmodi erunt vota illi promissa, per quae factus est Dominus operum subditi. Ratio naturalis est & dicitur, quod quae alterius fuerint eius liberae dispositioni & voluptati subsint, ut ex eis quod voluerit facit, igitur cum filius subijciatur patri, vxor marito, monachus praelato, poterunt de eorum actibus disponere quod non sit in diuinam offensam, cuiusmodi non est eorum obligationes irritare circa ea in quibus subijciuntur.

**Pro. 23.** Vota filiorum ventium ratione (quia sine usu rationis nullum votum valet ex defectu libertatis, seu deliberationis) si sint realia, hoc est obligantia res temporales & exteriores, potest irritare pater, imo & tutor, quia circa illas talis filius nihil differt a seruo ad Galat. 4. usque ad annum eius vicesimum quintum. Vide Angelicam. Votum. 2. §. 6. nisi accessorie sequerentur personam, ut si ingrederetur talis filius minor viginti quinque annis religionem, cum ipso transeunt & bona sua, similiter si filius emanciparetur & sui iuris fieret.

**Pro. 24.** Vota filiorum personalia per quae suam obligant personam

sonam, ut ad religionem, si fiant a filiis ante annum quartum decimum possunt irritari a parentibus, & filiarum ante duodecimum. Ratio datur quia, ecclesia ante illam aetatem decreuerat votum religionis esse nullum. In cap. Ad nostram, & Significatum est, extra de regularibus, & in. c. r. & 2. eo. tit. lib. 6. & in. c. Puella. 20. q. 2. eo quod ante illam aetatem non praesumebantur habere usum rationis ad tam excelsum votum sufficientem.

Alijs videbatur haec exceptio de religionis voto, quod non possit post illam aetatem irritari non esse factam ab ecclesia in fauorem religionis, sed esse declarationem iuris naturalis, quoniam usque ad illam aetatem pater haberet in filium potestatem. Quidam asserit caetera vota personalia, ut de orationibus & ieiunijs facta post pubertatem, (hoc est a filia post annum duodecimum, & a filio post quartum decimum, quando transacta pueritia pubertatem intrant) quod nequeant a parentibus irritari, sed quaerenda sit dispensatio, licet habeat apparentiam: quia si maius votum religionis irritari non potest, multo potius neque minus: At vero qui contrarium senserit, praecipue in filia, habebit pro se auctoritatem. Num. 30. Nam dicitur. Istae sunt leges quas constituit Dominus inter virum & vxorem, (scilicet de votis) inter patrem & filiam, quae in puellari adhuc aetate est, vel quae manet in parentis domo. Ecce distinxit de filia, quia sicut vxor quia semper est sub potestate viri potest semper a voto liberari per irritationem viri, sic filia in aetate puellari putata usque ad duodecimum, vbicumque fuerit siue in patris domo siue de parentum licentia seruiendo alienis domibus: post illam aetatem si manet in parentis domo. De filiis posset eadem ratione philosophari, nisi forte dicas quod filij sunt liberiores in personis de consensu etiam parentum. Quoniam verò per votum & ingressum religionis fiendi sunt extra domos parentum, optimè currit ecclesiae declaratio, quod sub aetate puellari seu puerili possint eorum vota irritari, post illam aetatem vota reli-

gionis, ne queant irritari, quia fieri possunt extra parentum domum & curam sub cura patris & praelati spiritalis. Posset dici, quod declaratio extensionis vsque ad sextum decimum post concilium Tridentinum quia parum ab hinc exceditur à puerili aetate, & illi anni potius computentur & annumerentur pueritia, ad tam excellens opus, quasi non consistat pueritia indiuisibiliter in certo anno. 14.

**Cor.** Ex praedictis habetis sicut de monacho, quod vota filiorum ventium ratione in aetate puerili non sunt ipso facto nulla.

**Pro. 25.** Secunda via qua quis liberatur à voto est per commutationem. Commutatio est praestatio vnus rei certa pro re alia certa. V. g. quando votum peregrinandi commutatur in orationes, confessiones, aut comuniones. In hac commutatione non liberatur homo ab obligatione, sed à materia voti, ita quod manet eadem obligatio, sed sub alia materia. Quemadmodum etiam in omni commutatione siue permutatione requiritur equalitas rei ad rem, ita & in votis requiritur, quod res in quam votum commutatur aequaliter sit accepta Deo, & hoc secundum quandam latitudinem, quia non consistit rerum valor in indiuisibili. Quando votum commutatur in eleemosynas pecuniarias dicitur redimi. Facit cap. 1. De voto & voti redempt. & glossa ibi.

**Pro. 26.** Ad commutanda vota requiruntur duo, autoritas in commutante & causa. Haec duae etiam requiruntur ad dispensationem, quoniam vtraque fit vice & nomine Dei, sed non sunt omnes ministri, & dispensatores ministeriorum Dei, praeter praelatos, de quibus id Paulus asserbat 1. Corinth. 4. Et. 2. cap. 2. Si quid donauit, in persona Christi donauit. Causa requiritur etiam, aut ex parte vouentis, quia infirmus, vel debilis: vel ex parte boni communis, quia magis expedit rei publicae regem, aut personam nobilem ducere uxorem, quam seruare castitatem, magis necessariae sunt ecclesiae pecuniae diuitum ad bellum contra Turcas, quam quod ieiunent. Si ad libitum praelati commutarent, aut dispensarent forent

forent infideles, quia receperunt autoritatem in aedificationem, non in destructionem. 2. Corinth. 13. neque esset tutus dispensatus, quia illa potius esset dissipatio. Autoritas ad omnia vota est in Papa, cui specialiter reseruantur quinque, votum castitatis perpetuae, religionis, visitandi limina apostolorum Romae, sanctum Iacobum in Compostella, & Hierosolymam. Dempto hoc Hierosolymitano quod reseruatursi ex iure, cetera reseruantur ex consuetudine. Hoc vero aliqui tunc existimant reseruari ex iure quando fit in subsidium, non quando ex deuotione per cap. Quod super his, & cap. Ex multa, de voto & voti redempt. Atque idem similiter tenent de voto ad S. Iacobum factum ex deuotione & non in subsidium, & quod poterunt ab episcopo dispensari. Vide Angelicam, Votum. 4. §. 6. At vero in Extrauaganti Sixti. 4. Et si Dominici Gregis, haec quinque vota reseruantur Papa, etiam facta ex deuotione peregrinationis & non in subsidium. Expirauit tamen illa Extrauagans constitutio cum ipso latore. Vt potes videre in eadem Angelica Excommunicatio. 5. casu. 31. & remanent omnes illi casus in dispositione iuris communis, ut dicit Siluestrina ep. verbo. 7. casu. 32.

Quando certum est vota commutari in melius potest quilibet propria autoritate commutare. Vnde quia omnia vota commutantur in votum religionis ex cap. Scripturae, extra de voto, & voti redempt. tunc omnis qui aliquid vouit intra religionem, neque tempore nouitatus tractetur nouitatus ad vota impossibilia cum nouitatu, quoniam ex quo in religionem omnia commutantur, & conceditur annus ad probandas asperitates clarum fit non teneri ad vota impossibilia cum probatione. Si velis philosophari, quod in opera nouitatus commutetur anno illo quodcumque votum non est irrationabile, quia reputanda sunt illa opera voto alio meliora. Rosella, votum. 6. §. 3. dicit, quod qui vouit aliquam magnam quantitatem pecuniarum pro pauperibus, vel ecclesiae liberatur per ingressum religionis, nisi ex tali voto aut promissio-

missione esse acquisita iam actio, quia ei donauit, vel per scripturam se obligauit, quo casu non liberatur nisi de consensu alterius. Contrarium huius conclusionis tenet Richar. ar. 8. q. 1. quod neque in melius possit commutari auctoritate vouentis nisi interueniat auctoritas superioris, aut iuris, sicut in voto religionis allegatum est, & votum laxioris religionis iure commutatur in arctiorem cap. Sanè extra de regularibus. Sed pro conclusione est cap. peruenit el. 2. de iure iurando; ubi dicitur, quod propositum aut promissum non infringit qui in melius illud commutat. Ex hac videtur, quod qui promissum vni ecclesie dat alij ecclesie, quia primæ non fuit ius acquisitum, & Deo satisfecit per æquiualens liber est in conscientia.

Corol.

Pro. 28

Probabile credo contra communem opinionem, quod habens votum religionis secretum electus in episcopum potest electioni consentire, neque tenetur prius ingredi & profiteri. Ratio est quia votum commutatur in melius. Cap. per tuas extra de voto in quo se fundat opinio communis patitur plures interpretationes. Vna est sicut cap. Commissum, de sponsalibus, de quo supra d. 27. p. 5. quod propter varias opiniones in precedenti dixerit Innocentius quod prius impleat votum, postea consentiret electioni. Secunda, quod illud votum fuerat factum in publico, & manibus prælati, consentiente prælato & conuentu quod illum vouentem reciperent, ideo erat illis quasi acquisitum ius ad petendam personam vouentis, ut compelleretur ad complendum votum, vbi in cap. Postestum, de regularibus. Tertia, quia talis iam fuerat factus voti sui violator non complendo votum ad terminum præfixum, ideo debuit compelli ad votum; neque præsumendus erat episcopatum acceptare tantquam melius bonum monachatu, sed quasi qui votum suum non curabat, quapropter acceptabat cum scandalo. Dixi votum secretum, quia si foret publicum, forsitan & fieret scandalum, cum omnes communiter non ad statum

tus perfectionem attendant in episcopis, sed ad honores & opes quas acquirunt per episcopatum, iudicarentque illum quo exercitium asperæ vitæ regularis euaderet, atque honores & diuitias aucuparetur acceptasse, nisi tam pauper esse ecclesia & tam manifesta hæreticorum persecutio, aut alia spiritualis necessitas, quæ præfata suspitioni, aut præsumptioni obstaret, iudicantibus scientibus votum, quod à caritate compulsus fecisset, commutatur in melius.

Tertia via liberandi à voto est dispensatio. Dispensatio, secundum glossam. 1. quæst. 7. cap. Requiritur. §. Multorum, est iuris communis relaxatio facta cum causæ cognitione ab eo, qui ius habet dispensandi. Dispensare cum sit diuersa pensare præ se fert requiri causam, videlicet ex qua impletio voti redditur illicita, vel inutilis, aut maioris boni impeditiua.

Quoniam est relaxatio iuris communis, in totum liberat à voto tam quoad obligationem, quam quoad materiam. Ex his tribus via securior est liberati per irritationem, quando fieri potest. Habendo facultatem commutandi & dispensandi tutum est vtraque vti simul, ut commutatio fiat in opus, quod imponitur dispensatio cadat in illam partem ex qua opus illud in quod commutatur deficit, & est minus quam opus voti erat. Si potest subueniri per commutationem non est sola dispensatione vtendum. Aliàs infidelis foret dispensator. De illis quinque votis reseruatæ Papæ nota, quod si fiant in pœnam, puta si tale fecerit ibo Hierosolymam, aut intrabo religionem, ante conditionem completam posset Episcopus dispensare in actu illo, quod fiat licitè, & ex consequenti liberat à voto religionis, & Hierosolymæ. Completa conditione vel pœna incurfa, quidam tenent non posse Episcopum dispensare, quia votum remanet absolutum. Alij tenet è contra, quia sic tenuit

Salman-

Prop. 29

Vide supra p. 26.

Libri quarti,

Salmaticæ pater de Victoria, ob id quod reseruatio illa intelligenda sit de simpliciter voluntarijs, votū illud nō fuit simpliciter voluntarium.

Pro. 30. In voto solenni religionis potest ecclesia dispensare. Hæc est consequens ad mentem Scoti citati supra. p. 16. Si posset & Richard. ibidem citati, atque Caietani, Angelicæ. ecclesia votum. 4. §. 5. Est contra Bona. ibi citatum, & Thomam aut papa & multos eius discipulos. Allegant huius conclusionis dispensa factores quod Papa Cælestinus tertius dispensauit cum re q. mo- Constantia filia regis Rogerij quæ erat Sanctimonialis nach. cō in Panormo, vt nuberet Henrico sexto. Alius papa ditrahatsō spensauit cum rege Aragonum Ramiro, qui & monalū ad ali chus erat. Quod contrarij respondēt illos de facto fe- quod tē- cisse & malè, multæ est licentiæ. Quia non id è solo ar- pus uide bitrio fecisse sunt iudicandi, sed consilio & multo libra- in Rosel mine, ex quorum facto bonum argumentum sumitur la papa. pro conclusione. Possent ipsi respondere, quod sequuti §. 3. fuerint aliam opinionem, quæ responsio modestior erit ne suam pro de fide habere videantur. Similiter cum religiosi militibus Alcantaræ dispensasse dicitur Clemens septimus. Dominicus de Soto in quodam exercitio publico dixit Salmanticæ me audiente, & postea scripsit. 7. lib. de iust. & iure. quæst. 5. argum. 3. se dedisse consilium ad illam dispensationē, quia non habebat illud pro voto solenni, mihi non placet, quia vbi pau- pertas in particulari simpliciter promittebatur, & castitas etiam simpliciter, & obedientia substantia erat veræ religionis & solenne votum: vbi vouentur diminutè vt castitas coniugalis tantum, nō esset solenne, & si dirimeret matrimonium non esse ratione voti solennis sed alia constitutione.

DI-

DISTINCTIO. XXXIX.

De impedimento disparis cultus.



Matrimonium contractum ab infidelibus existentibus in sua infidelitate est verum matrimonium, licet non sit sacramentum. Magister in litera contra quosdam quos non nominat, quorum sententia est erronea. Vide ad hanc. c. Quanto: & Gaudemus, de diuortijs: vbi & vocatur sacramentum, videlicet largè, quia etiam apud infideles significat coniunctionem Christi & ecclesiæ, & ipse contractus in se est quasi materiale, cui potest competere formale sacramenti noue legis. Est ad conclusionem Paulus. 1. Corinth 7. permittens infideles permanere in matrimonio contracto in infidelitate si conuertantur: igitur inter eos fuit verū matrimonium. Quod non sit sacramentum patet, quia non habent baptismum, qui est sacramentorum ianua. Per dicta supra. d. 28. p. 2. constat quod etiam si alter esset fidelis & alius infidelis nō haberetur sacramentum noue legis, quia in vna opinione, & in altera deficit materia sacramenti qui est consensus infidelis, qui cum non habeat baptismum esse non valet apta materia huic sacramento.

Prop. 1.

Vide supra. d. 26. p. 8.

Si alter coniugum infidelium conuertatur ad fidem, alio in infidelitate manente volente vero cohabitare fideli sine iniuria creatoris, & sine inductione fidelis ad peccandum, tale illorum matrimonium non dissoluitur, sed perseverat: Si autem non vult cohabitare sine tali iniuria, fidelis potest aliud matrimonium contrahere, quo contracto non potest iterum copulari priori etiam si conuertatur, ipseque infidelis poterit etiam aliud contrahere: non tamen priusquam conuersus contrahat aut religionem profiteatur, estq; contra Bona. hac. d. num. 34. dicentem, quod infidelis

Prop. 2.

h lis



lis nunquā potest contrahere. vide Ricar. ar. 2. q. 7. pro vtraq; harum. Si uero alius infidelis cōuerteretur, priusquam cōiux primò cōuersus cōtraxisset teneretur cessare ab alio matrimonio contrahendo. Trāditur hęc in citato cap. Gaudemus, estq; in hoc & Paulus citatus.

*Prop. 3.* Ad dissoluendum hoc matrimonium de quo loquimur non est necessarium iudicium ecclesię, contra aliquos dicentes oppositum, quos citat Ricard. hac. d. ar. 2. quęst. 2. V. g. quando sunt ab Hispania expulsi Iudęi, & Sarraceni, qui non baptizarentur, baptizatus abeunte alio, sine iudicio ecclesię verè contraherat, maximè quia tunc valebant clandestina.

*Prop. 4.* Quo tempore dissoluatur hoc matrimonium duplex opinio est. Vna Ricardi loco modo citato, q̄ tunc quādo requisitus infidelis non vult cohabitare fideli, sed discedit, sic enim est intelligendus. Alij quos ipse refert tenent, q̄ secundum matrimonium soluit primū, sicut matrimonium soluit sponsalia, professio religionis matrimonium ratum: Erit igitur secundum quasi generatio vnus quę alterius est corruptio. Fitque apparens ratio, quia si ante contractum secundum, vt est dictum conuerteretur alius manere deberent in matrimonio suo. Hanc videtur innuere Tho. in addi. 3. p. q. 59. ar. 3. & apparet rationabiliter. In hac secunda opinione, si infidelis contraxisset secundas nuptias antequam fidelis, quia nōdum erat matrimonium prius dissolutum, secundum foret nullum, & si conuerteretur antequam fidelis contraxisset esset priori copulandus: secus vero esset in prima opinione cum iam fuisset dissolutum. Exponet vero hęc opinio cap. Gaudemus, q̄ debet restitui priori si conuerteretur, videlicet quādo infidelis non fuisset requisitus de cohabitatione quādo matrimonij vinculum dissoluitur: quia si fuerat requisitus & volens cohabitare aliud contraxit non intelligitur de ipso casu textus.

*Corol.* Ex predictis inferitur, quod matrimonium contractum in infidelitate ponit in numerum cum matrimonio secundo contracto post conuersionem, & sic ille est verè dignatus,

mus, quia fuit vtrunque verum matrimonium & legitimum. Hoc habes à Bona. num. 26.

*Prop. 5.* Infideles vrentes matrimonio ex hoc solo non peccāt, nisi aliam habeant intentionem deprauatam. Ita docent Bona. hac. d. à nu. 19. & Ricar. ar. 1. q. 3. Tho. in additi. 3. p. q. 59. ar. 2. ad 5. Eorum filij sunt legitimi, & paternę hereditatis veri successores. Ratio ad hanc quia non omnia eorū opera sunt peccata vt habes in breuilo. 2. d. 41. Autoritatem Augustini, q̄ non est vera pudicitia infidelis cum fideli, exponit Magister cap. penultimo, & Gratianus. 28. q. i. c. Omnes. §. Ex his. & expositionem habes in loco citato. lib. 2. per hanc etiam patet quemadmodum, neque peccat infidelis cohabitans fideli petendo debitum, neq; è conuerso, quandoquidem verè sunt coniuges, & actus est bonus, & bene circumstantionabilis.

Filij nati ex vno parente infideli & altero fideli, sequi debent parentem fidelem vide supra. d. 4. p. 10. dicto. 2.

*Pro. 6.* Infidelis vnus sectę potest contrahere in cū fideli alterius sectę, quia nullo iure diuino prohibentur, vnde verum esset matrimonium Mahumetani cum idololātra. Neque ecclesia quę de infidelibus qui foris sunt non iudicat, eos illegitimat ad contractum. Si autem per leges eorum priuatas prohiberentur ducere alterius sectę coniugem, & si ducerent, quod separarentur, videretur eorum matrimonium esse nullum, sicut essent nulli alij contractus ciuiles, qui eorum legibus cassarentur. Sic innuit Thom. in additi. quęst. 59. ar. 2. ad 3. debentque esse in hoc dicentes, licere eorum repudium per suas leges, & valere aliud matrimonium post repudium, supra. d. 33. p. 6. Cum etiam apud Deum quantum ad esse infidelem & carere gratia nil faciat plus secta vna, quàm altera, non solum propter sectam esse alienam leges illę ciuiles annullare possent contractum, verum etiam propter aliam comoditatem regni rationabilem, etiam si eiusdem forent sectę. Attendendaq; erunt eorum leges si impediant solum, aut impediant & dirimant. De Iudæis non intelliget hęc conclusio, qui propriam sequuntur

tur legem olim Deo acceptam, & ab eo datam.  
**Propo.** Fidelis si contrahat cum infideli matrimonium est nul-  
**8.** lum, & nomine infidelis venit etiã catechamenus, quia non baptizatus. Multi sunt textus in iure prohibentes huiusmodi matrimonia, quos affert Magister in litera & Gratianus. 28. q. 1. cap. Caue. cap. Si quis. cap. Non oportet. & d. 52. cap. Quoniam. Sed cum tantum impediunt & non dirimant recurrendum est vel ad ecclesie consuetudinem, quae est optima legum interpret. Ipsa enim sic habet quod cultus disparitas impedit & dirimit: Vel potest recurri, q̄ cū Paulus dixerit. 1. Corinth. 7. Nolite iugū ducere cum infideli, id est nolite contrahere cū infideli, ab ore in os à tempore Apostolorū venerit hæc prohibitio, & annullatio matrimonij fidelis cū infideli: iuxta cōmunem verò doctorum sententiã tanquã ex iure positivo ecclesiastico. Si tamen quis contra communem dixerit verba citata Pauli non continere consilium tantum, sed explicare præceptum iuris diuini: nam & diuino iure nõ est participatio iustitiæ cum iniquitate, neq; conuentio Christi ad Belial, neque lucis ad tenebras quas diuisit Deus Genes. 1. & sunt similia, per quæ probat Paulus nõ esse contrahendum fideli cū infideli, & delatio huius impedimenti, q̄ dirimat venerit ad nos ab Apostolis, quasi ex iure diuino, non video quem errorem assereret. Vide supra. d. 28. p. 2. quomodo non semper communis opinio facit assertum esse de fide. Ad hoc debet distingui, quod tempore legis naturæ matrimonium fidelis cum infideli licuit, vt Iosephi cum filia Putipharis Genes. 41. Moyse cum Sephora Exodi. 2. In lege scripta non licuit cum aliquibus infidelibus, puta cum occupatibus terram promissionis Chanaanis, & alijs sex nationibus Deut. 7. cū quibus matrimonium erat nullum, alioquin non eos separasset Esdras. lib. 1. cap. 9. & 10. In euangelio cum quocunque infideli non baptizato matrimonium sit nullum diuino iure: ita tenet Arboreus. lib. 11. Theosophia. cap. 15. & Viguierius de sacramento Matrimonij. §. 7. versiculo. 9. impedimento. 10.

Spon-

Sponsalia contracta à fideli cum infideli sub condicione, si conuertatur, quia est conditio honesta valent secū dum Thomam in addi. 3. p. q. 59. ar. 1. ad. 3. Alijs videtur q̄ licet remaneat obligatio promissionis, vt supr. d. 29. p. 11. nõ tamen sponsalia, quia inhabiles ad matrimonium sunt inhabiles ad sponsalia, & sicut si defacto contraherentur absolutè nulla essent, ita nõ valent sub tali condicione. Regulada est hæc difficultas per illam loco citato. Cum etiam iam essent clandestina nullus ecclesie minister copulabit fidelē infideli, cessantq; aliquæ quæstiones. V. g. si post matrimonium infidelis conuerteretur vtrum per cohabitationem vel nouum consensum fieret matrimonium, constat quippè quod non.

Infidelis cōuerlus sed in terra infidelium, si debeat se **Pro. 10** prodere, & vxorem atq; patriam deserere recurrendum est & philosophandum, vt in breuiloq. 3. d. 25. p. 11. & in hoc. 4. d. 19. p. 116. quia si potest manere occultus sine iniuria creatoris, quia se valet excusare ab exercendo ritus infidelitatis poterit manere & cohabitare occultus vxori, præceptum enim est affirmatiuum de cōfessione fidei: sin minus poterit ad terras fidelium & tenetur transigrare. Quid autem de filijs? Dico quod debet secū ferre quos poterit paruulos asportare: si ratione vtuntur, neq; se sperat profuturū monitis apud eos aut timet se manifestadū, neq; fortem ad mortē, poterit eos relinquere in infidelitate vide in breuiloq. 3. d. 29. p. 6. in coroll. & in hoc. 4. d. 19. citata. p. 116. ad finē. Sed de redditione debiti cū sciat filios qui nascetur educandos in ritu infidelitatis? Dico, q̄ protinus vno cōuerso manet in potestate fidelis non cohabitare, neque soluere debitum, licet quousque requiratur infidelis si velit conuerti non solvatur vinculum matrimonij, ita docet Bona. nu. 30. consonatq; verbis Pauli dicentis. 1. Corinth. 7. Dico ego non Dominus. Si quis frater habet vxorem infidelem & hæc cōsentit cum illo cohabitare non dimittat illam, igitur cohabitatio non est à Deo præcepta, sed ab Apostolo data in cōfilio, atque vt dicit Ricard. ar. 2. q. 1. tempore ecclesie primitiuæ

h 3 mitiuæ

mitiæ usque ad tēpora Constantini, & propinqua, cum passim conuerterentur infideles utebatur ecclesia hoc Apostoli consilio propter spem conuersionis quorumcūque infidelium processu temporis experta fuit Iudæorum obstinationem magis quàm aliorum, & tunc fuit prohibita cohabitatio conuersi à Iudaismo cum permanente infidelitate. In hoc tamen hodiè posset episcopus dispensare vel propter scandalum si timeretur ex separatione fidelis protinus, quia deterrētur à conuersione alij infideles, vel propter probabilem spem conuersionis alterius coniugis. In præsentī casu talis conuersus nescit ecclesiasticam prohibitionem, neque adest episcopus moderaturus, ipseq; potest per semetipsum facere tori separationem, sed an teneatur propter bonū prolis illā facere cum dispendio vitæ si manifestet fidem, vel cum periculo pœnæ si vxor conqueratur ante iudices infideles, est quod vertitur in dubium. Re vera casus ex circumstantijs proprijs illius actus & periculi decidendus est, quod sit maius malum vt euitetur, & minus desinat esse malum. Nam bonum prolis in dubio est si ipsa sequetur, cum nō soleat semper nasci: alia pericula possunt esse certa vel dubia, possetque haberi experientia inter ipsos coniuges an rarè, vel semper, aut in plurimum soleat inter ipsos coeuntes nasci proles.

*Pro. 11.* Matrimonium fidelis cum hæretico baptizato non est ipso facto nullū, quāuis peccet mortaliter cōtrahēs fidelis propter periculū cui exponit prolē, nisi fortè talis fidelis esset vir & aliquis magnus princeps cōtrahēs de licetia Romani Pōtificis pro bono alterius regni, qui & posset filios Catholicè facere nutrirī. Ad hanc iuuat opinio Alfonsi sup. d. 18. p. 4. q. hæretici sunt membra ecclesiæ.

*Pro. 12.* Si alter coniugum fidelium labatur in hæresin, aut aliam infidelitatis speciem matrimonium eorum legitimum non dissoluitur quoad vinculū. Decisa est in. c. Quāto. de diuortijs.

In

In casu præcedentis conclusionis separari potest per iudicium ecclesiæ quoad torum, non autem propria auctoritate remanentis, quòd si propria auctoritate fidelis se separauerit debet reuertēri ad fidē copulari, atq; ad hoc compelli. Si autem fuerit separatus iudicio ecclesiæ non potest compelli. Traditur in cap. De illa, extra de diuortijs. Hoc nota propter nolentes cohabitare coniugibus ab inquisitoribus punitis habitu reconciliatorum, quoniam niam per hūc textum compellunt inquisitores ad cohabitandum. Frater Alfonsus Castro. lib. 2. de hæret. punitioe cap. 7. censet, sententiam qua quis declaratur esse hæreticus sufficere ad tori separationem. Qui casus tunc accidet quando aliquis absens damnatur, & eius statua comburitur.

In omni casu quo ecclesia celebrat diuortium inter virum & vxorem potest innocens intrare religionem & emittere votum solenne. Hęc probatur ex cap. finali de cōuersi. coniuga. & ex cap. Constitutus eo tit. & 27. q. 2. cap. Agathusa. Quòd si opinio Alfonsi vera est quòd sola sententia declaratiua hæretici separat torum reuertenti ab hæresi neque innocēs copulari cogetur, & multò minus si professus iam fuit religionem.

Innocens separatus à coniuge adultero & professus religionem etiā si postea ipse fornicetur non tenetur deserre professionem & ad alium reuertī. Hanc tenet Thoma in additi. 3. p. q. 62. ar. 6. ad. 4. defendunt eam sui vt Soto. d. 36. ar. vlti. Vide & Siluestrinam Diuortium. §. 14. est contra multos Iuristas tenentes contrarium propter cap. Ex literis de diuortijs. Ad quod respondendum pro Thoma, q̄ continet casum specialem propter circumstantias particulares, neq; loquitur de casu iam professi fornicantis, licet iuristæ intelligant ibi generale decretū pro omni adulterio commisso post diuortium.

In omni casu quo licet intrare religionem post matrimonium consummatum, licet ad factos ordines promoueri. Hanc tenet Siluestrina diuortium. p. §. 17. post de Palude neque abest ab ea Angelica. Matrimoniam. 4. §. 3.

i 4

Idcir

*Pro. 13.*  
*Vide in*  
*fra. d.*  
*16. ad fi.*

*Prop.*  
*14.*

*Prop.*  
*15.*

*Prop.*  
*16.*

Idcirco separatus propter hæresin poterit ordinari, & iuxta Alfonsum post sententiam declaratiuam hæretici. Dicitur in concl. post consummatum, quia matrimoniū ratum nō dissoluitur per ordinum susceptionem, sed soluitur per ingressum religionis. Vbi potest notari discrimen q̄ aliud sit matrimonium dissolui per aliquē actum siue quoad vinculum, siue quoad cohabitationem: aliud eō per ecclesiam quoad cohabitationem soluto exercere posse licitē actum aliquem. Nam consummatum neque per ingressum religionis dissoluitur. Celebrato diuortio per ecclesiam etiam in solo rato, si ordinatur innocens non contrahitur extrauag. citatæ. in. d. 27. neque tenetur restitui alteri reuertenti. Videtur tamen hoc sic intelligendum, quod quando actus per se non soluit vinculum, sed exercetur propter datam ecclesiæ sententiā de diuortio, remanens in seculo & vita laicali non potest priori viuente alteri copulari magis quā possit si alius neque profiteretur, neque ordinaretur, sed quasi innocens manere vellet in diuortio. Quando actus ipse soluit vinculum sicut professio soluit ratum, remanens potest alteri copulari sicut si alter mortuus esset.

**Dubium.** Sed de infideli conuerso altero in infidelitate manente, si potest ordinari sicut profiteri dubium est. Sanctus Bona. hac. d. num. 34. tenet quod sic, & quod soluitur matrimonium per ordinum susceptionem, ita quod si infidelis conuertatur possit alteri nubere non tamen dum est, in infidelitate, vt est eius opinio citata supra. p. 2. In idē est Thom. in addit. 3. p. quæst. 59. ar. 5. ad. 4. differt vero, quia nō explicat si post receptos sacros ordines soluat matrimonium vt alter valeat contrahere, sed dicit quod si conuertatur non est ei vir reddendus, sed imputet sibi in pœnam tardæ cōuersionis quod viro suo priuatur. Vbi dat intelligere q̄ manet vinculum matrimonij post ordines, de quibus loquitur ibi specialiter quādo dicit, q̄ sibi imputet si viro suo priuatur. Defendeturque mens huius opinionis similitudine matrimonij rati, quod soluitur per ingressum religionis, sed non per susceptionem ordinum

dinum: Validitas ordinū per modo dicta, quia ex quo noluit infidelis cohabitare & notū est sine tergiuersione, pro remanēte, sit tantundem ac separatio cohabitationis iudicio ecclesiæ, si daretur sententia specialis, quia ex quo sine iudicio ecclesiæ poterat contrahere vt. p. 3. possit etiam ad ordines promoueri. Opinio sancti Bona. defendetur quia matrimonium infidelium quauis sit verū & legitimum non est ratum sicut dicit cap. Quanto de diuortijs, quia potest dissolui, & vterque coniux alio viuente secundas nuptias valet celebrare. Idē bene dissoluitur etiam post consummationem per sacros ordines, neque præiudicat extrauagans Antiquæ: Et sicut si primō conuersus contraheret ante conuersionem comparis, & compar conuersus etiam contraheret vterq; viuens duo matrimonia legitima contraxisset, ita non est inconueniens, q̄ vxor conuersa duos haberet viros viuos, qui fuerunt diuerso tempore, & promotus ad sacros ordines si dispensaretur postmodum ad aliud matrimonium (quod supponimus fieri posse. distin. 38. p. 16. in rep.) etiam haberet duas vxores, quia matrimonium in infidelitate non fuit ratū, neq; fidelis duo cōtraxit matrimonia, sed vnum vt fidelis, alterū vt infidelis. Matrimonium in infidelitate, nō soluitur iure aliquo positivo, seu papali & ecclesiastica dispensatione, sed Diuino iure per citatā Pauli autoritatē. i. Corin. 7. quā ecclesia interpretata est sēper & intellexit, de solutione vinculi ipsius matrimonij, & nō cohabitationis, idē hic est germanus & proprius intellectus Pauli, neq; licet alicui aliā diuersam dare interpretatiōnē. Vbi matrimonium nō soluitur quoad vinculū, sed ad cohabitationē, necessaria est ecclesiæ sententiā ad profitēdū religionē & ordines suscipiēdū, & de hæretico expresse habetur in cap. Vt inquisitionis, & cap. Cum secundū de hæreticis, q̄ eis pœnæ nō infligantur antequā ab ecclesia condēnentur, infligeretur vero magna pœnā si ante condēnationem se coniux fidelis separaret ad religionē, vel ad ordines. In secreto cognita hæresi certō videtur q̄ nō peccaret fidelis negādo debitū in eius correctionē,

h 5 quia

Nota.



quia aliqui intelligunt dictum Christi Matth. 5. q non licet dimittere vxorē nisi causa fornicationis tam de fornicatione corporali, quam spiritali cuiusmodi est infidelitas dicēte. psal. 72. Perdidisti omnes qui fornicantur abs te. Vide Rosellam. Diuortium. §. 13. Sed propter carnalē fornicationē potest negare debitū in secreto, igitur & propter spiritalē. Qui contrarium dixerit bonum habet fundamentū negando verba Christi intelligi de fornicatione spiritali, quæ dicitur ex similitudine ad carnalem, modò analogum stat ibi pro famosiori significato, & ecclesia celebrans diuortium non celebrat nisi auctoritate Dei, quæ ad separandum ex sola hæresi tanquam ex fornicatione nulla est, est autem autoritas Diuina ad defendendum fidelem ne corrumpatur ab heretico, & sic tale diuortium non est nisi tutela coniugis fidelis, vt euitet hereticum non correctum. Titi. 3. facit cap. 2. de diuortijs, vbi dicitur quòd propter peccatum furti, aut aliud crimen viri nõ debet mulier à viro separari, nisi fidei sue religionem corrumpere velit: igitur tale diuortium in hanc defensam conformem Diuino iuri fit. Igitur non potest fidelis propria auctoritate negare eorum etiam in secreto alteri factò heretico. Ad hunc secundum modū vide Alfonso à Veracrucē. 3. p. speculi cõiung. ar. 1. cõcl. 3.

DISTINCTIO .XL.

De impedimento cognationis carnalis, siue consanguinitatis.

Prop. 1.



C O G N A T I O carnalis, seu consanguinitas, (quæ idem est) est vinculum personarum ab eodem stipite propagatione carnali descendentium. Hæc notificatio est communis theologis & iuris vtriusque peritis. In ea est notandum q cognatio est in plus, quam consanguinitas,

tas, nã est superior & comprehendit carnalem, spirituale, & legalem: cognatio carnalis & cõsanguinitas cõuertuntur. Stipes est illa persona à qua plures descendunt. Ordo ipsarum personarum vocatur linea, & assignantur tres lineæ videlicet, ascendentiũ, & descendentium quæ vocatur linea recta, transfuersalium quæ est inter personas ab eodem stipite descendentes & vocatur obliqua.

Ad cognoscendum gradus in linea recta est regula, q tot sunt gradus, q sunt personæ vna persona minus. V. g. Prop. 2. pater & filius faciunt vnum, & primum gradum, quia decepta vna persona non remanet nisi altera quæ est vna, pater & nepos faciunt duos gradus, & sunt in secundo gradu, & sic deinceps. Vocatur gradus determinata propinquitas personæ ad personam.

In linea transfuersali eo gradu distat personæ inter se quoto gradu distat à stipite si ambæ distat equaliter. V. g. duo fratres sunt inter se in primo gradu, quia quilibet eorũ distat à stipite vno gradu: Si distat inæqualiter, eo gradu distat quo distat remotior. V. g. frater & filius fratris sunt in secundo gradu, quia nepos ille videlicet filius fratris est in secundo gradu cū stipite, & sic deinceps. Ad hoc est c. vlr. de cõsang. & affinit. vnde impetrata dispensatione ad vltimũ gradũ in quo distat vna illarũ, licet alia distet in propinquiori gradu valet dispensatio. Quauis enim dispensatio eo, q est cõtra ius cõmune sit strictè interpretanda tamè potest fieri secundũ dispositionē iuris cõmunis, ideo etiam si taceatur in petitione gradus propinquior non potest dispensatio causari de surreptione vide Angelicam. Matrimonium. 3. impedimento. 6. §. 2.

Antiquitus consanguinitas impediēbat & dirimebat vsque ad septimum gradum inclusiue. Prop. 4. Magister in litera, & Gratianus. 35. quæst. 2. cap. Progeniem: Vide & ibi. q. 4. & 5. Modò tantũ impedit & dirimit vsq; ad quartum gradum inclusiue, ita deciditur in. c. Non debet. de consangu. & affin. Sed per modo dicta si aliqua persona illarum distat in quinto non est necessaria dispensatio per cap. finale. eo tit. citatum.

Infi-

Pro. 5. Infideles qui contraxerunt in gradibus prohibitis lege canonica ecclesiastica, conuersi non sunt separandi, sed matrimonium tenet. Sic docet cap. De infidelibus, de cons. & affi. facit & cap. vlt. de diuortijs, quia ait Innocentius in cap. Gaudemus. de diuor. per sacramentum baptismi non soluantur coniugia, sed crimina dimittuntur. Secus erit in contractis contra legem naturæ.

Pro. 6. Grandis controuersia est inter doctores diuersa opinãtes si aliquis gradus consanguinitatis sit prohibitus de iure Diuino, ac naturali.

Opinio. 1. Opinio Scoti hac. d. est, q̄ in linea descendenti & ascēti non potest fieri matrimonium, quia est contra legē naturæ dicente Deo. Genes. 2. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & cetera: quę uerba non solum quoad cohabitationem, sed etiam quantum ad carnalem copulã interpretatur, neq; de solo patre proximo, sed de quocunquē idcirco si Adam hodie uiueret nullam à se descēdentem posset ducere in uxorem, quod & de Enoch qui hodie uiuit dicendum est, à quo descendit Noe. In hoc consentit Rich. hac. d. q. 4. quia ratio naturalis dicit, q̄ ordo naturalis generationis debet procedere, & non retrocedere, sed retrocederet si descendens copularetur cū illo à quo descendit. Consentit & Durandus hac. d. q. 1. Ceterū in alijs gradibus prohibitis Leuitici. 18. nõ durat prohibitio, quia lex illa cessauit secundū Scotū, quia Christus non addit prohibitionē ultra prohibitionē legis naturæ.

Opin. 2. Alia opinio est, q̄ omnes gradus prohibiti lege Moyſis *Vide* Leuit. 18. sunt hodie prohibiti. Horū opinionē seu errorē sequutus Hēricus. 8. rex Angliæ separari uoluit ab uxore legitima Catharina filia catholicorū Hispaniæ regū Ferdinãdi & Helisabeth, quę primo nupserat Arcturo Hērici fratri maiori causans Papã in gradu illo nequiuisse dispēsare. Litigata Romę causa, data fuit sentētia pro matrimonij ualiditate, quã refert Alfonso Castro. lib. 1. de potest. legis. c. vl. à Clemēte 7. & sic hæc non meretur nomē opinionis, fuitq; initium perditionis illius regni.

Opin. 3. Tertia opinio dicit prohibitos de lege naturæ in linea recta

recta primum gradum puta patris ad filiam, & filij ad matrem: in linea trãuersali etiam primū gradum puta sororis cū fratre, & quòd hæc prohibitio ita ligat infideles sicut fideles. Ideo si in his gradibus contraxissent infideles, conuersi forent separandi. Hanc tenet Bon. d. 39. q. vlt. & hac. d. num. 20. Consentit Richardus, hac. d. q. 2. Ad primam partem de parente cum filio afferunt exempla Arist. lib. 9. de animalibus. cap. 47. de Camelo, qui coiuit cum matre arte ingeniatoris, qua cognita postea occidit ingeniatores, & de equo regis Scytharum, qui coiuit cum matre cooperta, & postea cognita fugiens se precipitauit. In hoc oppido de Caceres patria mea quidam noster consanguineus ei nomen Didacus Ouandus de Caceres cum equum haberet pulcherrimum ob id quē uocabatur. Pies de plata, id est argentipes, à quo & à matre item pulcherrima cum filios expecteret, & inter alias equas mille modis mater cooperireretur ipsa inter eas accedente tota vis genitalis membri sæpè ipsi equo fuit naturaliter mox demissa nõ sine omnium admiratione, equū sæpè uidi, matrem aliquando, factum hoc audiui. Cumq; omnes mores honesti in animalibus perfectius congregati sint in homine tanquam perfectiori animali, hoc uideatur esse de iure naturæ, quòd parentes non cognoscant filios, neque è conuerso. Ideo August. lib. 22. contra Faustum cap. 43. culpatur filias Loth concumbentes parenti Genes. 19. dicens quòd potius nunquam esse matres quã sic uti patre debuerunt. Ad secundam partem de fratribus facit, quòd Genes. 12. non credebat Pharaõ Sarram esse simul sororem, & uxorem Abrahæ. Vide & cap. 20. & 26. de Isaac & Rebecca, igitur de lege naturæ est, q̄ fratres non commisceantur sororibus. Quòd uero illi patriarchæ eas dixerunt Sorores, idè fuit quia erant consanguineæ: Sic in oratione sua dixit Tobias de Anna consanguinea. cap. 8. Domine tu scis quia non luxurie causa accipio sororem meam coniugem. Hanc secundam partem tenet August. citato lib. contra Faustum cap. 35. & lib. 15. de ciuita. Dei cap. 16. quòd post filios

Adæ

Adæ & Euz, qui simul coniungebantur, postea id fueri illicitum. Neque affert legem ad hoc cum fateatur Abraham eo tempore vivere quo erat illicitum iungi fratrem sorori. Alex. Alenf. 2. p. q. 169. M. i. tenens hanc & eandem opinionem quam Bon. ad prohibitionem parentum cum filijs affert illud Genes. 2. Relinquet homo patrem & matrem expositum, quoad copulam carnalem: pro fratribus non affert nisi legem Leuit. 18. quam affert & ipse Bona. hac. d. nu. 20. In hac opinione respondendum, sicubi inter gentes parentes fuerint copulati filijs, & fratres sororibus sicut refert Iustinus. lib. 24. quodd. Ptolemaus duxit Sororem Arsinoen. & lib. 30. de alio Ptolemao qui duxit propriam Sororem Euridicen. quodd. fuit ex corruptione, & contra inclinationem naturæ. Apud Indos Occidentales sub Carolo quinto fratres fuere coniuncti sororibus. Alfonso à Veracrucé. 1. p. sui speculi ar. 43. concl. 2. fateatur se in spacio annorum. 30. solos duos inuenisse coniunctos, iudicasseq; illos separandos. Quæstio, verò deducta fuit Salmanticam, de qua in conuentu nostro audiui fratrem doctissimum Hieronymum Valdeuenium, qui cum Alfonso à Castro & fratre Francisco Castello florebat antequam frater Andreas Vega ordinem intraret. Parisijsque cum fratre Ludouico Caruaialo Bethico theologiæ studuerat consilium dedisse, quodd. non separarentur. Si dicas quodd. ex quo pro fratribus nullam aliam legem affert Bona. nisi Leuitici. 18. igitur fuit eius mens quod omnes illi gradus sint hodie prohibiti. Negatur, quia ipsemet nullum alium gradum expressit illorum, immo aperte. d. 39. num. 42. fateatur quodd. Iudæus conuersus non prohibetur retinere relictam fratris, quam in Iudaismo duxit, quodd. est manifestè contra regem Henricum, dat pro ratione, quia hæc prohibitio est de iure ecclesiastico, igitur non durant secundum Bona. illi gradus & potuit Papa dispensare.

Argu.  
cōtra. S.  
Bona.  
Sol.

Cpi. 4. Quarta opinio est media circa primū gradum in linea recta inter hanc Bona. non extendentis nisi ad primum patrem, & illam Scoti extremam, quia auum & auiam excludit

dit de iure naturæ ad contrahendam cum descendentibus. In linea transversali consentit, quod primus gradus sit contra legem naturæ citas. cap. Gaudemus. de diuortijs, ubi permittuntur infideles conuersi manere in. 2. & 3. gradu, sed non in primo. Cui potest responderi, quodd. Inuocentius affirmavit de secundo & tertio de quibus, consulebatur, de primo nihil decreuit quia neque petebatur. Hanc tenet Soto hac. dist. ar. 3. concl. 2. & ar. 4. conclus. 1.

Quinta opinio tenet primum gradum in linea recta non sic esse de iure naturæ, quin ex necessitate publica & communi licere potuisset. V. g. Si Eua solas filias generaret. neque apta videretur generandis filijs, quodd. posset Adam commisceri suæ filia: item si in diluuiō non remansisset nisi Noe atque eius filia posset sine alia dispensatione matrimonialiter iungi. Ad hæc refertur Martinus de Magistris de temperatā. q. de incestu. Vide Caiet. 2. q. 154. ar. 2. in sol. 3. Hæc opinio excusabit filias Loth, quasi reputantes iam mundum igne finiri, sicut tempore Noe per diluuiū homines ferè omnes fuere cōsumpti, & ne periret genus humanum id fecerunt. Sic eas excusat Alcuinus citatus à glossa ord. Genes. 19. & Origines hom. 5. super Genesin. Aliorū doctorū sententiæ cum citatis recidunt. Nam Caiet. loco citato tenens solum inter filium & patrem proximum esse de iure naturæ matrimonium prohibitū, sequitur primam partem opinionis Bona. idè inter auū & neptin posset dispensari, & coniuncti in infidelitate non forent separandi. In. 4. opinione non forent separandi abauus & tritauus, vt verbi gratia, Tobias qui vidit quintam generationem cap. vlt. non prohibebatur de naturæ iure contrahere in tertia & 4. & 5. secus in. 1. opinione. Quodd. fratres qui in infidelitate contraxerant non sint separandi post conuersionem est conforme Scoto & Richar. quodd. si ex animalibus sumitur apparentia pulli columbarum domestici ferè semper sunt mas, & femella, qui & seruāt inter se coniunctionē quasi cōnubij. Neq; Aug. neq; Bon. aliquam legē retulerunt cōtra hoc,

Opi. 5.



quæ re vera debuisset allegari, quandoquidem filij Adæ & Euz matrimonia inter se contraxerant.

**DISTINCTIO. XLI.**

*De impedimento affinitatis: & honestatis seu publicæ iustitiæ.*

Prop. 1.



**A**FFINITAS est propinquitatis personarum ex carni copula proueniens seclusa omni parentela. Hæc est quasi expositio nominis affinis, idest accessio, ad affines. Vndè ad affinitatem requiritur, quòd vir & fœmina facti sint vna caro per carnalem copulam, puta seminationè viri intra vas naturale mulieris: Extraordinaria pollutio quæcunque per quam non sunt vna caro nõ cau-  
lat affinitatem. Vide cap. Fraternalitatis. 35. q. 10. quod & Magister refert in litera, & ibi. q. 3. cap. Extraordinaria. Neque refert si copula sit matrimonialis, siuè fornicaria. Extenditur vero affinitas, vt Scotus ait hac. d. litera B nõ solum ad vxorem cognitam, sed etiam ad non-cognitam, & quod plus est ad sponsam, & talis vocatur publicæ honestatis iustitia. Paret per cap. Veniens, de eo qui cognouit quam polluit.

Prop. 2.

Modo in ecclesia non est nisi vnum genus affinitatis. Parà quòd vir cognoscens mulierem sit affinis consanguineis mulieris & è conuerso, patet per cap. Non debet de consanguini. & affini. vbi reuocantur alia duo genera quæ solcebant esse in vsu ecclesiastico. Puta affinitas affinitatis. V. g. Ioannes mortua vxore cõtrahebat cum alia, illa secunda fiebat affinis omnibus consanguineis prioris sicuti erat, & vir. Alterum erat affinitas secundæ affinitatis.

finitatis. V. g. si mortua secunda duceret tertiam, illa testia erat etiam affinis consanguineis primæ.

Gradus affinitatis cognoscuntur & regulantur per eò sanguinitatem, ita quòd in illo gradu contrahitur affinitas in quo gradu distat persona cognita secundum cõsanguinitatè. V. g. Ioannes cognita Maria est in primo gradu affinitatis cù sanguineis Mariæ qui ei sunt in primo gradu, & sic deinceps.

Affinitas contracta ex actu matrimoniali habet hunc effectum, q̄ impedit & dirimit matrimonium intra quartum gradum inclusiuè. Probat per cap. Non debet, de consanguini. & affinit.

Affinitas contracta ex actu fornicario eundè effectum vsque ad eundem gradum faciebat, sed in concilio Trident. sess. 24. cap. 4. limitatio est facta, quòd tantum impediatur, & dirimat in primo gradu, & secundo, sed quia verba concilij sonare videbantur, quòd solum nõ dirimeret, tamen quòd adhuc impediret Pius quintus anno. M. D. L. X. VI. quarto kalendas Decembris sui Põtificatus anno primo declarauit, q̄ sicut non dirimebat contractum, ita neque impediatur contrahendum.

Affinitas superuenièns matrimonio, licet illud nõ dissoluat, impedit tamen exactiõnem debiti, sed non redditiõnem. V. g. cognouit Ioannes consanguineam vxoris, non potest exigere debitum ab vxore, tenetur vero reddere. Hoc est habendum regulariter, quòd impedimentum quòd si præcessisset matrimonium illud dirimeret, si superueniat impedit exactiõnem debiti ex parte eius qui est in causa. Hoc dictum inuenies in Siluestrina matrimonio. 8. q. 7. dicto. 2. Conclusionem docent textus extra de eo qui cognouit consang. vxoris præcipue. 1. & 10. Per hoc dictum Siluestri intellexi semper decretum & limitationem concilij Trident. supra in præcedenti, non solum obuiasse affinitati ex fornicatione in tertio & quarto gradu, verum & exactiõni debiti. V. g. Ioannes cognouit consanguineam vxoris in tertio gradu, est affinis propriæ vxori in tertio gradu per actum illum fornicarium,

**Pro. 13.** sicut igitur talis affinitas non impediret neq; dirimeret matrimonium cum propria vxore si præcessisset, ita neq; impedit exactiōem debiti ab eadem vxore. Faciunt regula iuris lib. 6. videlicet. 35. Plus semper in se continet quod est minus. 53. Cui licet quod est plus licet utique quod est minus. 80. in toto partem non est dubiū contineri. Sed cōcedit cōcilium, quod est plus videlicet cōtractionē matrimonij & eius vsum: igitur & solū vsum. Limitat hāc affinitatē, vt simpliciter non impediat neq; dirimat, igitur cōcedit quod non impediat, neque dirimat secundum quid. Mirabar quādo hāc scribebam, primò quod audiebam theologos aliquot tam Salmanticenses, quā Complutenses tenere cōtrarium inter quos referebatur vnus ex tribus magistris quos in Theologia habui, annis abhinc duobus vidi super. 4. lib. hūc sent. quēdam typis dedisse sententiam illam: inueni, & aliū tenentem quod ego anno abhinc vno cum scripta eius vidi.

**Argu. n.** Neq; obstat, q̄ conciliū explicet affinitatē ex fornicatione cōtractam quasi voluerit intelligere de fornicatione simplici, & nō de hac, quæ est fornicatio incoestuosa.

**Solutio.** Quoniam fornicatio esse videtur genus cuiuslibet illiciti coitus. 36. q. 1. cap. 2. licet propriè sit inter solutū & solutam. Alioquin si de sola simplici foret intelligendū concilium, neq; inclusisset adulterium, neque stuprum: Dico ergo, quod tantum distinxit de affinitate cōtracta per matrimonium, & nomine fornicationis intellexit ex quocunq; illicito coitu affinitatē cōtractā. Cedēdoq; principale putā matrimonium non vetuit accessorium, putā exactiōnem debiti.

**Prop. 7.** Incoestuosus cognoscent consanguineam vxoris (putā in. 1. gradu & 2. iuxta limitationem concilij Trident.) punitur, pœna quod non possit contrahere matrimonium cum quacunq; mortua vxore si vero de facto cōtrahat, matrimonium tenet, debitum vero ab vxore nequit exigere bene tamen reddere. Traditur in cap. Transmissa. de eo, qui cogno. consang. vxoris.

**Corol.** Ex prædictis cōclusionibus infertur, inter consanguineos

neos viri & vxoris, quia nulla est affinitas posse contra hi matrimonium, similiter inter filium viri ex alia vxore, & filiam vxoris ex alio viro. Facit. cap. Quod autem. **Pro. 8.** 36. q. 1.

Incoestus cum consanguinea vxoris, vxore mortua, secundum aliquos nō impedit matrimonium. Ita tenet Soto. d. 37. ar. 1. Mihi fit probabilius oppositū ex cap. Transmissa. citato. Vbi est casus illius textus, quod quidā mortua vxore cognouit priuignam, hoc est propriæ vxoris filiam, & tamen ille talis prohibetur ab vxore secunda cū qua contraxit postmodum exigere debitum neque facit ad rem quod etiam post matrimonium secundæ iterum cognouit priuignam, quia non est inductum nouum impedimentum, sed iteratum idem.

Incoestus commissus ex ignorantia inuincibili, quia nesciebat incoestuosus cognationem mulieris cum propria vxore, licet per eum verè contrahatur affinitas, non tamen priuatur iure petendi debitum, quia pœnæ sunt restringendæ. Hanc tenet pater Alfonso Castro. lib. 2. de potestat. legis cap. 14. iam ad finem: sequutus est postea Soto. in. 4. d. 37. ar. 2. Facit cap. Discretionem. de eo qui cognouit consang. vxoris, vbi quæ per vim commisit incoestum & contraxit affinitatem non priuatur iure petendi debitum, igitur minus est priuandus qui per ignorantiam. Item vt diximus lib. 2. d. 22. p. 9. Ignorantia inuincibilis excusans à peccato excusat à pœna illius peccati, quod idem Alfonso ibi deducit. At vero cum ibidem interueniat non solum ratio incoestus, sed & affinitas, sitque data supra. p. 6. quasi regula, quod impedimentum præcedens quod dirimeret, sequens impedit exactiōnem debiti, si talis, ignorans consanguinitatem Mariæ cum Ioāna in primo vel secundo gradu, quā vult ducere non obstante, illa nequiret cōtrahere, et si contraheret matrimonium non teneret ratione affinitatis, sic etiam ratione affinitatis cōtractæ debitum exigere nequit postquā rescierit. In cap. Discretionē actus non fuerat voluntarius, sed coactus, & inuita cōtraxerat affi-

nitatem, in casu, actus est voluntarius, licet circumstantia ignorata, ideo non debent pares iudicari. Qui sic philosopharetur nil credo diceret improbabile.

**Prop. 10.** Incestuosus, quia actu fornicario cognouit duas fore res quarum nulla erat sibi vxor, nō video, q̄ incurrat pœnam, q̄ non possit cōtrahere matrimonium. Ratio, quia ius puniens hac pœna incestuosum semper loquitur de illo qui cognouit consanguineam vxoris, & non video, quōd de alio loquatur, igitur potius videtur attendisse ad affinitatem contractam cum vxore, & ad iniuriam factam matrimonio, vt ea puniatur pœna qui nō fuit verus contra matrimonij reuerentiam & honorem vxoris cognoscere cōsanguineam, & vxori propriæ fieri affinis. Pœnæ etiam sunt restringēdx. Idēd canones quos refert Magister in litera. d. 34. supra de dormiente cum duabus sororibus erunt intelligendi quando altera esset vxor. Contrarium huius tenet Martinus ab Azpilcueta. in manuali cap. 22. num. 75.

**Pro. II.** Incestuosus cum proprijs cōsanguineis neque est priuatus iure contrahendi, neque petēdi debitum. Hanc tenet Ricardus. d. 34. q. vlt. Thom. in addit. 3. p. q. 58. ar. 4. Rosella. verbo impedimentum. 8. §. 19. frater Alfonsus Castro lib. 1. de potest. leg. cap. 7. documento. 3. Corolla. 2. quauis non loquatut nisi de exactione debiti, vnde videtur forsitan alicui, quōd non neget imō cōcedat cum Angelica quam refert & impugnat quōd non possit talis cōtrahere, vtrunq; enim tenet Angelica cōtra hanc nostrā cōclusionē, verbo incestus ppe finē. Cōclusionē nostrā tenet & Siluestrina. Matrimoniū. 7. q. vlt. & luxuria q. 4. ad eādem facit Caiet. in summa verbo. Matrimoniū, quia referens impedimentum incestus solū refert de cōsanguineis vxoris & nō de cōsanguineis proprijs. Ratio nem assignant, quia incestus ponit impedimētū non tā ratione culpæ, q̄ ratione affinitatis, idcirco annunciat impedimētū affinitatis. Tūm etiā quia non tā iniuriatur quis vxori & matrimonio cū propria cōsanguinea, q̄ cū cōsanguinea vxoris. T. r. id quia nullus est textus in iure contra-

contrarius, & in hoc est rota difficultas. Hæc concl. *Alia opinio.* est contra Angelicam citatam, quam sequitur Martinus ab Azpilcueta in Manuali cap. 22. num. 75. allegans pro se plerofq; canonistas. *Alia est opinio media* quōd talis incestus impedit contrahendum, si tamen de facto contractum non impedit exactionem debiti: potest dari ratio, quia cum non sit impedimentum dirimens, neque vsus matrimonij debet impedire, quādoquidē talis incestuosus non se inhabilitauit ad id ex voluntate, sicut qui vouerat castitatem. At vero si hic incestus est regulandus per textus quibus incestus cum affinibus, potest argui cōtra hanc opinionem per dicta in. p. 7. hanc opinionē quidam imponit Rosella, sed falsō quia est nobiscū loco supra citato, & Alfonso à Castro propter dicta, & re vera illam tenet. Sequuntur cum Soto. d. 37. ar. 1. frater Antonius Cordubensis in suo questionario lib. 1. q. 12.

Textus quos allegant contra hanc sunt cap. Si quis viduam 32. quæst. 7. cap. Si duo viri. 35. quæst. 6. vbi videtur æquiparari ambo incestus, & consanguineis copulati in coniugio iubentur separari: Et si iuuenes sunt, dicitur q̄ alia matrimonia contrahere non prohibeantur. Igitur sunt prohibiti alia contrahere nisi ratione iuuentutis. Facit & cap. De incestis ea causa. quæst. 3. Afferunt & practica curiæ quæ habet dispensans cum talibus, quōd vno eorum mortuo alter sine spe coniugij maneat.

His textibus potest dupliciter responderi, primō quōd *Solutio.* iubent matrimonia cum consanguineis dirimi, quia nulla erant, & alia similia cum consanguineis non contracta, Statq; solutio cum contextu canonū. Secundō, quōd etiam si concedatur contrariæ opinioni, quōd prohibentur alia contrahere, de solis illis incestuosis est intelligēdum qui contraxerunt in gradu prohibito cum consanguineis propter iniuriam illatam matrimonio, non tamen indifferenter de quibuscunque incestuosis qui sine interuentione matrimonij polluerunt proprias consanguineas. Sic concilium Trident. sess. 24. cap. 5. punit pœna, quōd nunquā dispensetur cum contrahente scien-

ter in gradu prohibito, & multo minus si copula fuit sequuta, Neque dicto nostræ positionis contradicit: nam neque expressit quod cum alia non contrahat, sed solum loquitur de illa consanguinea quod non dispensetur, vt coniugatur.

Ad practicam curiæ dico, q̄ vidi ego dispensationem quæ nihil continebat de matrimonio prius contracto, nihil etiam loquebatur de altero mansuro sine spe coniugij post mortem alterius. Practica etiam pro intellectu secundo textuum poterat potius afferri, quàm de directo contra conclusionem.

**Corol.** Per hæc patet quomodo quâdo diœcesanus cui Papa committit dispensationem inter cõsanguineos & ipse inquirat de copula inter eos si intercessit de qua inquisitione commissio nil continet, ipse diœcesanus excedit limites suæ commissionis, neq; definit dispensatio esse valida, quanuis ipse, si eam illi dispensandi falsi fuissent, nõ dispensaret, quia talis incoestus non est causa impediens de iure matrimonium, neq; fuit necessariõ exprimenda in petitione, vt literæ dicantur surreptitiæ quia fuit tacita causa falsa, seu expressa, quæ dispensationem impediret, sicut definit cap. 2. extra de filijs presbyte. & lib. 6. eo. tit. cap. item. 2. & extra de consangu. & affinit. cap. Quia circa. nam vt dicimus hæc non est causa impediens. De peccato periurij, quo negauerunt occultam copulam. Vide sup. d. 19. p. 127. quia facit ad hoc in puncto de interrogatione rei præter iuris ordinem.

**Pro. 12.** Cum incoestuoso quod contrahat potest, episcopus dispensare & sic dispensatus poterit vti matrimonio per dicta. p. 6. qui potest quod plus potest vtrique quod est minus, similiter si de facto cõtraxit sine dispensatione poterit episcopus postea dispensare ad exigendum debitum. Cum etiam dicant doctores, quod si non est consuetudo petere hanc dispensationem, neque est memoria hominũ quod episcopi dispensent videntur iam episcopi tacitè consensisse & non esse peccatum contrahere, consequens etiam debet esse, quod etiam tacitè consenserint ad petitionem

tionem debiti, quasi accessorium sequatur principale.


Cum incoestuoso qui cognouit cõsanguineam vxoris, **Prop. 13** quod petere possit debitum à propria coniuge cum qua contraxit affinitatem, potest episcopus dispensare ratione iuuentutis vel quia timetur aliàs de incoentia. Ita tenet Rosella verbo, impedimẽtum. 8. §. 10. & dat pro regula generali, quod tam in voto, quàm incoestu & huiusmodi vbi timetur de incoentia, potest episcopus dispensare quoad exactionem debiti, citat pro se Panormita. Ad idem vide Siluestrinam. verbo Debitũ coniugale. §. 9. Neq; est, necessarium dicit Soto. d. 37. ar. 2. q̄ impedimenta sint tam manifesta. Aduertes etiam q̄ Rosella nõ tractat si possit adiri Papa, imo dicit, quod hæc quæstio est de episcopo, quia de Papa certum est, q̄ potest dispensare. Aliquando facta est religiosis cõcessio ad hoc, quã fecit Pius quintus viux vocis oraculo cum prælatis prouincialibus Minorum, q̄ possent assignare tot viros doctos, qui in hac petitione debiti dispensare valerent: quæ concessio, est valdè iusta, quia episcopi nolunt, nisi audito incoestuoso ante notarium, dispensare, timent eiusmodi se manifestare, & eligunt manere indispenlati cum magno periculo.

Probabile est, q̄ in affinitate nullus gradus sit prohibitus diuino iure. Nam de gradibus Leuitici. 18. habes sup. **Prop. 14.** d. 40. p. 6. Soto hac. d. ar. 3. nititur sustinere, quod primus gradus affinitatis in linea ascendenti sit contra ius naturæ, videlicet q̄ quis cum cõtrahat cũ matre, & ipsa mortua cum eius filia. Hoc non credo verum, quia lex Leuitici iam expirauit & in euãgelio non inuenitur talis prohibitio, igitur non est de iure diuino: quod neque sit de naturali prohibitũ longè est verius, quia licet sit affinitas inter eos de iure naturæ, non tamen est vnde proberetur ius naturæ impediens tale matrimonium inter illos affines. Multæ gentes habuere in vsu ducendi matrem & filiam altera illarum defuncta quod de Persis dicit Augustinus super Leuiticũ lib. 3. q. 61. In prouincia Mechuca apud Indos Occidetales, qui desposabat filiam nondum

dum ætate nubili, vsquequo ad debitam ætatem pertin-  
geret supplebat pro matre filia, à qua desistebat comple-  
ta filie ætate vt dicit Alphonfus à Veracrucce. p.1.ar.48.  
concl.1. Vbi & alia seruabatur consuetudo, quòd vi-  
uente parente si quis cognoscebat nouercam occideba-  
tur, mortuo verò parente poterat filius ducere nouer-  
cam. Quòd sit matrimonium cum nouerca non esse prohi-  
bitum iure naturæ. Ideò illa reprehensio Pauli.1. Corint.  
5. auditur inter vos fornicatio, qualis nec inter gentes,  
dirigebatur in eum qui viuo patre fornicabatur cum no-  
uerca, nam.2. cap.7. dicit se scripsisse non propter eum  
qui passus fuerat iniuriam, igitur viuebat pater illius.  
Similiter exhæredatio Ruben Genes.49. ascenderat  
quippe cubile patris viuentis. Propterea inuenti apud  
infideles in his gradibus coniuncti, non erunt sepa-  
randi.

De publica honestate.

Prop.15



**I**USTITIA publicæ honestatis est  
propinquitatis proueniens à sponsalibus,  
impediens & dirimens è solo ecclesiæ  
statuto propter honestatem. De hac de-  
finitur concil. Trident. sess. 24. cap. 3.  
quòd non contrahatur nisi propter spò-  
salia valida. In quo limitauit cap. Vni-  
cum de sponsalibus lib. 6. quia cõtrahebatur per illud in  
spòsaliibus etiã inualidis. Itẽ decreuit q̄ non impediat ni-  
si in primo gradu, cum antea vsque ad quartum impedi-  
ret & dirimeret.

Prop.

16.

Matrimonium ratum & non consummatum similiter  
impedit, ne talis cõtrahens mortuo compare contrahat  
cũ mortui cõsanguineis. De hoc fuit quæstio inter docto-  
res si hoc matrimonium impediat tanq̄ affinitas, aut tan-  
q̄ publicæ honestatis iustitia. quibusdã visa fuit quæstio  
verbalis. Mihi vero post concil. plus est q̄ verbalis, quia si  
impediret

impediret vt affinitas impediret vsque ad quartum gra-  
dum, sed quia impedit vt publicæ honestatis iustitia non  
excedit primum gradum, estò in foro contentioso posset  
præsumi copula si cohabitauerunt, aut soli aliquando mã-  
serunt. Idcirco placet sententia Scoti citati sup. p.1. q̄ est  
impedimentum publicæ iustitiæ, & extenso nomine vo-  
cata sit affinitas; sic enim aliqui appellauerunt sicut Tho-  
mas in addit. 3. p. q. 55. art. 4. ad. 2.

DISTINCTIO. XLII.

De impedimento cognationis spiritualis & le-  
galis: De raptu: & de secundis nuptijs.



**C**OGNATIO spiritualis est proxi-  
mitas proueniens ex datione sacramen-  
ti vel retentione ad illud. Contrahitur  
vero in sacramento baptismi, in confir-  
matione, & in catechismo qui præce-  
dit baptismum. Hæc habetur cap. 1. &  
2. de cognatione spirituali lib. 6. Vi-  
de extra eo titul.

Prop.1.

Hæc cognatio non habet gradus, sed species, quæ sunt  
tres: paternitas, compaternitas, & fraternitas. Sumitur  
quippe hæc cognatio ad similitudinem carnalis: vt sicut  
per generationem carnalem sumit homo esse naturale, &  
contrahit vinculum cum parentibus, & fratribus ex parẽ-  
tibus eisdem natis, sic in regeneratione spirituali per quã  
suscipit esse gratiæ spiritualis contrahit vinculum spiri-  
tuale cum regenerante vice Dei, & gerente personam pa-  
tris: similiter cum tenete ad regenerationẽ quasi tenen-  
te vicem matris. Cum etiã in generatione carnali inue-  
niantur tria, dispositio ad ipsam generationem idest se-  
minum commixtio, secũdum, ipsa generatio, tertium ip-  
sius generationis manifestatio, quando exit fœtus uter-  
um matris, ita in proposito Catechismus est dispositio,

Prop.2.

baptismus ipsa regeneratio, confirmatio manifestatio re-  
generati, qua se manifestat & vngit ad publicè profiten-  
dum se genitum ex aqua & Spiritu sancto. Ideo in his tri-  
bus duntaxat contrahitur.

*Prop. 3.* Paternitas est secundum quam dans sacramentum &  
tenentes ad illud sunt patres spirituales illius, qui sacra-  
mentum recepit, ipse vero recipiens remanet eorū filius.  
Compaternitas est, secundum quam hi patres spirituales  
sunt compatres, idest simul patres cum parentibus carna-  
libus ipsius recipientis sacramentum, & facto vno coniu-  
ge compatre, quia tenuit vel baptizauit, vxor eius si erat  
iam facta vna caro cum viro per copulam etiam si non te-  
nuit, sit commater parentum ipsius baptizati. Fraterni-  
tas erat inter filios ministrantis sacramentum & filios te-  
nentium, cum ipso recipiente qui recipiens erat frater  
quorunlibet illorum.

*Prop. 4.* Per concilium Trident. sess. 24. cap. 2. exclusa est frater-  
nitas, vt iam nullum sit impedimentum ad matrimonium,  
& restricta est paternitas, & compaternitas quoad nume-  
rum, quia per cap. Quauis de cogn. spiri. lib. 6. quocū-  
que tenuissent ad baptismum & confirmationem erāt pa-  
tres, modo esse non potest nisi vnus, aut saltem vnus, &  
vna. Item est restricta compaternitas q̄ nulla sit inter ba-  
ptizantem vel confirmantem & tenētes, hoc est paternos.  
Nulla etiam paternitas & filiatio baptizati & confirmati,  
ad coniugem, vel concubinam, aut concubinum se tenen-  
tis, hoc est patrini, vel se baptizantis aut confirmantis.  
Quantuncūq; facti sint vna caro, iam non sunt compa-  
tres. Remanet ergo impedimentum, paternitas inter re-  
cipientem sacramentum cum dante & tenente: compa-  
ternitas inter dantem & tenentem cum patre & matre re-  
cipientis sacramentum.

*Prop. 5.* Hęc cognatio spiritualis per baptismū & confirmatio-  
nem impedit matrimonium & dirimit. Patet ex citato cō-  
cilio, & textibus iuris.

*Prop. 6.* Patres spirituales, putā qui conferunt sacramentū & pa-  
trini qui tenēt, necessario debēt esse baptizati, quia sicut  
nullus

nullus potest esse cognatus carnalis, qui nō est natus car-  
naliter, ita neq; pater, spiritualis qui nō dū est renatus spi-  
ritualiter, etiā si sit catechumenus. Hęc tenet Ric. hac. d.  
ar. 1. q. 3. Cōtrariū tenet Angelica. Matrimoniu. 3. impedi-  
mento. 7. §. 10. quoad baptizantē: quia non potest negari  
esse pater: igitur est & cōpater: de suscipiente seu patrino  
bene tenet q̄ debet esse baptizatus. Vide Rosellam. Impe-  
dimentū. 6. §. 26. vbi citat Archidia. q̄ si baptizatus tenet,  
vel baptizat verē contrahit cōpaternitatē cū parentibus  
infidelibus ipsius baptizati. Neque refert q̄ baptizans vel  
tenēs sit hæreticus modo sit baptizarus Thom. quancūq;  
cognitionē spirituale negat ab infideli. in addit. 3. p. q.  
56. ar. 3. ad. 3. & 4. ad. 3. etiam.

Hęc cognatio quæ contrahebatur in catechismo impe-  
diebat & nō dirimebat matrimoniū, & erat intelligēdū *Prop. 7.*  
quando daretur catechismus sine baptismō. V. g. baptiza-  
batur puer domi: & tenebatur à patrino, postea delatus  
ad ecclesiam ad catechismum tenebatur ab alio. Vide. e.  
Contracto, extra de cognat. spir. & c. Per catechismū lib.  
6. eo tit. Nomine catechismi nō veniebat exorcismus, ne-  
que alia cæremonialia vt appositio saliuæ, & olei vntio.  
Putā si vnus teneret ad vnum cæremoniale, & alter ad  
aliud, quia odia & pœnæ sunt restringendę. Alioquin tot  
forent impedimenta quot erant cæremonialia.

Post concilium Trident. citatum hoc impedimentū ces-  
sasse videtur, quia solū explicuit baptismum & confirma-  
tionē ad hanc spirituale cognitionē. Hanc tenet Alfon-  
sus à Veracruc. 4. p. specul. ar. 22. iam ad finem, & est intel-  
ligendus vt in præcedenti, casu quo daretur aut fieret ca-  
techismus sine baptismō. Idem dicit. ar. 55. concl. 4.

Alter coniux baptizans vel tenens proprium filium, *Prop. 9.*  
non ex necessitate, errore, aut ignorantia siue iuris siue  
facti, non potest exigere debitum ab altero coniuge. Vi-  
de supra regulam. d. 4. p. 6. quia impedimentū quod præ-  
cedens dirimit, sequens priuat exactione debiti. Si fiat  
propter aliquod dictorum nō impedit per cap. Si vir: ex-  
tra de cognat. spir.

## De cognitione legali, &amp; raptu.

Pro. 10.



**C**OGNATIO legalis est propinquitas proueniens ex adoptione, seu arrogatione. Ita Scotus hac d. Est adoptio secundum Richardum hac d. ar. 2. q. 1. motus voluntarius quo de non filio fit filius non naturalis, sed ad imitationem filiationis naturalis. Ars quippe, ut ait Arist. 2. phys. tex. com. 79. & .4.

Mercero. tex. 28. imitatur naturam, implere volens id quod deest naturæ, ut dicit. 7. politico. cap. 17. in fine.

Ideo non attingit naturam, sed infra ipsam remanet, sic hæc adoptio non attingit filiationem naturalem. Adoptio item est duplex una perfecta, quæ vocatur arrogatio: alia imperfecta retinens nomen simplex adoptionis. De his plura tractare pertinet ad iurisperitos.

Pro. 11.

Hæc cognatio legalis nõ habet gradus, habet vero tres species, prima est quasi ascendentium & descendendum, scilicet inter patrem adoptantem & filium adoptum, & filios ipsius adoptati quasi nepotes, quia omnes illi dicuntur filij adoptantis. Hæc species protenditur vsque ad quartum gradum descendendum, & impedit matrimonium & dirimit. Secunda species est quasi collateralis inter transfuersales, puta inter filium adoptatum, & filios naturales adoptatis, quia sunt quasi fratres: hæc impedit quandiu durat adoptio. Vnde si adoptatus fiat extra potestatem adoptantis per emancipationem, vel per mortem adoptantis eiusmodi fratres possunt contrahere. Tertia species est inter uxorem adoptati & adoptantem, & inter filium adoptatum & uxorem adoptantis inter quos non potest esse matrimonium & si fiat est nullum. Sola secunda species habet memoriam in iure canonico extra cap. vnico de cognatione legali. De qua ponit glossa duas opiniones, vna est communis quod impedit & dirimit

mit quandiu adoptatus manet in potestate adoptantis, quam specialiter tenet Richardus hac d. ar. 2. q. 3. Alia dicit quod non dirimit quia est impedimentum temporale. Hæc retulit Martinus ab Azpilcueta in Hispano manuali atque latino cap. 22. num. 44. Vide de his opinionibus Angelicam. Matrimonium. 3. impedimento. 8. §. 2. & .6. Prima & secunda species sunt ex iure ciuili, quantum ad hoc receptæ iam in vsu ecclesiæ. Hinc oritur questio si principes ciuiles ex potestate suæ ditionis possunt etiam inhabilitare personas ad matrimonium, sicut supra. d. 39. p. 7. dictum est de infidelibus: De. q. vide victoriam in relectione de matrimonio. Crederem ergo quod non possunt principes Christiani, quoniam apud Christianos talis contractus est in ordine ad sacramentum: modo quæ sacramenta contingunt pertinent ad potestatem spiritualem sup. d. 19. p. 120. Hæc species legalis cognationis si valent est, quia ecclesia vsurpauit, & non quia Imperatores ordinauerunt, cum apud christianos contractus matrimonij non sit merè ciuilis, sed in ordine ad sacramentum tanquam ad finem.

## De raptu.



**R**APTVS, qui est violentia facta puellæ inuitæ rapiendo illam de domo patris, aut etiã volentem, inuito vero parente, est impedimentum impediens & dirimens, quãdiu ipsa manserit in potestate raptoris. Definita est in concilio Trident. sess. 24. cap. 6. ait enim inter illos nullum posse matrimonium consistere, vbily consistere denorat impedimentum dirimens, sicut in cap. vnico. de cognatione legali citato in præcedenti dicitur, quod quãdiu durat adoptio, inter adoptatum, & sororem filiam adoptantis nuptiæ consistere non possunt. Sed ecce apertam hinc etiam viam opinionibus sicut ibi, ut communiter dicatur dirimere: secundum aliam quia temporale,

Prop. 12.

non



non dirimet, sed tantum impediet.

De secundis nuptijs.

Pro. 13.



**S**E C V N D Æ nuptiæ sunt licitæ, & verum sacramentum, imo & tertiæ & quartæ ac deinceps. Magister in litera. Probat ex Paulo. 1. Corint. 7. Si dormierit vir liberata est à lege viri, cui vult nubat, tantum in Domino. Vide Augustinum citatū in litera, & à Gratia

no. 31. q. 1. cap. Deus. & c. sequenti, quia Christus in euangelio non dānauit illam, quæ septē viros habuit. Matth. 22. neq; Samaritanam quæ quinq; Ioan. 4. & ibidem Hieronymū cap. Aperiunt. Abraham mortua Sara duxit Cethuram. Genes. 25. Sacra post septem viros nupsit Tobix Suasu Angeli Raphaelis. Extat definito concilij Florentini dicens. Quoniam asseritur nonnullos quartas nuptias tanquam damnatas respuere, declaramus non solum secūdas, ac tertiās, sed & quartas atque vltiores (si ali- quod canonicum impedimentum non obstat,) contrahi posse. Per dicta reuincitur error Cataphrigum, Montani, Nouati, Tertulliani, & Græcorum damnantium secūdas nuptias.

DISTINCTIO. XLIII.

*De resurrectione corporum: si est futura? & si omnium? De eius causa, hora & tempore: atq; de memoria hominum post hanc vitam.*

Prop. 1



**D**E fide est, quod erit resurrectio mortuorum. Docetur in simbolo Credo resurrectionem mortuorum. Est contra hæresin Sadducæorum negantiū resurrectionem mortuorum Matth. 22. & act. 23. vbi Paulus

us excitauit dissensionem inter Sadducæos & Phariseos licens se iudicari, quia credebatur resurrectionem. Simon Magus, quem ex responsione Petri act. 8. quando voluit emere gratiam Dei, constat fuisse Christianum, negauit resurrectionem. 2. Timor. 2. dicuntur Hymenæus & Philetus excidisse à veritate, quia dixerunt factam fuisse iam resurrectionem. Athenis philosophi gentiles propter difficultatem articuli repugnantem omni rationi naturali Paulum eam prædicantem vocabant semini verbum, & nouorum demoniorum annuntiatorem act. 17.

Resurrectio generalis omnium futura est, nisi in aliquibus ex Diuina gratia & beneficio prius completa fuerit. Probat. 1. Corint. 15. Ecce mysterium vobis dico. Omnes quidem resurgemus. Prop. 2

Priusquam resurrectio fiat omnes morientur. Hanc tenet Ambrosius, quem Magister refert in litera. Sequuntur Bona hac. d. nu. 5. & 12. Scotus hac. d. q. 5. litera L. Richardus ar. 4. q. 1. Th. in addit. q. 78. ar. 1. dicit hanc opinionem esse securiorem. Eam probant plurimæ autoritates scripture. Heb. 9. statutum est hominibus semel mori post hoc autem iudicium. Matth. 25. Dormitauerunt omnes & dormierunt. 1. Corinth 15. Sicut in Adā omnes moriuntur, ita in Christo omnes viuificabuntur. Iosue. 23. ingredior viam vniuersæ carnis. psal. 88. Quis est homo qui viuet, & non videbit mortem? id est, nullus. Ratione, ante iudicium ignis conflagrabit elementa, igitur naturaliter omnes morientur, neq; habemus vnde fit faciendum miraculum, ne ignis ille consumat omnia: Maxime cum mors sit pœna peccati originalis, & resurrectio fienda ex cineribus. Per hanc rationem probatur modus mortis, de quo dicit Ambrosius citatus quod electi, qui tunc reperientur, in aere morientur euntes obuiam Christo, & ibi resurgent, quod ego non credo, sed quod in conflagratione incinerabuntur. Bona citatus dicit de modo, quod habet dubitationem qualis erit & experientia tunc magis docebit: sed ratio fundatur in actione naturali ignis, & est magni momenti.

Ille ignis purgabit electos sup. d. 20. p. 5.

Alicui

*Arg. Sol.* Aliter illi fuscitati in aëre non incinerarentur. Articulus fidei, qui iudicaturus est viuos est mortuos, habet duplicē intellectum, nomine viuorum intelligendo iustos, nomine mortuorum peccatores, sed est mysticus. Vel secundò viuos intelligendo iustos, qui in aëre quando rapiētur morientur. Hos intellectus habes in litera Magist. Dic tertid, quòd articuli huius confessio durabit vique ad iudicium, & quandiu ecclesia militat confitentur viui quòd iudicabit mortuos, qui p̄cesserunt, & viuos, qui sunt & viuunt quandiu confessio illius articuli p̄dicatur: Sic intelligimus nos de p̄cedentibus, atque de nobis: subsequentes de nobis mortuis, atque de seuiuis.

*Arg. 2. Sol.* Autoritatem Hieronymi (quam refert Magister in epistola ad Marcellam, propter quam ipse Magister dubitat de conclusione,) interpretatur Bona. q̄ non loquitur asserendo, neque recitando propriam opinionem, sed cuiusdam Græci. Richardus dicit q̄ potest teneri Hieronymū fuisse illius opinionis, neque tamen incurrisse hæresin, vbi innuit cōtradicere nostræ cōclusioni non esse doctrinā suam. Hoc nota propter Erasum & Caietanum, contra quos vide Catharinum, in tractatu de vniuersali omnium resurrectione. At vero Hieronymus pro nobis est in epistola ad Minerium & Alexandrum: habetur in tertio tomo, vbi ex professo super illa verba Pauli. 1. Corin. 15. omnes resurgemus, sed non omnes immutabitur tractat quæstionē, quia lectio Græca est diuersa. Vna legit: Non omnes dormiemus, omnes autem immutabimur. Hæc dicit sequutū Theodorum Heracleotam: Alia è conuerso omnes dormiemus, nō autē omnes immutabimur, quam dicit sequutum Didymum, Originem, & Acacium episcopū Cæsareę, quæ turris Stratonis vocabatur. Huic, vt ipse dicit magis adquiescit ecclesia. Ad medium epistole ait, quòd magis conueniat veritati ita legere omnes quidem dormiemus, non autem omnes immutabimur, igitur pro nobis est Hieronymus.

*Pro. 4.* Hæc generalis resurrectio futura est omnium simul, ita

ita quòd non erit successio, vt aliud prius, alij posterius resurgant. Hanc docet Augustinus. libro de Ecclesiasticis dogmatibus cap. 6. inquiens. Erit resurrectio mortuorum, sed vna, idest in simul & semel: non prima iustorum, & secunda peccatorum, vt est fabula somniorum, sed vna omnium. Fuit quippè error dicentium per mille annos resurrecturos iustos, & cum eis Christum regnaturū in Hierusalem corporaliter antequam resurgeret impij. Hic error imponitur à Hieronymo lib. de ecclesiasticis scriptoribus Papiæ discipulo sancti Ioannis Euangelistæ, quem dicit sequutos Irenæum, Apollinarium, Tertullianum, Victorinum Pictauiensem, & Lactantium Firmianū, contra quos sunt citata verba Augustini. Alij ponunt q̄ erit mora licet valde modica post resurrectionem iustorum à resurrectione reproborum, ad significandum quòd electi libentissimè venient ad iudicium, & reprobi inuiti: propter illius modicitatem non sunt negandi omnes resurgere simul. Ad hanc facit Richardus hæc. d. ar. 5. q. 1. Scotus citata. q. 5. ad primum principale explicat clarè, tenendo quòd quando electi viui rapiuntur cum fuscitatis morientur in aëre, & ibi resurgent, igitur prius erant alij fuscitati. Tenendo, esse incinerandos omnes, vt. p. p̄cedenti, non est opus quòd modicissima mora sit in resurrectione aliorum iustorum ad alios. Mali resistere non poterunt, & differre ad iussum Archangeli tam cito informare sua corpora, quam electi; si in eorum manu esset tam homines reprobi, quam daemones differrent venire ad iudicium. Maius erit gaudium electorum videntium se simul resurgere: maior confusio reproborum videntium ex eodem loco & sepulcro se fædos, alios simul resurgere gloriosos ac rapi obuiam Christo, quam si post illos raptos ipsi reprobi resurgerent.

Autoritas Pauli. 1. Thessalo. 4. Mortui qui in Christo sunt resurgent primi. Deinde nos qui viuimus, qui relinquimur simul rapiemur cum illis, non intelligo ponat successione in resurrectione, neq; affirmet aliquos futuros viuos, quia inter viuos de quibus meminit annu-

*Arg. Sol.*

k merat

merat seipsum passum sub Nerone: sed ponit ordinem in eis quæ tunc fient, quia neque sancti veteris testamenti, neque noui præuenient in resurgendo alios mortuos, licet præcedent in dignitate & primitate fructus quem affert resurrectio, qui non est sola vnio ad corpus, sed vnio gloriosa, idè dicit resurgent primi. Capiendo per mortuos in Christo, omnes iustos, & non solos qui tunc erant mortui. Deinde idest resurrectione facta, tam ipsi apostoli, quam sancti præcedentes ipsos, & postea sequentes simul rapiuntur in nubibus, quia reprobi manebunt in terra: Sicut venienti principi obuiant primares, remanentibus vilioribus, etiam in carceribus si opus est.

Arg.  
Sol.

Autoritatem Apocalyp. 20. quod sancti vixerunt & regnauerunt cum Christo mille annis, cæteri mortuorum non vixerunt donec consumantur mille anni: Hæc est resurrectio prima, exponit Augustinus lib. 20. de ciuitate Dei. cap. 9. Vide & Richard. citato loco ad. 2. & dico quod mille anni est totum tempus sæculi huius, ponitur quippè millenarius pro vniuersitate, vt idem August. ait, cap. 7. sicut. psal. 124. Memor fuit verbi, quod mandauit in mille generationes, idest in omnes. Totum tempus sæculi martyres, & alij sancti, qui cū martyribus intelliguntur sicut per partem totum corpus ecclesiæ, cum Christo regnant beati viuentes vita gratiæ & gloriæ, quæ est resurrectio prima: secunda erit resurrectio corporū. Sic mors prima vocatur peccatum dicente Christo Lucæ 9. sine mortuos sepelire mortuos suos, idest peccatores alios peccatores: Damnatio vocatur mors secūda, Apocalyp. 20. infernus & mors miseri sunt instagnū ignis, hæc est mors secūda.

Prop.  
5.

Probabile est fuisse iam aliquibus completam resurrectionem. De beata virgine ita tenuit Angustinus in sermone quodam de ipsius assumptione, afferendo probabilissimas rationes, cuius sententiam vt magis piam sequitur totius populi Christiani consensus, adeo quod multi theologi oppositam qualificant pro temeraria,

præsumptuosa, & scandalosa. Cum Augustino vide Alexand. 3. p. quæst. 20. Memb. 1. ar. 2. & Memb. 2. ar. 4. De his qui cum Christo resurrexerunt. Mat. 27. non in die mortis eius, sed in die resurrectionis ( quorum resurrectio ibi per anticipationem refertur, ) opinio probabilior est quod, in eis fuerit completa resurrectio non amplius morituris. Hoc est contra Alexand. 3. parte quæst. 20. M. 2. artic. 4. sequentem Augustinum, quem & sequitur Tho. 3. parte. quæst. 53. articul. 3. ad. 2. qui tamè in. 4. in aliam declinavit. Vide hac. distinct. quæst. 3. & in addit. 3. part. quæst. 77. articul. 1. ad. 2. Quod resurrexerint fatetur Alexand. alioquin veri testes non fuissent Dominicæ resurrectionis, si in phantasticis corporibus apparuissent: quod postea fuerint mortui iterum, illi fatentur, nos negamus, quia sine penitentia sunt dona Dei Rom. 11. neque ipsorum priuilegium euacuat legem communem de omnium resurrectione. In hanc facit opinio Bona. quia illorum animæ factæ fuerant impassibiles, idè non erant vnibiles corpori iterum corruptibili, tempus etiam merendi eis finitum & clausum erat. Non opus est in priuilegio huiusmodi ordinato ad probandam Christi resurrectionem, velle ratione probare quod Ioannes baptista vel alius debuit resurgere, quia priuilegia sunt gratiæ factæ vni, & non alteri. Aliqui esse potuere magis congrui testes, ipse Ioannes aut alter magis conuenire in oisibus & reliquijs remanere ad deuotionem nostram. In alia opinione potuit verè fuisse suscitatus, & caput esse hodie inter nos. Fortè ex aliqua reuelatione huius resurrectionis futuræ cum Christo appetebant sancti Patriarchæ sepeliri in terra promissionis vt Iacob. Genes. 47. & 49. & Ioseph. 50. De Ioanne Euangelista tenendo quod verè fuit mortuus, (nam discipuli intellexerunt ipsum nunquam moriturum. Ioan. 11. alij dicunt, quod moriturus est per Antichristū occisus in fine mudi) potest probabiliter sustineri, quod sit iā suscitatus per rationē

Vide in  
breuil. 3  
d. 18. p.  
2.

Augustini de virgine, quod si non esset in corpore & anima in cælo, non æquasset illam filius alius sanctis, quorum reliquæ habentur in honore ita & de Ioane dici potest.

Echius hom. 4. de assumptione Mariæ refert Ambrosium citatum à Bernardino de Bustis, quod quotannis in die, quo celebratur resurrectio Christi, resurgunt aliqui sancti, in Ambrosio dicit se non recordari vnquam legisse. Forsan sumit Bernardinus ex sermone cuius fragmentum recitabatur in antiquo breuiario, quem tamen hodie inuenire non potui, aiebat pro martyribus tempore Paschali. Cur non quotiescunque resurrectionis Domini festiuitas celebratur, toties resurgere credamus & sanctos? Hi iam in monumentis audierunt vocem filij Dei Ioann. 5. & audient post venturi ad iudicium.

**Prop. 6** Causa efficiens principalis nostræ resurrectionis est virtus Diuina, hoc est, tota Trinitas. Hanc docet Bona. hac. d. num. 33. Richar. ar. 3. q. 3. Probatum ex dicto Philosophi in prædicamentis. cap. de oppositis. Ex habitu in priuationem mutatio fit, à priuatione in habitum impossibile est (intellige per naturam) neque enim cæcus factus, rursus vidit, neque caluus rursus comatus factus est, neque edentulus factus, dentes ei iterum orti sunt, igitur à simili, per naturam neque mortuus resurrexit. Et per consequens resurrectio ex parte agentis erit supernaturalis, quia ab agente supernaturali. Iob. 14. Homo cum dormierit non resurget, donec atteratur cælum non euigilauit, neque consurget de somno suo, videlicet propria virtute, quia resurrectionem corporum ipsemet confessus est ibi. Expecto donec veniat immutatio mea: quæ cum non sit fienda nisi Diuina virtute subdit. Vocabis me (scilicet à sepulcro) & ego respondebo tibi. Operi manuum tuarum porriges dexteram, (scilicet vt virtute tua excitemur, & immutemur. psal. 87. Nunquid medici suscitabunt? q. d. non.

**Cor.** Ex hac inferitur falsitas opinionis Platonice, quam refert August. lib. 12. de ciuit. cap. 13. post reuolutionem

nem. 36. millia annorum omnia reditura esse eadem, quia redeunte causa rediturus erat idem effectus, sed post illos annos cælestia corpora quæ influunt in hæc inferiora redibunt omnia ad eundem situm: Hi anni vocantur magnus annus Platonis.

Anima rationalis in hac resurrectione non vniet se virtute sua naturaliter corpori super naturali reproducto. Hanc tenet Scotus hac dist. quæst. 3. litera. O. Contra Henricum. Vide eundem Scotum lib. 3. dist. 16. quæst. 2. sub litera. F. Probatum: Agens, seu efficiens est perfectius suo effectu, sed homo est perfectior anima rationali, sicut totum est perfectius sua parte, igitur anima rationalis non potest effectiue vnire se corpori etiam organizato. De maiori huius argumenti vide supra. dist. 12. prop. 4. & lib. 2. dist. 25. p. 3. Secundo. Anima se tenet in genere causæ formalis & non efficientis. Confir. Ad primam vnionem animæ ad corpus requiritur virtus Diuina, igitur & ad secundam in resurrectione. Confir. secundo. Si anima se vniret corpori naturaliter, sola reformatio corporis foret supernaturalis, resurrectio ipsa naturalis ex parte principij actiui, quod non videtur esse dicendum. Richar. hac. d. ar. 3. q. 2. pro vtraque opinione facit rationes & soluit.

**Arg.** Contra hanc arg. Anima est actus primus corporis naturalis potentia vitam habentis. 2. de anima. text. 6. seu cap. 1. igitur inest ei naturalis appetitus, & inclinatio ad suum corpus, & cum appetitus naturalis non sit frustrà, formato corpori ipsa ei se poterit vnire naturaliter.

**Sol.** Huic argum. posset dupliciter responderi: primò negando appetitum naturalem ad corpus: quod in errore Platonis & Originis clarè patebat dicentium animas creatas ante corpus: sed eo dimisso, anima non appetit naturaliter corpus corruptibile quia ipsam aggrauat Sapi. 9. aliàs quippè appeteret male sibi esse ex eiusmodi corporis corruptibilitate: neque appetit corpus incorruptibile quia tale esse per naturam est impossibile, & anima

separata hoc bene intelligit, ergo ipsum non appetet quia electio non est impossibile, & appetitus eius naturalis satius fuit, expletus & completus quandiu animavit corpus, ut ex Avicenna deducit: Scetus hac dist. quaest. 2. littera. R. sciensque resurrectionem & reformationem corporis esse super naturalem, quia tam appetitum libero quam naturali, manet non violenter. Secundò potest concedi appetitus naturalis ad corpus, quem concedit Thom. p. q. 76. ar. 1. ad. 6. & tunc currit opinio diversitas, quod formato corpori possit ipsa suum appetitum naturalem naturaliter consequi, quod verba Thom. ibi sonare videntur, & facit ratio eius, quaest. 23. ar. 1. quia si est proportionatus hic appetitus naturæ poterit natura ipsum consequi. Potest negari in alia opinione Scoti, quia licet sit appetitus naturalis non potest ipsum consequi naturaliter sicut de Deo, qui est finis naturalis, tamen supernaturaliter adipiscendus. Has duas solutiones vide in Bonavent. hac distinct. num. 30. De damnatis concessio appetitu naturali ac corpus, dicitur infra dist. 50. p. 12.

**Corol.** Ex hac & præcedenti convincitur error Pythagoricorum quos sequuti sunt aliqui hæretici, ut Albanenses, & Albigenes quod animæ transmigrant de corpore in corpus, quoniam si hæc anima habet appetitum ad corpus hoc, igitur non transit naturaliter ad informandum aliud: Si unio eius ad corpus non potest fieri virtute propria non potest transire ad aliud corpus animatum, ut sint in eodæ formæ substantiales. Dicit etiam Athanasius. lib. 6. de beatitudine filij Dei ostendendo regulas fidei. Si quis confitetur animas hominum in revolutionem rursus in mundo, aut in hominibus, aut in pecudibus, aut in serpentibus verti, anathema sit. Hæc autoritas facit contra errorem Tertuliani in brevil. 2. distinct. 17. p. 8. Ad propositum clarius. Unaquæque anima receptura est prout gessit in corpore. 2. Corinth. 5. sed quæ fuisset in duobus corporibus deberet in pluribus

bus resurgere, ut in pluribus reciperet. Quod si in uno bene, in alio malè facisset, foret simul præmianda, & puniendæ, quæ sunt manifeste falsa.

**Resurrectio Christi est causa nostræ resurrectionis: Prop. 8.**  
 Hanc tenet Alexand. 3. p. quaest. 20. M. 2. ar. 1. & 3. Bona. hac. d. à numero. 32. & deinceps. Richard. ar. 3. quaest. 3. Causa non debet intelligi meritoria, quia fuit extra statum merendi. Vulnus lanceæ, quia acceptatum in vita, fuit postea satisfactorium, similiter potest dici de alijs eius operationibus aut passionibus, ut de sepultura & descensu ad inferos. Potest exemplificari in præcipiente suffragia sibi fieri post mortem, vivens in illa dispositione meruit, mortuo accrescit satisfactio quando sunt à vivis. Ipsa resurrectio facta Diuina virtute, Rom. 8. Qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, viuificabit mortalia corpora vestra, neque alia opera discipulis apparendo, ipsosque docendo fuisse meritoria, neque satisfactoria. Nisi, ut dicit citatus Alex. improprie sumamus meritum pro interpellatione, qua interpellat pro nobis. ibi. Rom. nam sicut de sanctis oramus quod propter eorum merita adiuuemur, ita per resurrectionem & ascensionem Christi petimus liberari. Est igitur causa exemplaris, non Idealis in mente artificis Dei, sed exemplar exterius ad quod debet nostra resurrectio conformari, Philipp. 3. Saluatorem expectamus, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Quod non sit in genere causæ efficientis tenet Bona. & Richardus citatus: tamen ad causam efficientem bene reducitur causa exemplaris pro tanto, quia Deus ordinauerat neminem resurgere ante Christi resurrectionem, ex qua ordinatione bene infertur, quod si Christus resurrexit & nos resurgemus. Sicut arguit Paulus. 1. Corinth. 15. & 1. Thessalo. 4. Licet exemplar suæ ideæ in mente artificis non inferat de necessitate ideatum & exemplatum esse, tamen exemplar exterius in quo inchoatur res, quia sunt alix fiendæ illi conformes bene infert ideata & exemplata futura esse.

Vide supra d. 2 p. 2.

Vide supra d. 45 p. 15.

Vide ad hoc, in breuil. 3 d. 7. p. 8 et d. 19. p. 9. et 10.

Idem præsupposita hac Diuina ordinatione, resurrectio Christi est causa nostræ resurrectionis, si tamen aliter ordinasset nostram resurrectionem futuram, iam resurrectio illius non foret causa. Hæc ex Bonauen. & Ricardo. Quomodo causa exemplaris & efficiens coincidunt, ut exemplaris sit efficiens, vide Scotum lib. 1. d. 36. sub litere B. Quoniam ipsa non est materia, neque forma, neque finis; igitur est efficiens. Alexand. citatus dicit, quod causa efficiens & prima resurrectionis est ipse Deus: causa media ipsa humanitas, seu verbum humanitatis: causa proxima est ipsa humanitas. Verbi apparet gloriosa in iudicio. Ad philosophandum in hac causalitate recurre supra ad d. 1. p. 10. de causalitate sacramentorum, & ad d. 5. p. 4. & aduertens quod licet Christi humanitas sit instrumentum ad opera miraculosa, & dicatur quod sit causa principalis, ut citata d. 5. soluendo quartum, tamen est tale instrumentum efficiens per aliquam conditionem sui ipsius. Per passionem appropriatur ei virtus remittendi peccata, per suam resurrectionem virtus suscitandi mortuos. Ab alijs d. 2. pro. explicatur amplius, quod ipsa resurrectio, id est unio anime ad corpus, est instrumentum coniunctum Diuinitati, quo mediante fiet nostra resurrectio: quoniam eius resurrectio assumpta est à Diuinitate, ut habeat virtutem suscitandi mortuos operando ad quancunque distantiam siue loci, siue temporis.

*Propo.* 2. Ad resurrectionem cooperabitur tuba, cooperabuntur & angeli, ut ex Paulo. 1. Corinth. 15. & 1. Tessaloni. 4. Dixit & Christus Mat. 24. & Marci. 13. Mittet filius hominis angelos & congregabunt electos à quatuor ventis. Angeli colligent omnes pulueres seu cineres corporum humanorum, ut sint simul iuncti cuiusque corporis pulueres. Dicitur resolutio corporum fieri in pulueres, quia dictum fuit Adæ Genes. 3. Puluis es & in puluerem reuerteris. Dicuntur & cineres, quoniam apud gentiles corpora cremabantur, vel ex conflagratione elementorum ut supra. p. 3. redactio facta erit in cineres, vel tertio propter similitudinem cinerum ad pulueres.

pulueres. Abraham vtrunque complexus Genes. 18. dixit loquar ad Dominum meum cum sim puluis, & cinis. De inde iussu Archangeli & tuba, præcipiet dominus corpora reformari. Hæc reformatio, & unio animarum, quæ fiet virtute diuina, fiet in instanti, propterea resurrectio erit in instanti collectio puluerum fiet in tempore, quia Angeli non poterunt mouere corpora puluerum, & operari in instanti sicut diuina virtus. Instans resurrectio nis innuebat Paulus. 1. Corinth. 15. In momento, in ictu oculi, volendo plus explicare de celeritate, quam motum palpebrarum qui fit in tempore, sed eius similitudine explicabat momento, & instantaneè fiendam. Magister per Archangelum intelligit Christum. Ricardus ar. 3. quæst. 3. dixit quod distinguuntur. Primo Christus in suo decensu iubebit Angelos congregare pulueres, idem descendet in iussu. Deinde præcipiet corpora reformari: tertio Angeli prouinciarum custodes clamabunt vnusquisque in prouincia sua voce sensibili, ut omnes compareant ad iudicium & sic capit Archangelum in singulari pro plurali. Ex hac sententia Ricardi colligitur, quod licet reformatio corporum fiet in instanti tamen ipsa reformatio præcedet tempore animarum unionem, quæ & in instanti erit. Ego crederem vocem Archangeli futuram vnus, & solius Michaelis, cui ecclesia est commissa. Vocem autem futuram sensibilem, & non metaphoricè (ut sit vox, ipsa euidentis representatio filij Dei, quam opinionem refert Thom. in additi. 3. p. quæst. 76. ar. 2.) tener Ricard. Intellectualiter audient illam & percipient omnes iudicandi, qui sine corporeis auribus corporaliter non audient.

De tempore & hora resurrectionis & iudicij dicitur. Matth. 25. quod erit media nocte. Ad id Magister citat Prop. Casiodorum, quia illo tempore primogenita Agypti ro. sunt percussa. Aliqui, ut Ricard. hac. d. ar. 6. quæst. 2. dicunt quod erit in crepusculo, sole existente in Oriente, & luna in Occidente, quia in tali dispositione fuerit creati. Christi etiam resurrectio quæ nostræ est exemplar

fuit in principio diei, ut dicit idem Ricard. lib. 3. distincti-  
 21. ar. 3. quest. 2. ad. 2. propter quod à quibusdam dicitur  
 surrexisse de nocte quia fuit diluculo ante claram diem.  
 Dicitur media nocte, sicut ex Augustino deducit Magi-  
 ster, non pro hora temporis, sed quia tunc veniet quan-  
 do non speratur. Dicitur filius hominis diem illum igno-  
 rare admodum expositum in breuiloq. 3. distincti. 14. p. 9.  
 argum. 2. Aduertes quod in solo Marco habetur neque  
 filius hominis, quod verbum Hieronymus. 24. cap.  
 Matth. dicit additum, cum in Græcis & maxime Ada-  
 mantij & Pierij exemplaribus non habeatur, videturque  
 attribuire additionem Arrianis, qui ex eo loco argue-  
 bant inæqualitatem filij ad patrem ignorantis quæ pater  
 sciebat. Ambrosius lib. 5. de fide ad Gratianum. 18. cap.  
 idem dicit, quod hic locus sit falsatus cum veteres non  
 habeant codices Græci, quod neque filius scit. Cum  
 autem sit approbata editio vulgata cum omnibus suis  
 partibus, ut in prologo. lib. primo. p. 4. & 7. vide-  
 bitur alicui forsan hæreticum negare illam particu-  
 lam pro de textu, & quod simò fuerit abrasa in Mat-  
 thæo ab aliquo Catholicorum docto, ne ex illa sibi fa-  
 uerent Arriani. Ita tenet Soto hac dist. q. 2. ar. 2. iam ad fi-  
 nem. Dicit possit non eam fuisse concilij mentem sed ap-  
 probare vulgatam, ut ibi citauimus ex patre Vega, & par-  
 tes intelligere historiam Susannæ, Belis, & alia maiora,  
 non tamen voculam aliquam, præcipuè quæ nihil face-  
 ret ad corruptionem fidei qualis hæc est, quæ si negetur  
 esse de textu nihilominus idem sensus deduci potest è so-  
 lo Matthæo dicente, Nemo scit, neque angeli, nisi solus  
 pater: iuxta mentem enim Bonauent. solus additus, vni  
 personæ excludit aliam: expositio querenda, etiam est  
 pro scientia filij siue explicaretur exclusus, siue non vel  
 dicatur mentem concilij esse approbare omnia loca vulga-  
 ta, in quibus nullum esset vitium per scriptores, hoc est  
 transcriptores, at hic locus est vitiatum non à traducto-  
 re, id est, autore vulgatæ, sed ab alijs, ut præfati sancti di-  
 cunt.

Vide in  
 breuil. 1.  
 d. 21. p. 2

cunt. Qui hæc diceret credo nihil iniuriaretur decisio-  
 ni concilij Trident. Eligat lector quam voluerit partem. *Idea-*  
 Sanct. Bonauent. infra dist. 48. nu. 17. concedit, quod si- *tur can.*  
 cut mysterium incarnationis aliqui Angeli sciuerunt ali *lib. 2. de*  
 qui ignorauere sic etiam sit de die & hora iudicij Deo *locis. c.*  
 illis reuelante. Ego crederem, quod illo tempore iam in- *16. in ar*  
 stante fieri reuelatio aliquibus sanctis de ecclesia, iuxta *gu. 5. cui*  
 id Amos. 3. Non faciet Dominus Deus verbū nisi reuela- *respōdet*  
 rit secretum suum ad seruos suos Prophetas. Interim stat *c. 18. q.*  
 firma Christi sententia Act. 1. Non est vestrum nosse tem- *Mat. 27.*  
 pora vel momenta, id est, non est vestri temporis aut sta- *citatur*  
 tus in quo nunc est incipiens ecclesia, Extat excommu- *Hiere-*  
 nicatio concilij Lateranensis sub Leone 10. sess. 11. con- *miapro*  
 tra publicantes aliquid sibi fuisse reuelatum de aduen- *Zacha-*  
 tu Antichristi, & die iudicij, nisi prius tales reuelationes *ria. Mar*  
 Apostolicæ sedi retulerit, aut saltem Episcopo ordina- *cia. Esa-*  
 rio, ut ecclesia probeat spiritus an ex Deo sint. Dicere, *ias pro*  
 iam instat, iam appropinquat finis non est periculum, si *Malacha-*  
 non statuatur dies certus, quia & Ioan. 1. cap. 2. dicit. Fi- *chia.*  
 lioli nouissima hora est.

Animæ separatæ à corporibus recordantur eorum, *Pro. 11.*  
 quæ in hac vita nouerunt, & fecerunt: sancti habebunt  
 suorum peccatorum memoriam, non ad pœnam sed ad  
 gratiarum actionem, quia ab eis sunt liberati. Magister  
 in litera. Doctores excludentes ab eis peccatorum me-  
 moriam intelligunt ad pœnam & molestiam. Ad hanc vi-  
 de in breuiloq. 3. distincti. 14. p. 9. de memoria: & distin-  
 31. p. 8. Facit Lucæ. 16. de anima diuitis quæ fratrum suo-  
 rum recordabatur. Machab. 2. cap. 15. visus est Hiere-  
 mias orare mortuus pro populo & sancta ciuitate, igitur  
 illius recordabatur.

DISTIN-




Libri quarti,  
**DISTINCTIO XLIII.**

*De qualitate resurgentium, De igne inferni  
 quomodo cruciat spiritus, & postea crucia  
 bit corpora.*

Prop.  
 1.

*Ætas  
 Christi  
 Domini*



Mnes resurgemus in ætate virili, id est, in ea qua Christus resurrexit. Magister in litera: Sequuntur doctores communiter. Afferit Magister auctoritatem Pauli Ephes. 4. quæ citatur in sequenti. p. Fuit ætas Christi vr in litera dicitur annorum triginta duorū & trium

mensium.

Prop. 2.

In resurrectione erit sexuum distinctio, ita quod mares resurgent mates, & foeminae foeminae. Huius contrarium est hæresis Armeniorum: Contra quam vide August. lib. 22. de ciuita. Dei. cap. 17. & probat cõclusionem ex Matth. 22. respondente Christo Sadducæis, quia non negauit in resurrectione futuras foeminas negando nuptias, & facilius fuisset responsio negata sexuum distinctio. Ratione quia ob sexum sunt in foeminis prærogatiua requirentes specialem palmam, vt virginitatis & martyrij in sexu fragili. Virginitatis & maternitatis in genitricè Dei. Apud Deum non est masculus neque foemina, omnes enim vnum sunt Galat. 3. Masculum quippe creauit atque foeminam Genes. 1. nullum sexum reputans vilem.

Argum.

Id Ephes. 4. Donec occurramus omnes in virum perfectum in mensuram ætatis plenitudinis Christi plures habet expositiones. Vna habetur in litera quod ponitur vir non ratione sexus: sed vt significetur perfectio virium, quam tunc habebunt resurgentes. Alia est quod nomine viri comprehenditur foemina. Sicut Psal. 1.

Beatus

**Distinctio XLIII.** 81

Beatur vir: à qua beatitudine non excluditur foemina. Alia est quod non loquitur de resurrectione, sed de perfectione corporis mystici. Præmiserat quippe Paulus datos quosdam Apostolos, quosdã Prophetas, &c. vult igitur Paulus quod tandiu manebit hæc ordinatio donec numerus electorum compleatur in fide & caritate, vt ex omnibus fiat vnum Christi corpus perfectum & completum in omnibus suis membris, & meritis spiritualibus, quasi desit aliquod membrum quandiu deest aliquis prædestinatus, & desit membro sua quantitas, quandiu non habet omnia sua merita, & sic Christus caput non sit adhuc vir perfectus, hoc est nõ habens omnia membra, illaque in debita eis quantitate. Aduerte has duas vltimas expositiones esse beati Augustini lib. citato. cap. 18. per illas ipse nõ reprobatur interpretationem Magistri in præcedenti. p. quod loquatur Paulus de resurrectione nostra, eaq; in ætate virili futura, imo præfatam Magistri expositionem amplexatur. cap. 15. & in eodem. 18. & stando in sensu de resurrectione dedit præfatam interpretationem secundam, quod vir comprehendit foeminam. Vnde inuiose loquutus est quidam: qui amplexatus hunc tertium Pauli intellectum autus fuit scribere super Lucam lapsos fuisse in errorem, qui huic locum de resurrectione sunt interpretati, in eo taxauit Augustinum, & Magistrum & qui eos sequuntur, iustius ipse taxandus corripiendusque.

Vnusquisque resurget idem qui prius fuit quantum ad animam & quantum ad corpus. Hæc est de fide. Probatur Iob. 19. Scio quod Redemptor meus viuit, & in nouissimo die de de terra surrecturus sum, & in carne mea videbo Deum Saluatorem meum, quæ visurus sum ego ipse & nõ alius. Si non resurgeret idem quoad corpus & animam tam esset alius (quia ad esse eundem hominem requiritur eadẽ anima, & idem corpus) qui reciperet bonum aut malum quod non fecisset contra Paulum. 2. Corin. 5. referet vnusquisque prout gessit. De anima quod eadem redibit patet, quia ipsa est immortalis, vt in breuilo. 2. d. 19. p. 1. Cõ-

Prop. 3.

Infra d.

49. p. 32

de subti-

litate.

tra hæreticos Arabicos dicentes simul mori cum corpore & postea in nouissimo vtrunque resurgere. Vide Isidorum refertur. 24. quæst. 3. cap. Quidam de his hæreticis: cõtra quos, Anima Lazari & diuitis post mortem manebant & anima Abrahæ. Lucæ. 16. Extat contra eos & decretum concilij Lateranensis sub Leone decimo, sess. 8. quia eo tempore aliqui animæ mortalitatem docebãt, alij quòd vnica erat anima in singulis corporibus, quem vtrunque errorem damnat ibi concilium. De ista immortalitate animæ si possit ratione naturali demonstrari Scotus. distin. præcedenti, quæst. 2. litera. I. tenet quòd non, quia licet sint rationes ad illam probabiles nõ tamen demonstratiuæ, neque necessariæ. Per hoc cessat alia quæstio, an possit resurrectio generalis probari ratione naturali? Quoniã omnes rationes isto fundamento cadunt: videlicet de appetitu naturali ad corpus, & ad semper esse in illo, qui non debet esse frustra, vt actiones sint suppositorum, quale non est animã: de fine totius hominis qui est beatitudo & haberi non potest à sola anima. Hæ atque similes cessant, vide supra. d. 43. p. 7. quia vel non habent appetitum ad corpus, vel si habent sicut illum nõ possunt consequi naturaliter, ita neque demonstrari naturaliter, cum sit futurum contingens pendens è sola Diuina voluntate, q̄ vnientur corporibus. Scotus tractat hanc quæst. loco citato litera. R. Dominicus Soto ea. d. 43. quæst. 1. ar. 1. concl. 1. nititur probare immortalitatem ratione naturali, & concl. 3. quòd Aristoteles tenuit animam esse immortalem. Credo quòd suæ rationes non demonstrant, neque certum est Aristotelem in eo fuisse firmum, vt alij eius interpretes sentiunt, neque habuisse rationes demonstrantes sed solum processisse ex probabilibus, & fuisse varium ac dubium de quæstione. Hoc non est mirum tam in ipso, quàm in alijs scriptoribus. Ad quod nota dictum Durandi lib. 2. d. 18. quæst. 3. iam ad finem. Nihil prohibet aliquem non conferentem dicta sua ad inuicem dicere repugnantia, sicut sciens omnem mulam esse sterilem potest credere hæc mulã habere pullũ, si non

si non deducat vnum ex altero, & per hunc modum nihil prohibet Aristoteli, qui fuit purus homo, dixisse in diuersis locis pugnantia.

Idem corpus etiam corruptum & redactum in elementum terre si fuit sepultũ, aut in ignem, aut aerem, potest Diuina potentia redire. Hæc est de fide omnibus Catholicis, aliàs vanè crederemus resurrectionem. Hanc probat Scotus distin. præcedenti, quæst. 1. Primò autoritate Augustini. 22. de ciuitate Dei, cap. 20. Ratione. Si Deus annihilasset lapidem, posset eundem lapidem reproducere sicut potuit creare, quia tã in creatione illius quod non erat, quàm in reproductione annihilati postquã fuit, idẽ est terminus à quo videlicet nihil: agens est idẽ & eiusdẽ potestatis, igitur sicut potuit primò producere ita poterit & reproducere. Probatur cõsequẽtia, quia nihil est quod repugnet, neq; cõtradiçtio vlla implicatur. Cõfir. quia saltem respectu diuinæ potentia, nihil facit ad identitatem rei conseruatio aut interruptio eius in tempore ad hoc, vt si in hoc instanti fuit facta, & in tempore intermedio conseruata à Deo aut interrupta, postea in alio instanti reproducta desinat esse eadem: Igitur à simili est in resurrectione, quòd interruptio corporis non obstitit, quin primò factum, postea in resurrectione possit fieri idem.

Si contra hanc arguas ex Arist. 2. de anima tex. & cap. vlt. quorum incorruptibilis est substantia que mouetur, eadem & numero erunt: quorum autem nõ, ed corruptilibus, necesse est reuerti specie non numero igitur quãuis reuertatur eadem anima rationalis, reuerti non poterit eadem caro numero. *Argum.*

Huic argumẽto latis responderetur, si naturaliter cõcedatur, idem numero redire non posse, secus super naturaliter, quia secundum Aristot. ad identitatem numeralem non solum requiritur idem subiectum, siue è eadem materia, aut forma, & idem agens siue mouens, sed etiam requiritur idem tempus continuum. 5. Physicor. text. 35. siue cap. 5. Sic tenent communiter omnes qui illum *Solutio.*

illum sequuntur, quòd nequeat idem numero redire per naturã: Scot. d. 43. q. 3. litera. E. & Ricar. ea. d. ar. 3. q. 1. ad 6. non tenent pro inconuenienti, quòd naturaliter possit redire aliquod idem numero, licet non omnia, quauis non sit possibile naturæ reducere eodem modo, aut motu qui iam præterijt. V. g. Si ignis in vrali conuertatur in aerem. qui ignis factus fuisset è stappa per calorem solis si iterum ille aer per eundem solem conuertatur in ignem, manet idem agens, eadẽ materia, & reducitur eadem forma ignis. Adhuc: ex eodem ligno seu stappa heri si generaretur ignis esset idem numero, qui ab eisdem hodie generatur, igitur diuersitas tẽporis nihil facit ad esse idem numero. Quòd nihil faciat interruptio ipsius temporis, puta si corrũpatur, patet in probatione huius conclusionis respectu Diuinæ virtutis, igitur nõ est simpliciter impossibile, ita q̄ implicet cõtradictionem idẽ redire, quia si implicaret neq; Deus facere posset, & per consequens in potestate seu causalitate causarum naturalium erit sine implicatione reducere idem non stante in terruptione ipsius corrupti, quandoquidem continuitas temporis non est simpliciter necessaria. Inter ea, que secundum hanc opionem sunt impossibilia redire, erit corpus humanum propter sui perfectionem, quia nõ potest homo iteratõ in vterũ matris introire & renasci, dixit Nicodemus Ioan. 3. & alia similia quæ generantur per propagationem. Deo autem non est impossibile, quauis reducendo corpus in resurrectione, per aliam mutationem reducat distinctam à generatione, quia vt benedicit Scotus. d. 43 q. 1. litera. D. non bene infertur etiam in naturalibus ex distinctione mutationum, distinctio terminorũ cum idem vbi adquiratur motu recto & circulari.

*Prop 5.* De partibus cum quibus corpus resurget, cum multæ per totam vitam deperdantur & reparantur, ponit Scotus hac. d. q. 1. litera. N. duos modos dicendi. In hoc iunt concordēs, q̄ quidquid tractum est à parentibus resurget. Secundum vnum illorum, corpus est reparandum de nilis partibus quæ aliquando fuerunt puriores: sed tractæ à

pa r

parentibus sunt puriores alijs. Alter modus tenet quòd illæ resurgent quæ fuere magis de intẽtione naturæ principali, est vero magis de intentione naturæ augmẽtatio, quàm nutritio & reparatio, quia etiam si nullæ deperderentur natura intẽtaret deducere corpus ad debitam quantitatem, & secundum hunc modum, quod tractum fuit ex parentibus, est magis de intentione naturæ.

Eadem pars corporis non potest resurgere in duobus, *Propo. 6.* etiam si aliquis eorum semper vesceretur carne humana. Probat ex præcedenti, quia nihil est æquẽ de veritate humanæ naturæ in duobus, vt dicit Scotus ibi citatus in fol. 2. neque aliqua eadem pars erit æquẽ pura in duobus.

Si qua pars fuisset æqualiter in duobus de veritate naturæ & æquẽ pura in illo resurget à quo prius fuit animata. Ita dicit idem Scotus loco citato ex Augustino in enchiridio cap. 85. refertur à magistro in litera cap. 2.

Nullus suscitatus habebit præcisẽ eadẽ carnem quã habuit in aliquo tempore vitæ suæ, præter illam contrãctam ex parentibus. Hæc est quasi corollaria ad præcedẽtes tenerur à Scoto citato litera. P. & patet, quia ceteræ partes fluebant & deperdebantur. Per hanc magis est corpus resuscitatum idem habendo partes puriores, aut magis intentas à natura, quam si suscitaretur cum partibus quas habuit in aliquo instanti determinato, & quia resufluentes in alio instanti non habuit. *Prop. 8.*

Partes corporis resurget in eadẽ figura & situ, in quo fuerunt in corpore siue sint omogeneæ, siue eterogeneæ. *Prop. 9.*

Volo dicere, quòd os erit os, & caro, caro: quod fuit manus in eadem manu resurget & in eodem situ. Hæc est mens Sancti Bona. hac. d. à numero. 18. & Scoti supra citati soluendo vltimum principale, Ricardi hac. d. ar. 1. q. 5. Probat Ezechiel. 37. accesserunt ossa ad ossa vnunquodq; ad iuncturam suam. Igitur os non est conuertendum in carnem, neque è conuerso, & sicut os pedis non accedet ad iuncturam manus, ita neque alia ossa, sed vnunquodque erit in suo proprio situ in quo fuit in præsentia

l

vita

vita, similiter de carne dicendum est. Ratione, quia resurrectio Christi fuit manentibus carne & ossibus in suo situ & figura, igitur in nostra fiet similiter. Secundo, remuneranda sunt membra, in quibus sancti meruerunt, aliquo premio, verbi gratia, oculus videndo humanitatem Christi: cicatrices pro Christo acceptæ permanebunt in corporibus ad decorem, sed si materia oculi & forma transiret ad pedes & in alijs membris similiter, forent cicatrices in alio loco, & sic præmium non retribueretur illi parti in qua complebit anima suum meritum.

*Argum.* Aliqui tenent oppositum mori autoritatibus Augustini citatis à Magistro in litera, de statua luti, aut metalli soluta ab artifice, si ex tota massa faceret aliam, eadem foret, quanuis materia pedis cum sua forma metalli translata esset ad manum. Thom. in additi. quæst. 79. ar. 3. tenet quòd partes eterogenæ resurgent: vt ossa, erunt ossa: caro, caro, ne varietur species, tamen quòd varietur earum situs non est inconueniens.

*Solutio.* Ad hoc dicimus, quòd si vellet artifex Deus, ita faceret, essetque idem corpus, non tamen congruit sic facere propter rationes datas.

*Pro. 10.* Sanguis & cæteri humores quomodo resurgant vide supra latè. d. 10. p. 3.

*Pro. 11.* Paruuli, orbat, & monstra quibus defuit debita quantitas & figura, in resurrectione reuocabuntur ad debitam figuram & quantitatem, vt dicit Magister in litera, quoniam Deus aliunde supplebit. Videlicet ad quantitatem quam habituri erant in ætate triginta duorum annorum in tali quantitate vel habita, vel quæ habenda foret resurgent omnes, ideo non erit statura omnium æqualis, ita dicitur in litera, & ex consequenti neque erit æqualis gracilitas & grosities omnium.

*Prop. 12.* Sancti resurgent sine aliqua deformitate suorum corporum, etiam si illam in vita habuerunt. De peccatoribus Magister cum Augustino dubium relinquit. Quibusdam videtur, quòd habebunt suas deformitates ad maiorem

iozem confusionem. Alijs quòd non, quia in resurrectionem magis attenditur perfectio naturæ, quàm conditio quæ prius fuit. De colore quia est accidens, in quantum non causat deformitatem, crederem quòd vnusquisque resurget in proprio & natiuo colore, quem habuit.

De inferno.



Et fide est esse ignem inferni, & illum esse perpetuū. Hæc est cõtra Almericum & Albanenses negantes esse infernum, contra Originem negatẽ inferni pœnam esse perpetuam, contra quem vide Grego. lib. 34. Moral. cap. 12. & in breuiloq. 2. distinct. 7. p. 3. Probatur conel. Eccles. 7. vindicta carnis impij ignis & vermis: Ecce vermi copulat ignem. Iudith. 16. in suo cãtico, Dabit ignem & vermem in carnes eorum, vt vrantur & sentiant vsque in sempiternum Matthæ. 25. vocatur ignis æternus. Marci. 9. Vermis & ignis inextinguibilis. Apocalyp. 19. vocatur stagnum ignis & sulphuris.

Locus inferni dicitur esse sub terra. Vide Bonauent. hac distinct. num. 43. allegantem Gregorium dicentem, quòd sit sub terra. lib. 4. dialogo. cap. 42. dicitur enim Apocalyp. 5. Nemo poterat, neque in cœlo, neque in terra, neque subrus terrarum aperire librum.

Ille ignis est corporalis, ita dicitur in litera ex Iuliano Archiepiscopo Toletano post Beatum Gregorium, & ex Augustino lib. 21. de ciui. Dei. c. 10. Qui in lib. 20. c. 16. & refertur in litera, ait. Qui ignis cuiusmodi & in qua mûdi vel reiũ parte futurus sit hominẽ scire arbitror neminem, nisi fortè cui spiritus Diuinus ostendit. S. Bona.

*Vide in* nu. 48. dicit, quod est eiusdem speciei cum nostro igne.  
*fra. d.* In inferno non est solus ignis, sed etiam alia ele-  
 47 p.8 menta ad punitionem. Ita Bonavent. num. 55. & hoc ut  
*Propo.* omnis creatura exardescat contra impios Prob. Iob. 24.  
 16. Ad nimium calorem transiet ab aquis, niuium, & vsq; ad  
 inferos peccatum illius. De aere, Apocalyp. 14. Fumus  
 tormentorum eorum ascendet in saecula saeculorum. Psal.  
 10. Ignis sulphur, spiritus (idest aer, siue vetus) procella-  
 rum pars calicis eorum. De terra patet, quia intra eius  
 viscera est infernus. Quidam negat in inferno aquam, quia  
 Zachariae. 9. dicitur. Eduxisti vinetos de lacu vbi non  
 erat aqua, & illam quasi ibi non esset petebat diues Lucae  
 16. auctoritatem Iob exponit de adultero & non de verita-  
 te poenarum in damnatis. Sed quia praefata applicatio  
 ad poenas damnatorum non est reiicienda etiam si non sit  
 in sensu literali, verum in alio, Dico quod in inferno  
 non habebat diues aquam ad refrigerium, ad quod pete-  
 bat illam. Quod si frigore cruciaretur tunc sicut igne,  
 peteret calorem mitigantem non cruciantem: In limbo  
 patrum non erat aqua ad poenam sensus, imo neque ignis:  
 quod sufficit ad Zachariam.

*Propo.* Ignis cruciat modò spiritus, & post iudicium crucia-  
 17. bit corpora tanquam locus & carcer detinens, in quo  
*De mo.* sunt spiritus & animae diffinitiuè, quae detentio est illis  
 do quo inuoluntaria, idèò maximè tristabilis, priuat enim eos  
*ignis il-* illa libertate qua habent è suae naturae creatione ad posse  
*le tor-* facere se praesentes vbi vellēt. Vndè dicuntur esse in car-  
 18. quet. cere ferreis catenis ligati per metaphoram. Cum locus  
 non contineat & locet locatum effectiuè, sed formaliter,  
 ille ignis non detinet effectiuè spiritus, neque eius detē-  
 tio est actio de genere actionis. Detinens effectiuè quia  
 determinat illos ad locum illum Deus est, & etiam quia  
 prohibet exire à loco illo ad alium: vide de hac Scotum  
 hac. d. q. 2. litera. D. Nolunt igitur damnati detentionem  
 actiuam Dei, & illam odiant, similiter suam passiuam, atq;  
 illam formalem ignis.

*Pro. 18* Ille ignis est obiectum immutans intellectum dam-  
 nari

nati ad sui considerationem perpetuam, quae considera-  
 tio perpetua apprehensa ab intellectu ipsius damnati est  
 maximè nolita propter libertatem quam habent ex natu-  
 ra ad considerandum & contemplandum quodcūque ob-  
 iectum, idèò est maximè tristabilis, imò tristabilior quā  
 detentio, quia est magis nolita ex eo, quod est magis ap-  
 petibile spiritui vti libertate intelligentiae, quā liber-  
 tate potentiae motu. Est detentio illa ad consideratio-  
 nem ignis effectiuè & principaliter à Deo, ab igne agen-  
 te in intellectu actiuè, & minus principaliter. Vide Sco-  
 tum loco citato litera. H. Ad nollendam detentionem in  
 loco, atque in consideratione promouentur ex superbia  
 ex qua vellent vti sua libertate: Inde & alia nascitur tri-  
 stitia ex inuidia. Est quippe inuidia tristitia de bono alie-  
 no, cum igitur sciant & cognoscant alios esse liberos ab  
 his malis, inuident & tristantur. Vide de speciebus tristi-  
 tiae Tho. 12. q. 35. ar. 4. quae sunt quatuor: secunda sola non  
 est in dānatis videlicet de malo alieno, quod iudicamus  
 alterum esse indignum, idèò illi compatimur & contri-  
 stamur per misericordiam: ceterū aliae tres, videlicet tri-  
 stitia de malo sibi euenienti & inflictō atq; nolito, & tristi-  
 tia de bono alieno in illis sunt: Anxietas, siue angustia si-  
 ue accidia quae ferè pro eadem sumuntur & constituit  
 quartam speciem tristitiae in eis etiā est. Quando non appa-  
 ret refugium & liberatio dicitur anxietas, quae animum  
 aggrauat, vocatur & angustia: Si absorbeat in tantum, &  
 vocem amputet & loquelam, dicitur accidia. Hec per  
 metaphoram potest dici esse in eis, vt quod absorbentur  
 à tristitia, quod ea oppressi nec sibi loquuntur, neque in-  
 ter se communicant. Cū tamen intelligant & loquātur,  
 vt in diuine Lucae. 16.

Contra has duas. Equaliter detinentur ab igne tam lo-  
 caliter, quā in sui consideratione, igitur quantum ad  
 hoc omnium poena est aequalis. Respondet Scotus cita-  
 tus, ante literam. N. quod nolle detentionem, & confide-  
 rationē est inaequale, intēsius in illis qui magis peccau-  
 runt, idèò maior tristitia.

*Vide in  
 breuilo.  
 2. dist. 5.  
 p. 9.*

*Species  
 tristitiae*

*Argu.*

*Argu. 2.* Voluntas auertit & conuertit intelligentiã, vt ex Augustino affert Scotus litera. I. igitur possunt suspendere intellectum à consideratione ignis. Respondet Scotus litera. N. negando, & sic determinat quod in. 2. d. 7. litera. Q. reliquit dubium, si possunt suspendere actum, quia neque possunt suspendere actum intellectus à considerando, neque actum voluntatis à nolendo: sicut non est in potestate ipsorum actus, ita neque modus agendi, & nolendi, neq; modus tristandi intensius, vel minus intense. Posset in hoc distingui, q̄ necessitas intellectus, vt consideret & intelligat ignem & locum (non vt disconuenientem spiritibus, quia eis nullus locus est disconueniens sicut est corporibus locus corruptiuus) est à Deo absolute quia ipsam principaliter efficiente: in actu voluntatis nõ est impossibilitas sic absoluta quasi nolitio causetur à Deo effectiue, sed impossibilitas ex lege est, & ex suppositione: quoniam causa effectiua tristitiæ est obiectũ, dicente Scoto lib. 3. d. 15. litera. C. q̄ forma absoluta obiecti est ratio causandi absolutum, puta delectationem, aut tristitiã, & lib. 1. d. 17. sub litera. Bb. quod obiectũ delectabile præfens naturaliter mouet secundum vltimum sui; quod etiam è contratio est dicendum de obiecto tristabili, igitur erit causa effectiua partialis cum voluntate. Nolitio actualis existentia illius obiecti est causa instrumentalis & sine qua non; Deus tristitiæ & nolitionis non est causa effectiua, nisi vt concurrat generaliter cum causis secundis ad suas operationes. Dato etiã opposito, q̄ Deus causet in eis illam tristitiam & nolitionem, non esset ille actus & similes mali in damnatis, quia essent ex necessitate, & sic non peccarent, quod tamen concedendum est in eis. psal. 73. Superbia eorum qui te oderunt ascendit super, licet vt dictũ est lib. 2. d. 7. p. 6. non peccent continue & sine intermissione, quia vtrunq; est probabile, q̄ peccant sed non continue vel quod continue peccant, quia nullum bonũ morale agũt, vt ibidem, p. 7. Hoc tamen est certum, quod non demerentur. Actum intellectus, quia est bonus ex obiecto, effectiue concedimus esse à Deo.

Ex

*infra.*  
d. 49.  
p. 22.

*vide infra.*  
d. 50  
p. 1.

Ex prædictis inferes quomodo ignis purgatorij cruciat electorum animas, quia est eiusdem rationis cũ igne inferni, vt supra. d. 20. p. 4. quia tamen apparet refugium & spes certa est de sua liberatione nõ habet anxietatem, neque angustiam, neq; accidiam modo expositas.

Si ille ignis habeat aliam actionem ad torquendos spiritus dubiũ est. Opinio refertur à Scoto hac. d. q. 2. q̄ datur Spiritui propter peccatum quidam habitus supernaturalis per quem subiicitur corporali agenti, vt possit ab eo pati. Hanc ipse Scotus bene impugnat. Magister in litera cap. 6. dicit, q̄ cruciabit ille ignis corpora hominũ solida: aerea dæmonum. Hoc supponit dæmones habere corpora, sed non absoluit quo alio modo à prædictis cruciet animas. Alij dicunt, quod vt apprehenditur à Spiritu tanquã sibi disconueniens, quãuis extimatio sit falsa: at tunc non cruciarentur in veritate ab igne, sed à falsa imaginatione, seu apparentia. Alij, quod verè patiuntur ab igne tanquã ab instrumento Dei ad hoc supernaturaliter eleuato. Hæc impugnatur à Richardo hac. d. ar. 2. q. 9. quia instrumẽtũ debet habere naturalem aptitudinẽ, & formã quod illo vti possit principale agẽs, quia nõ p̄t artifex scindere malleo, aut conterere securi. Ex multis modis quos ibi Richardus ponit & impugnat hic videtur verosimilior, ex quod concedim⁹ alia supra suã naturã eleuari ad agendum. Poteris ad hanc iuari ex August. lib. 21. de ciuit. c. 4. vbi per multa exempla naturalia probat posse Deum sicut dedit, rebus naturas, facere, q̄ pariatur ab igne corpora dãnatorũ, & nõ consumatur, quod in sequẽti dicemus. Vide & in breuiloq. 1. d. 44. p. 8. si potest Deus inuerrere naturas rerum, quia iuuabit ad hoc.

Corpora damnatorum post iudicium non patiẽtur ab illo igne, siue ab alijs elemẽtis quẽ ibi sunt passione corruptiua, quẽ est ab actione reali seu naturali, & vniuoca, in qua agẽs conuertit in se passũ. Quoniã illa corpora erũt incorruptibilia: sic intelligẽdus est Paulus. 1. Corinth. 15. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem, & conuertatur

l 4

*Carol.*

*pro. 19.*

*vide in breuilo.*  
3 d. 4.  
p. 5.  
*cor. 2.*

*pro. 20.*

struetur mors: quod erit respectu tam malorum quam bonorum: id clarius expressit inquit, mortui resurgent incorrupti, (idest, omnes) & nos (idest electi) immutabimur videlicet per alias corporum dotes & gloriam, sicut ibi exprimit per gloriam corporum cœlestium & claritatem stellarum.

**Prop. 21.** Corpora illa sunt passibilia passione intentionali, puta causata ab actione intentionali, quia illa sufficit ad dolorem. Vide lib. 2. d. 13. p. 3. quomodo species sunt intentiones, & agunt in potentias actione æquiuoca, quia nō sunt eiusdē speciei cum obiecto. Species visibiles colorū agunt in oculum, si sunt disconuenientes potentie causant afflictionem & dolorē, vt pictura horribilis, cantus inordinatus. Hęc conclusio docetur à Scoto hac. d. q. 3. litera. B. probat. Excellens sensibile natum est inferre dolorem, quia disconueniens, sed in quantum excellens nō immutat nisi intēcionaliter: immutatio realis, qua dissoluit organum à sua proportione, & corrūpit sensum alia est, sine qua è sola sua disconuenientia causaret dolorē. Imò dicit idem doctor quòd sola realis sine intentionali non sufficit ad dolorem, probat ex ligno, quantuncunq; calefiat & cremetur non dolet. Hęc ratio exigit scire vbi sit dolor, & cuius, de quo mox.

**Prop. 22.** Probabilius est illa corpora pati non solum immutatione intentionali, verum etiam reali sine corruptione tamē, atque hoc naturaliter & absque miraculo. Hęc est contra diuum Thomam in additio. 3. p. q. 86. ar. 3. non admittentem aliam passionem in illis corporibus nisi intentionalem è suscepta specie immateriali, quæ est immutatio spiritalis, & vocatur passio animæ. Eius fundamentū est, quia cessante motu cœlestium corporum cessabit immutatio & actio realis, nō tamen intēcionalis quia oculus videbit, auris audiet: neque motus voluntarij, vt motus progressius hominum, & motus angelorum. Est hęc partim contra doctorem subtilem citata quæst. 3. litera. G. concedentem posse sustineri, quòd sit ibi immutatio realis, tamen priorem sentētiā de intēcionalī sola

sola magis amplexantem: facturus defensabilem hanc nostram ascribit miraculo illa corpora non corrumpi, siue quia Deus non coaget in totum effectum quem ignis agit: vel quia coagit cum igne ad totum effectum, at per miraculum conseruat vitam: In hoc inquam hęc nostra ipsi aduersatur, quam in totum credo esse conformem beato Bonauent. hac distinct. nume. 62. & de eius mente. Nam quauis dicat ex parte ignis, quòd sit ei data virtus ad inflammandum, non ad consumendum, ex parte corporis ait, quòd est ei data natura possibilibus ad patiendum, sed non ad deficiendum: Est ex mente Bonauent. corpus naturaliter passius ab illo igne, igitur non patitur ex miraculo, & sic est immutatio realis: hęc enim intendit ipse sanctus in eo, quòd addit non esse datam naturam ad deficiendum, & ponit exempla naturalia, de igne inflammante aurum, neque consumente, quia aurum non dat pabulum igni, hoc est materiam in ignem conuersibilem, similiter de Salamandra, de qua quidquid sit, vtrum viuat in igne, vel non, fatetur Ricardus, ar. 2. quæst. 7. se expertum pilos eius ab igne non consumi. Assert Bona ex legenda sancti Nicolai esse ignem in partibus Orientis, qui manum affligit & non consumit. Hęc exempla ed tendunt, vt siue ex natura ignis, siue ex natura corporum suscitatorum habeatur, quòd ab igne non consumuntur, igitur: Bonauent. in eo est, quòd sine miraculo patiuntur & non consumuntur. Pono apertius fundamentum dicendo, quòd quæ sunt secundum legem statutam non sunt miraculosa, sicut esse simul corpus gloriosum, cum corpore non glorioso non est miraculū, secus de corpore non glorioso cū altero nō glorioso: sed secundum legem status corporum resurgentium non admittit corruptibilitatem & mortem supra. p. 20. & Apocalyp. 9. Quærent homines mortem & non inuenient, desiderabunt mori & fugiet mors ab eis: impassibilitas non est corporum mixtorum animalium, nisi solum electorum, quia illa sola corpora immutabuntur, vt dixit Paulus, igitur corpora damnatorum sunt



naturaliter passibilia remanente natura eis in suo esse sine mutatione: sunt vero incorruptibilia, tam ab intrinseco, agente calore naturali in humidum radicale, quam ab extrinseco, & quantum hoc non habeant ex natura sua conditione, habent tamen ex lege statuta conditoris post solutam poenam incinerationis & mortis pro originali facta resurrectione, & sic utrunque est sine miraculo, videlicet pati & non corrumpi. Possent ex hoc intelligi dicentes, quod per miraculum non corrumpuntur, quasi capiant miraculum pro omni eo, quod fit non ex propria & natura conditione rei, tamen capiendo proprie miraculum & in rigore non sunt incorruptibilia per miraculum.

Fundamento diui Thomae aduersatur Parisiensis Academia damnans articulum, quod si coelum staret ignis in stuppam non ageret, quia nec Deus esset. Facit etiam quod stante sole sub Iosue cap. 10. non cessauerunt actiones & immutationes reales. Quis enim dicat nullibi ignem arsisse & ligna combussisse, quando & in praelio ipso infligebatur vulnera corruptiua & interueniebant mortes: Scio dicturos contrarios, quod miraculose conseruabantur haec inferiora in suis motibus caelo quiescente. Mihi plus placet, in proposito saltem, quod caelo quiescente ignis agat in illa corpora actione reali, de quo recurret sermo. d. 48. p. 8.

*Dubium de dolore.*

Restat satisfacere dubio tacto in precedenti, cuius sit dolor & ubi: ad hoc habes in breuiloq. 3. dist. 15. p. 5. quod est offensus animae ex carne; id est passio animalis, quod sit substantia animata sensibilis: erit itaque dolor passio sensibilis & appetitus sensitui, ut fatentur omnes, praecipue Scotus hac. d. quaest. 2. litera. A. Quae non sunt sensibilia, ut substantiae inanimatae, non dolent: neque dolor est proprius hominis, pertinet & conuenit ceteris animalibus: tristitia, quia est voluntatis & vocari solet dolor cordis conuenit homini, quia est in appetitu intellectiuo, neque est etiam propria hominis, conuenit alijs spiritibus. Non etiam est dolor solius animae sensituae, quia

quia dicere animam trisari aut gaudere (intellige, ut sunt passiones appetitus sensitui) est simile ac si quis dicat ipsam texere, vel edificare. i. de anima text. 64. Sunt igitur passiones appetitus sensitui totius coniuncti & compositi, ita quod ex parte corporis consideramus potentiam sensitivam compositam ex materia & forma corporeitatis (si forma ipsa distinguitur ab anima,) & formam animae sensitivae: proximum susceptivum & ratio suscipiendi non est in anima solum, nec in organo solo potentiae, sed in toto composito ex anima & corpore mixto. Vide Scoti loco citato. Restat modo ubi est appetitus sensitivus, quo ibi dolor inueniatur. Vide in breuiloq. d. 24. p. 3. quia ponendo illum in corde, erit in corde dolor, & sic non sola tristitia dicetur dolor cordis, sed omnis dolor carnis erit dolor cordis: tristitia vocabitur dolor extensus & largo modo, quia, ut loquimur nunc, est partis & appetitus sensitui, si dicitur esse animae rationalis non est quia sit ipse, nisi in quantum ipsa habet, & sit sensitiva; & vegetatiua secundum ponentes in homine tantum animam unicam. Ponendo in qualibet potentia sensitiva sua appetitivam, erit dolor in quolibet membro laeso, seu in qualibet potentia sensitiva, quia non erit specialiter manus, aut pedis, sed potentiae tactus qui est in omnibus membris, & potentiae visivae, auditivae, olfactivae, & gustativae, qui sunt quinque sensus: hoc non ratione, quia sunt apprehensivae, quia sic earum obiectum est bonum, sed in quantum sunt appetitivae ab eis obiectum conueniens vel disconueniens appetitur, aut despuitur, & causat dolorem. Ex hoc patet quomodo ultra tristitiam animae, dolebunt damnati in omnibus potentijs sensitivis, & in omnibus membris propter sensum tactus in omnia ea diffusum. Ceterum ex dictis etiam videtur, quod ad dolorem requiratur laesio vera & non imaginaria, quia quaecumque imaginemur membra nobis abscindi non dolemus, nisi tam intensa sit imaginatio quae faciat casum iuxta dictum commune, hoc est, quod alterer siue transmutet corpus: tunc illa transmutatio, siue alteratio est causa doloris,

*Supra. d. 16. p. 7. ad finem.*

doloris, non ipsa imaginatio. Non video ubi Scotus dixerit contrarium ex mente propria. Ultima eius verba in 3. distinct. 15. contra Henricum paulò ante literam B. (videlicet: Ideo ista litera facit ad hoc, quòd non oportet ponere alias rationes obiectiuas causantes dolorem, quàm quæ sunt in phantasia) non probant Scorum sensisse solam imaginatiuam causare dolorem, quia id nõ asserit, tantum dicit autoritatem Aristotelis citatam ab Henrico non tendere ad probandam mentem Henrici, sed magis esse ad hoc vt obiecta sensibilia relucetia in phantasmatis, vel ipsa phantasmata virtute obiectorum causent passiones, ideo literam Aristotelis, vt afferebatur, magis facere ad arguendum pro isto secundo membro distinctionis, quòd phantasmata virtute obiectorum causant passiones. In reportatis totam opinionem Henrici cum sua impugnatione refecit. Infra ea. d. in vltimis verbis art. 2. ante literam K. dicens: Imaginatiua potuit illud vt terribile imaginari, & ita appetitus illius potentie apprehensiuæ terri, nihil asserit de causatione doloris à sola imaginatiua, sed de terrore in appetitu ipsius imaginatiuæ. Vb id potius asserit, quòd sensus interiores habeant suam apprehensiuam, & appetitiuam sicut sensus exteriores.

Pro. 23. Voluntate antecedenti. Deus infernum pro dæmonibus fecit, non pro hominibus: voluntate cõsequenti etiã pro hominibus factus est. Quid sint hæ voluntates habes in breuiloq. 1. distinct. 46. p. 1. Sic est intelligendus Chrysost. hom. 80. super Matth. 26. in illis verbis. Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo, dicens. In ignem æternum, non vobis sed diabolo, & angelis eius præparatum. Nam ego regnum vobis, ignem autem non vobis, sed diabolo & angelis eius præparavi, in quem quoniam vos sponte iniicistis, vobis ipsis id reputate. Hinc patet errasse quendam super Lucam vsurpantem hanc doctrinam Chrysostomi, & interpretantem, quòd factus fuerit pro hominibus quasi de per accidens, & præter intentionem Dei. Respectu Dei non est casus, aut

aut fortuna. Non minus malè loquuntur aliqui effrenes dicentes factum fuisse ad terrorem. Oportet exponant, & intelligant iuxta hanc conclusionem.

DISTINCTIO XLV.

*De receptaculis animarum post hanc vitam: de suffragijs qua pro eis fiunt à vivis: atque de oratione ipsarum pro nobis.*



L. T. R. A. quatuor receptacula animarum, de quibus breuiloq. 3. d. 22. p. 3. est post Christi Domini Ascensionem pro animabus iustis & purgatis. cœlum Emphyreum. Hæc est de fide. Prop. 1.

De communi lege animæ à receptaculo purgatorij & exierunt & exeunt. Prop. 2. Ante aduentum & passionem Christi, ex purgatorio trãferebantur ad limbum patrum, modo ad cœlum Emphyreum: etiam de cõmuni lege patres ex limbo exierunt Domino resurgente. Exhibunt omnes è suis receptaculis in die iudicij ad audiendam sententiam generalem, sed ad illa postea reditura, sancti ad Emphyreum, damnati ad infernum, paruuli ad suum. Vide breuiloq. 2. d. 33. p. 8. Postea non erit aliud præter hæc tria.

De communi lege animæ, vt ad nos veniat, non exeunt sua receptacula, Si exirent sæpè viscerent quos in vita dilexerunt, sicut Augustinus dicit in lib. de cura agèda pro mortuis, refertur à Ricardo hac. d. ar. 1. quæst. 3. Si in rebus viuentium interessent animæ mortuorum me pia mater nulla nocte desereret, quæ me mari, terraque sequuta est. Facit illud. Psal. 77. Homo spiritus vadens, & non rediens: vtique pro suo arbitrio. Prop. 3.

Ex Diuina dispensatione quãdoque ad nos veniunt. Prop. 4. Patet de Moyse apparète Cum Christo. Matth. 17. de Samuele

multo est verè apparuit. Sauli, ut in breui loq. i. d. 41. ad finem. De animabus purgatorij vide Gregorij exempla lib. 4. dialogi. cap. 40. & 55. De animabus sanctis, vide in eodem Gregorio hom. 38. super euangelia exemplum de tribus sororibus patris sui, quarum vni apparuit ataus Gregorij ante mortem, ipsa mortua atque beata apparuit alteri forori. De damnatis dicit Sanctus Bona. hac d. num. 17. quòd nunquàm exeunt, sed sunt ligatæ ad omne opus, neque est simile de ipsis & demonibus, quoniam demones habent operationem ad nos exercendum. Ex

Ad di-  
gnosce-  
tas ani-  
mas &  
demo-  
nos.

1. reg.  
2. regul.

quo videtur sentire, quòd nunquàm exeunt: reuera minor ratio dispensationis est in illis. Ad cognoscendum igitur quando sunt animæ defunctorum quæ apparent, vel demones qui sub earum nomine tentant illudere viuos, regulas has placet annotare. Quando loquuntur per viuos & dicunt se esse tales animas, quæ viuorum corpora intrauerunt, demones sunt illa corpora obsidentes, quoniam animæ nō transmigrant de corpore in corpus: d. 43. supra. p. 7. in corolla.

Apparitiones quæ dicuntur animarum, sunt ex fine iudicandæ. Si nihil aliud prætendant quàm terrere viuos, & semel, atque iterum visæ à multis & varijs in terrendo sistunt, demones sunt, quorum officium est vexare homines. Animæ inferni ad tale officium non exeunt, ut dicit citatus Bonauent. Beati, & qui sunt in purgatorio diligunt viuos: quando apparent licet terreant in principio cooperante conditione status tam sui, quàm nostri, qui difformes sunt, ut ex insolita & inusitata cum eis consuetudine ad primum congressum terreamur, nos ob suam caritatem sedant & quietant. Per hanc regulam aperitur esse dæmon ex cuius apparitione solum infamatur defunctus, aut alter viuos. V. g. decesserat quis in peccato occulto, sepulto in sacro fiunt terrores in ecclesia apparente anima & dicente se propter tale peccatum damnatam, neque quieturam (nisi corpus extrahatur è sacro) ab illis terroribus, talis dæmon est, quoniam Deus qui damnatorum sententiam suo seruat iudicio, non vult peccata occul-

occulta publicari prætermisso iuris ordine. Estò vera foret dānatio, & talis indignus ecclesiastica sepultura, iustus erat possessor, non spoliandus, nisi quando separabunt angeli malos de medio iustorum Matth. 13.

Iusta causa dispensationis defunctis ad nos veniendi est utilitas communis reipublice Christianæ, ut quando apparebat sanctus Iacobus in bellis Hispanorum contra infideles: vel utilitas propria illius, ad quem veniunt reuocandum à peccatis, docendum in necessarijs, liberandum ab aliquo magno malo etiam temporali: vel etiā utilitas propria ipsius animæ in purgatorio existentis, ut suffragijs adiuetur, quæ talem perit elemosynam non minis agit sed precibus humilibus & deuotis, quæ statum illum decet. Quæ dicit se venire, ut testamentum reuocet, ex fine constat esse dæmonem, quia neque testamenti reuocatio fieri potest, neque missas, aut legata vni demandata sunt ob id transferenda in alios.

3. regula

De suscitatis ad vitam per merita & orationes sanctorum potest iustineri, quòd non erant in inferno, aut in beatitudine, sed vel in limbo patrum, ut Lazarus, aut in purgatorio. Ratio huius est immutabilitas illius status. Potest etiā teneri contrarium, quoniam Apostoli aliquos gentiles suscitauerunt, quos probabile est fuisse in inferno, & postea laudabiliter vixisse, quia ex quo mala illius status cognouerunt & ad vitam reuocati poenitendi tempus acceperunt, persuasibile est opera exercuisse iustitiæ, & sanctitatis. Est pro hoc Alexand. i. p. q. 2. in M. 2. §. 1. ad ult. arg. qui diffringit de poenis inferni, quia quidam condānantur ad illarū æternitatem, hos dicit non posse ab illis liberari. Alij condemnantur ad eorum æternitatem, hi potuere liberari non meritis proprijs, sed ecclesiæ & sanctorū. Ex cuius doctoris mente colligitur quosdam damnatos ad infernū non secundum finalem sententiam, sed temporalem: alios secundum finalem & æternā, ita, quòd est sententia secundum præsentem iustitiam, aut secundum finalem. Potest facere ad hoc distinctio de causis inferioribus, & superioribus quàm habes in breui-

Prop. 5.

breuiloq. 3. distin. 21. p. 3. Idem potest dici de beatitudine, aut quia videbatur essentiam Diuinam in rapto, ut Paulus, vel forsitan melius quoddam fuerit in loco sanctorum cum beatis sine Diuinæ essentia visione. Cum Alexandro facit Bona. num. 17.

De suffragijs.

Pro. 6.



Suffragia viuorum profunt defunctis. Contrarium huius est heresis. Aerianorum, qui offerre sacrificium pro defunctis spernunt, ut dicit Isidorus refertur. 24. q. 3. cap. Quidam autem. Sequitur Lutherus Græci, atque Armenij, omnes negantes purgatoriu debent dicere ex cō-

sequenti, defunctis non prodesse orationes, sacrificia, ieiunia, & eleemosynas viuorum. Contra eos & pro conclusione est illud. 2. Machab. 12. de drachmis. Tobia. 4. Panem tuum & vinum super sepulturam iusti constitue. Extant ad hanc multa decreta quæ refert Gratianus. 13. q. 2. Extat & contra Græcos sermo de defunctis beati Damasceni, in quo inter alia refert Gregorium Nazianzenum dicentem quod mater sua pro Cæsario eiusdem Gregorij fratre omnes diuitias quæ erant Cæsarij in sepulchrale donum illi dedit. Non sic faciunt hodie parentes aut filij quibus legitima alterius in hereditatem vel ab intestato veniet. Profunt, ut dicitur in litera, ut sit plena remissio (videlicet ut citius liberentur quantum ad rem tempus) vel ut tolerabilior sit ipsa damnatio (videlicet in eodem tempore mitior pœna.)

Nota.

Propo.

7.

Hæc suffragia non profunt valde malis, idest damnatis, nisi ad consolationem viuorum. Neque valde bonis, idest beatis, quia dixit Augustinus. Iniuria est pro martyre orare in ecclesia, cuius nos debemus orationibus cōmendari: profunt verò illis qui fuerit mediocriter boni, & mediocriter mali decedentes in caritate, debitores aliquarum

quarum pœnarum. Hæc omnia Magister in litera. cap. 2.

Argum.

Quoniam verò Innocentius tertius in cap. Cum Martine. extra. de celebrat. Missarum affert hanc sententiam Augustini quasi autoritate sacra scriptura in 9. tertio loco, non sumit sacram scripturam ibi pro textu Biblico, sed pro autoritate scripta a sanctis patribus & ab ecclesia approbata, ex talibus namq; autoritatibus approbatis ab ecclesia efficaciter fidem roboramus. Intelligenda est autoritas quando tales sunt ab ecclesia pro martyribus declarati, aut pro valde bonis & beatis: nam & Innocentius simile dicit de alijs sanctis, quod pro eis neq; sit orandum. Pro illis martyribus qui nondum sunt ab ecclesia declarati orari potest, nescimus quippe homines particulares, si tam verè martyres fuerit, quod peccata omnia purgauerint. Carthusienses in ordine suo consuetas orationes pro defunctis, etiam pro illis martyribus occisis in Anglia iussu Henrici Regis octaui faciebant. Pro malis qui non sunt ab ecclesia excommunicati, aut alijs obiere in publico peccato licite oratur in publico; imò etiam pro talibus in secreto si aliqua pia tergiversatione potest præsumi, aut dubitari si ecclesia in facto fuisset decepta, ut pro combusto hæretico negante factum probatum testibus, quia potuit ecclesia falsis testibus processisse: vel etiam quia pœnitendi tempus habuerunt piè præsumitur aliquis, vel plures si simul occubuerunt inter illos pœnituisse. Ita præsumpsit Iudas. 2. Machab. 12. de illis pro quibus misit illas duodecim millia drachmas, sub quorum tunicis inuenta fuerant donaria idolorum, à quibus lex prohibebat Iudæos. Ob illud peccatum in bello corruerunt, qui viderunt benedicentibus iustum iudicium Domini, qui occulta fecerat manifesta: præsumpsit vero Iudas, omnes aut aliquos pœnituisse in ipso mortis articulo. Per idem, in secreto potest orari pro occisore sui ipsius, quia licet secundum qualitatem facti præsumatur desperatio, potuit ex melancholia, & infirmitate

mitate capitis destitui vsu rationis, aut in ipso articulo quando è suspendio se tollere nequibat pœnituisse. Vide in lib. 4. Dialogi beati Gregorij. cap. 37. quendam prauum monachum Theoderum iam ad mortem pœnituisse.

**Pro. 8.** Pompa funeralis sumpta per se sola, est solatium viuorum. Sic est intelligendus Magister in litera, & Augustinus quem citat, & Innocentius in cap. Sacris, extra de sepulturis, dum ait, quod non obsit iustis sepultura nulla, aut vilis, & quod impijs celebris vel speciosa non proficit. Propter alias causas magis desideratur sepultura sacra, & inter iustos, atque propinquos vtriam in die iudicij quos primo videamus sancti sint & non peccatores, amici, & consanguinei quos dileximus: Sic Iacob Genes. 47. & 49. & Ioseph. ibi. 50. voluerunt cum sanctis & suis sepeliri: Tobias. 4. iuxta se vxorem. Vide infra. d. 48. p. 6.

**Pro. 9.** Suffragia facta pro quolibet in speciali, plus ei profunt quam si fierent pro pluribus. Hæc est contra præposititium, tenent eam Bona. hac. d. nu. 31. Scorus quodlib. 20. lite. C. Ricard. hac. d. ar. 2. quæst. 3. Probatur, quia est satisfactio & valoris finiti, igitur pluribus communicata minorem partem capit quisque quam reciperet vnus solus.

**Supra.**  
d. 13. p. 10. et. d. 16. p. 56  
Exemplū præpositiui de candela simul æquè lucētī omnibus non est ad propositum, quia satisfactio nō est æqua pro quibuscunque particularibus: quantum ad gaudium & consolationem prodest omnibus, quia quilibet gaudet de bono alterius, qui maiorem habet, caritatem magis gaudet alium à pœnis per suffragia releuari.

**Pro. 10.** Multi diuites minus boni citius liberantur à purgatorio, quam pauperes meliores. Ratio, quia habuerunt vnde præciperent sibi fieri plura suffragia post mortem. Hanc habes in litera Magistri. cap. 4. Facit Prouerb. 13. Redemptio animæ viri diuitiæ suæ.

**Pro. 11.** Faciens suffragia, pro defunctis, vt illis prosint, debet esse in gratia, si faciat illa è suo proprio motiuo: Si defunctus

sanctus iussit dari eleemosynas nihil obest, quod dentur per malos & peccatores, quia earum satisfactio responderet actui præcipientis, qui decelsit in gratia. Ad hanc faciunt dicta distinct. 19. p. 54. & 59. Quoniam verò in Missis concurrunt ad satisfactionem actus ipsius ministri, valebit multū Missas dici à bonis plusquam à quibusuis: idem erit in similibus.

Detinentes notabiliter suffragia defunctorum, Missas, Pro. oblationes, eleemosynas, siue sint hæredes, siue testamento- 12. rorum executores, siue sacerdotes onerantes se ad plures Missas quam pos sint dicere congruenter, mortaliter peccant, neque sunt absoluendi quosque à tali peccato exeant. Patet hæc ex. 7. præcepto legis non furaberis, quia detinent alienum, ex quo potuit defunctus rem vt suam legare. Non excusat clericos paupertas, quia pauperior est anima quæ grauioribus pœnis torquetur. Tales 13. quæst. 2. cap. Qui oblationes: & cap. Clerici, vocantur necatores pauperum. Habent enim fructum satisfactionis quando fiunt, ante non liberant animas.

Vt in plurimum peccant sacerdotes tam simplices, Prop. quam curati onerando se missis, quas faciunt dici per 13. alios detracta parte stipendij ad suam vtilitatem. Dixi, vt in plurimum, propter pingues capellanias: quarum institutores probè intellexerunt capellanos non dicturos missas cunctas sed eas alijs clericis demandaturos communi, aut saltem minori stipendio quam sit eis relictum. Forfan posset etiam excusari clericus, qui cum missas suscepit quas extimauit se dictarum commodè, grauitè, aut diu infirmatus volens se exonerare, neque potens totum stipendium receptum refundere, illas clerico alterius diocesis commendaret dicēdas vbi taxatum est minus stipendium, quam in diocesi propria, quia talis casus accidit præter intentum. Ex consuetudine id facere, est clarè turpe lucrum merendo quod non seminauit: dicitur lucrum turpe. 14. quæst. 4. cap. Quicumque, propter cupiditatem emere minori pretio vno tempore, vt in alio vendat maiori. Est & facere domum patris cœlestis

mum negotiationis: Ioan. 2. Ad hanc conclusionem vide Marrinum ab Azpilcueta in manuali cap. 25. num. 91. pro qua refert Maiorem in hac distinct. & in Hispano citabat Parisienses etiam pro hac. Est pro ea frater Antonius Cordubensis lib. i. sui quaestionarij. quaest. 4. dub. 5. Probat. Tota ratio stipendij est celebratio Missae, igitur stipendium esse debet celebrantis, & non alterius, qui cum partem recipiat ob causam non subsistentem debet illam restituere. *Confir. ex intentione dantis*, qui talis negotiationis conscius non daret aut non voluntarius daret, sed cum murmure coactus mandato superioris, quod clamare solent iniustum. *Confirm. 2.* quia res transit in alterius dominium ab altero vel per titulum donationis, commutationis, aut alium similem iustum, qui in praesenti non apparet. Curato pro sua cura debetur ex decimis, & non ex missarum stipendijs, vt latius dixi in breuiloq. 3. distinct. 40. p. 45. Non inficior posse assignari ex eisdem aliquam portionem alicui clerico quem vocant collectorem, cui incumbit cura colligendi missas, & earum stipendia, distribuereq; dicendas, & pun-

*Argum.*

Quoniam aliqui curati, vbi milites religiosi leuant decimas, nituntur se tueri cuiusdam doctoris sententia nescio quo palliata colore, attendant, quod nullus est qui neget eos teneri ad dandum iustum stipendium dicenti missam. Sed rogo, si iustum stipendium pro missa est vna drachma, & dimidia quando datur a saeculari pro Missa particulari, quomodo est iniustum vna drachma curati defalcata tertia parte stipendij, quae data a saeculari non reputaretur sufficiens.

*Arg. 2.*

Item in casu (quem ego modo non disputo) quod liceat iuxta aliquam opinionem vbi tenue daretur stipendium cum vna missa satisfacere pro duabus, ex quarum stipendijs integraretur illud sufficiens & vtitatum: peto quare non poterit similiter facere clericus ex missis

missis sibi a curato commendatis: vnde vel curatus tenebitur dare simplici sacerdoti integrum stipendium, quod pro missa recepit, aut tenebitur defunctis ad integra & ad omnia suffragia.

Neque satis est dicere: simplices sacerdotes sunt contenti voluntarie talibus stipendijs. Quoniam ea voluntas est mixta inuoluntario, & coacta, quia aliter eis non pro uident curati de missis, imo varijs modis faciunt, quod neque in testamento mandentur monasterijs, aut alijs priuatis clericis. Habentes greges possunt lanarum decimas dare curatis, in quorum dioecibus oues rotonderint, neque sunt liberi a tota decima illarum ex conuentione quam faciunt cum hoc, vel illo curato, quod rotdebunt intra suam parochiam si tantam vel tantam partem remittat, quoniam tota decima debita est ecclesiae, atque ipsi curati non sunt liberi ad illam compositionem, quam si non fecissent omni parte caruissent ab euntibus dominis ad alios, ita est in proposito.

Tertio, in aliquibus dioecibus obrinet usus, & Episcoporum dispositio, quod sit & habeatur pro iusto stipendio vna drachma, siue regulae Hispanum, & ultra illam octo dipondia, siue marapetini facientes solidum Parisiense, at vero vbi ad missam offertur ab agricolis aut alijs candela & torta panis, oblatio illa habeatur loco solidi, & contenti fiant sacerdotes sua drachma. Rogo vnde possunt curati illam oblationem sibi retinere, & dare alijs clericis, aut monachis solam drachmam? Nam eadem est & reuertitur difficultas, quae prius de iusto stipendio. In tentant eam sibi retinere eo titulo, quod oblationes pertineant ad curatos, Hae quaestio dimittitur, quia petit quomodo, & in quibus casibus tenetur populus offerre, sed ad propositum. Oblatio de ratione sua debet esse voluntaria (Vide in Alexand. 3. p. q. 53. M. 1. In Thom. 2. 2. q. 86. ar. 1.) maxime in Missa, quae voluntarie etiam commendatur, & datur pro Missa stipendium sufficiens praeter oblationem igitur non debent compelli ad oblationem inuiti. Quando ipsa oblatio intrat quantitatem iusti stipendij,

*Solutio.*

*Replicat*

*Exemplum de lanis.*

*Arg. 3.*

*Solutio.*

*Replicat*

*Confir.* stipendij, & sufficientis clarum est non esse voluntariam, sed debitam, non curato, sed sacerdoti missam celebranti. *Confirma.* Oblatio illa quomodocumque aspicitur est ab homine volente illam offerre ad suam missam, fraus igitur est illam leuari à curato fingente celebrare pro illius intentione, cum tamen celebret pro alijs, & sic eius defraudatur intentio, aut simplicis sacerdotis sufficiens stipendium. Dicunt quod intendunt leuare oblationem pro responsorio, quod supra sepulchrum recitant. Sed neque hoc euacuat arg. quia fraus est quando offerens putat missam cum responsorio pro sua intentione dici. Item, quæ iustitia est pro vno responsorio recipere stipendij tertiam partem quæ datur pro missa, & dimittere dicenti illam duas partes puta drachmam, cum ipsi oblationis, aut responsorij titulo leuent dimidiam drachmam. Attendenda hæc & similia crederem ab episcopis & salubriter prouidenda, ne fiat peccatum clericorum sicut filiorum Heli. 1. Reg. 2. grande nimis coram Domino, quia volebant partem sacrificiorum præter iustum ordinem, & detrahebant homines sacrificio Domini.

*Propo.* 14. *Coroll.* Quanuis animæ defunctorum non liberentur à purgatorio antequam suffragia compleantur, vt. p. 12. nisi per se pœnas debitas soluant, tamen propter debita pecuniaria quæ iusserunt in testamento restituere non detinentur, quousque illa soluantur ab hæredibus, vel à testamentorum exequutoribus. Ratio est quia pœna purgatorij datur propter ipsorum defunctorum peccata, & nõ propter peccata viuorum, sed si defunctus fecit quod in se fuit, non amplius ei obest mora hæredis. Est quippe discrimen inter hæc & suffragia, quia suffragia cum sint ad citius soluendas pœnas non liberatur anima nisi per illa, vel per se patiendo: Solutio debitorum nihil facit ad pœnas, in quo & vulgus errat aliter opinando. Ex quo inferri potest, quod quando aliqua anima dicitur apparere pro solis debitis pecuniarijs exoluendis, vt plurimum est dæmon, quia si defunctus fecit quod in se fuit ad resti-

restituendum non obest ei mora viuorum, si non fecit dà nata fuit. Dixi in plurimum, quia aliquando posset fieri apparitio in vtilitatem detinentis, præcipuè si ei fiat, & non alij tertio.

De oratione defunctorum pro viujs.



Sancti in cælo orant pro nobis, idcirco sunt inuocandi, vt in breuiloq. 3. dist. 15. 2. p. 6. Christus Dominus licet aliqua ratione possit dici orare in cælo sicut quando erat in terra, quia est homo, & etius oratur dicendo illi, Miserere, concede, propter hæreticos facientes illum hominem purum minorem patre, quia illi est data omnis potestas, & omne iudicium. Dicitur interpellare pro nobis. Roma. 8. aut quia verè orat vt ibi exponit Titelmanus & concessit Alexand. 4. p. quæst. 91. Memb. 5. ad. 1. vel quia representatione suorum meritorum nobis dat fauorem mediando apud Patrem.

Sancti in cælo non cognoscunt orationes nostras cognitione naturali. Patet quia eorum intellectus est agens naturale requirens debitam distantiam, & proportionem obiecti, vt ait Scotus hac. d. quæst. 2. litera. C. & q. 4. Th. 1. p. q. 89. ar. 7. tenet quod anima separata non accipit cognitionem à rebus, idè distantia localis nõ impedit earum cognitionem. vide eum & q. 55. ar. 2.

Beati in cælo cognoscunt orationes nostras in Verbo. Hoc non est de intrinseca necessitate suæ beatitudinis, tamen congruit Diuinæ maiestati sic facere, quia cedit in sanctorum honorem quod specialiter inuocentur, & sint coadiutores Dei in salutem electorum procurandam & promouendam. Vide Scotum hac. d. q. 4.

*Prop.* 15.  
*Vigilanti*  
*tius di-*  
*xit, &*  
*Oeco-*  
*lampa-*  
*dus q.*  
*sancti*  
*dum vi-*  
*uunt pro*  
*nobis o-*  
*rāt post*  
*mortem*  
*non.*  
*Prop.*  
*16.*  
*Vide ad*  
*hanc in*  
*2. d. 3. p.*  
*13. et. 14.*  
*Prop.*  
*17.*



Prop. 18. Anima purgatorij etiam orant pro nobis, idem licitum est ipsas orare & inuocare. Hanc tenet Ricard. hac. d. ar. 7. q. 2. Sequuntur alij recentiores, vt Ioannes Metina Cōpluensis codice de oratione. q. quibus conuenit orare. Est concl. contra Alex. 4. p. q. 92. M. 1. ar. 3 quem sequitur Tho. 2. 2. q. 83. ar. 11. ad. 3. Probat; Viuentes poterant orare pro nobis, igitur & mortui. Probat consequentia quia sancti in limbo orabant, vt Hieremias. 2. Machab. vlt. Non obstat quod sunt in statu, in quo pro eis oratur, quia obligatio ad pœnas non rescindit Diuinam amicitiam. Videmus inter homines damnatos à iudice, licet pro se orantes nihil proficiant, pro alijs sæpè exaudiuntur. Confir. quia ille diues epulo Luca. 16. etiam damnatus pro quinq; fratribus orabat; Igitur multo fortius orabunt animæ purgatorij. Non obstat etiam, quod non vident nostras orationes in verbo, quia neque sancti in limbo eas videbant nisi per Angelorum reuelationē, sic Prophetæ sine visione in verbo multa sciebant. Quādo Christus in cruce clamauit, & dicebant Iudæi Heliam vocat Matth. 27. persuasum habebant sic dicētes, q̄ poterat Helias inuocari viuus, & absens & orationem atque inuocationem cognoscere. In legenda beati Nicolai habetur, q̄ à remotis inuocatus dum viueret apparebat, qui reuera sicut potuit esse eius angelus sicut de Petro dicebāt Act. 12. pulsanti fores, q̄ nō is esset, sed eius angelus etiam potuit esse idemet in persona propria. Cognoscent igitur nostras orationes sicut cognoscent suffragia pro se facta & fieri, per angelos, & per relationem aliarum animarū illūc descendērium, Verum est etiam q̄ suffragia cognoscent etiam quandoque releuatione ipsa pœnarum. Aliqui volunt, quod etiam orēt pro se non ad meritū, quod esse nō potest, sed ad impetrationem releuationis pœnarum & hoc ex Diuina largitate, qui non continet in ira sua misericordias. Psal. 76.

DISTIN.

DISTINCTIO .XLVI.

*De pœnis damnatorum, si recipiunt aliquando mitigationem: De misericordia & iustitia si concurrerūt in omnibus operibus Dei, etiam in punitione malorum.*



Pœna damnatorum nūquam recipit mitigationem, neque illis ecclesie suffragia in aliquo profunt. Hanc docet Bona. hac. d. num. 7. Richard. quæst. vlt. Tho. in addit. quæst. 71. ar. 5. Facit autoritas Marci. 9. de igne gehennæ, qui non extinguitur, sed si reciperet mitigationē aliquam vel aliquo modo aut tempore, illa vniuersalis negatiua falsa esset. Facit & Augustinus, in Enchiridio refertur in litera præcedentis dist. cap. 2. & à Gratiano. 13. q. 2. cap. finali. quod pro valde malis & si nulla sunt adiumenta mortuorum tamen qualescunque viuorum consolationes sunt. Hæc conclusio est contra aliquos, quos præfati doctores citant, qui dixerunt pœnam damnatorum recipere mitigationem: in modo variabant. Quidam dixerunt, posse pœnas interpolari vsque ad diem iudicij, sed non plus. Alij quod non recipiebant interpolationem, sed mitigationem quoad intensiōem. Alij quod minuebatur pœna non de per se, sed de per accidens, quia per suffragia confortabatur patiens, sicut homo portans graue pœndus facie aqua perfusa confortatur. Loquebantur verò non de infidelibus qui non fuerunt de ecclesia. Hos modos præfati doctores impugnant, qui reuera sunt ad minus temerarij, & forsitan peiori nota digni, quia damnati sunt in termino, neque in caritate corporis ecclesie, per quam officia & vtilitas vnius membri communicantur alteri.

Prop. 1.

Vide supra. d. 15 p. 8. vtilitate. 3.

**Arg.** Contra hanc arguunt ex historia Traiani, quã refert Damascenus in sermo. de mortuis dicens, q̄ Beatus Gregorius Papa validas preces ad Deum habuit, vt Traiano Regi peccata dimitterentur, & vox audita est. Preces tuas audiui, & veniã Traiano do. Tu vero deinceps pro impio hostiam mihi non offeras & subdit Damascenus. Testatur autem oriens, & occidens totus miraculum Germanum.

**Solut. 1.** Hoc arg. non parum torquet doctores. Qui dicebant pœnam damnatorum recipere mitigationem facillè respõdebunt vnusquisque iuxta suum modum. Thomas in loco citato dicit probabile, quòd fuit reuocatus ad vitam, vt saltem in breui pœniteret. Nisi fuisset crematum eius corpus, vt antiquitus fiebat, sustinere posset, q̄ ab humato corpore anima non exisset vsque ad tempora Gregorij. In quadã chronica dicitur mortuus fuisset pro fluuio ventris apud Seleuciam ciuitatem Metropolin Isauriã regionis in Asia minori, ossa fuere postmodum Romam delata & sepulta in foro eiusdem Traiani in aurea vrna quam ipse struxerat sub columna ceterum & quadraginta pedum altitudinis.

**Solut. 2.**

**Solut. 3.** Alij de hac historia dubitant, quia nonnulli historiographi dicunt Ioãnem Damascenum fuisse magno in pretio, & familiarissimũ Theodosio Imperatori, idcirco p̄cessisse Gregorium à tempore Ambrosij, & Augustini, qua propter ambiguum est si p̄afatus sermo sit Damasceni. Aduerte, quòd non debet esse hic Theodosius maior sub quo floruit Ambrosius, sed iunior, sub quo fuit hærësis Nestoriana, vide in breuiloq. 3. d. 4. p. 4. quoniam Damascenus lib. 3. orthodoxæ fidei cap. 8. & 12. & clarus. 22. facit memoriã de hærësi Nestorij, quapropter nõ fuit coæuus Theodosio maiori. In vita ipsius Damasceni dicitur fuisse tempore Leonis Isauri Imperatoris infensi sacris imaginibus, qui Leo lögè post beatum Gregorium imperauit, & successit Theodosio Imperatori huius nominis tertio dicto Atramiteno, qui Theodosius post duos annos Imperij videns Leonem ab exercitu Imperatorem

peratorem acclamatum professus est vitam monasticam, vndè Damascenus, qui & monachus fuit, vel ante ingressum eius in monasterium, vel post fieri potuit ei familiaris. Fuerat quippè Theodosius hic tertius æmulator pro imaginibus contra p̄decessorem suum Imperatorem Philippicum, & etiam contra successorem suum Leonem. Quia igitur eius nominis erant potuit sumi occasio, vt pro tertio primus crederetur, & haberetur.

Est alia solutio, quòd Gregorius peccauit orando, nihilominus oratio eius fuit exaudita, processit enim ex magna pietate quando Gregorius transibat per forum Traiani recordatus illius iustitiã quam exercuit in proprium filium homicidam, & in ecclesia sancti Petri orauit, in pœnam vero peccati continuo laborauit dolore stomachi. Pro hac refertur Abulensis vulgo Toftado super. 4. lib. Regum. quæst. 57. De pœna stomachi propter hoc peccatum nescio in cuius historia contineatur. At vero quia Deo nihil est impossibile & tam de historia quàm de sermone id sentire debemus, quod sancta Romana ecclesia docuerit, ipsi Deo totum committamus. Certè sermo ille atque historia reuerenter suscipitur à doctoribus, & quanuis regulariter peccatum sit mortale orare pro damnatis, quis audeat negare libertati Spiritus Dei, qui sanctos incitat ad orãdum, quòd inciret sanctos, sicut ad alia opera miraculosa & impossibilia naturæ, ita ad orandum pro Traiano aut alio damnato, vt suscitetur ad vitam, & pœniteat etiam post mortem diu obitam, neque in sic orando ipsi peccent?

In Deo est misericordia & iustitia. Probat per totã scripturam Psalm. 47. Iustitia plena est dextera tua. Psalm. 118. Misericordia tua Domine plena est terra. Vide supra distin. 4. p. 18. Quid est misericordia videlicet tristitia de malo alieno. Tristitia in Deo esse non potest vide in. 1. distin. 8. de simplicitate Dei, quomodo ipse est quidquid habet. Non igitur sunt in eo, sicut in nobis habitus & qualitates. In Deo sua voluntas consideratur à nobis

Solutio.

4.

Prop. 2.

à nobis secundum effectum quem facit, & sicut nos per misericordiam vel proximum a tota miseria releuamus, vel à parte, sic est & effectus Diuinæ voluntatis super nos miseros. *Quomodo differant misericordia & pietas vide Bona. lib. 3. d. 35. nu. 43.* Sed loquitur in nobis & ex quorundam sententia quos refert, possumus dicere, quòd misericordia Dei dicitur respectu miseriæ quam habemus creaturæ intellectuales factæ ad eius imaginem: pietas consideratur ex parte ipsius Dei respicientis imaginem suam in miseris, sumimus verò vtraque pro eadem. Iustitia distributiva consideratur in Deo distribuyente cuiunque naturæ suam perfectionem: Commutatiua in puniendo & præmiendo. Vide *Scorum hac. d. quæst. 1.* Cum etiam sit iustitia rectitudo voluntatis propter se seruata, vt deducit Scotus litera. A. ex Anselmo de veritate cap. 12. Rectitudo suæ voluntatis consideratur vel in ordine ad exigentiam creaturæ, vel in ordine ad condescendentiam ipsiusmet Diuinæ voluntatis. Quapropter idem Anselmus prolog. 10. Cum punis malos iustum est, quoniam illorum meritis congruit. Cum parcis malis iustum est, non quia illorum meritis, sed quia tuæ voluntati & bonitati condecens est.

*Prop. 3.* In omni opere Domini concurrunt misericordia & iustitia. Probat. psal. 24. Vniuersæ viæ Domini misericordia, & veritas, id est iustitia. Nihil enim agit nisi quod decet siuè creaturas, siuè seipsum. Nihil etiam operatur in quo non velit creaturis, præcipuè rationalibus, bene facere, easque omnino, vel ex parte à miseria liberare: Miseria propriè est defectus rationalis creature cui competit esse felicem, largè est defectus cuiuscunque creaturæ. De hac materia: *Alexand. 1. parte, quæst. 39.*

*Propo. 4.* In aliquibus operibus Dei relucet plus misericordiæ, in alijs plus iustitiæ, idèò potest dici Deus iustius, aut misericordius agere cum vno, quam cù alio, non ratione suæ voluntatis, quæ est vna & simplicissima, sed ratione effectus, quia vnus plus habet iustitiæ & seueritatis, alter plus

plus misericordiæ. Rom. 11. Vide id eos qui ceciderunt seueritatem Dei, in te bonitatem. Bonitas, vt dicit Magister, cap. 4. est circa quoslibet, misericordia non nisi circa miseros, sumitur large misericordia pro bonitate. Hanc conclusionem, vide in *Alexand. 1. p. q. 39. M. 3. ar. 5.* Richardus hac. d. ar. 1. q. 4. negat, quòd Deus etiam quantum ad effectum agat iustius, cum vno, quam cum alio quia agit secundum proportionem geometricam, iuxta quam tantum est retribuere, aut punire vnum in duobus, quam alium in quatuor. Misericordius bene facit, quia non contra iustitiam.

In punitione malorum etiam concurrunt misericordia cum iustitia. Nam Deus sicut præmiat ultra condignum, vt in breuiloq. 2. d. 27. ad finem: ita punit citra dignum taxando, minores pœnas, quam commeriti fuerant damnati. Sic est intelligenda litera Magistri, dicentis. cap. 1. in fine, non improbandum si dicatur eorum supplicio aliquod leuamen adhiberi: & cap. 2. Deum non tantum punire malos in futuro quantum meruerunt, sed eis aliquid, quantuncunque mali sint, de pœna relaxare. Vbi sanctus Bonauent. num. 3. distinguit de relaxatione, & de mitigatione: quia relaxatio est ante pœnam taxatam, & hoc facit Deus: mitigatio est post taxatam, pœnam, & hoc non fit, vt dixit p. 1. Ad conclusionem facit *Iacob. 2.* Misericordia superexalrat iudicium. Quam autoritatem exponit Scotus hac. d. q. 4. ante literam. N. quòd quando ad aliquod opus concurrunt plures virtutes tantò illud est perfectius, sic iudiciũ procedens à iustitia & misericordia simul perfectius est, quam si ab vna solo procederet.

Non facit Deus contra iustitiam puniendo peccata damnatorum pœnis æternis. Ad hanc vide *Grego. lib. 34. Moral. cap. 12.* super illa verba Iob. Æstimabit abyssum quasi senescentem, vbi ait. Ad districti iudicis iustitiam pertinet, vt nunquam careant supplicio, quorũ mens in hac vita nunquã voluit carere peccato, vide & lib. 4. dia log. c. 44. Nã peccator, vt potest videre in *Sco. q. 4. citata litera*

litera. P. si perpetuò vixisset, perpetuò mansisset in peccato, & sic perpetuò peccauit in voluntate. Datur a Scoto alia ratio pro conclusione, quòd quia persona est perpetua & perpetuo manet sub culpa, idèd pœna est perpetua. Quoniam si Deus vellet personam annihilare, ante annihilationem potuisset infligere pœnam tam intètam quòd sufficienter responderet culpæ, citat August. lib. 21. de ciuit. cap. 11.

**DISTINCTIO XLVII.**

*De iudicio finali: De his quæ ipsum præcedet, videlicet Antichristo, & igne conflagrationis: Qualiter dabitur sententia iudicis: De ordinibus iudicandorum: Si post iudicium demones, præerunt hominibus ad punitionem.*

Prop. I.



Nte finale iudicium, imò ante generalem mortem omnium præcessura est in ecclesiâ persecutio Antichristi. Hæc est de fide: probatur ex Daniel. 11. & 12. vbi facit mentionem de Antichristo partim in figura illustris Antiochi partim de ipso solo Antichristo, in fine: c. 11. vbi aliqua dicit quæ non potuere quadrare in Antio-

chum. Matth. 24. Cum videritis abominationem, quæ dicta est à Daniele propheta. 2. Thessaloni. 2. Nequis vos seducat quasi instet dies Domini. Quoniam nisi venerit discessio primû, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis qui aduersatur & extollitur supra omne quòd dicitur Deus. De illo intellexit Christus. Ioan. 5. Ego veni in nomine patris mei, & non accepistis me, si  
alius

alius venerit in nomine suo, illum accipietis. Vbi ly, si, non ponitur quasi esset dubium Christo Domino si venturus esset, sed ad denotandam contingentiam futurorû. Lutherus, quem sequuti sunt Illiricus, Zuinglius, & alij negauerunt Antichristum futurum personam singularem, ac certam, sed quandam hominum congregationem, quæ iam multis annis persecuerit, & Christo repugnauerit, & contradixerit, quòd pro hæretico dânat Feuardenius, quoniam ea, quæ in scripturis de Antichristo sunt, & conditiones quas doctores de eo posuerunt non quadrant nisi in singularem personam, vt quòd erit de tribu Dan, nascetur in Babylone, sedebit in templo, occidet Enoch & Heliã. Sicut dixit Ioan. Apocalyp. 11. quòd bestia quæ ascendet de abyssò occidet duos testes Domini, quos futuros Enoch & Heliã interpretatur ibi Hugo Cardinalis, & Dionysius Carthusiensis, Glossa item ordinaria, Arethas archiepiscopus Casareæ super eundem locum, Augustinus similiter in lib. de Antichristo. Quocirca miratus sum quòd quidã scripserit Heliã & Enoch tempore iudicij non morituros, quemadmodum scriptura testatur. Si intelligebat ipsos nunquam morituros plusquam falsa est eius sententia, quâ vltra citatos auctores refelles ex beato Gregorio homil. 29. quæ est de ascensionis de Heliã dicente. Heliã subleuatus est, quousque ad finem mundi redeat, vt mortis debitum soluat. Mortem enim distulit non euasit. De ambobus idem inuenies in Damasceno lib. 4. Orthodoxæ fidei. cap. 27. quòd interficiendi sint ab Antichristo. Vide & Abulensem vulgò Tostado super Genes. cap. 13. quæ fr. 125. super Exod. tomo. 2. q. 24. qui dicit qd sunt ambo mortales, & quandoq; corrumpedi licet interim neque veterascant, neque fiant magis senes: facit differentiam decorporibus beatorum ad eorum corpora, quia beatorum nunquam corrumpentur: intellige quòd sunt corrumpendi per solutionem animæ à corpore, & non aliter, quia ex Apocalyp. 11. constat quòd post tres dies & dimidium suscitabuntur ascensuri in cœlum. Quòd si præfatus scriptor  
voluit

*Heliã  
Enoch  
si mor-  
tui aut  
moritu-  
ri.*

voluit dicere ipsos non morituros iudicij tempore, quia iam ante mortem soluerant, & completa sit in eis resurre-  
ctio; explicare debuisset, ne prior intellectus imponatur  
ei, sicut ab aliquibus video imponi. Cū orat ecclesia pro  
decessuris ē vita in recommendatione anime, libera eam  
sicut liberaſti Enoch & Heliam de communi morte mun-  
di; intelligitur mors quam communiter obimus vel 70.  
& 80. annorum, cū tanto tempore viuāt, sed non quod  
omnino non sint morituri.

Argum.  
Solutio.

Prop.  
2.

Antichristus non erit diabolus incarnatus. Hanc do-  
cet Damascenus loco citato contra quosdam, qui vtrū-  
que fecerunt Christo contrarium sicut eius nomen sonat, as-  
seruerunt futurum dāmonem incarnatum. Neque erit Ne-  
ro Imperator suscitatus ad finem mundi contra ecclesiam,  
sicut refert Hieronymus supra. cap. 11. Danielis tenuisse  
aliquos, quorum sententia ea facilitate rejicitur qua pro-  
batur. Nisi nomine Antichristi sumamus quemcūque con-  
trarium Christo, sicut dixit Ioan. 1. cap. 4. Omnis spiritus  
qui seluit Iesum ex Deo non est, & hic est Antichristus  
& in cap. 2. Antichristi multi sunt: & in epistola 2. Qui  
non confitetur Iesum venisse in carne est seductor & An-  
tichristus. Hoc modo tam Nero, quam ceteri persecuto-  
res ecclesie atque heretici fuerunt Antichristi.

Prop. 3.

Multi viri eruditi tenent Antichristum fuisse Mahu-  
metem. Ita tenuit Ioannes Anus de Viterbio. Vide Scho-  
liasten Damasceni loco supra citato, & quendam tracta-  
tum præfixum expositioni Arethæ super Apocalyp. Mul-  
ta enim que de Antichristo loquitur scriptura complera  
sunt in illo, alia que desunt complenda erunt in secta  
sua sequacibus. Sicut enim scriptura iam loquitur de  
Christo capite, de capite ad membra, de membris ad ca-  
put transit & reuertitur: sic de Mahumete & sequacibus.  
Sedet in templo Dei cum ex ecclesijs fiunt mezquite ipsi  
Mahumeto. Secundum hos illa persona particularis, que  
persequetur ecclesiam annis tribus & dimidio ex hac se-  
cta erit.

Prop. 4.

Iudiciū, imò generalē omnium mortē præcedet ignis  
qui

qui conflagrabit elementa, & purgabit. Magister in litera  
Probat. Psalm. 96. Ignis ante ipsum præcedet, & inflam-  
mabit in circuitu inimicos eius. 2. Petri cap. 3. cœli sunt igni  
reſeruati in die iudicij, & infra. Cœli magno impetu tran-  
sient, elementa verò calore soluentur. Terra autem & om-  
nia, quæ in ipsa sunt opera exurentur. Vbi nomine celo-  
rum aer intelligitur, vt dicit Magister, non cœli ætherei: di-  
cuntur cœli in plurali propter diuersas aeris regiones.

Ille ignis tantum ascendet, quantum ascenderunt aquæ  
diluuij, videlicet quinque cubitis supra montes. Vt dicit  
Magister in litera. Vide in Breuil. 2. d. 17. p. 10.

Ille ignis erit elementaris, neque ipse solus, sed omnes  
ignis qui sunt in terra, super terram, & sub terra concurrent,  
virtute etiam superiorum corporum concurrente, sicut in  
diluuio non fuit noua aqua creatæ, sed quæ iam erant  
creatæ fuerunt multiplicatæ. Ita tenet Bona. hac distinct.  
num. 15.

Ex hac infertur, quod ignis elementum descendet à sua  
Sphera, & qui est in terra & sub terra ascendet mixtus cum illo  
ad illos cubitos supra montes.

Effectus illius ignis erit, respectu elementorum ipsa re-  
ducere in suam puritatem, quoniam modo propter vitam  
nostram animale non sunt in sua puritate, sed sunt po-  
tius corpora mixta. Item propter culpas nostras infectus  
est aer, infecta terra, de qua dictum fuit Adæ quod spinas  
& tribulos germinaret. Per ignem illum purgabuntur, &  
fiet cœlum nouum, id est aer innouatus, & terra noua Apo-  
calyp. 21. Respectu hominum suos habebit effectus, quia  
prædestinati viuī, qui habuerint aliquod purgabile per af-  
flictionem tribulationis præcedentis, & per illum ignem pur-  
gabuntur completè. Ceteri sancti, quantuncunq; nil ha-  
beant purgabile, illo igne morientur, vt supra dist. 43. p. 3.  
Qui tenent quod aliqui inuenientur viuī debent dicere ex  
consequenti, quod non interficiet illos, sed præseruabuntur,  
sicut tres pueri in camino Babylonis Daniel. 3. sic respondet  
Bona. in vltimis verbis huius dist. Ricardus hac. d. artic. 2.  
q. 4. dicit, quod incipiente igne purgare mundum in parte  
superio-

superiori, ex distemperantia caloris in regione habitabili, etiam antequam ignis descendat in eam, & ex cessatione motus coeli, qui cessabit simul incipiente purgationem igne, quia & Christus incipiet descendere, morientur omnes, quorum corpora incinerabit ignis descendens. Sed vera probabilius est, quod motus coeli non cessabit, quousque angeli collegerint omnes cineres. Magister in litera; cap. 4. dicit quod sanctis non ingeret molestiam: est intelligendus postquam resurrexerint, quoniam adhuc manebit ignis ille super terram. Vel potest dici secundo, quod, nullam ingeret molestiam in comparatione ad eam quam inferet alijs, quia sanctis non inferet nisi molestiam naturalem, alijs inferet molestiam, respectu peccatorum supra naturalem. Vide in Breuiloq. 3. dist. 29. p. 10. fol. 1. ad hanc comparationem. Negare enim naturalem molestiam ignis videtur contra manifestam experientiam, & naturam ipsorum naturalium agentium. Sicut poenae mortis & incinerationis fumus omnes propter originale debitores, sic etiam quantuncunque sancti degentes vitam animale, sunt debitores, & subiecti naturalibus molestijs.

*Prop. 8.* Ignis ille ad horam iudicij manebit supra terram, non nimis eleuatus, quod aer sit purus & limpidus pro electis ituris obuiam Christo: Pronuntiata sententia habebit suum vltimum effectum inuoluendo, & detrudendo impios in infernum. Et sic ignis ille in inferno erit faeculentus ad punitionem impiorum, neque purus, vt elementaris cum sua forma & propria materia. Forfan huc attendens dixit Damascenus lib. 4. cap. vltimo, in vltimis verbis, quod ignis ille aeternus non erit materialis qualis apud nos, sed qualem nouit Deus, quia non erit in propria materia & forma ignis elementi, imò habebit plus mixtionis ex faecibus, quam ignis noster vsualis. Propter mixtionem aut alias proprietates differentes à proprietatibus nostri ignis, quas ignoramus & Deus scit, non definet esse eiusdem speciei cum nostro, vt dictum est, d. 44. p. 15. Vide & Thom. in additi. quaest. 97. art. 5. & 6.

Ex

Ex dictis habes quomodo ignis ille praecedet iudicium, *Corol.* comitabitur, atque subsequetur.

Christus Redemptor noster, & iudex, dicit Ricardus citatus. p. 7. precedenti, successiuè veniet ad locum iudicij, sicut successiuè ascendit in coelum Act. 1. Sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in coelum: ita quod sicut purgabantur elementa à parte superiori sic ipse incipiet descendere. Postquam fuerit in loco iudicij sonabit tuba; & vox, de qua supra. d. 43. p. 9. his verbis aut similibus: Surgite ad iudicium mortui.

Omnes personaliter cõparebimus ante tribunal Christi, *Prop. 10.* vt dicit Paul. Rom. 14. citans ad hoc Esaiæ. 45. Mihi curuabitur omne genu, dat Paulus rationem, vt vnusquisque nostrum pro se rationem reddat Deo. Sic disponunt etiam iura humana. 2. 5. q. 3. cap. In criminalibus, quod accusatus in causis criminalibus non permittitur se defendere per aliam personam, sed per se debet comparere.

In iudicio erunt quatuor ordines, vt dicit Magister in litera, cap. 3. post Grego. lib. 26. Moral. cap. 24. super illa verba Iob. 36. Non saluat impios, & iudicium pauperibus tribuit. Aliqui iudicabuntur & peribunt, vt mali Christiani. Alij non iudicabuntur (quia eorum opera non ferentur discutienda ad iudicium) & peribunt: tales sunt infideles, quia qui non credit iam iudicatus est. Ioan. 3. Ex parte electorum. Alij iudicabuntur, & cum Christo regnabunt, vt boni Christiani. Alij non iudicabuntur, & cum Christo regnabunt, vt apostoli & apostolicam perfectionem sectantes, dicente Christo Matth. 19. Sedebitis super sedes duodecim indicantes duodecim tribus Israel, id est, omnes fideles. Rom. 9. Non omnes qui ex circumcisione sunt Israel, hi sunt Israelitæ, sed qui filij sunt promissionis astringantur in semine. De his qui iudicaturi sunt cum Christo variè dicunt doctores. Beda in Homilia sancti Benedicti hoc iudicium tribuit pauperibus voluntarijs, de quibus tunc erat sermo Christi. Ait enim, Omnes qui ad exemplum apostolorum sua reliquerunt omnia,

n 2

&amp; se-

*Qui sunt  
cum Christi  
iudicaturi.*

& sequuti sunt Christum, iudices cum eo venturos, sicut etiam omne mortalium genus esse iudicandum. Hoc sequitur Thom. in addi. 3. p. quæst. 89. art. 2. Alexand. 3. p. q. 25. memb. 5. artic. 2. in fine, dicit ex Rabano, quod illa verba Christi dicta sunt de apostolis per quandam præminentiam, licet etiam de alijs intelligantur: & videtur intelligere de omnibus sanctis propter autoritatem Pauli. 1. Corinth. 6. Nescitis quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt? Sanctus Bonauen. hac dist. num. 5. & 6. intelligit iudicatos omnes viros perfectos, qui vltra præcepta supererogauerunt opera consiliorum. Abulensis supra. 25. Matth. quæst. 324. dicit iudicatos omnes sanctos ab Ecclesia canonizatos, quia iam ipsi iudicio Ecclesiæ fuere iudicati. Dicuntur viri perfecti iudicare (quicumque ñ sint de quibus loquebatur Christus) propter quandam dignitatem assessoriam, quam illis Christus dabit, non intelligendo vt in nostris iudicijs sumuntur assessores daturi consilium iudicij, sed illos Christus tantum assumet secum in eorum dignitatem & honorem, hæc potest vocari honorabilis confessio: ita dicunt Bonauen. num. 5. & Ricard. art. 1. quæst. 7. Tho. in additi. quæst. 89. art. 1. plus vult eos habere. Videlicet iustam sententiam ab alio latam pronuntiare ducendo in cognitionem Diuinæ iustitiæ, vt sciant quod iuste pro meritis eis debeat. Hoc non videtur speciale pro aliquibus electis sed generale pro omnibus, quia omnes approbant sententiam à Christo latam. Apocal. 19. Audiui quasi vocem tubarum multarum in coelo dicentium Alleluia. Laus & gloria & virtus Deo nostro, quia vera & iusta eius iudicia sunt. Nisi fortè detur illis iudicaturis cum Christo præter illam generalem approbationem, quod & ipsi replicent sententiam iudicis ore suo proferentes. Ite maledicti, quia Domino nostro non dedistis manducare, & venite benedicti, &c. Alio etiam modo iudicabunt omnes electi, videlicet comparatione, sicut Lucæ. 11. Viri Niniuitæ condemnabunt Iudæos. Cæterum potestas ordinaria iudicandi est totius Trinitatis. 1. Reg. 2. Dominus iudicabit fines terræ: delegatam habet Christus Ioann. 5.

Pater

Pater omne iudicium dedit filio. Daniel. 7. de filio hominis, qui peruenit vsq; ad antiquum dierum, & dedit ei potestatem, & honorem, & regnum. Restat igitur quod ad præmium & poenam omnes apparebunt ad iudicium: quantum ad discussionem disceptante Christo cum eis vocaliter de operibus, misericordie, perfecti, & infideles nõ iudicabuntur. Perinde est dicendum de angelis bonis & malis, quod non iudicabuntur discussionem, sed præmio, atq; poena. Cum dixit Paulus. 1. Corinth. 6. Angelos iudicabimus, intelligendum approbatione iudicij, & comparatione, quod inferiores natura meruere illis æquari, & aliquos eorum superare.

Sententia prolata probabilius videtur futura vocalis, quam tantum in conscientijs singulorum. Ita tenet Ricardus art. 1. quæst. 2. Ponit Magister in litera hos duos modos dicendi, sed quod hic sit probabilior videtur, quia magis concordat scripturæ: quæst. 3. dicit quod disceptatio Christi cum iudicandis non erit solum pro operibus misericordie, sed de omnibus operibus, pro tanto verò ponuntur opera misericordie, quia vel sententia vocalis erit de illis solis: aut erit de illis præcipue, per quæ poterant peccata sua homines redimere. Cum etiam opera misericordie corporalia sint notiora, & ad exercendum faciliora, de illis tantum facta est mentio in Euangelio, vt videant se iuste damnatos, dicente Iacobo. 2. Iudicium sine misericordia illi, qui non facit misericordiam.

Negare iudicium futurum, est hæresis Florianorum, atque Manichæorum dicentium nullum esse futurum iudicium: dicere illud iudicium vniuersale iam præcessisse & factum fuisse, fuit hæresis Albanensium. Hæc reuincuntur ex dictis, quia si nullum est futurum iudicium falsa fuere verba Christi Matth. 25. & si iam factum est, falsa sunt verba Pauli Hebr. 9. Statutum est hominibus semel mori, post hoc autem iudicium, quia factum fuisset ante mortem omnium. Falsa item confessio fidei in Symbolo, quod venturus est Christus iudicare viuos & mortuos.

Quamuis incertum sit quanto tempore durabit iudicium, vt ex Augustino lib. 20. de ciuita. cap. 1. dicit Ricardus artic. 1.

n 3

quæst. 5.

Prop. 12.

Prop. 13.

Prop. 14.



quæst. 5. Probabile est, quod non extendetur per horam multum prolixam.

*Prop. 15.* Si post iudicium dæmones præerunt hominibus ad punitionem duos modos ponit Magister in litera. Vnus negat, quia. 1. Corinth. 16. dixit Paulus, quod Christus euacuabit omnem principatum, & sic homines punientur Diuina virtute sicut ipsi dæmones. Alter modus affirmat, sed præerunt, non secundum præsentiam, de qua dixit Paulus, quod euacuabitur: verum vt totores, quemadmodum fuere ad culpam incentores.

DISTINCT. XLVIII.

*De forma in qua Christus iudicabit: De loco iudicij, & resurrectionis corporis: De qualitate luminarium, atque temporis: De libris conscientiarum.*

*Prop. 1.*



**I**stæ duæ propositiones: Christus in forma humana iudicabit: Christus secundum humanitatem iudicabit licet sint veræ, tamen differentem habent sensum. Sic dicit Scotus hac. d. q. 1. litera. A. & F. Nam sensus primæ est quod Christus homo iudicabit: Sensus secundæ est quod ratio iudicandi in ipso est natura humana, iuxta illud Ioan. 5. Pater dedit ei potestatem iudicium facere, quia filius hominis est: vbi datur pro ratione iudicandi, quod est filius hominis. Sic ibi legit, punctuat, & interpretatur Augustinus tract. 19. super Ioan. Alij legunt punctuando in ly. facere: & exinde inchoado sententiam, quia filius hominis est nolite mirari: Sic legit Euthymius post Chrysost. Hom. 38. in Ioan. Ad eundem modum est vera: Christus in forma humana creat animas, quia Christus homo creat, quidquid enim operatur, operatur subsistens verbu in natura humana, postquam

postquam illam assumpsit: alia verò est falsa Christus secundum quod homo creat animas, quia ratio creandi nõ est humanitas: Et sic reduplicatiua est falsa.

*Prop. 2.* Christus in iudicio videbitur etiam à malis in forma humana & gloriosa. Magister in litera, contra quosdam dicentes quod mali non erant eum visuri in humanitate gloriosa, sed in humilitate qua iudicatus est, & in qua eum pupugerunt Zacha. 12. Visio illa erit sanctis ad gaudium, malis ad confusionem.

*Prop. 3.* Diuinitatem eius mali non videbunt, sed solum sancti. Magister in litera. Ad hanc facit ille dialogus Esaiæ. 26. inter Deum & prophetam, dicit Deus de impio. In terra sanctorum iniqua gessit, & non videbit gloriam Domini. Respondet propheta, Domine exaltetur manus tua, vt non videant. Sic exponit Augustinus super Psal. 87. in illis verbis. Respice in me & miserere mei, inquit. Apparens in hominis forma dicet. Ite in ignem æternum, vt impleatur, quod dicit Esaias. Tollatur impius ne videat gloriam Dei. Formam ergo videbunt hominis, Dei gloriam non videbunt. Huic autoritati dat Scotus. q. 1. litera. H. aliam interpretationem, vt illa verba Dei, non videbit gloriam Domini: legatur sub interrogatione: & respondentem prophetæ, Exaltetur manus tua, vt non videant, adijciat Deus. Videant & confundantur zelantes populi. Quæ verba possunt exponi sine præiudicio conclusionis, vt videant impij conuersi per misericordiam, atque ex hoc confundantur zelantes populi, qui nolunt impijs Deum misereri. Possunt & referri ad visionem formæ gloriose corporis in iudicio, quam impij videbunt, & confundentur ex ea inuidentes gloriæ sanctorum. Ad conclusionem ponit Magister in litera rationem, quia nõ posset Diuinitas videri à malis sine gaudio. Hanc rationem sequitur Tho. in additi. q. 90. art. 3. Contra quam tenet Scotus. q. 1. huius. d. litera. C. quia absolutum quod est prius naturaliter alio, potest esse sine illo sine contradictione, sed visio essentiæ Diuinæ est absolutum & prior gaudio, igitur de potentia Dei absoluta potest sine gaudio videri: & sic potest intelligi autoritas Esaiæ. Non tamen determinat Scotus de facto an ita erit, sed de

possibili. Confirmari potest, quia si potest Diuinitas videri in raptu, & non perpetuari illa visio, sed amitti, non solum post raptum, sed in perpetuum si homo ille peccet & damnatur, imò non implicat contradictionem, quòd videatur in raptu ab existenti in mortali, igitur à simili poterit videri ab illo peccatore in raptu ad maiorem poenam, & sine gaudio.

*Prop. 4.* Licet damnati non videant essentiam Diuinam in Christo, benè tamen cognoscent ipsum esse Deum per signa certissima, & effectus manifestos. Ita Bonanum. 10. Nam videbunt illum magnum iudici apparatus, maiestatem humanitatis gloriosam, gloriosa etiam corpora sanctorum.

*Prop. 5.* Locus iudicij erit vallis Iosaphat iuxta prophetiam Iocelis. 3. Congregabo omnes gentes, & deducam eas in valem Iosaphat, & disceptabo cum eis. Vallis hæc est inter montem Oliueti, & Hierusalem. Neque Dominus descendet in terram, sed in spacio huius aeris sedebit contra locum montis Oliueti ex quo ascendit. Glossam intelligentem, quòd descendet in ipsam valem ad terram vocat Magister puerilem. Neque quia Magister dedit etymologiam Iosaphat, quòd interpretatur vallis iudicij, exclusit sensum literalem, quòd in illo loco sit futurum iudicium, vt aliqui eum intelligunt exclusisse. Sedentè Domino, electi ei erunt à dextris in aere, vt ait Ricard. art. 1. q. 7. alij propinquius, alij remotius: reprobj erunt à sinistris in valle, & in locis circumiacētibus, vt dicit Bona. nu. 1. aut etià in aere sed Diuina virtute, quia non habebunt eorum corpora dotem agilitatis, quia tanta multitudo nò poterit esse in valle tam parua, cum corpora non habeant gloriosa.

*Prop. 6.* De loco vbi quisq; resurget varij sunt modi dicendi. Scotus dist. 43. quæst. 5. litera. M. ponit duos, quorum nullum affirmat. Vnus dicit, quòd omnes pulueres deducuntur ministerio angelorum in valem Iosaphat, & ibi omnes suscitabuntur. Alter, quòd resurgent in diuersis locis, videlicet vbi sepulti fuere. Ricardus ea. dist. art. 5. q. 3. dicit, quòd resurget vnusquisq; in loco vbi tempore resurrectionis fuerit maior pars corporis: quod si partes principales fuerint diuisæ &

æqualiter, suscitabuntur in loco vbi Deus iusserit. Sed reuera, vt in plurimum maior pars corporis resoluatur vbi corpus sepelitur, nisi per illusiones aut aliam terræ translationem aliò feratur. Iuxta hunc modum, & secundum Scoti, procedit quòd est dictum dist. 45. prop. 8. de religatibus sepulchram; qui magis consonat scripturæ Ezechiel. 37. Aperiam tumulos vestros, & educam vos de sepulchris vestris: & Ioann. 5. Qui in monumentis sunt audient vocem filij Dei. Benè quidè possunt intelligi hæc autoritates & similes sine præiudicio primi modi.

Ex hac inferitur quòd non sit de facili voluntas religatium sepulchrorum mutanda non solum propter suffragia, & utilitatem clericorum illius ecclesiæ in oblationibus, verum propter gaudium illud accidentale, quòd viuus optauerunt videndo primo suos, & sanctos, cum eisque simul petere locum iudicij. Minus est trāsferre ossa postquam in priori loco maior pars fuerit resoluta, minus quando etiam omnia ossa suorum simul transferuntur, quam fraudare prima sepultura.

In valle illa, & in iudicio illo Christus Dominus manifestabit vnique suam conscientiam, imò credo quòd vnique iam fuerit manifesta in iudicio suo particulari post mortem: fiet etiam manifestatio conscientiarum omnium, ita qd vnusquisque videbit peccata alterius, & bona quæ gessit. Ad hanc facit Daniel. 7. Iudicium sedit & libri aperti sunt. Apocalyp. 20. Libri aperti sunt, & alius liber apertus est qui est vitæ, & iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libris secundum opera ipsorum. De libro vitæ & conscientiarum, in breui loq. 3. dist. 29. prop. 4. in sol. arg. & dist. 31. p. item. 4. Rationem huius conclusionis sic intelligo. Deus iustificaturus, hoc est manifestaturus quæ fuerint iusta sua iudicia etià si nulla alia extaret causa faciendi iudicium vniuersale, hæc sola sufficiens erat contra peruersum nostrum iudicium egrediens ex eo, quòd Deus respicit contemptores, & tacet conculcante impio iustiorum se Habac. 1. Vide & Iob. 21. de securitate, & prosperitate impiorum, & orationem Hierem. 12. quòd quasi greges congregentur ad victimam & occisionem. Ad hanc iustificationem & sanctificationem manifestabitur

*Corol.*

*Prop. 7.*

liber vitæ, id est Christus Dominus in hoc vniuersale iudicio ad eam iustificationem manifestabitur Diuina præscientia & prædestinatio: manifestabitur rationabilitas contentorum in sacra scriptura; nam vt loco citato, hæc omnia est liber vitæ. Vt etiam omnibus constet hunc iuste saluum; alium iure damnatum, manifestabitur vnicuique alterius conscientia; iuxta id Pauli. Corinth. 4. Illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Non assentio Magistro dicenti distinct. 43. capit. 4. quod peccata iustorum deleta per poenitentiam non manifestabuntur: imò sic fiet in maiorem iudicij: sanctificationem; quia ipsis poenitentibus, reprobi poenitere noluerunt; quibus dicentibus; Magnificauit Dominus facere cum eis; iusti respondebunt; Magnificauit facere nobiscum. Psalm. 126. Sancti notitiam de alienis conscientijs habebunt in Verbo; & habere poterunt in ipsis alienis conscientijs: mali Diuina virtute habebunt in paruo tempore mira celeritate in conscientia cuiusque, vt ex Augustino lib. 20. de Ciuit. cap. 14. citat Ricard. d. 43. q. vltim. Non erit præfata notitia in generali, sed in particulari.

Propo. 8.

Pòst iudicium cessabit motus cœlorum, cessabunt generationes & corruptiones, animalia omnia morientur, neque amplius erunt; quia secundum se tota sunt corruptibilia, & creata propter hominem: similiter deficient omnia vegetabilia vt plantæ, & mineralia. Erit tunc lux Solis, vt lux septem dierum, lux Lunæ, vt modo lux Solis. Magister in litera, citato Esaiæ. capit. 30. Ratio ad hoc, quia propter peccata hominum lux omnium siderum est minorata. Aliquibus non placet hoc; quia esset tanta claritas existentibus Sole & Luna ex aduerso quod in nullo hemispherio esset nox, contra illud ad quod fuere creati Genes. 1. Potest responderi, quod finis ille in quem dicuntur facta luminaria vt diuidant diem, ac noctem, vt sint in signa, & tempora & annos, est finis sub alio fine, ita dicit Scotus hac dist. quæst. 2. litera. N. videlicet sub vita mortali & terrena hominis, qua cessante cessabit finis ille, sicut cessabit motus cœlorum & cessabunt

fabunt tempora Apocallyp. 10. Tempus non erit amplius. Tempus enim est mensura motus. Ided non erit amplius nox sed dies vna, qua nota est Dominus; vt ex Zacharia. 14. deducit Magister. Permanebunt Sol & Luna in locis vbi fuerunt creati, vide in breuiloquio. 2. dist. 13. prop. 5. & 6. & distinct. 14. proposit. 11. Quod ponit Magister in litera, videlicet ided stare Solem & Lunam ne impij in tormentis sub terra positi fruatur luce eorum, rejicitur a multis, specialiter a Scoto, quæstio. 2. sub litera. E. quia cū non sint sub terra opposita nobis, sicut sunt antipodes in eius superficie, sed sint in centro sub concauo terræ nihil magis illuminarentur si Sol circumferretur, quam si staret. Neque minus patientur, vt dictum fuit. d. 44. proposit. 22. ab igne infernali, quia Sol stat; quia sicut eius actio luminosa non intrabit in locum damnatorum, ita neque cessatio motus erit causa cessandi ignem a sua actione.

Argum.

Si contra hanc arguas, quod elementa cū remansura sint continua habentia qualitates actiuas & passiuas, & sole ac ceteris corporibus stantibus adiuuabitur actio, imò erit immoderata, igitur non cessabunt generationes & corruptiones, scilicet elementorum inter se.

Solutio.

Hoc argum. vide in Scoto. q. 2. huius. d. sub litera. F. cui respondet litera. K. Respondeo breuiter, quod talis erit ammonitio corporum cœlestium, quod neque erit immoderata actio habentibus qualitatibus resistiuis equalem facultatem ad resistendum, cum ea, quam habent actiuæ ad agendum. Vel si non potest inueniri causa in ipso cœlo, vel elementis, ex qua prohibeatur actio, potest poni in vltimate Diuina conseruatione, vt dicit citatus Scotus.

Propo. 9.

Facto iudicio regnantibus electis cum Christo, & reprobis in æterna poena erit mundi finis, & consummatio. Hęc est corollaria ad præcedentes, atque de fide contra Albanenses, dicentes cum Aristotele, quod mundus nunquam sit finiendus, sed in presenti statu mansurus, vt alij heretici addiderunt. Contra quos est Matthe. 13. 24. & 28. vbi nominatur consummatio seculi: & Hebreorum. 12. vocatur Dominus Iesus autor fidei à Diuo Paulo, & consu-

& consummator, sed si mundus in æternum duraret, duraret & fides, neque consummaretur. Neque vnquam mori destrueretur, sed semper vigeret contra Paul. 1. Corinthis.

DISTINCT. XLIX.

De statu & conditione beatorum: Quid sit beatitudo: de eius subiecto: & ex consequenti, de gloria animæ, atque corporis.



Beatitudo describitur à Boetio lib. 3. de consol. profa. 2. est status omnium bonorum aggregatione perfectus: Ab Augustino. lib. 13. de Trinitat. cap. 5. & refertur in litera. Beatus est, qui habet omnia quæ vult, & nihil mali vult. Theologi communiter distinguunt beatitudinem in obiectiuam & extrinsecam: atque in subiectiuam seu formalem. Obiectiuam est ipsum obiectum beatificum, quæ est finis naturæ beatificabilis: subiectiuam accidens inherens naturæ beatificabili, quo attingit obiectum beatificum. Vide in breuilo. 1. d. 1. de frui. prop. 5. quomodo est duplex finis. De obiectiuam est id. Psa. 3. Tu autem Domine susceptor meus es, gloria mea & exaltas caput meum; Sed beatitudo, gloria, & felicitas idem sunt. De operatione: Ioan. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te; sed cognitio est operatio, & inhærens creaturæ, quæ vocatur vita æterna; id est, beatitudo, igitur sumitur pro forma intrinseca inhærente creaturæ.

Propo. 1.

Corol.

Ex hoc patet, quod beatitudo potest dici creata & increata; & quoniam est abstractum à beato ipsum denominans sicut albedo album, melius intelligemus per beatitudinem ipsam operationem: obiectum beatificum vocabimus finem vltimum seu bonum finale. Dixit quippè Scotus & bene hac dist.

dist. q. 8. liter. F. quod Deus non est beatitudo formaliter, id est, forma inhærens. Vide in breuiloquio. 3. dist. 14. prop. 1. contra Ioannem de Ripa. Cuius opinio licet dicatur fuisse sustentata Parisijs, ipsa venit notanda, vt illa Magistri quod Spiritus sanctus est caritas qua diligimus Deum, vt potes deducere ex Bonauen. quem ibi citauit.

Ex hoc etiam patebit intellectus descriptionis Augustini & Boetij, quia bona illa in plurali non sumuntur distributiue, aut diuisiue, videlicet hoc bonum, & illud, atque illud, sed collectiue, quia habent vnum bonum, id est vnum finem in quo eminenter sunt omnia bona. Hunc intellectum ibidem aperit latè idem Boetius. Sermo igitur sequens erit de beatitudine, vt est operatio.

2. Corol.

Beatitudo consistit in operatione naturæ intellectualis: (vt intellectualis est) circa vltimum finem, & nõ consistit in habitu. Ad hanc est Aristot. 1. Ethico. cap. 7. & 10. vbi docet felicitatem esse operationem hominis in quantum homo est, id est operationem animæ secundum rationem, & operationem perfectam secundum virtutem. Ad idem est lib. 10. c. 6. & deinceps, vbi & dicit felicitatem non esse habitum. Nam tunc in eo esset, qui per totam vitam dormiret, & plantæ vitæ traduceret, maximisque infortunijs affligeretur. Ad conclusionem est & Augustinus. lib. 1. de Doctrina Christiana. capit. 6. Summa merces est vt Deo perfruamur: sed summa merces est beatitudo, & frui est operari, vt in lib. 1. d. 1. Neque obstat quod secundum Aristot. 3. topico. cap. 1. Quod diuturnius, stabilius vè est, sit eligibilius minus diuturno, quoniam in proposito actus beatificus est æquè diuturnus sicut habitus, quia est perpetuus. Vnde idem philosophus. 1. ethic. cap. 7. dicit, quod sicut neque vna hirundo, neq; vnus dies facit ver, ita beatum & felicem hominem, neque vnus dies, neque breue aliquod tempus efficiet. Et lib. 7. cap. 11. cum deducit, beatum dictum Græcè à verbo χαίρειν, quod est gaudere, dicit cōmētator dictū μακροχαιριον, quasi μακροχαιριον, id est longi gaudium. De hac conclus. Vide Thom. 1. 2. q. 3. artic. 2. & Scotum hac. d. q. 1.

Propo. 2.

Ex hac inferitur quod operatio hæc de qua loquimur est Corol. imma.

*Propo. 3.* Beatitudo non consistit in bonis fortunæ, ut diuitijs, honoribus, potestate, fama, fortitudine; neque in delictijs corporis. Cheriathus Apostolis. coxius, dixit consistere in carnis delictijs. Contra eum & pro conclusione est Paulus Roman. 14. Regnum Dei non est esca, & potus: Et. 2. Corinth. 10. Qui gloriatur in Domino gloriatur; quæ est sententia Domini per Hieremiam. 9. Non gloriatur sapiens in sapientia, non fortis in fortitudine, non diues in diuitijs, sed in hoc gloriatur, qui gloriatur scire & nosse me. Vide. Psalm. 141. vbi refert Dauid quosdam qui dixerunt beatum populum cui erant diuitiæ, subdit vero ipse: Beatus populus cuius Dominus Deus eius. Vide Aristotel. 10. ethico. capite. 8. approbante in sententiam Anaxagoræ existimantis non esse beatum diuitem & potentem. Item. 1. ethico. cap. 7. dicit, quod felicitas, cum sit finis agendorum, est perfectum quoddam ac sufficiens: sed hæc bonâ sunt imperfecta caduca & transitoria, quæ ita habentur à malis sicut à bonis, neque sunt vltimus finis hominis, gratia cuius debeat natura intellectualis operari quidquid operatur. Beatitudo est bonum satians. Psalm. 16. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Bona fortunæ atque corporis non satiant appetitum intellectualem, id est, voluntatem: quibuscunque illorum habitis desiderium non quiescit, sed est sicut materia prima appetens formam quæ non habet, qua habitâ; quia non satiat appetitum, conatur ad aliam. Idcirco delictiæ corporis quando non habentur sunt in desiderio, quasi sint voluntatem satiaturæ, cum habentur sunt in fastidio, quia non satiant. Vide Gregorium homil. 36. super Euangel. quæ est Dominicæ infra Eucharistiam.

*Propo. 4.* Cû operationes naturæ intellectualis, ut intellectualis est, sint intellectus & voluntatis longa est altercatio, in qua illarum principaliter consistat. Dimissa opinione Henrici Gaudauensis, quod beatitudo principaliter perficit essentiam animæ, quam potentiam, contra quem bene arguit, ipsumque

sumque confutat Scotus: hæc dist. quæstio. 2. contra quam est & Bonaventura: hæc distinctio numer. 16. sunt aliæ opinioniones. Vna dicit quod æqualiter consistit in ambabus. Pro hac est Ricardus: hæc distinctio articuli. 1. quæstio. 6. Bassolis hæc dist. quæstio. 2. impugnatur à Scoto hæc distinctio quæstio. 3. Alij dicunt quod consistit in delectatione. Pro quibus, potest afferri quod visio correspondet fidei, fruitio caritati, sed fruitio consistit in delectatione, igitur in ea consistit beatitudo. Ad hanc rationem vide in breuiloquio. 1. distinctio. 1. de frui. propositio. 3. Sunt aliæ duæ opinioniones in scholis magis celebres. Vna est Scoti hæc dist. quæstio. 4. quod principaliter consistit in voluntate, quoniam licet intellectus & voluntas in ordine suo immediatè attingant obiectum beatificum, quia non est medium quo intellectus intelligat, neque quo voluntas amet, tamen prout concurrentibus pluribus causis vna illarum est perfectior intimius & perfectius attingens obiectum, in vna operatione voluntatis consistit beatitudo, ideoque principaliter in voluntate. Est enim felicitas, iuxta Aristotel. citatum, operatio optima secundum optimam virtutem. Vbi per virtutem si intelligas potentiam neque duæ potentie naturales sunt simpliciter optime; quia differunt specie; & species non sunt equaliter sicut neque numeri: si intelligas habitum quo potentia operatur, non sunt etiam habitus harum potentiarum sic differentium equaliter & simpliciter optimi. Voluntas igitur secundum Scotum est perfectior potentia; quæ ut regina imperat intellectui. Item: Ex nobilitate & perfectione obiecti attendimus perfectionem potentiarum sed obiectum voluntatis est bonum in æniuersali; obiectum intellectus est bonum in particulari, & cum limitatione, videlicet, verum. Confirmatur: Voluntas habet pro obiecto summum bonum, quod est vltimus finis, completens & continens omnia bona particularia, quæ sunt obiecta aliarum potentiarum. Ex parte habitus sic probatur ille actus esse nobilior & perfectior, ad quem disponit, & propter quem ponitur perfectior habitus, sed nullus habitus est perfectior caritate. 1. Corinth. 13. Maior

*hac. d. q. 2*

*Vide in*

*breu. 3. d. 33. p. 15.*

Maiores horum est caritas. Unde supremus ordo angelorum vocatur Seraphim ab ardore caritatis, & inferior eo vocatur Cherubin à plenitudine scientiæ. Unde ait Anselmus, lib. 2. Cur Deus homo, cap. 1. quod rationali naturæ data est potestas discernendi, hoc est intelligendi, ut summum bonum super omnia amaret: igitur in actu voluntatis tanquàm in præstantiori est beatitudo. Probatur consequentia, finis præstantior est ijs, quæ sunt ad finem, igitur diligere & amare præstantius quam intelligere. Confirmatur quia priora generatione sunt imperfectiora, sed actus intellectus est prior quam actus voluntatis, igitur eo imperfectior. Adhuc probatur opinio Scoti ex parte ipsius actus in se: Iuxta Aristot. 2. Topico. capit. 3. loco. 31. & lib. 3. cap. 2. loco. 29. Illa sunt eligibilia quorum privatio seu corruptio est peior. Ut visus est melior auditu, quia cæcitas eius privatio est peior surditate, sed privatio amoris Dei est peior, quam privatio visionis, quia primùm est peccatum & nullo modo optandum, etiam pro salute totius mundi dicente Christo Domino Matth. 16. Quid prodest homini si uniuersum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiat? Privatio visionis, seu dilatio etiã per multum tempus bene optabatur à Paulo. Roman. 9. Optabam ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis. Confirmatur quia privatio amoris esset malum culpæ, privatio visionis malum pœnæ. Non minus habet locum autoritas Aristot. in moralibus, quam in bonitate entitativa, & sermo de beatitudine de actibus est moralibus; sed per actus liberos voluntatis boni summi, aut mali, & cum præmium in patria detur secundum merita in via, & per voluntatem meritum fuerimus, illi respondet principaliter præmium, & sic ad eam & eius actum pertinet beatitudo principaliter. Confirmatur quia ipsa magis diligit suum actum, qui est diligere Deum, quam actum intellectus qui est videre, & sic magis appetit sibi præmiũ quam intellectui. Confirmatur secundo, quia per solam visionem sine amore non haberetur beatitudo. Ricardus, qui citata. q. 6. videtur tenere quod consistat in utraque potentia, mox. q. 7. est cum Scoto. Alia est opinio Diui Thom. 1. 2. q. 3. artic. 4. quod principaliter consistit in intellectu, & 1. p. q. 82. artic. 3. tenet

tenet quod intellectus est perfectior potentia quam voluntas. Hæc opinio probatur Ioan. 17. Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum. Exod. 33. petenti Moyse si videre faciem Domini, respondit. Ego ostendam tibi omne bonum, igitur beatitudo in visione Dei consistit. Item Augustinus. 1. de Trinitat. capit. penultimo. Visio est tota merces.

Ratione. Summa pœna reprobatorum est pœna damni, quæ est carentia Diuinæ visionis, igitur beatitudo quæ est summa merces consistit in visione intellectus. Confirmatur quia si torquerentur priuatione amoris, quia vellent amare quem non amant, iam ipsi amarent dicente Gregorio homil. 30. quæ est diei Pentecostes. Qui mente integra Deum desiderat, profecto iam habet quem amat.

In illo principaliter consistit beatitudo, per quod distinguitur beatus à non beato, sed distinguitur per visionem, & non per amorem, quia caritas viæ non euacuatur in patria, sed cognitio fidei ænigmatica cui succedit visio. Confirmatur ex. 1. Ioan. cap. 3. Cum apparuerit similes ei erimus, sed per visionem efficimur similes, quia visio est assimilatio potentiæ ad obiectum.

Qui tenuerit cum Scoto respondere potest tripliciter ad autoritatem Ioann. Primò quod ibi vita æterna vocatur fides, sicut cap. 3. Qui credit in filium Dei habet vitam æternam. Non dixit habebit, sed habet, igitur loquitur de fide, alioquin simul quis crederet & esset beatus, hoc est, haberet fidem & claram visionem. Vocatur fides, æterna vita quia est via ad illam, sicut paupertas, mititas & aliæ in Euangelio vocantur beatitudines, quia sunt viæ ad illam. Secundo potest dicere, quod licet ibi scriptura, & alijs sancti dicant affirmatiuè quod visio, seu cognitio est vita æterna, debent intelligi non de sola visione, sed ut cognoscant amando & fruendo. Hanc dat ipse Scotus dist. 48. quest. 1. sub litera. C. & hac distinct. questio. 4. ad. 1. principale: & Ricard. hac distinct. arti. 1. quest. 6. ad. 2. & 3. per ipsam enim interpretatur etiam Augustin. Ricard. Tertio potest dici quod sicut Aristotel. ait.

*In fr. p. 8.* 12. *Metaphys. tex. 39. siue cap. 7. quod operatio intellectus est vita, & vita optima: ita actus siue operatio eterna intellectus vita est eterna, si actu actu, si aptitudine aptitudine. Ideo visio essentia Diuina est vita eterna intellectus: Quibus datur qd actu sit eterna sicut datur beatis, est vita eterna actua liter: si daretur damnatis ad tempus, vt supra. d. 48. p. 3. esset eterna aptitudine. Ad idem possunt intelligi verba Christi. Hec solutio tangitur ab eodem Scoto locis citatis, & aduerte quod licet cuiusq; obiecti intellectio sit vita intellectus, Scotus, quo per hanc autoritatem interpretaretur verba Christi, non in quacunq; intellectu exemplificabat, sed in visione Diuinae essentia, inde non bene arguitur contra eum, Visio demonum; quam habent damnati, erit igitur vita eterna: quia licet sit concedendum, quod eos in aeternum videbunt, non tamen est illa vita eterna, de qua interpretari volebat autoritatem Ioannis. At loquendo realiter, Christus non metaphysice de visione, vt est vita apud Aristotel. loquebatur, verum vt habet duae priores solutiones, ad quas tandem recurrendum est etiam in hac interpretatione. Autoritati Augustini respondet Scotus. q. 4. ad. 2. principale; quod visio est tota merces intelligentia, non totius hominis. Autoritas Exod. sonat obiectum beatificum includere in se omne bonum, non quod eius visio sola sit beatitudo. Dilectio seu fructio est bonum satians, vt. p. 3. magis quam intellectio, quae sola non sufficeret neque satiare, neque beatificaret.*

*Ad. 2.* Ad aliud concesso antecedenti, negatur consequentia, quoniam carentia Diuinae visionis ex culpa propria ipsorum torquet eos sine consideratione in quo consistat beatitudo, siue in intellectu siue in voluntate, quia neque de hoc considerant. Esto etiam considerarent, non desiderarent Deum nisi ex amore concupiscentia, & sic eum non haberent, quia non amarent illum propter se, quod intentat verba Gregorij. Torquentur igitur ex carentia status illius, non attendentes nisi ad statum in quo si essent haberent Deum & omnia bona, tormentum hoc eos plus cruciat, quam ignis & caetera poena.

Ad

*Ad. 3.* Ad aliud, illa maior, quod possit concedi, debet continere, per quod distinguitur essentialiter & per se, quia vt dicit Scotus. q. 2. ad. 3. principale, multa possunt esse distinctiua in vno ab alio, nec tamen distinguere essentialiter. Hoc modo concessa maiori, neganda est minor, quia dicit Scotus, beatus a non beato per se distinguitur per voluntatem. Sicut intellectio viatoris, & visio comprehensoris differunt specie, ita & fructiones, quae sequuntur intellectiones illas, & causantur ab eis, quomodocunq; cognitio sit causa amoris, quia si causa specie differunt, etiam specie different effectus. Diuersa etiam approximatio agentis ad passum variat effectum. Aliter enim agit agens approximatum passo per lineam rectam, aliter per lineam reflexam, aut refractam. Ita Scotus. q. 5. litera. E. Ad confirmationem ex Ioanne, conceditur quod etiam similes ei videntes eum sicuti est, non tamen hec autoritas probat quod in visione consistat principaliter beatitudo, Sic enim sunt multae autoritates intelligendae, atque interpretandae. Hae ambae opiniones Scoti atque Thomae latissime suam agunt causam, vt in Scoto citato videbis, atq; in Thomae discipulis.

*Propo. 5.* Ex praedictis opinionibus constat cuius intellectus sit beatitudo: secundum opinionem Thomae est intellectus speculatiui. Ita tenet. 1. 2. q. 3. art. 5. quia versatur in cognitione Diuinae naturae, & contemplatione Diuinarum perfectionum. Secundum aliam opinionem erit intellectus practici sumendo practicum, vt est opus alterius potentiae ab intellectu & eo posterior, puta voluntatis. Nam si sumeretur practicum propter operationem solam exteriorem, potius esset speculatiui intellectus, quam practici. Ad hoc facit. p. vltim. prologi, in qua non asserentes de Theologia Dei & beatorum si esset practica, sed dicentes, qd quauis illa sit speculatiua, theologia tamen viatorum erat magis practica, attulimus & Ricardum, quem & hac. d. art. 1. quaestio. 8. ad hanc conclusionem potes videre. Ibi enim tantum de nostra theologia asserere volebamus, quia cognitio Dei & beatorum magis erat huius loci, quae respectu operationum exteriorum in nullo possunt errare. Tetigimus etiam expositionem Caietani, de continere practicum & speculati-



culatiuum: Sic enim placet multis loqui de beatitudine quod eminenter sit, vel contineat practicam & speculatiuam.

Prop. 6.

Ad visionem obiecti beatifici claram & nudam in patria eleuatur intellectus lumine supernaturali, quod theologi vocant lumen gloriæ. Hæc est de fide decisa in Clementina, Ad nostrum, de hæreticis contra Beguardos, & Beguinas, quorum quintus error dicebat. Quælibet intellectualis natura in se ipsa naturaliter est beata; quodque anima non indiget lumine gloriæ ipsam eleuante ad Deum videndum, & eo beatè fruendum. Facit illud. Psalmi 35. Apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Apocalyp. 21. de ciuitate superna Hierusalem. Claritas Dei illuminabit eam. Ad hoc faciebat hymnus antiquus in vesperis festi Transfigurationis. Vbi patres præcellentes in mortali corpore admirantur assistentes de tam grandi munere, Diuinum lumen cernentes, in creato lumine. Ratione, Dato opposito; quod non indigeat aliquo adiuuante & eleuante vel ipsa intellectualis natura foret seipsa beata, vt dicit præfatus error Beguardorum, vel saltem ex suis naturalibus posset se facere beatam, quæ (vt dicit Scotus hæc dist. quæstio. 11. in arg. ad oppositum) esset peior hæresis quam Pelagij dicentis sine gratia posse hominem mereri vitam æternam. Vide in lib. 2. distinct. 28. prop. 4. Concesso etiam hoc: Angeli potuerunt facere se beatos beatitudine supernaturali in instâti suæ creationis, & sic Deus non habitaret lucem inaccessibilem, quod affirmat Paulus. 1. Timoth. 6. & quod eum nullus homo vidit aut videre potest, videlicet oculis corporalibus, aut intellectualibus virtute propria. Confirmat. Natura intellectualis non potest habere obiectum beatificum præsens in se ex naturalibus in ratione obiecti, vt sic habeat notitiam seu cognitionem intuitiuam; neque potest ex eisdem naturalibus habere speciem distinctam ipsius obiecti representatiuam, igitur non potest facere se beatam ex naturalibus.

Propo. 7.

Hoc lumen gloriæ non est necessarium de potestate absoluta Dei, qui sine illo dare posset claram & nudam visionem.

visionem: Hæc est doctrina Doctoris subtilis, quid quid animalij dixerint negando lumen gloriæ, Scotus nunquam illud negauit de potentia ordinata, secus de potentia Dei absoluta: sic venit intelligendus in pluribus locis; Videlicet hæc distinct. quæst. 11. sub litera. G. & H. quando dicit quod si ponitur aliquid supernaturale in intellectu beati ponitur propter actionem: si intellectus sit merè passiuus nõ est necessaria aliqua forma: intelligit quod siue propter actionem, siue propter receptionem non indiget absolute intellectus lumine gloriæ, quia vtrunque sine illo haberi posset de potentia Dei absoluta. quæstio. 12. sub litera. C. quando probat, quod neque ex parte Dei agentis; neque ex parte passivi est necessarium lumen gloriæ; ita etiam intelligendus est. Hic intellectus doctoris habetur ex lib. 3. dist. 13. quæst. 4. litera. P. & distinct. 14. ante literam. D. vbi est eius mens aperta, quod intellectus ad eliciendam actiuè visionem; & voluntas ad fruitionem non possunt absolute, si est necessaria connexio causarum secundarum, videlicet luminis gloriæ ad visionem: gratiæ ad fruitionem: Si autem absolute non est necessaria connexio, quia potest Deus supplere causalitatem causæ secundæ potest intellectus sine lumine gloriæ videre, & sine gratia voluntas frui. De potentia ramen ordinata non potest voluntas frui sine gratia, neque intellectus videre sine forma luminis gloriæ. Quantum ad receptionem de potentia Dei ordinata congruum est, quod prior forma prius perficiat, vt lumen gloriæ quam visio: gratia quam fruitio. Hæc doctrina ibi habetur expressè. Modò probatur cõclusio, ex illo principio. Quidquid Deus potest cum causa secunda efficienti potest facere se solo, sed lumen gloriæ, vt est communior sententia, concurrat ad visionem beatificam in genere causæ efficientis, igitur potest Deus sine illo beatificare. Confirm. Nam ad alios actus supernaturales sufficit concursus Dei specialis sine forma eleuante naturam, vt ad facienda miracula, ad dilectionem Dei super omnia. Vide supra distinct. 14. propo. 3. in replica, igitur sufficet auxilium Dei speciale ad visionem sine lumine gloriæ. Confirm. secundò, quia lumen gloriæ, vt est

Vide ibi  
in. 3. dist.  
13. q. 4.  
in arg. ad  
oppositum.

qualitas non variat substantiam intellectus, sed ipsum eleuat, sicuti neque alij habitus perficiendo potentias mutant earum substantiam, igitur Deus seipso poterit leuare intellectum ad visionem sine tali lumine. Confirm. Tertiò. Moyfes & Paulus iuxta Augustin. lib. 12. super Genesin. cap. 27. & 28. & lib. de videndo Deum. cap. 13. viderunt in hac vita Diuinam essentiam, & hoc sine lumine gloriæ, igitur posset idem fieri in patria, quia non implicat, quòd illa visio in raptu facta sine tali lumine conseruaretur in perpetuum: Neque albedo quæ durat vna hora vel die differt specie ab albedine mille annorum. Respondebunt forsàn, quòd non habuerunt lumen gloriæ per modum habitus, sed habuerunt tantum illud raptim, quasi dispositionem, Colorata responsio, nisi ex nostræ imaginationis phantasiatione procedat, cum visio etiam in raptu vera sit visio eiusdem speciei cum visione perpetua, quæ tamen haberi potest sine lumine habitu, & perpetuari sine tali habitu, & sine implicatione contradictionis. Aliqui discipuli Diui Thomæ reclamant etiã contra conclusionem dicentes, quòd neque de potentia Dei absoluta possit in visionem Dei intellectus sine lumine gloriæ, ita tenet Caietan. 1. parte. quæst. 12. artic. 5. Dominicus Soto in hac dist. quæst. 2. artic. 4. citat in idem Capreolum. Nituntur eludere rationem suprã positam dicendo, quòd est fallacia figuræ dictionis mutato quid in quale, siue in ad aliquid, quia visio non significat rem absolutè, sed actum in ordine ad agens, ideò non potest Deus facere se solo, quod cum causa secunda, quia esset tantum, ac si diceretur, quòd Deus faceret intellectum videre sine virtute intelligendi, sicut licet Deus possit se solo in entitatem meriti proferendo orationem, non tamen mereri, quæ est propria actio creaturæ intellectualis. Sed re vera ipsi fallacius respondent, quia lumen non variat substantiam potentia, neque dat ipsi naturam, sed adiuvat & leuat. Effet vtique implicatio, si faciendo Deus se solo, ipsa causa secunda simul ageret, quia tunc Deus non ageret se solo: esset etiam contradictio quòd Deus se solo faceret visionem ab oculo sine oculo, intellectum ab intellectu sine intellectu.

Quòd

Quòd vero sit ab intellectu supplente Deo causam secundam eleuantem & efficientem, non video, quomodo implicet.

Si intellectus se habeat passiuè recipiendo visionem atque lumen, ita quòd lumen sit dispositio prior, probat Scotus hac distinct. quæstio. 11. litera. E. quòd ipsum non sit absolute necessarium. Anima immediatè est receptiua beatitudinis: Siue: Intellectus est immediatè receptiuus visionis, igitur non indiget lumine gloriæ. Antecedens probatur, quia in via; habitus non est ratio recipiendi actum, igitur neque in patria. Dato nanque opposito, habitus per se videret Deum, & intellectus videret per accidens, sicut superficies est ratio suscipiendi colorem & ipsa fit immediatè colorata, substantia mediatè per superficiem.

Ex prædictis infertur, quòd lumen gloriæ est habitus, & *Carol.* non solum auxilium Dei speciale: Vel si non sit propriè habitus saltem infunditur per modum habitus permanentis, puta si quis vellet illud comparare lumini exteriori, quo illuminata potentia visiva necessariò videret suum obiectum, qui est color. Nam licet videatur dubium de lumine naturali intellectus si est qualitas distincta ab ipsa natura intellectus, vel sit ipsamet natura intellectus (Soto hac dist. citata quæstio. 2. artic. 4. tenet quòd lumen naturale intellectus est qualitas distincta ab intellectu, cuius contrarium credo probabilius per dicta in breuiloq. 3. distinct. 33. proposit. 4.) tamen lumen gloriæ est distinctum ab intellectu, quia in Dei visionem non potest intellectus ex natura sua.

Intellectus creatus ad videndum Deum se habet actiuè, non passiuè tantum, ideò lumen gloriæ datur, vt actiuè possit in visionem. Hæc est contra Ocham lib. 1. distinct. 1. quæstio. 2. conclusio. 2. & lib. 4. quæstio. 13. ad. 6. dubium tenentem quòd tam visio quam fruitio est totaliter à Deo; fatetur nihilominus, quòd hoc non potest euidenter probari. In eadem sententia est Gabriel lib. 1. dist. 1. quæst. 2. concl. 4. Et lib. 3. distinct. 14. referendo quintam opinionem.

*Propo. 8.*

*Vide & breuilo. 2*

*d. 7. p. 3.*

1. Argu. ad conclusionem.

Probaturs conclus. Intellectus ad intelligenda alia; intelligibilia concurrat actiue cum obiecto, igitur, & ad videndum Deum. Antecedens probatur a Scoto lib. 1. dist. 3. quaestio. 7. contra opinantes quod intellectus nullam habet causalitatem respectu intellectiōis: ad quod est trita sententia Augustini. 9. de Trinitate cap. 12. quod a cognoscente & cognito paritur notitia: a visibili & vidente gignitur visio. 11. de Trinitate cap. 2. consequentia probatur, quia vtrobique videtur eadem ratio. Cum enim agere sit nobilius quam pati, & visio Dei sit quid nobilissimum, debet consistere in actione intellectus sicut alia intellectiōes, & non in sola passione. Item vt supra proposuit. 1. Beatitudo siue felicitas consistit in operatione etiam secundum Aristotelem: qui & 9. Metaphysic. tex. 16. dicit quod felicitas est quaedam vita, & supra prop. 4. in sol. 1. Igitur tam ad visionem, quam ad fruitionem se habent potentia & concurrunt actiue. Tertio, de fide est quod beati vident & diligunt Deum; vt infra proposuit. 9. sed videtur notum lumine naturali, quod videre est visionem producere, intelligere producere intellectiōem, diligere producere dilectionem: Igitur sapit fidem quod intellectus & voluntas concurrunt actiue vt dist. 13. prop. 56. de sapiente heresin, & sic opinio hec heresin sapit. Ricard. hac. d. art. 3. q. 1. & lib. 3. d. 14. ar. 1. q. 3. vtranque opinionem tam nostram, quam Ocham reputat probabilem vtriusque soluens rationes, & hac. d. q. 4. dicit quod voluntas in fruitione licet sit actiua & passiua, magis est passiua quam actiua. Neque concedit quod intellectus in videndo Deum sit ociosus, concedit vero illam passionem esse nobiliorē omni actione, quae possit fieri virtute creata. De Scoto quid senserit circa subiectam materiā; videlicet de visione; videtur dubium. De fruitione, hoc est de dilectione Dei, aperte fatetur hac dist. quaestio. 11. litera. H. quod voluntas ipsam elicit, & deducit pro inconuenienter contra fidem, si voluntas esset merē passiua, quia tollitur caritas in patria, quae de fide ibi ponenda est. Nam lib. 2. d. 25. lite. S. tenet, quod nihil aliud a voluntate est causa totalis volitionis: & lib. 3. d. 14. q. 4. lite. R. De visione quoties loquitur locis citatis p. precedenti semper loquitur conditionaliter & dubitariue.

Vide in breuil. 2. d. 3. p. 2.

Alius

Alius locus mihi non subit, vbi de visione Dei fateatur, quod ad ipsam intellectus concurrat actiue, quamuis ad aliorum intellectiōem, vt est allegatum dicat ipsum habere actiuitatem: nisi forsan in reportatis lib. 1. d. 3. quaestio. 6. quaestio habetur in scripto Oxoniensi per additionem ea. d. quaestio. 6. litera. T. & V. Quoniam varia est vtrobique litera pono illam vt habent reportata. Petens enim in .q. Si in intellectu sit aliqua notitia accidentaliter genita, dicit infra sic. Intellectio potest esse, & si non sequitur habitus, sicut patet de habitu intensissimo, & de beatis, vbi potest esse intellectio, & si habitus non sequitur. Ideo non sic est habitus terminus sicut intellectio, sed sicut vna forma ordine quodam post aliam, sicut calor est ordine quodam post lumen a sole. Vbi si per habitum intelligeret speciem, posset intelligi quod beati videndo Deum haberent intellectiōem, quae esset actio immanens sine productione speciei, de qua specie infra. p. 10. At verò neque hic locus nostram iuuat opinionem, neque certos facit (etiam si torqueatur) de assertiua mente doctoris, ideò ex his & similibus dubij adhuc remanemus: ibi enim nomine habitus non capit nisi notitiam actualem, habitus quippe intellectuales habent plures gradus atque differentias, quia tam species, quam notitia est habitus. Volebat igitur Scotus astruere quod omnis intellectio sit operatiua, non tamen, omnis sit productiua notitiae, ideò de beatis dicit, quod dato quod non producerent notitiam haberent intellectiōem, quia intellectio de ratione sua potest esse sine productione notitiae. Vnde infra deducit corollariè quod in Diuinis non quodcunque intelligere & velle, sit principium productiuum. Patet, quia intelligere filij, atque Spiritus sancti non est productiuum notitiae, neque velle ipsius Spiritus sancti est productiuum amoris, videlicet alterius Spiritus sancti, vt in Breuiloq. 1. dist. 2. de Trinitate. prop. 3. Hanc eandem distinctiōem de principio operatiuo & productiuo habes ab eodem Scoto in scripto Oxoniensi lib. 1. d. 2. q. 7. sub litera. O. respondendo ad. 2.

Scot. quid sentit de conclusio-  
ne.

Litera Scoti.

*Ad. 3.* Per hæc eluditur arg. 3. probans conclusionem, cuius minor non est nota lumine naturali, quia videre non est producere visionem, sed visu operari, intelligere, intellectu operari, & sic de alijs. Ideò conclusio non sapit fidem, nequè sua contradictoria hæresin: Cum potius conformiter ad fidem, ex Diuinis habeamus, quòd est intelligere, operari sine productione. Potest adduci ex eodem Scoto in. 1. quæst. prologi. sub litera. N. quòd reuelans hanc, Deus est trinus & vnus; causat in mente aliqualem notitiam huius veritatis: in prophetis patet clarius qui prophetias vocant visiones, Visio Esaia, Visio Abdia, Verbum quod vidit Esaias cap. 2. & tamen notitiam illam, siue Verbum, ipsi non producebant sed recipiebant: per illam tamen operabantur. Si dicas intelligere est actio immanens, igitur semper est productiuum notitiæ. Respondet idem doctor subtilis loco citato in reportatis; quòd actio prout diuiditur in actionem immanentem & transeuntem, est diuisio superioris in inferiora, nempe generis in species. Alio modo diuiditur vox in suas significationes, seu æquiuocum in sua æquiuocata, vt actio in productiuam & operatiuam, & sic actio productiuam competit etiam actioni transeuntem, ignis enim producit calorem, atque alium ignem. Antecedens cum vniuersali negatur, quia non omne intelligere seu videre est actio immanens, quia aliquod est operatiuum. Vide & in scripto Oxoniensi. d. 3. q. 6. litera. A. 2. Elicere intellectiones & volitiones sunt actiones de genere actionis.

*Corol.* Ex prædictis infertur, quòd quando Aristoteles. 3. de anima dixit textu. 2. siue. c. 1. quòd intelligere sicut sentire est quoddam pati, loquitur de actione quam habet obiectum intelligibile in ipsum intellectum, quod ipse explicuit, est quoddam pati; vtique ab ipso intelligibili: cæterum actionem potentiam in actu secundo non sustulit, quia per talem passionem ab obiecto potentia fit in actu primo: actus ille secundus erit, iuxta prædicta, productio, vel operatio: quod in alijs sensibus est etiam dicendum.

*Prop. 9.* Beati in patria vident ipsammet Diuinam essentiam.  
Hæc

Hæc est contra Armenios dicentes, quòd non videbāt essentiam Dei, sed quandam claritatem illius essentia. Hunc errorem refert Alexand. 2. p. quæst. 98. memb. 2. ar. 1. tacitis autoribus, qui non solum de hominibus, verum & de angelis id negabant. Contra eos & pro conclusione est Paulus. 1. Corinth. 13. Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. 1. Ioan. 3. Videbimus eum sicuti est, & Apocalyp. 22. dicitur, quòd serui Dei videbunt faciem eius. Matth. 18. Angeli semper vident faciem patris. Vbi nota ly semper pro alio errore mox citando. Cum Armenijs in hac parte citatur & Petrus Abailardus. Extat & concilij Florentini definitio inquiring. Definimus illorum animas, qui post baptismum susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt: illas etiam, quæ post contractam peccati maculam vel in suis corporibus, vel eisdem exuta corporibus, sunt purgate, in coelum mox recipi, & intueri clarè ipsum Deum trinum & vnum sicuti est, meritorum tamen diuersitate alium alio perfectius. Vbi non solum præfatum errorem damnat, sed alium dicentem, quòd animæ non sunt beatæ ante diem iudicij, qui & fuit eorundem Armeniorum, secundum quos neque illam claritatem prædictam videbant ante diem iudicij. Aliqui catholici & pij, concedentes visionem facialem, negauerunt illam haberi ante diem iudicij, talis fuit beatus Bernardus sermo. 3. de festo omnium sanctorum inquiring: illam beatissimam domum nec sine nobis intrabunt, nec sine corporibus suis. Serm. 4. vult eos ante iudicium fore beatos in visione humanitatis Christi, postea in visione Diuinitatis. In eodem errore fuit Ioannes Papa. 22. vide in Breuioloq. 3. dist. 25. p. 22. & refert Adrianus in. 4. de sacramento confirmationis iam ad finem. §. Ad. 2.

Contra hanc arguitur Exod. 34. Non videbit me homo & viuet. 1. Ioan. 4. Deum nemo vidit vnquam. *Argum.*

Ad has & similes habes duplicem expositionem supra prop. 6. Ratio illius quòd non potest videri sensu corporali est, quia Deus substantia est merè spiritualis nullis accidentibus subiecta, ideò neque videri, neque audiri aut aliquo sensu *Solutio.*

fensu exteriori percipi potest, neque etiam sensu interiori cuius obiectum etiam est res materialis & corporea. Hoc & in angelis locum habet, quod roboratur. p. 3. supra quod in delictis sensibilibus non potest consistere beatitudo. Est tertia interpretatio, quod beatitudo non potest haberi in vita presentis, cuius contrarium fuit error quartus Beguardorum, & Beguinarum damnatus in Clementina, Ad nostrum, de hæreticis, qui dicebat. Homo potest ita finalem beatitudinem, secundum omnem gradum perfectionis in presenti assequi, sicut etiam in vita obtinebit beata. Nam si haberi posset visio Dei, in essentia sua propria haberi debuisset, quod autoritates negant. Quarta interpretatio quod in scriptura nomine hominum intelliguntur carnales. 1. Corinth. 3. Homines estis & secundum hominem ambulatis Matth. 16. Quem dicunt homines esse filium hominis: Vos autem quem me esse dicitis quasi distinguens ipsos ab hominibus, qui secundum carnem sapiunt. Eiusmodi nunquam vident Deum dum actu sunt tales.

*Argu. 2.* Secundò ex. 1. Petri cap. 2. In quem desiderant angeli prospicere, sed desiderium est de non habito, igitur angeli non vident Deum, & per consequens neque alij beati.

*Solutio.* Dico, quod desiderium capitur dupliciter, vt dicit Alex. 1. p. q. 25. m. 1. vno modo est appetitus rei habendæ: alio modo est appetitus continuationis rei iam habitæ. Hoc secundo modo capitur in prædicta autoritate. Exemplum in naturalibus: lapis eodem appetitu tendit in centrum, & quiescit in eo, quando quiescit propriè dicitur appetere esse in centro, sicut & quando est extra centrum.

*Argu. 3.* Tertio ex oratione sancti Leonis, vbi dicebatur, Animæ famuli tui Leonis proferat oblatio, & ex Missali Mopsarabum, vbi in Dominica prima aduētus dicitur. Offerunt Deo sacerdotes nostri pro omni clero, itē pro spiritibus paupantium, Hilarij, Athanasij, Martini, &c.

*Solutio.* Respondetur dupliciter. Primò, quod tunc non erat decisiva conclusio contra diuum Bernardum, & alios sanctos. Secundò, quod fortè tunc ipsi aut aliqui eorum non dum erant canonizati, vt supra. dist. 45. p. 7. Postea correctæ fuit illa oratio

oratio Leonis in cap. Cum Marthæ, de celebratione. §. Tertio loco.

Si beati ad videndum Deum habeant aliquam speciem, seu similitudinem creatam repræsentantem Diuinam essentiam: aut videant Deum per essentiam suam, duplex opinio est, vtraque probabilis. Vna tenet, quod habent aliquam speciem creatam, & visio causatur ab intellectu per illam speciem inchoatiuè & incompletè, sed per præsentiam ipsius essentiæ sub ratione qua est obiectum completè, & sic per speciem creatam, & præsentiam Verbi, seu essentiæ habetur Dei visio. Hanc opinionem Ricard; lib. 3. dist. 14. artic. 1. quæst. 3. reputat probabilem, & est secunda de quatuor quas refert circa animam Christi, quæ in alijs beatis locum habent. Ipsam tenebat pater Andreas Vega, & probabat, quia iste est naturalis modus cognoscendi intellectui creato, videlicet cognoscere per speciem. Secundò, Omnis cognitio fit per assimilationem potentiæ ad obiectum, quia cum intellectus sit sicut tabula in qua nihil est scriptum. 3. de anima, tex. 14. & anima sit quodammodo omnia entia (ibi tex. 37. & 38.) per formas & species, seu similitudines obiectorum; igitur ad videndum Deum requiritur quod deificetur & fiat similis per speciem ipsius Dei repræsentatiuam: Confir. quia difficillimum videtur, cum essentia Diuina non possit supplere species, quæ se tenent ex parte causæ formalis quomodo se habeat in ista visione ad assimilandam potentiam obiecto. Confir. secundò, species est forma se tenens ex parte obiecti intelligibilis quod repræsentat in memoria, sicut habes in Scoto hac. d. 9. 11. sub litera. C. lumen gloriæ est forma ex parte intellectus, vt ibidem, pono simile in specie obiecti visibilis, & in lumine mediante quo per speciem agentem in oculum tendit ipse oculus in obiectum, igitur non est confundenda species cum lumine gloriæ, vt dicatur lumen facere deiformem intellectum, cum illud sit ad roborandum, confortandum, & eleuandum intellectum. Alia est opinio opposita, quam tenet Thomas, & sui. 1. p. quæst. 12. artic. 2. & probatur, quia secundum Dionysium per similitudines inferioris ordinis

*Prop. 10.*

*In. 3. dis.*

*14. p. 1.*

*Opinio Thomæ*

ordinis

dinis nō possunt superiora cognosci, sicut per speciem corporis non potest cognosci essentia rei incorporeæ, sed omnis creatura est limitata perfectionis, Diuina essentia illimitata, igitur non potest representari per aliquam speciem creatam. Confir. Species representans obiectum debet esse magis spiritualis, atque immaterialis, aut saltem tantum, quantum obiectum, quod nulli speciei creatæ conuenit respectu Dei. Maior patet per Aristo. 2. de anima, tex. 121. dicentem, quod sensus est susceptiuus formarum sine materia, vt cera, annuli sine ferro & auro recipit signum, & tex. 138. Vnumquodque sensorium susceptiuum est sensibilis sine materia. Tenet igitur ista opinio quod ipsamet Diuina essentia vnitur intellectui beatorum seipsa faciens illum esse in actu, sicuti faciunt ipsum species intelligibiles esse in actu. Neque per hoc essentia Diuina concurreret effectiue cum intellectu ad producendam visionem, sed solus intellectus cum lumine gloriæ. Alias beati haberent Diuinam essentiam quasi instrumentum, quo ipsi vt agentia principalia vterentur, quod est inconueniens: teneret namque se tunc essentia Diuina ex parte potentæ, cum sit obiectum. Fatetur nihilominus opinio hæc visionem dependere à Diuina essentia, nō solum vt ab obiecto terminante, sed tanquam ab specie intelligibili vniente obiectum cum potentia.

*Argum.* Hæc opinio sic declarata excitat difficultatem, quod saltem in hac intellectione tota actiuitas sit ab intellectu; quæ est opinio Henrici impugnata à doctore subtili lib. 1. dist. 3. quæst. 7.

*Argu. 2.* Item cum species suppleat vicem obiecti, quamuis sit in genere causæ formalis, in quantum perficit & informat intellectum, nihilominus ad productionem actualis notitiæ debet actiue concurrere, sicut & obiectum, quia ab obiecto, siue habente vicem obiecti paritur notitia, & à potentia, igitur si Diuina essentia se vnit intellectui vice speciei, eandem actionem debet habere, quamuis non perficiat intellectum informando. Confirmatur, quia habitus cum potentia concurrat vt causa partialis ad actum: vide opiniones

*Confir.*

in Scoto

in Scoto lib. 1. dist. 17. quæst. 2. litera. H. & M. sed species sunt habitus in prima specie qualitatis, igitur plus actiuitatis habent, quam representare obiectum, atque vnire potentiam cum obiecto est agere. Quando itaque Diuina essentia se vnit intellectui ad visionem, habebit se actiue ad eandem visionem. Certè, vt dicebat citatus pater Vega ipse est modus intellectu difficilis, modus ponens speciem facilis. Quod dari possit species representans Diuinam essentiam habes in Breuiloq. 2. dist. 3. p. 8. quod ea visio remaneat in videte species probat arg. ex visione Pauli, ibidè; qui postea recordabatur Diuinæ essentiæ, & non nisi per speciem. Nisi quis fingat, quod Paulus nō recordabatur se vidisse Diuinam essentiam, quia si recordaretur iam fidem non haberet, sicuti non habet eam aliquis de Roma quam vidit, cuius & speciem retinet. Re vera Paulus visionis suæ referebat historiam, quam non referret, si eiusdem species non retineret. Aliam ideo quærant solutionem, quia tenendo ipsum vidisse Diuinam essentiam, & videndo quod suæ visionis texat historiam consequens fit, quod species habuit illorum quæ vidit, per quas recordabatur. Neq; inefficax est argumentum, quod saltem illorum non habuit fidem: sed cum non sit credendus omnia credibilia vidisse, posset dici quod non fuit in eo euacuatus fidei habitus, licet fuerit euacuatus actus circa illa quæ vidit. Est enim Diuina essentia obiectum voluntarium representans intellectui creato quæ vult Fortè hæc est melior & planior solutio, earum, quæ ad hoc argumentum excogitantur. Nam in patria vbi omnia credibilia videbuntur in Verbo nullo modo remanebit habitus fidei. Quorsum enim concedetur in raptu euacuata Paulo fides, & postea finito raptu infusa? Scotus circa subiectam materiam & difficultatem hac. d. quæst. 11. sub litera. H. dicit, quod sibi minus videtur necesse ponere lumen gloriæ ex parte intellectus (intellige si se haberet tantum passiuè, & ad sensum expositum prop. 7.) quam speciem ex parte obiecti, vt memoria sit perfecta in intellectu, sed an sit ponenda talis species propter formalem operationem, & perfectionem potentæ dicetur, ait, aliàs, Vbi de hoc

*Pauli visio.*

*Lib. 3. d. 14. p. 5.*

*Scotus quid sensu de conclusionem.*

hoc dixerit mihi ad præfens locus non occurrit, nisi in quodlib. 15. sub litera. X. ubi dicit. Essentia Diuina non est in memoria creata beati aliquo ordine, priusquam in intelligentia, quia non causatur aliqua forma in intellectu beato repræsentans illam essentiam. Sed primum quod causatur in intellectu beato est ipsa visio, illa autem visio est in ipsa intelligentia. Igitur Scotus negat speciem, sed quod Diuina essentia videtur à beatis per essentiam suam. Ad hoc vide in Breuiloq. 2. dist. 3. p. 14. in coroll. quomodo potest generari prius notitia, quam species secundum Scotum, quod non ignorabat pater Andreas Vega, imò & Scoto etiam assentiebatur, unde primum eius argumentum supra factum enervatur, quia talis modus cognoscendi per speciem prouenit, quia obiectum non est in se præfens. Habita notitia obiecti præfentis generatur species, per quam fiat assimilatio, quod de Diuina essentia etiam fecimus verosimile in recordatione Pauli. Posita hac mente ut Scoti, non negabunt Scotistæ essentiam Diuinam concurrere effectiue ad visionem ( neque negabunt quotquot tenuerint visionem esse totaliter ab essentia habente se intellectu passiuè tantum) quidquid dicant aduersarij.

*Argum.* Arguitur ad hominem contra Scotum ex quodlib. 14. sub litera. V. ubi dicit. Essentia Diuina est motiua immediate sui intellectus, igitur non videtur à beatis per essentiam sed per speciem.

*Solutio.* Aduerte quod hoc quodlib. intendit Scotus, essentiam Diuinam esse obiectum naturale suimet intellectus: primum mobile est intellectus Diuinus, primum motiuum omnino & immediatum illius intellectus ipsa essentia, aliorum intellectuum est obiectum voluntarium, ideò non mouet alios intellectus, nisi præcedente sua voluntate, quia non est motiua immediate intellectus creati, neque ibi ponebat mediatum, aut immediatum respectu speciei. Propter quod licet essentia Diuina sit obiectum primum & immediatum respectu visionis beatorum in ratione terminantis, non est tamen primum & immediatum in ratione mouentis.

De

De diuo Bona. in hac. q. quid senserit ego non audeo. S. Bonifacii, lib. 3. d. 14. num. 24. fatetur ad visionem Dei re-  
na quid  
quiri fieri proportionem anime ad Deum per Deiformi-  
sensit.  
tatem, & dicit, q. datur ipsi anime aliquid (ut potè simi-  
litudò) quod cum ipsam animam & intellectum anime  
cum Deo facit similem, reddit & intelligetem. Si per si-  
militudinem intelligat speciem in memoria, vel lumen  
gloriæ iudicent alij. Forsan magis attendebat ad lumen,  
de quo erat maior quæstio, quam ad speciem. Illud verò  
ibi ex eo notandum, q. dicit, Quantuncunq. intuitus  
videatur in se habere naturam actionis tamè respectu Di-  
uini luminis à quo causatur est passio & effectus. Vbi vi-  
detur sentire, q. visio illa sit passio, actionem quam dat  
est per quandam protensionem, quia ut ait, sufficit ad cla-  
ram visionem ab ipso fonte luminis illuminari, & illu-  
minatum oculum etiam in ipsum protendere intuendo.  
Iudicabit aliquis ex his, q. teneat animam se habere pas-  
siuè recipiendo visionem, & actiue operando, non pro-  
ducendo ut habes per Scotum. p. 8. supra.

Pro soluendis argumentis Thomæ annota. ex mente *Solutio.*  
Ricardi & Scoti lib. 2. d. 3. q. 9. sub litera. L. & quodlib. *ad argu.*  
14. litera. Ee. & hac. d. q. 11. litera. C. q. species licet sit in *pro Tho*  
ferioris ordinis in essendo, est in representando obiectum *ma.*  
æqualis, & tam spiritalis. Diuinum etiam obiectum li-  
cet repræsentet se intellectui ut infinitum, non tamen re-  
præsentat se infinite, alias comprehenderetur ab intelle-  
ctu cuiuslibet beati, unde & species repræsentabit obic-  
ctum infinitum modo finito.

Si contra hoc dicas: species ita repræsentat in præsen- *Replica.*  
tia sicut in absentia & è contra; igitur æqualiter videbi-  
tur obiectum beatificum per speciem in absentia sicut vi-  
detur præfens.

Concesso antecedenti, negatur consequentia, quia spe- *Solutio*  
cies non est totalis causa & sufficiens notitiæ intuitiue  
perfecte de qua habes in breuiloq. 3. d. 14. p. 8. Intellectus  
etiam possibilis non solum patitur ab intellectu agente  
abstrahente speciem intelligibilem à phantasmate, siue

p

ad



ab ipso et obiecto intelligibili: etiam est passius ab ipso obiecto: patet explicando mentem Scoti, quando generatur prius notitia, quam species. Tunc enim prius paritur ab obiecto, quam a se agente speciem.

*Dubium ad Scotum.* Sed contra Scotum restat dubium de illa specie quam in angelis posuit representantem Diuinam essentiam, quia si illa remansit, igitur saltem angeli non vident Deum per solam suam essentiam, ut de beatis diximus videri esse de mente eius. Si species illa, quia erat donum supernatura-

*Dubium 2.* liter infusum & gratuito, cessauit adueniente presentia obiecti, sicut cessat imperfectum adueniente perfectiori, que & a demonibus propter peccatum ablata fuit quando vel quomodo ipsi angeli, aut alij beati habent si millem speciem, aut generant? V.g. Si de potestate absoluta Deus a Michael abscoderet vultum suum, recordaretur Michael diuinæ essentia, sicut Paulus post raptum, de quo eadem est difficultas quomodo habuit illam speciem.

*Ad 1.* Ad primum dubium potest concedi, quod remansit species ex quo fuit donum Dei, atque sine penitentia sunt dona eius. Rom. vi. Tenentes concurrere etiam speciem, dicitur quod hæc species angelorum sit eadem, siue eiusdem rationis, cuius est illa que datur alijs beatis. Tenendo quod non datur alijs beatis, posset dici hoc esse speciale in angelis, ex quo semel data fuit, & quod Scotus loquatur de alijs beatis, quia non est de ratione neque essentia visionis Dei, quod præcedat speciem in memoria intelligentiam, & quod nil aliud astruere volebat Scotus. Vel posset etiam negari, quod mansit talis species, (quæ data fuit non solum ut per eam obiectum fieret presentis, verum etiam ut actus ille esset in potestate Angeli utente specie, quando vellet, ut Scotus ait, lib. 2. d. 3. q. 9. citata. litera. Q.) quia ipsa non est necessaria ad faciendum obiectum presentis, neque ut actus videndi sit in potestate eius, cum semper sit in eorum obiectum presentis, & ipsi futuri sint in perpetuum & continuo actu videndi.

*Ad 2.* Tunc ad aliud dubium posset negari, quod beati visa Diuina essentia generent speciem ipsius essentia, quia ipse non est

est generabilis ab intellectu, neque per ipsum abstrahibilis ab obiecto, sed a solo Deo infusibilis: In quod faciet Scotus loco citato sub litera. D. & O. & concedere, quod Paulo post raptum remansit, quia in raptu infusa fuit. Neque ut dictum est beatis est necessaria sicut fuit Paulo ad recordationem eorum, quæ viderat, quia non erat in perpetuo actu videndi. Posset etiam concedi (ut non euacuetur & frustretur ordo naturalis cognitionis, seu modi, etiam in hac visione, cum Deus ita res quas condidit ad ministret, quod eas agere proprios motus sinat, ut dicit August. 7. de ciuitat. cap. 30.) quod intellectus beatorum adiutus lumine gloriæ ab obiecto beatifico educit speciem, quæ sit in memoria, & talis species non generatur ex viribus solius naturæ, qua habita, si Deus se abscoderet a Michael, naturaliter ipse Michael recordaretur Diuinæ essentia, & videretur specie quando vellet, sicut cæcus supernaturaliter illuminatus naturaliter videt.

Quod beati videntes Deum per lumen gloriæ videant illum naturaliter probabilis est quod oppositum. Hæc est mens Scoti lib. 3. d. 14. q. 1. sub litera. C. qui hoc argumentum dicit concedendum: si est lumen gloriæ sufficiens ratio intellectui producendi visionem, intellectus igitur naturaliter videt Deum. Exemplum est quod modo de cæco supernaturaliter illuminato. Ad hæc faciet idem Scotus tenens quod in breuil. 2. d. 1. p. 12. retulimus, Deum videlicet esse finem naturalem hominis supernaturaliter adipiscendum, igitur adeptus supernaturaliter, naturaliter possidetur ex parte potentia, quanuis voluntarie ex parte sua. Facit quod in præcedenti soluendo argumenta Thomæ, quod in cognoscibilitate ipse est proportionatus intellectui nostro, sicut esset ei species in representando. Vide Scotum ibi citatum hac. d. q. 11. litera C. & D. item quod lib. 14. litera O. ubi distinguit obiectum primum naturale dupliciter. Vno modo est naturale ad quod potentia naturaliter inclinatur: Alio modo ad quod potest potentia attingere concursu causarum naturalium. Hoc secundo modo pro statu isto obiectum

nostrum naturale est quidditas rei materialis, vel specialius quidditas rei sensibilis. Primo modo est obiectum naturale nostrum idem, quod est obiectum angelorum. Ceterum de obiecto primo & adequato intellectus nostri, & quomodo in illo Deus contineatur vide eundem Scotum lib. 1. d. 3. q. 3. Conclusionem hanc nostram concedit & tenet Caic. 1. p. q. 12. ar. 5. & cum eo aliqui Thomistae. Soto hac. d. q. 2. ar. 4. negat.

**Propo.** Beati videndo Deum non comprehendunt ipsum. Hae probata est in breuiloq. 3. d. 14. p. 3. de anima Christi. Ad hanc facit ratio Scoti hac. d. q. 11. litera. C. quia sicut se habet ad esse sic ad cognoscibilitatem, ita quod sicut est infinitus, ita infinite cognoscibilis, & si est improportionatus creaturis in entitate, & in cognoscibilitate. Vnde licet sit nobis proportionatus ad cognosci, non tamen in toto modo suae cognoscibilitatis, quia sic soli sibi est cognoscibilis. Proportione igitur geometrica quantum excedit creaturas in esse tantum excedit in cognosci, non tamen excedit sic in proportione alterius generis, quia licet in infinitum excedat creaturas in entitate, non sic excedit illas in proportione cognitionis ad obiectum, seu operationis ad terminum. Quoniam si sic excederet, neque posset a nobis cognosci, neque amari. Hae conclusio est contra quendam Augustinum de Roma Archiepiscopum Nazarenum, cuius librum dicitur concilii Basiliensis sess. 22. ubi aiebat. Anima Christi videt Deum tam clare & intense, quantum clare & intense Deus videt seipsum, qui articulus cum alijs ibi dicitur, & licet loquutus sit de solo Christo, conclusio nostra tam de anima Christi, quam de alijs beatis intelligit. Quidam haeretici dicti Anomei (ut eis Chrysostomus imponit homil. 2. de quinq; quas facit contra eos de incomprehensibili Dei natura, & habentur in 3. tomo suorum operum) dixerunt, se ita Deum nosse quemadmodum Deus se ipse nouit. Hic error quamuis addat ad errorem Beguardorum, cum ipso partim etiam coincidit, quia sic illi forent in vita praesenti beati, supra p. 9. in sol. 1. Circa hanc conclusionem aduertes, quod Ocham in. 4. q. 13. ar. 4. tenet quod nulla creatura potest comprehendere

deret aliam creaturam, videlicet cognoscendo eam sub omnibus praedicatis ei convenientibus: quae sententia non videtur vera, neque scio si omnino sana, quia tunc esse incomprehensibilem non esset summum proprium Dei, videlicet ex parte obiecti, nam ex parte actus comprehendendum bene datur inaequalitas, quia perfectiori actu comprehendit angelus, quam homo, & Deus quam omnes creaturam.

Beati semper habent notitiam reflexam suae beatitudinis. Hae est de mente Scoti, lib. 3. d. 14. ante literam. L. ubi dicit, quod anima Christi semper videt se beatam in verbo. igitur idem est dicendum de alijs animabus beatis. Neque tamen per hoc assero, quod actus beatificus sit actus reflexus de quidditate sua. Negat enim Scotus, & Ocham supra citatus ar. 5. ad. 6. dubium dicens, quod sine omni actu reflexo potest aliquis aequaliter esse beatus, licet nesciat se esse beatum actu elicito, sat est quod habeat principium sufficiens, unde possit statim scire se esse beatum nisi Deus impediat. Hoc procedit ponendo essentialiter beatitudinem in visione: si vero ponatur in dilectione idem videtur, quia potest diligere Deum & frui sine reflexione amandi suam dilectionem.

Si contra dicas, quod nullus potest esse beatus perfecte nisi sciat se esse beatum, & de sua beatitudine sit securus. Solutionem vide ibi in Ocham, atque in Scoto hac. d. q. 6. qui Scoti litera Q. dicit, quod certitudo de beatitudinis perpetuitate non est de essentia beatitudinis, & dat pro ratione quia est actus non tendens in obiectum beatificum, sed reflexus super actum, unde patet esse de mente Scoti, quod actus beatificus non est actus reflexus, sed directus in obiectum. Cum igitur scire se esse beatum, sit actus reflexus, non erit de essentia beatitudinis. Securitas etiam non erit de essentia beatitudinis, quia secundum Ocham, nihil aliud est securitas, quam euidens vel certa cognitio de Diuina ordinatione, quod actus beatificus semper sit continuandus. Scotus non admittet hanc notificationem securitatis tanquam completam, quia securitatem ponit in voluntate, ut oppositam timori, qui timor est in voluntate procedente apprehensione de malo vetero, igitur securitas, licet in eludat ut praesuppositam certitudinem beatitudinis perpetuandae

Prop.

13.

Argum.  
Solutio.

tuandę, nihilominus habet vt essentialē ablationem & delectationem timoris cui opponitur. Sicut verò certitudo præcedens nõ est de essentiali beatitudinis ita neq; securitas sequens. Certitudinē illā dicit Scotus, & bene q̄ solum habent ex Diuina reuelatione, cū illa perpetuitas sit cōtingens dependens à sola voluntate Dei, igitur nullo alio modo potest esse euidens q̄ ex reuelatione. Cū aut ibi doctor subtilis, q̄ timor in appetitu intellectuali, qui est volūtas nõ necessariò præexigit apprehensionē dubiā mali, potest intelligi, vt in breuiloq. 3. d. 15. p. 6. in arg. 2.

Prop.

14.

Beati Deo clarē visio liberē fruuntur & nõ necessariò. Hęc tenet Scotus hac. d. q. 6. lite. D. & lib. 1. d. 1. q. 4. Probatur, quia aliās dilectio Dei quā habent beati nõ esset laudabilis, cū nemo sit laudabilis propter ea, quæ sibi in sunt necessariò, imò neq; alij actus beatorū essent laudabiles, quādoquidē procedūt à dilectione Dei necessariaria, quia & ipsi etiā essent necessarij, fieretq; præiudiciū meritis Christi, qui cū esset beatus nihil meruisset ex actibus necessarijs. Hęc cōclusio est cōtra Tho. 1. 2. q. 5. ar. 4. tā in corpore, q̄ ad. 2. dicentem, q̄ ad visionē Dei sequitur reſtitutio voluntatis, vt nõ possit nõ velle esse beata. De cōclusionē est celebris altercatio inter Thomistas, & Scotistas. Vide & eundē Tho. ibidem. q. 10. ar. 1. & 2. & 1. p. q. 62. ar. 8. & q. 82. ar. 2. Dum sui cum nituntur defendere aiunt Scotū tenere, quòd beati possint odire Deum, sciri debet, de qua libertate loquatur & quomodo. Est igitur duplex libertas, vna dicitur contradictionis, qua voluntas potest in vtrunq; contradictoriorum, scilicet velle & non velle, amare & non amare. Altera dicitur cōtrarietatis, qua potest in vtrunq; contrariariorum, videlicet amare, & odire. Hęc duplex libertas alijs nominibus vocatur à Thoma 1. 2. q. 10. ar. 2. nam libertas cōtrarietatis vocatur ab eo libertas quoad specificationem actus, quia contraria distinguntur specie: libertas cōtradictionis vocatur ab eo libertas quoad exercitiū. Intelligit ergo opinio Scoti de libertate contradictionis id est, quoad exercitiū: nõ tamen cōtrarietatis id est, quoad specificationē actus.

actus. Nam odire Deum non potest voluntas clare visum *Infra.* quia bonum apprehensum sub ratione boni odiri non potest, sicut neque malum sub ratione mali amari, vtrunq; enim includit contradictionem, sicut includit videre sonum, & audire colores. Ita Scot. quodlib. 16. vbi tractat de hac concl. litera. E. & hac. d. q. 9. litera etiam. E. Quando Psal. 73. dicitur: Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper, non dicitur quia odiant eum sub ratione propria, sed ratione effectus, quia illum apprehendunt, vt punitiū. Ita Scotus lib. 2. d. 6. quæst. 2. litera. N. & d. 43. q. 1. litera. D.

Contra hanc arguitur, quia ex illa sequitur, quòd beatus possit facere se non beatum & cessare ab actu beatifico & per consequens fieri miserum atq; peccare. Falsitas consequentis patet, quia beatitudo nõ esset perpetua ex parte durationis: neque inamissibiles ex parte subiecti: & per August. in Enchiri. anima nostra sicut habet nolle infelicitatē, ita nolle iniquitatē semper habitura est. Et ibi. Miseri esse nõ solū nolumus, sed nequāq; velle possumus. Sequella probatur, quia per cōclusionē beatus operatur liberē, & cōtingenter, igitur potest mutari, & amittere beatitudinē. Stāte reſtitutione in intellectu non potest esse defectus, in volūtate, quia intellectus saltē practico imperat & regnat, & illi necessariò volūtas cōformabit.

Hęc argumenta perunt vnde prouenit impeccabilitas in beatis, ad quod habes in breuiloq. 2. d. 7. p. 1. & in. 3. d. 3. p. 13. & 14. Sustinendo opinionem Scoti dicitur primò, beatū posse esse nõ beatū sed miserū, in sensu diuiso, non tamen in sensu cōposito. Secūdo, cōcedendo q̄ ex parte sui posset in cōtradictoriū videlicet in non frui, sed ista naturalis potentia ab extrinseco impeditur nepe à Diuina manutentionia. Ponit Scotus hac. d. q. 6. litera. G. exemplum de oculo dānati, qui posset videre cœlū Empyreū de potentia remota, & intrinseca, non tamen de propinqua posito ei perpetuo impedimento sub terra in inferno. Sic in beatis necessitas fruitionis non est simpliciter necessitas ex parte potentia, sed secundum quid, putā

ex obiecto sic presente, & mouete, atque ex actione Dei ad illam visionem & fruitionem concurrente semper, & nullo modo ad oppositam. Et causa secunda praeventa ab agente superiori ad vnum, non potest exire in actum oppositum de potentia propinqua. Per hæc & dicta in exponendo conclusionem patet ad primum. Vide in breuilo: 3. d. 31. p. 1. Ricar. contra Thom. de forma cœli, & Scotum hac. d. q. 6. litera C. & lib. 3. d. 16. q. 1. in arg. 4. principali. De cuius mente sunt duæ doctrinæ: vna doctrina, quod cœli non sunt incorruptibiles ab intrinseco, sed quia nō habent extrinsecum corrupens. Prouenit hæc controuerſia inter ipsum, & Thomam ex alia inter ipsos de materia cœli. Vide in breuilo. 2. d. 12. p. 1. Alia doctrina, quod animæ non sunt æquales, vt in eodem. 2. d. 32. p. 4. quia dixit loco citato in. 3. quod anima Christi fuit perfectissima inter omnes formas: & ibi. d. 15. lite. H. quod est perfectissima anima.

Ad. 2. Ad aliud vide in breuilo. 2. d. 23. p. 5. cōtra Durandum, quod potest dari peccatū in voluntate sine errore in intellectu. Nota verò ex mēte Alex. 2. p. q. 129. M. 3. q. ignorantia est cōmuniō, q̄ error, vbi insimul concurrunt in hoc distinguūtur, q̄ error est respectu assensus, & dissensus approbādo, seu assentiendo falsis pro veris, aut è contra dissentiendo à veris: Ignorantia est respectu defectus in cognitione debita. Stante itaq; perfectissima scientia seu cognitione in intellectu speculatiuo potest voluntas deficere, patet in theologis qui habent cognitionē faciēdorū & peccāt. Intellectū practicū semper concomitatur ignorantia seu error, sic exponit Alex. ibi. M. 4. autoritatem Arist. 3. Ethic. c. 1. Vnūquisq; prauus quid agendū, à quibusq; abstinēdū sit ignorat: allegatur sic cōmuniter. Omnis malus est ignorās, ita & Prouer. 14. Errāt qui operantur malū. Quod intellectus etiā practicus non imperet voluntati habes in breuilo. 3. d. 33. p. 15. Potest ad cōfirmationem & cōprobationem solutionis adduci quod supra. d. 48. p. 3. q̄ peccator dānandus potest videre Diuinā essentiā. Ecce talis habet intellectū rectum non solū speculati-

culatiuum, verūctiani & practicum & tamē nisi Deus cōcurrat specialiter cū eius volūate ad pœnitendū, qui cōcurſus est ab extrinseco, permanebit in peccato, imo crederem, q̄ si ei sua dānatio absoluta reuelaretur de qua reuelatione lib. 1. d. 48. p. 5. posset odire illum effectum, vt in probanda concl. est dictū, & sic ignorantia concomitaretur intellectum practicum. Patet in damnatis si viderint in die iudicij essentiā Dei. facit & hoc ad probandum quod non in visione sit principaliter beatitudo, sed in actu voluntatis.

Beati nō sunt omnes equales & pares in gloria, sed vn<sup>o</sup> Prop. alio est maior. Hæc est de fide decisa in cōcil. Floren. cita 15. to supr. p. 9. Probatu ex illo Ioan. 14. In domo patris mei māſiones multæ sunt, & loquebatur de domo cœlesti, ad quā dixerat se ire paraturus eis locū. Item. 1. Corin. 15. in Christo omnes viuificabūtur, vnūquisq; autē in ordine suo, primitiæ Christus. ibi. Alia claritas solis, alia, lunæ, alia stellarū. 2. Cor. 9. Qui parçē seminat parçē & metet, & q̄ seminat in benedictionib<sup>9</sup> de benedictionib<sup>9</sup> & metet. Matth. 16. Reddet vnūquisq; iuxta opera sua, sed non sunt æqualia opera omnīū. Hęc cōcl. est cōtra Iouinianū vide Hieronymū lib. 2. cōtra eūdem, & cōtra eius sequaces dānatos in cōcilio Tolenſi, quos & Romæ dānauerat Syriacius Papa. Est & cōtra Lutherū, qui in quodā sermone de natiuitate beatæ Virginis dixit. Omnes Christiani æque magni sum<sup>9</sup> sicut mater Dei, & æquē sancti sicut ipsa. Pro cōcl. est cōcil. Trid. sess. 6. canone. 32. dicens, iustum per bona opera mereri augmentum gratiæ, & gloriæ.

Hæc inæqualitas & imparitas iuxta diuersitatem opinionum de eo in quo principaliter cōsistat beatitudo assignabitur vnde proueniat ex natura rei. Tenendo quod consistat in delectatione, aut visione, vel fruitione penes illam erunt inæquales, puta in eius maioriore, aut paruitate, licet sint etiam in alijs concomitanter, aut consequenter, sed minus principaliter & secundariò. Tria namque hæc ad beatitudinem concurrunt visio vt præcedēs, dilectio vt sequens, delectatio, vt consequens. Existente

maiori excessu in vna erit etiam in alijs duabus. Cum excessus dilectionis assignari possit clarius ex parte voluntatis & habitu caritatis quo diligit, Similiter delectatio, siue gaudium maius aut minus; de visionis excessu maior est difficultas, cui per sequentes responderur.

Prop.  
17.

Omnes cuncta illa videbunt quorum cognitio seruit beatitudini. Sed in modo videndi differat secundum magistrum in litera cap. 13. Cum eo tenet Thomas. 1. p. q. 12. ar. 6. ad. 3. vbi se magis explicat quam Magister dicendo, quod diuersitas non se tenet ex parte obiecti, quia idem obiectum omnibus presentabitur, neque ex parte specierum presentantiu obiectu, quas ipse negat: supra. p. 10. Sed erit diuersam facultatem intellectus non naturalis, sed gloriofam, videlicet habitum per lumen gloriæ. Ecce inter suos obortam contentione, nam. 3. p. q. 10. ar. 4. ad. 2. dixit quod gradus in Diuina visione magis attenduntur secundum ordinem gratiæ, quam secundum ordinem nature. Cum igitur concurrat natura intellectus cum lumine ad visionem, maior aut minor visio ex ambobus simul attendetur. Vbi fuerit excessus in altero tantum, & in alio paritas erit maior visio. V. g. Si detur homini æquale lumē cum angelo, quia potentia angeli est perfectior videbit angelus perfectius, clarius, & intensius. Probat: Intellectus actiue concurret ad visionem, supra. p. 8. Imò potentia videtur habitu & non est conuerso, & sic intellectus videtur lumine gloriæ, igitur cum pari lumine potentia perfectior producat visionem perfectiorem. Confir. quia in corporalibus visio aquilæ de eodem obiecto, & per æquale lumē est perfectior, & non nisi ex potentia visiva, igitur à simili erit proportionaliter in visione Diuina. Cū hac opinione transit Caiet. interpretans in eadem diuini Thomæ. 1. p. q. 12. ar. 6. & clarius. 3. p. q. 10. ar. 4. Accingunt se contra eum omnes Salmaticenses Thomistæ. Soto in. 4. hac. d. q. 3. ar. 3. alij in. 1. p. & 3. locis citatis. atq. 1. 2. q. 5. ar. 2. qui facit & ad hoc: negat hanc esse mentem Thomæ, sed quod solum attendatur penes lumē gloriæ, idem habentes æquale lumē æqualiter videbunt, quia talis actus est supernaturalis, & non naturalis. Vide de hoc supra.

Propterea

Propterea non est aspiciendum principium intrinsecum nature, sed extrinsecum gratuitum luminis: sicut argentum æqualiter ignitum æqualiter producat calorem, & igniet sicut ferrum, quia non ibi attenditur perfectio metalli, sed ignitio ab extrinseco. Itē dato opposito, si angelus & homo haberent æqualia merita non esset dandum æquale lumen angelo (quod quidem datur secundum merita & maiorem caritatem vel minorem, maius aut minus) quia videret magis quam homo, & sic vel angelus fraudaretur aliqua parte premij, vel premium non responderet meritis, & haberetur aliquis gradus gloriæ respondens nature. His argumentis pro vtraque parte digladiatur discipulus diuini Thomæ. Tenendo quod cum obiecto concurret species vt. p. 10. Pro. 18. dici posset quod etiam est differentia ex parte speciei perfectioris, sicut ex parte luminis.

Probabile credo, quod essentialis & quidditatiua ratio maioris vel minoris visionis se tenet ex parte obiecti beatifici, & non ex alijs. Nam cum potentia distinguantur per actus & actus per obiecta, distinguatque obiectum beatificum actum suæ visionis ab alijs visionibus, idemmet obiectum distinguit excellentiorem visionem suam à minus excellenti.

Credo etiā, quod distinctio perfectioris & maioris visionis provenit ex eo, quod vnus beatus plura videt quam alius ex ijs que formaliter, seu essentialiter sunt in Deo. Ad huius intellectum recurre ad breuiloq. 1. d. 8. de simplicitate Dei. p. 4. quomodo est aliqua non identitas seu distinctio formalis inter Diuina attributa, non obstante identitate essentiali seu reali, & ad breuilo. 2. d. 3. p. 8. quomodo Deus habet infinita, vel saltē plurima per que distinguitur ab alijs, & quod cognito aliquo illorum habetur cognitio distincta Dei non tamē comprehensua, posui infinita vel plurima sub disunctione. Cū tamē pater Vega infinitas diceret in Deo perfectiones sibi hanc conclusionem posui, quā & tetigi in breuilo. 1. d. 1. de frui. p. 10. in argumento primo pro Scotto, quod posset videri vna persona sine alia. Omnia hæc faciunt in conclusionem, quæ licet mihi non taceat si teneatur

teneatur à Scoto, at cōformis valdè est suis principijs, & citata modo opinioni lib. 1. d. 1. q. 2. contra art. 2. Henrici. Pro conclusione facio hanc rationē. Fidei quæ est in via succedit, & respondet visio in patria; sed licet omnes habeamus vnā & eandem fidē vnitatis & Trinitatis, nō omnes credimus eosdē articulos explicite, neq; hoc solum quoad modū explicationis ipsorū, sed neq; quoad eorū cōplexionē, & vnionem subiecti ad prædicatū: & ita plures veritates & articulos nouit vnus, q̄ alter, igitur à simili erit in patria; circa visionē, & sicut ex vna fide omnes dicimur Christiani nō obstante ignorātia multorum articulorū, ita ex vno obiecto beatifico erūt omnes beati, & habebūt singuli suū denariū Matth. 20. neq; erunt æquales vidētē vno plures perfectiores, q̄ videat alter. Si petas quod est essentialiter primū obiectum beatificū? Respondet Scotus loco citato litera. D. quod essentia Diuina: personæ habent rationem obiecti quasi secundarij, quod de alijs perfectionibus potiori dicemus ratione: Quod in visione essentiæ solius forer quietatio docet ibidem litera. F. igitur multo melius dicemus idem de visione essentiæ & personarum, atq; aliquorū attributorū seu perfectionum. Denique omnia quæ ibi dicit facient ad soluenda argumenta contra hanc.

Annotabis, quod non ponimus hanc differentiam ex eo quod Deus, vt obiectum voluntarium vult repræsentare has aut illas, ita quod à sola sua voluntate procedat: sed ponimus ex natura rei & infinita cognoscibilitate obiecti. Bene quidem ad hæc plura videnda faciet lumē gloriæ maius & minus, vel perfectior species secundum ponentes speciem, at vero solo auxilio Dei speciali posset fieri confortatio seu eleuatio potentiz ad sic differenter videndū. Perfectio potētiz habet se ex parte modi cognoscēdi quasi accidētaliter cōcurrens ad actū beatificū (nō dico potētiz, sed perfectionē potētiz,) quia est quod dā præhabitu ad visionē, & sic nō incōuenit q̄ perfectior potētia pfectiori modo cognoscat, neq; est propter hoc acceptio aliqua, sicut neque fuit in dādo naturam rebus.

Ad

Ad hanc iuuabit exēplum de creatura, quia vnus cognosceret de ea plura prædicata, alter pauciora, & duob' ipsam comprehendentibus perfectiori modo cōprehendet perfectioris potētiz. Vide supra in opinione Ocham. p. 12. & Scotum lib. 3. d. 14. q. 2. ante literam. Q. vbi distinguit de cognoscere extensiuè, quod se tenet ex parte obiectorum, & extēsiuè quod ponit ex parte potētiz. Perfectior si quidem potentia idem obiectum cognoscit intensius, quod totum extensiuè alia inferior cognosceret.

Cognitio, quam habent beati de creaturis in Deo, est eadē visio, & cognitio, & idē actus beatificus qui est circa Deum. Hęc est Alex. vt habes in breuiloq. 2. d. 3. p. 15. in sol. 1. Atq; docetur à Scoto plurics. lib. 1. d. 1. q. 2. litera D. quod lib. 15. sub litera. V. lib. 3. d. 14. q. 2. litera. M. eandem innuit in primo modo, quem & retulimus in breuiloq. 3. ca. d. p. 5. Probat, si esset distincta cognitio & visio, beatus immediate attingeret ipsam creaturam cognitam vt obiectum, aut mediante specie quam de ipsa haberet, sed hoc nō esset cognoscere in Verbo, sed in genere proprio, igitur est vnus & idem actus. Ocham in. 4. q. 13. ad finem soluendo. 3. rationem, vt runq; dicit posse sustineri videlicet, q̄ sit vnus actus terminatus ad essentiam & creaturas & beatificus: Vel q̄ sit vnus actus terminatus ad essentiam & beatificus, alter ad creaturas & non beatificus.

Ex hac infertur, q̄ actus videndi creaturas in verbo si terminetur ad creaturas nō facit vidētē esse beatū, imo neq; ex eo, q̄ actus videndi essentiam Diuinam terminatur ad creaturas tanq̄ ad obiecta secundaria, visio creaturarum facit ad beatitudinem essentialē, sed ad accidentalem. Hoc innuit Augu. lib. 5. confess. c. 4. Infelix homo qui scit illa omnia (videlicet creat) te autem nescit, beatus autem, qui te scit, etiam si illa nesciat. Qui vero te & illa nouit nō propter illa beator, sed propter te solū beatus. Ex quo fit q̄ si per impossibile Deus ab aliquo beato habente actum beatificum extensum ad plures creaturas absconderet easdē creaturas non esset minus beatus, q̄ ante: vnde dicit doctor subtilis loco supra citato in lib. 1. quod

Prop. 21.

Coroll.

Coroll.

quod sine contradictione posset Deus cooperari ad actum beatificum in quantum tendit in essentiam non cooperando in quantum tendit in creaturas ut in obiecta secundaria, quia ille actus non dependet ab illis obiectis secundariis, igitur est conformis suae doctrinae hoc corollarium, etiam ut actus beatificus tendit in creaturas. Dicit & praefatus doctor subtilis lib. 3. d. 14. q. 2. sub litera H. respondendo ad argumentum diui Thomae, quod potest stare cognitio causae non aucta, & cognosci possunt ex ea plures effectus, sicut possunt elici ab eodem principio aequè cognito plures conclusiones, sine hoc quod augeatur principij cognitio. Propter quod potest aliquis sanctus minor habere plures reuelationes in Verbo, puta si ad eum plures orationes dirigantur, quae ad alterum sanctum maiorem, ex quo etiam fit, quod exaudiendo Deus illas plures orationes faciat plura beneficia & miracula pro illo, quam pro alio sanctiori. Diuus Thomas. 3. p. q. 10. ar. 2. dicit duo, vnum quod, quanto aliquis perfectius videt Deum tanto plura videt in eo, in quo Scotus non contradicit, sed contradicit è conuerso, quod quanto plura videt tanto perfectius videat causam. Aliud, quod quilibet beatus cognoscit in verbo omnia quae ad ipsum beatum spectant. Exponit Caieta. quod quando primo fit beatus, vel formaliter videt quae ad ipsum spectant, vel causaliter, quia illa visio est causa, quod postea ei reuelentur quae ad ipsum spectabunt, puta si plures ad eum orationes dirigantur. Cõceditque esse impossibile, quod minus beatus quando primo fit beatus cognoscat plura singularia ad ipsum spectantia, quam ad magis beatorum. Huic vidi Salmanticæ contradicere etiam à Thomistis credentibus alicui fundatori religionis minus beato quam alter, spectare cognoscere in primo instanti suae beatitudinis plura singularia, ut negotia suae religionis de qua ibi curam aget. Sed ecce ex praedictis oritur dubium quomodo cohaereant haec, quod beatitudo essentialis non dependeat à cognitione creaturarum, & quod quiddam distinctio maioris vel minoris visionis se teneat ex ijs, quae sunt essentialiter in Deo: V. g. iustitia, quae est Diuinum attributum dicit respectum ad creaturas, cui

Dubium

similes

similes erunt multae aliae perfectiones praedicabiles de Deo, & si nunc pro hoc statu nobis ignotae, nam sapiens bonus, dicunt perfectiones intrinsecas ad se. Forsan hoc dubium soluetur.

Primo, quod reuelationes voluntariae de singularibus non pertinent ad beatitudinem essentialē, ut dictum est. Secundo, quod creaturae non pertinent ad intrinsecam quidditatem beatitudinis, neque ad maiorem vel minorem visionem, sed ipsa Diuina essentia, ut in se est, pertinet ad essentialē beatitudinem, & ipsamet cognita ut illi cõpetunt eiusmodi perfectiones de se praedicabiles adauget beatitudinem, non vero ut tales perfectiones praedicabiles transeunt, vel transire possunt super creaturas, eisdem ut proponit dubium forent multae similes.

Quilibet beatus plus gaudet de propria beatitudine, *Prop.* quam de beatitudine alterius. Hanc probat Scotus. d. sequenti in vltimis quaestionibus litera. H. quia gaudium provenit ex intensiori actu volendi bonum, sed bonum suum est cuique magis amabile quam bonum alterius, quia post Deum quilibet tenetur diligere se plusquam alium, unde quauis alteri velit plura bona extensiuè, sibi vult pauciora si habet actu intensiori. Quoniam verò ex tali actu sequitur gaudium quasi passio, ipsum gaudium seu delectatio non est de essentia beatitudinis, sed consequitur illam, quia beatitudo est operatio. Vide eundem Scotum hac d. q. 7. & lib. 1. d. 1. q. 3. Hoc est contra Ricardum hac d. ar. 3. q. 6. tenentem, quod pertinet gaudium ad essentiam beatitudinis. Contra quem est quod de potentia Dei absoluta posset conseruari visio sine gaudio, ut dicit idem Scotus litera. C. igitur non est vnum de essentia alterius. Probatur consequentia, quia quod est de essentia beatitudinis respicit Deum in ratione obiecti & non tantum in ratione causae efficientis, sed delectatio seu gaudium tantum respicit obiectum beatificum in ratione causae ipsius efficientis, igitur neutrum est de ratione alterius, & ideo poterunt per Dei potentiam separari. Diuus Thom. 1. 2. quaest. 4. ar. 1. dicit, quod non potest separari

non



non tamē explicat de potentia absoluta vel ordinaria & de lege. Aliqui sui concedunt Scotus, q̄ possit de potētia absoluta separari gaudiū à beatitudine, quia creditur probabile propria passionem posse separari à subiecto de potētia absoluta Dei, quod potest deduci ex principijs eiusdem Tho. 1. 2. q. 2. ar. 6. & 1. p. q. 77. ar. 1. ad. 5. ex quo deducunt & alij sui, q̄ omnis propria passio distinguitur à subiecto, alij nō id cōcedunt ipsam intellexisse de omni, sed de aliqua. Cum verò ipse locis modo citatis. 1. dicit q̄ delectatio non est essentia beatitudinis, sed cōsequens ad ipsam, sicut per se accidens, nō dubitat cōcedere Scoto separabilitatem ex diuina potentia. Annotabis verò quomodo Scotus distinguit volūtatem non solū in productiuam, & operatiuam, vt supra. p. 8. sed etiā in receptiuam, quod negandū ei non est, quia caritas quæ est accidens spirituale recipitur in volūtate. Sic ergo dicit citata. q. 7. litera. A. q̄ voluntas vt susceptiua perficitur delectatione & gaudio, quæ sunt quies in bono adeptæ, vt in breuiloq. 3. d. 33. p. 11. quies vero in plus est quàm delectatio, & gaudiū, quia & inanimata, vt lapis in cetro, quiescūt. Discipuli diuini Thomæ hoc nō admittunt, q̄ gaudiū seu delectatio, & dolor siue tristitia in appetitu intellectiui sint passiones, sed simplices actus voluntatis, quia dixit idem Tho. 1. p. q. 64. ar. 3. q̄ timor, dolor gaudiū, & huiusmodi secundū, q̄ sunt passiones non sunt in dæmonibus, sed secundū q̄ nominant simplices actus volūtatis. Et. 1. 2. q. 22. ar. 3. ad. 3. dicit q̄ amor & gaudiū & huiusmodi cum attribuuntur Deo vel angelis, aut hominibus secundum appetitum intellectiui significant simplicem actum volūtatis cū similitudine effectus absq; passione, ad idē est. q. 31. ar. 4. Scotus vero cōsiderans q̄ nec tristitia, neq; gaudium est immediatē in potestate voluntatis, sicut est velle & nolle in quæ habet immediatum dominiū, tenet q̄ tristitia propriē sumpta est passio voluntatis, & nō aliqua eius operatio, ita dixit lib. 3. d. 15. sub litera. D. ad medium, ideo non sunt simplices actus voluntatis gaudium & tristitia. Vide ad hoc supra. d. 44. p. 18.

Ricardus

Ricardus hac d. q. vltima. circa conclusionem tenet sub dubio tamē, quia dicit fortē, quoddam aliquis sanctus maior vt Petrus plus gaudet de bono alterius sancti minoris, & beati Lini, quàm ipse Linus, de proprio bono, & hoc propter maiorem virtutem gaudendi, quod dubitatione nō caret, quia illi ceteri maior sit conatus Petri ad diligendū Deum, non tamen videtur quin conatus Lini ad se sit in te hoc, quàm Petri post Deum ad Linum.

Omnes homines appetitu naturalis appetunt beatitudinem necessario, & in summo, licet quæ sit ignorent: Appetitu libero, non amant illam necessario, etiam cognita in speciali. Quis sit appetitus rationalis, vt natura seu naturalis, quis liber. Vide in breuiloq. 3. d. 17. p. 1. quoniam ipsa voluntas vt inclinatur naturaliter ad bonum, sicut quælibet natura ad suā perfectionem, vocatur appetitus naturalis. Appetitus liber est respectu ad actū quē elicit. Probatur modò prima pars: quia nō potest esse natura sine inclinatione ad suā propriam perfectionem, igitur necessario appetunt. Vnde dicitur in litera, à Magistro. c. 3. in fine. Beatos esse velle omnium hominum est, beatos se esse velle omnes in corde suo vident, neque tamen omnium est fides, qua ad beatitudinem peruenitur. Boetius lib. 3. de consolari. prosa. 2. Omnis mortalium cura, quam multiplicium studiorum labor exercet diuerso quidem calle procedit, sed ad vnum tamen beatitudinis finem nititur peruenire. Est enim mentibus hominum veri boni naturaliter inserta cupiditas, sed ad falsa deuius error abducit. Exemplificat pro errore deponentibus beatitudinem indiuitijs & honoribus. Ecce quomodo in communi, & vniuersali omnes appetunt. Quoddam appetant summè probatur, quia summa inclinatio naturæ est ad summā perfectionem. Vnde si omnes homines natura scire desiderant 1. Metaph. ergò summam scientiam maximè desiderant, in proposito voluntas agit vt natura, agentia vero naturalia agunt de necessitate naturæ, quantum nata sunt agere. De appetitu libero vide supra. p. 14. quæ est ad hoc. Ad concl. vide Scotum. q. 9. & Tho. 1. 2. q. 5. ar. 8. Erit igitur

q

ex

ex prædictis opinio Scoti, q̄ desiderat q̄ in particulari si-  
berè libertate cōtradictionis (id est secundū Thomā libere-  
tate quoad exercitiū) non tamen libertate contrarietatis  
(id est quo ad specificationē actus iuxta eundē Thomā) De  
claro, quod cognita beatitudo in particulari non potest q̄  
odiri, potest tamen nō amari, ita, quod si (vt dicit ad S. Scō-  
tus, q. 9. lite. E.) volūtas eliciat aliquē actū circa beatitudi-  
nem accessario sit actus volendi, nō vero necessitatur,  
aut determinatur absolute ad illum eliciendum: simila-  
ter respectu miserix debet esse actus non volendi, id est  
odiendi, nō tamen necessitatur, quia potest se habere ex  
radicatione, neque odiendo, neque volēdo. Addit etiam  
Scotus ibi ante litteram. E. quod nullus habitus adquisi-  
tus inclināt tātū voluntatē quantū eā inclināt naturalis  
appetitus, idē vt in pluribus appetitus liber suo actus  
elicitus, qui & appetitus, sequitur inclinationē naturalem  
multo magis, quā quis sequatur inclinationē habitus,  
ideo quātuncunq; iustus quocunq; habitu virtutis prædic-  
tus semper timet mortem, & est sibi materia multæ patien-  
tiæ, quia contra naturalem inclinationem.

Nota.

Prop.  
24.

De alijs quæ homo appetit si appetat omnia ppter bea-  
titudinem, dico iuxta mentē Scoti, primò, quod appeti-  
tu naturali omnia appetit propter beatitudinem, quoniā  
appetitus naturalis ad quæcunq; est in ordine ad perfe-  
ctionem ipsius appetentis propter quā datus fuit appeti-  
tus animalib⁹ & rebus omnibus. Propter hoc dixit Augu-  
stinus. 13. de Trinitate. c. 15. Verū est quod omnes homines  
esse beati velint, idq; vnū ardentissimo amore appetunt,  
& propter hoc cætera quæcūq; appetunt (scilicet appeti-  
tu naturali & recto) sic ipsum interpretatur Scot. q. 10. li-  
tera. O. Secundò, appetitu deliberatiuo non vult omnia  
actualiter propter beatitudinē, quia potest se habere ne-  
gatiuè intelligendo aliquid & amando, quādo non vult  
ipsum propter beatitudinē, quia vult ipsum nō vt referi-  
bile, & sic vult illud propter se nō referendū in a' iudicē  
gatiuè, neq; cōstituendo in ipso vltimū finē. Hoc experi-  
mur omnes in multis, quia cognoscentes aliquid sub ra-  
tione

tionē boni particularis in se, illud volumus priusquā  
de beatitudine cogitemus: sufficit quippe q̄ præsentetur  
volūtatē vt bonū verū, quod ad illud ipsa moueatur, cū ha-  
beat bonū pro obiecto. Na quod aliqui affirmant, videli-  
cet amorē vltimi finis semper præcedere tempore vel na-  
tura actum elicitum circa alia bona particularia: actuali-  
ter non videtur verum. In multis communiter ita vide-  
mus, quod quando aliquis operatur prius cogitauerit de  
fine, q̄ de opere quod facit, vt mercator nauigans, prius  
cogitauit de lucro, quā de nauigatione. Tertio dicit  
idem Scotus, quod potest aliquid appetere contrariè ad  
vltimum finem, quia videlicet non est referibile in vlti-  
mum finem, cuiusmodi sunt peccata, quæ cognita vt im-  
possibilia ad referendū in vltimum finem amantur à mul-  
tis. Cum dixit August. lib. 19. de ciuita. cap. 1. Illud est fi-  
nis boni nostri propter quod appetēda sunt cætera, ipsum  
autem propter se ipsum potest intelligi, appetēda, id est  
digna, quæ appetantur actu, non tamen dicit omnia esse  
actu appetita propter vltimum finem. Diuus Thomas cū  
discipulis. 1. 2. quæst. 1. ar. 6. concedit, quod actu omnia  
sint appetita propter vltimum finem, id est propter beati-  
tudinē, distinguuntque de vltimo fine formaliter, qui  
nihil aliud est quā bonum perfectum cuiusque non de-  
terminando hoc bonum vel illud, & materialiter, vt est  
illud in quo est & inuenitur formalis ratio boni perfecti  
cuiusmodi est Deus. Dicunt igitur, quod omnia appetun-  
tur propter finem vltimum formaliter, & in generali. Ra-  
tio est, quia quidquid homo appetit, vult sub ratione bo-  
ni, quod licet non sit perfectum est tamen inchoatio bo-  
ni perfecti & vltimi, sed inchoatio ordinatur ad consum-  
mationem, igitur ibi includitur intentio vltimi finis.  
Neque minus id affirmant de fine materialiter, ad eò  
quod omnia appetita appetuntur propter Deum, qui est  
finis particularis. Hoc secundum dixit Thomas in. 4. hac  
distinct. quæst. 3. quæstiuncula. 4. qui & ad secundum ar-  
gu. dixit quod omnes qui peccata appetunt, (quāuis per  
ipsa non perueniant ad beatitudinem, & isto modo, vt

Ad hoc  
facit su-  
pra. dist.  
16. p. 85.  
sol. 2.  
arg.

perueniatur per ea ad finē, non sint appetita propter beatitudinem) tamen ex hoc quod habent aliquam similitudinem beatitudinis tendunt per ea ad beatitudinem & ad Dei imitationem. Ad hoc est considerandum in peccatis aliquod bonū vtile, vel delectabile, & ipsum opus vtiens; & de hoc intelligūt: ceterum de malitia moris & de intentione peccantis illa non appetuntur, neque sunt appetibilia propter beatitudinem. Erit igitur secundum hoc in quolibet opere, siue actu elicitō & imperato, intentio vltimi finis actualis sitte explicita, aut virtualis & implicita. Nescio autem vnde se conquerantur discipuli diui Thomae impugnatos à Scoto, qui nudam suam opinionem in hac parte posuit nulla facta mentione de mente aut opinione aliena, neque intellectus vt loquitur de volitione seu appetitione actuali, quid contra Thomam moliebatut.

Prop.  
25.

Beatitudo essentialis iustorum non erit maior post resurrectionem assumpto corpore, quam sit modo, quia neque ex parte obiecti beatifici ipsum magis videbunt ad sensum conclusionis. 20. supra, neque ipsum plus diligēt, neque ex maiori habitu operabuntur intellectus, & voluntas. Hanc tenet Bona. hac. d. num. 29. Ricardus. ar. 2. q. 7. concedit, quod anima nō habebit maiorem habitum gloriæ, nihilominus tamen ex parte ipsius animæ beatitudo erit maior intensiue quoniam augebitur perfectio naturalis animæ. Scotus mihi videtur esse pro cōclusionē. Respectu voluntatis ipse tenet. d. sequenti, quod in æqualitas gloriæ beatorum se tenet ex parte habitus caritatis, aded quod etiam si sit perfectior voluntas, illa cum æquali habitu non plus conabitur ad actū, quam altera minus perfecta cum eodem habitu. Vide ibi. q. 5. litera. F. Ex parte intellectus. distin. 45. quæst. 1. sub litera. F. non inuenit differentiam, quantum ad perfectissimam operationem ipsius, in esse separatū aut coniunctum, licet bene aliqualem ex parte phantasmatis præcedentis speciem, quia tale phantasma intēdit speciem intelligibilem. Vnde si beati post resurrectionem cognoscent sine phantasmatibus certum

Certum est, quod secundum Scotum nulla erit maior perfectio si videant intellectu separato vel coniuncto: si vran tur etiam phantasmate erit aliqualis perfectio, sed non respectu obiecti beatifici, sed respectu aliarum rerum in proprio genere.

Probatut modo cōclusio, quia illā maiorem beatitudinem quā ponit Ricardus vel meruit homo dū viueret, & sic debuit retribui intellectui separato: aut nō meruit & sic nunq̄ est illi reddenda. Secundō, vt arguit ipse Ricardus, anima Christi non fuit beator post resurrectionem quā in triduo separata, igitur neque alij sancti erūt beatores post resurrectionem. Antecedens patet, quia dato opposito ratio foret quam dar ipse Ricardus, quia habet anima coniuncta perfectiorem modum essendi: separata, virtus eius est dispersa ad amorē corporis quo caret. Ita dicit soluendo prima argumēta vtriusque opinionis. Sed tunc est replica in arg. sancti Bona. quia si appetitus administrandi & formādi corpus distrahit, multo magis distrahet ipsa informatio, & administratio corporis. Itē quauis ex anima & corpore resulet compositum perfectius qualibet sua parte, anima verō à corpore nō recipit perfectionem essentialē sui, in ratione qua ipsa est. Vide Scotum supra. d. 45. q. 2. litera. F. Et quodlib. 9. litera K. & M. Antecedens bene conceditur à Ricardo, sed consequentia probatur, quia licet beatitudo animæ Christi excedat aliarum animarū beatitudinē, modus tamen beatitudinis per operationē circa obiectum beatificum idē est, & eiusdem rationis. Neque valet solutio Ricardi dicentis, quod nō est simile, quia anima Christi erat vnita Verbo, & in eo habebat actualem existentiam, idē tam erat vnita separata, q̄ coniuncta, hoc non valet inquam, quia de esse existētiæ sunt opinionēs vide lib. 3. d. 7. p. 4. Tūm etiā, quia esse vnitā Verbo etiā secundū esse existētiæ est respectu actus primi, vniri beatificē est quoad operationem & actū secundū, quæ lōgē distant, vt in breuilo. 3. d. 2. p. 6. Igitur de operatione animæ Christi & beatorū circa obiectum beatificum æquē est philosophandum.

Solutio  
Ricard.

Replica

*Argum. Ricar.* Ad argumentū Ricardī, quod quanto res habet perfectio-  
rem modū essendi tanto perfectius operatur, quia opera-  
tio sequitur esse, & modū essendi, sed anima coniūcta ha-  
bet perfectiorē modum essendi, quia cū sit pars hominis  
*Solutio* habet modū perfectiorem in toto propter quod est, q̄ in  
se sola, igitur & perfectiorem operationem. Iam est respō-  
sum, quia animæ, per hoc quod non cōmunicet corpori suā  
perfectiōē, nihil sibi deperit de suo esse. Perfectio quæ  
adquiritur ex coniūctione ad corpus est totius cōpositi,  
& sic illa operatio quæ ante erat solius animæ postea di-  
cetur & denominabitur à perfectiori agente p̄ta ab ho-  
mine, & sic erit perfectior vltimata denominatione. Vel  
distinguat̄ aliō modo: est perfectior nō essentialiter &  
primariē, sed participatiuē, & quasi secundariē, quia an-  
tea suū esse erat ab anima sola, postea participat suū esse à  
toto cōposito, à quo dependet operatio ipsa. Etiā si gratis  
concederetur Ricardo, quod simpliciter operatio totius es-  
set perfectior, q̄ animæ, esset intelligendo de operatione  
naturalī, quæ cōsequit̄ ex causis naturalibus, nō tamē de  
beatifica, quæ est cōsequēda sup̄ naturaliter. vt sup. p. 11.

*2. Arg. Ricar.* Anima naturaliter appetit vniri corpori, igitur cōple-  
to appetitu sit perfectior vel secundū modū essendi, vel  
secundū virtutē. Probat̄ consequentia, quia cum talis  
appetitus sit rectus, nō est frustrā, igitur propter aliquod  
bonū ipsius animæ. Ad hęc arg. vide sup. d. 43. p. 7. in sol.

*Solutio* arg. Cōcesso vero, quod sit in ea talis appetitus naturalis, cū  
ille nō sit liber vt. p. 23. talis appetitus nō est propter per-  
fectiōem animæ, vel corporis, sed propter perfectiōē  
totius, idē non est frustra, vt ait Scotus citata. d. 45. Da-  
to etiā quod appetant appetitu libero, talis actus elicited se-  
quitur cognitionē quam habēt in Verbo reuelante ipsis  
suam resurrectionē, & amant sua corpora ex amore ipsius  
Dei, ex quo Dei amore procedit earū amor ad quæcunq;  
amant, ideo neq; est alius ab eo, neq; retardat aut distra-  
hit ab amore & cognitione ipsius Dei, cuius cognitio &  
creaturarū est eadē. sup. p. 21. Diuus Tho. hac. d. q. 1. Siue  
vt in alijs. q. 4. habetur in addit. 3. p. quæst. 93. ar. 1. tenuit  
cum

cum Ricard. In. 1. 2. quæst. 4. ar. 5. ad. 5. est cum sancto. Bo-  
nauent.

Beatitudo sanctorum resumpto corpore erit maior ex *Pro. 26*  
tensiuē. Pater, quia erunt beati non solum in anima, sed  
etiam in corpore. Hanc tenent citatus Bona. & Ricar. at-  
que Tho. in hac. d. Per has duas cōclusiones à simili, siue  
à contrario philosophaberis de pœnis damnatorum, atq;  
de dolore in corpore.

De gloria accidentali animæ, atque cor-  
poris.



*Prop.* Ultra gloriam essentialē datur aliqui-  
bus sanctis aliud præminū accidentale, 27. quod non est de essentia beatitudinis  
votarum aureola, & est gaudium de o-  
peribus, quæ habent rationem victoriæ  
excellētis, per quod apparebit in cor-  
pore quidam decor prædictum gaudiū  
declarans exterius. Ita Ricar. hac. d. ar. 5. q. 3. Nota, quod  
beatitudo, siue præmiū substantiale vocatur aurea co-  
rona metaphoricē quia corona victoribus datur. 2. Ti-  
moth. 4. reposita est mihi corona. Iob. 7. militia est vita  
hominis super terram. Secundò, quia corona est signum  
regiū Apocalyp. 5. Fecisti nos Deo nostro regnum. Voca-  
tur aurea, quia sicut aurū præstat omnibus metallis, ita &  
hæc omnibus præmijs. Præmiū accidentale de quo lo-  
quimur, vocatur aureola diminutiue: Est veto præmiū  
accidentale superius ad aureolam, sicut animal ad homi-  
nem. Sumuntur hæc vocabula ex cap. 25. Exod. vbi dictū  
fuit Moyse, quod faceret labium aureum per circuitum  
mensæ, & ipsi labio coronam interrasilem altam quatuor  
digitis, & super illam alteram coronam aureolam.

Opera præcellentia propter quæ datur sunt tria. Mar *Prop.*  
tyrium, Virginitas, Doctrina seu prædicatio, In signum 28.

horum, ut notat. S. Bona. in. 4. p. centiloquij. sectione prima, in aliquibus ecclesijs adiungebantur quidam versiculi antiphonis. B. Virginis, sancti Pauli doctoris gentium, & sancti Laurentij. Causæ iustæ martyrij assignantur multæ, quæ reducuntur ad Deum, & ad eius legis observationem, quia cum in omnibus operibus bonis legi Dei conformibus Deum confiteamur, & ei testimonium reddamus dicente Paulo. ad Titum. 1. Fatentur se nosse Deum factis autem negant, qui occiditur, quia non vult fornicari aut furari, ut obseruet legem Dei martyr est. Miles qui in bello occiditur si belligerantur propter: si-

*Vide*  
**Tho. 2.** nem politicum dilatandi regum suorum ditionem aut vindicandi ipsorum iniurias non sunt martyres, quia de dicto tendunt ad effundendum aliorum sanguinem si sine fide Catholicam defendendi, animus est eis paratus patiēter & alacriter ferre mortem esse martyres possent.  
**2. q. 124**  
**ar. 5. ad**  
**3. q. 1**  
**188. ar.**  
**6. ad. 2.** Qui occiduntur ab infidelibus solum quia Christiani, & in Christi odium martyres sunt, quia occiduntur propter testimonium quod in se habent de Christo Apocalyp. 6. Vidi animas interfectorum propter verbum Dei (ideest prædicationem euangelij) & propter testimonium quod habebant.

**D. 30.** De viginitate quid sit supra. Fit inhabilis virgo ad aureolam, si moriatur habens animum nubendi, si voluntarie polluat̄ur etiam si claustrum ei non aperiatur, si animo venereo claustrum rumpatur etiam sine seminis effusione: non autem si corrumpatur inuita, & inuita polluat̄ur, quod fieri potest. Quidam dixerunt, quod quomodoque violetur ei claustrum carebit aureola: contra eos tenet Bona. in hoc. 4. d. 33. nu. 38. vide in eadem. d. in litera Magistri cap. vlti. tres auctoritates, duas Ambrosij, vnam Iſidori, quod non potest corpus corrumpi, nisi prius fuerit anima corrupta. Si corpus maserit incorruptum, potest corruptio solius mentis habendo animum nubendi, aut fornicandi commutato recuperari, haberique aureola. Ad aureolam doctorum requiritur professio docendi legem Dei non alias facultates & scientias. Non datur propter solum statum

tum prælationis, sicut aliqui dicere voluerunt, imo eam prælati qui non docuerint non habebunt. Doctrina fit voce aut scripto, & cum aureolæ dentur propter actus & non propter habitus, non sat est ad illam esse peritissimum theologum vel magnum prælatum. Non etiam dabitur pro vna aut altera concione, vel lectione, nisi fortè ex ea sola fieret notabilis conuersio animarum, sicut ad vnam prædicationem Petri Act. 2. Perinde opinarer de multis prædicatoribus parum scientiæ habentibus solumque aliorum scripta memoriæ mandata recitantibus, licet multis annis prædicent. Sicut in ecclesia militanti non sufficit qualiscunque scientia ad doctoratum, neque qualescunque exercitium in ea, sic videtur ad præmium aureolæ. Requiritur igitur scientia sufficiens ad expugnandum diemonem in animabus proximorum, & actus seu professio illius scientiæ. Quidam quos refert Bonauent. citata dist. 33. dixerunt esse necessarium ad aureolam, quod aliquem conuerterint, quod fortè non est ita: nam ut dixit Ouidius.

*Non minor est uirtus quæ querere, partem tueri.*

Inter has de ratione sua præcellit aureola martyrum, sed quia in aureolis sunt gradus, posset alicuius doctoris aureola excedere etiam alicuius martyris.

Est aliud præmiū accidentale, quod vocat̄ fructus Matth. 13. tricesimus, sexagesimus, & centesimus. Hoc datur ut dicit Bona. d. 33. citata. nu. 36. ratione status sicut in parabola euangelica fructus maior attenditur secundum terræ nobilitatem. Quoniam in continentia clarius considerantur diuersi status, conjugalis ad tricesimum, vidualis ad sexagesimum, virginalis ad centesimum, idcirco distinguuntur secundum continentiam, non quin & alijs possit adaptari, si est in eis diuersos status assignare. Ita Bona. loco citato. Vide in breuior. 3. d. 33. p. 29. de gradibus virtutum iuxta quos poterunt assignari & fructus, unus cuilibet gradui & statui. Ponderabis etiam quomodo Christus contra tres partes seminis, quæ perierunt opposuit in parte fructificante, sicut & nos tres gradus virtutum tribus gradibus vitiarum. Constat si totum semen fructificasset ad tri-

*Ouidius*

*Pro. 29*

cesimum non tantum profecisset, sicut quarta pars in tribus fructibus egit.

**Pro. 30.** Assignantur à doctoribus quedam dotes in beatis, & hoc tam respectu animæ, quam corporis. Vocantur dotes secundum iuris acceptionem, quia dotes dantur sponsis, ut possit maritus onera matrimonij sustinere. Quandoque ipse maritus dotat propriam sponsam iuxta id Exodi. 22. Si seduxerit quis virginem necdum desponsatam dormieritque cum ea, dotabit eam & habebit uxorem. In dotibus secundum iura proprietas manet penes sponsam, usus verò datur sponso. Iuxta hanc metaphoram sic potest describi. Dos est perpetuus ornatus animæ & corporis ratione spiritualis matrimonij cum Christo sufficiens æternæ vitæ, cum qua & semper durabit. Ita Tho. in addit. 3. p. q. 95. ar. 1. Bona. hac dist. nu. 22. dicit, sunt diuitiæ animæ desponsatæ.

**Pro. 31.** Dotes animæ assignantur tres: de quibus quæ sint est controuersia inter doctores. Sumendo sufficientiam à tribus virtutibus theologis in hac vita, fidei respondebit visio, spei tertiò, caritati quia manet fruitio. Alij ponunt quæ sint visio, dilectio & fruitio. Alij quæ visio, comprehensio & fruitio. Alij visio dilectio & comprehensio. Vide Bona. hac. d. nu. 22. Ricard. ar. 3. q. 7. & 8. dicit, quæ sunt visio, fruitio, & securitas de perpetuatione visionis & fruitioins.

**Prop. 2.** Hæ animæ dotes sunt habitus siue qualitates distinctæ à beatitudine realiter. Hanc tenet Ricard. citata. q. 7. in eandem est Tho. habetur in additio. q. 95. ar. 2. contra quosdam qui dixerunt esse idem realiter cū beatitudine, differre solū ratione. Probat, quia beatitudo consistit in operatione & est vna, dotes dicuntur habitus vel dispositiones, quæ ordinantur ab beatitudine, & sunt plures. Itē, dos datur siue meritis beatitudo non datur, sed redditur pro meritis. Tertiò, dotes in matrimonio carnali non sunt operationes faciendi sumptus ad matrimonium, sed facultas ad illos sumptus, igitur à simili in matrimonio spirituali sunt facultates ad operationes beatitudinis. Iuxta hec dicit Ricard. à quo neque abest Thom. citatus ad 3. quòd

3. quòd visio non est operatio videndi, sed facultas qua operatio videndi elicitur, putà habitus luminosus quo intellectus eleuatur, iuxta dicta superius erit lumen gloriæ. Dos fruitioins dicit Ricard. est habitus caritatis, & tenendo cum ijs qui ponunt dilectionem esse dotem, talis habitus est dos, dilectio est ipsa operatio. Secūdum Tho. qui. 1. 2. q. 4. ar. 3. ponit esse tres dotes visionem, comprehensionem, quæ importat presentiam finis: delectationem, vel fruitioins, quæ importat quietationem in amato: dos fruitioins erit delectatio siue gaudium, quia sic ipse & sui capiunt fruitioins, ut in breuiloq. 1. dist. 1. de frui. p. 3. & sic neque erit visio, neque dilectio Dei, sed ipsa quasi passio consequens. Ex hoc potest argui ad hominē contra Tho. Tu dicis quod dotes non sunt operationes, sed habitus vel qualitates: tu idē dicis, ut dicunt interpretes, quod in spiritibus delectatio & gaudiū, est simplex actus voluntatis, ut sup. p. 22. igitur vel tibi contradicis: vel iustinedo, quod sunt qualitates, producuntur à spiritu saltem humano, vel producuntur ab obiecto non solum in ratione causa effectiua sicut efficit alia, sed in ratione obiecti concurrentis cū potētia, & sic future sunt passionēs spirituales, & super naturales etiā, ut eas videtur vocare Scotus. q. 7. huius. d. & tūc fauebitur idē Scotus citatus. d. 4. 4. p. 18. quod forma absoluta obiecti est ratio causandi gaudiū & tristitiā. Forsan huic respondendū ut respondet Soto hac. d. q. 4. ar. 3. prophetans cogitationes diui Thomæ quod cogitabat Thomas iam quādo hanc conclusionē Ricardi poluit de summa, & transibat cum opinione cōmuni exactius examen ad illā referuando, in qua si ad hanc quæst. peruenisset tenuisset beatitudinem non distingui realiter à dotibus, sed ratione. At vero cum non reuocauerit hanc & similes, habeantur cū eius testamēto, & ab executoribus executioni mandentur, quia pro suis eas habemus, neque scimus vnde eū hec scriberet cogitabat de summa, quæ postea potuit in mentem venire. Dos securitatis est distincta ab alijs, secundum Ricard. & habitus quo volūtas est secura perfectē de perpetuatione tertiōins Vide de securitate

Dos fruitioins.

Arg.

Solutio

Dos securitatis.

*Dos cō-* securitate supra. p. 13. in sol. arg. *Dos cōprehensionis,* quia  
*prehen-* importat presentiam finis, ut supra Tho. & in breuioloq.  
*sonis.* 3. d. 14. p. 2. est comprehendere clarè videre, erit tentio &  
consequutio. Hanc Ricardus negat esse dotem, quia intel-  
lectus tenet Deum clarè videndo, sub ratione summi  
verì, voluntas sub ratione summi boni, & tenere non est  
nisi possidere. Sed ecce altereationem cuius potentie  
sit tentio, intellectus an voluntatis? Ricard. videtur sen-  
tire, q̄ ambarum. Tho. 1. 2. q. 4. ar. 3. ad. 2. videtur dicere q̄  
voluntatis, quia sicut ad voluntatem pertinet spes, ita ad  
ipsam pertinebit tentio succedens loco spei. Ad. 3. vero di-  
cit, q̄ comprehensio non est aliqua operatio præter visio-  
nem, sed quædam habitudo ad finem habitum, igitur per-  
tinet ad voluntatem. Potest dici, q̄ cum sit habitudo ad fi-  
nem presentem, ipsa addit supra visionem, & quia dilectum si-  
ue amatum debet esse præcognitum, intellectus quando  
videt tenet illum presentem, & facit presentem etiam  
voluntati, & sic pertinet ad vtrumque, ad intellectum ut  
tenentem per visionem, ad voluntatem ut tenentem præ-  
sentatum ab intellectu.

*Prop.* Christo & angelis, quanuis cōueniant res quæ sunt do-  
*33.* tes, nõ tamen sub ratione & metaphora dotium, quia cū  
dotes à sponsis dentur Christus est filius patris, & nõ spõ-  
sa, quia Deus & homo non sunt duæ personæ, sed vna.  
Angeli etiam nõh sunt sponsa, quia sicut inter sponsum  
& sponsam requiritur personarum distinctio, ita & simi-  
litudo in natura, sed Christus ecclesie sponsus est homo,  
quod non sunt angeli.

*Pro. 34* Respectu corporis ponuntur quatuor dotes. Videlicet,  
impasibilitas, claritas, subtilitas, agilitas, de quibus est  
autoritas Pauli. 1. Corin. 15. Seminatur in corruptione sur-  
get in incorruptione (ecce impasibilitas) seminatur in  
ignobilitate surget in gloria (ecce claritas) seminatur in  
infirmitate surget in virtute (ecce subtilitas qua p̄t pe-  
netrare) seminatur animale surget spirituale (ecce agilitas)  
Summum harum sufficiencia à quibusdã respectu virtutum car-  
dinalium, sicut Sapi. 3. Fulgebunt iusti, & tãquam scintilla  
in arun-

In arundinetis discurrent. Iustitiæ quæ est virtus perpe-  
tua & immortalis respondet impasibilitas signata in igne  
Fulgor, in quo signata est claritas, prudentiæ, Agilitas,  
quæ signatur in discursu, fortitudini: Subtilitas, signata  
in scintillis, temperantiæ, quæ corpus attenuat. Alij ali-  
ter sumunt sufficiencia referendo ad quatuor genera  
causarum. Vide in Bona. num. 37. De qualibet hanc do-  
tium possunt fieri multæ quæstiones, vide in alijs, præci-  
pue in Scoto hac. d. Dico tamen breuiter ad quilibet.

Impasibilitas secundum Scotum non provenit ab aliquo  
intrinsicò, sed à Divina voluntate nõ coagete cū causa se-  
cunda corruptente, seu corruptiva. Si cõtra hoc arguas, igi-  
tur nõ est dos, quia nõ est aliquid intrinsicum animæ,  
sive corpori, propter animam, quia cū totus homo me-  
ruerit, secundum animam per actus elicitos, secundum cor-  
pus per actus imperatos, totus debet præmiari dotibus,  
& sicut anima per qualitates intrinsecas, ita & corpus.

Respondet Scotus. q. 13. litera. E. quod sicut dotatus ha-  
ber ius in illo quod ei est assignatum pro dote, sic beatus  
ex meritis habet ius ut ei hæc Divina custodia impenda-  
tur, quod ius est dos in corpore beati. Ricardus. ar. 4. q.  
2. dicit, quod est habitus de prima specie qualitatis ex re-  
dundantia beatitudinis animæ causatus prohibens cor-  
pus ab omni passione perfectioni suæ contraria.

Ex hac inferes, quomodo impasibilitas, respectu pas-  
sibilitatis cuius est privatio, erit æqualis in omnibus, re-  
spectu qualitatis posita à Ricardo, habitus ille erit inæ-  
qualis iuxta beatitudinem animæ: Secundum Scotum,  
etiam illud ius erit inæquale iuxta inæqualitatem meri-  
torum. De impasibilitate futura dubitavit nullus Catho-  
licorum dempto Origene qui dixit corpora post resurre-  
ctione futura iterum mortalia, qui ex citata Pauli auctori-  
tate convincitur. Tum etiam, quia non remaneret de-  
structa mors, ut docet idem Paulus ibidem, quod novissi-  
ma destructur.

Claritas est quædam refugentia addens super lucem  
& calorem manifestationem sui, quomodo dicitur clara  
lux

*Impas-*  
*sibilitas.*  
*Argum.*

*Solutio.*

*Coroll.*

*Claritas.*



lux, clara veritas, id est manifesta: quid si lux habes in breui loq. 2. d. 14. Cum igitur corpora beatorum futura sint colorata colore pulcro secundum suas complexiones, color ille, & corpora manifestabunt se, & est probabilius, quod per qualitatem refulgentiæ, & claritatis superaddita. Ita Bona. hac. d. nu. 61. & Scotus. q. 15. Ricard. citato ar. 4. q. 6. dicit, quia claritas corporis causabitur a claritate beatitudinis animæ, non vero per sui multiplicationem, (ut aliqui dicere voluerunt, quod claritas animæ multiplicabitur ad corpus & ratione corporis suscipietis fiet corporalis, quia recipietur secundum modum recipientis) sed causabitur, quia per virtutem beatitudinis animæ educetur de potentia corporis, tanquam per virtutem supernaturalis agentis. Alii, quos refert, dicunt quod erit immediate a Deo per creationem. Propter autoritatem Greg. 18. Moral. c. 30. super illa verba, Non adæquabitur ei aurum, vel vitrum, dicentis, quod in illa civitate, vniuscuiusque mentem ab alterius oculis inebrotum corpulentia non abscondet, sed patebit animus, patebit corporalibus oculis ipsa etiam corporis armonia, tenet Tho. in. 4. d. 44. refertur in addit. q. 85. ar. 1. quod illa corpora beatorum erunt peruia sicut vitrum, aut crystallus, contradicunt Bona. citato nu. 61. Scotus citata. q. 15. ad. 1. Ricard. respondendo ad argumenta. Ratio est quia ipsa corpora erunt colorata, susceptiuum coloris est densum, dicente Arist. de sensu & sensibili cap. 3. Color est extremitas perspicui in corpore determinato: susceptiuum lucis est opacum & densum, susceptiuum luminis peruium, ut igitur corpora beatorum videantur, rationabilius est, quod sint colorata & lucida, ut visum terminent, quam quod sint colorata & luminosa. Beatus Gregorius comparans corpora beatorum auro & vitro non dixit, quod ipsa erunt peruia, quod per ipsa alia videantur, sicut per vitrum. Aliter eam interpretatur Scotus ex acutie oculi alterius beati, qui per

*Dubium* poros beatorum corporum videbit sicut lynx perparietem. *Vide supra* Quomodo possit corpus beati videri ab vno & non ab pra. d. alio quando apparet, ut patet in Christo appaerente discipulis. Tho. citata. q. 85. ar. 2. ad. 1. tenet quod claritas corporis gloriæ

ris gloriæ non est subiecta sua voluntati, & ita per eius imperium videbitur a quibus voluerit, & abscondetur a quo non luerit videri, quantum de ratione suavitatis eiusdem speciei cum claritate alia, & ideo obiectum proportionatum oculo non gloriæ. Ricardus in hoc secundo contradicit citato ar. 4. q. 8. ad. 1. alterius partis, & tenet quod est alterius speciei a his elementariis in alio dicitur quod subditur eius voluntati consentit Thomæ, soluendo 3. primæ partis, quæ fuit opinio præposita. Contra eos tenet doctor subtilis, dicens, quod actio naturalis non subest imperio voluntatis, nisi ut potest dimouere seu separare agens a passio vel e contra, quod quidem non est impedire per actum solum voluntatis, & ideo non est in potestate beati approximari oculo beato, vel alteri non beato, sed tamen proportionato ad videndum, occultare se ab eo, quatenus est ex parte sua, quin immoretur illum. Cum hoc fiat quod Deus ex voluntate & potentia sua possit coagere, aut non coagere oculo ad visionem iuxta voluntatem beati, & sic occultabit se non immediate a voluntate sua, sed quia Deus ad eius voluntatem cessat coagere visui alterius.

Circa hanc dotem & priorem fuit error Eutyces Archiepiscopi Constantinopolitani diæcesis post resurrectionem corpora futura inuisibilia & impalpabilia. Contra quem est id Lucæ. 24. palpare & videre. Et ibi, Gausi sunt discipuli viso Domino. Vide Gregorium contra eum lib. 14. Moral. cap. 31. vide & in breui lo. 3. d. 22. p. 5.

Nomen subtilitatis est assumptum a virtute penetrandi. Unde dicit Aristoteles de anima. cap. 2. siue tex. comm. 10. quod tenue siue subtile est repletiuum paruarum partium, totum enim totum tangit. Triplex de causa res aliqua est penetratiua, ut ait Scotus. q. 16. litera. D. ante. 6. Alij: & Ricard. ar. 4. q. 4. aut propter paruitatem quantitatis, maxime secundum latitudinem & profunditatem, ut acus licet sit longa quia est parua latitudinis & profunditatis est penetratiua. Secundum, propter raritatem & paucitatem materiae, hoc modo aer est penetratiuus. Tertio propter magnitudinem virtutis actiue hoc modo vinum est multo magis penetratiuum, quam aqua quantum tenuis, unde aqua bibita cum vino magis

*Eutyces*  
*Archiepis*  
*Constantinopolitani*  
*diæcesis*  
*post resurrectionem*  
*corporum futura*  
*inuisibilia &*  
*impalpabilia.*  
*Contra quem*  
*est id Lucæ. 24.*  
*palpare &*  
*videre. Et ibi,*  
*Gausi sunt*  
*discipuli viso*  
*Domino. Vide*  
*Gregorium contra*  
*eum lib. 14.*  
*Moral. cap. 31.*  
*vide & in breui*  
*lo. 3. d. 22. p. 5.*

*Subtilitas.*

magis

magis refrigerat quam si per se bibatur quia facit carni  
 num penetrare, quo ipsa per se non posset. Idem Eutycēs  
 de quo modo feci mentionem secūdo modo dicebat cor-  
 pus fieri subtilius vento & aere, videlicet per rarefactio-  
 nem, quod fiebat non resurgere idem corpus quod prius  
 quod & ipse concedebat. Vide supra d. 44. p. 3. Quidam  
 heretici, vt refert Tho. in additio. 3. p. 83. ar. 1. dixerunt  
 corpora conuertenda in spiritus in resurrectione idem  
 xille Paulum. 1. Corint. 15. factus est primus homo Adam  
 in animam viuentem, nouissimus Adam in spiritum uiu-  
 ficantem. Primus de terra terrenus, secundus de celo ce-  
 lestis. Qualis terrenus tales & terreni, qualis celestis ta-  
 les & celestes. Contra hos, sequeretur quod non resur-  
 geret idem homo. Videatur & Augustinus lib. 11. de ciui-  
 ta. Dei cap. 23. vbi & la. e. hūc locum Pauli interpretatur.  
 Quare dicatur Christus homo celestis, in breuiloq. 3. d.  
 2. p. 1. ar. 1. quare Adam factus in animam viuentem in bre-  
 uiloq. 2. d. 19. p. 5. dicuntur corpora celestia post resurre-  
 ctionem, quia, nō amissa natura, seu mutata qualitate co-  
 uenient habitationi celesti, dicuntur fideles tales qua-  
 les Christus, quia ipsum in baptismo induerunt. Galat. 3.  
 conformes illi facti vt membra capiti. Anima tunc cor-  
 pora uiuificabūt sine alimoniorum necessitate. Hęc sub-  
 tilitas ab aliquibus antiquis ponebatur esse qualitas, ita  
 refert Scotus. q. 16. sub litera D. contra quos tenet litera  
 I. Sed tenet quod est possibilitas essendi cū alio corpore  
 debita corpori, vt informatur ab anima beata: ita quod  
 causa intrinseca est voluntas beati, causa extrinseca vo-  
 luntas & potentia Dei: vocatur dos sicut impassibilitas,  
 quia quasi de iure debetur corpori. Si possibilitas essen-  
 di cum alio corpore conueniat beato per dotem sub-  
 tilitatis quæstio forsan est de nomine potius quam de  
 re, Scotus tenet partem affirmatiuam. Ricardus nega-  
 tiuam. Quomodo corpus gloriosum possit esse cum cor-  
 pore non glorioso difficultas est, propter quam aliqui di-  
 xerunt esse impossibile etiam per Diuinam potentiam duo  
 corpora fieri simul. Hanc refert Scotus & impugnat in  
 pri-

principio. q. 16. tanquam contra fidem, tenuit cum Durā-  
 dus in hoc. 4. d. 44. q. 6. & Vviclephus, contra quem in-  
 ter alia dicit Thomas Vvaldenfis. lib. de sacramentis. c.  
 73. Miror q̄ istis deliramentis & philosophorū nugis ele-  
 git potius consentire noster philosophus super corporū  
 penetratione longinqua, quam coexistentiam ponere cū  
 tota ecclesia prisca & moderna. Vide in breuiloq. 3. d. 22.  
 p. 5. Modus quomodo corpus gloriosum coexistat eidem  
 loco cū non glorioso, non est quia rarefit vt dictum est,  
 neque sit acutioris figura, neque subintrat aliud corpus  
 quasi per poros, sed quia remouetur à quantitate corpus  
 gloriosi effectus quātitatis, qui est occupare locū, habē-  
 do situm distinctū, & sic possunt esse quantitates siue di-  
 mensionēs duorū corporum, videlicet longitudo, latitu-  
 do, & profunditas distincte, in eodē tamen situ indistin-  
 cto. Neq; in hoc est miraculū respectu corporis gloriosi  
 cum non glorioso, vt supra. d. 44. p. 22. & sic Christus, qui  
 per miraculū exijt ex vtero virginis penetrādo se duo cor-  
 pora nō gloriosa, sine miraculo intrabat ad discipulos Ia-  
 nuis clausis. Foret miraculum si duo corpora gloriosa fie-  
 rent simul, quia esset contra eorum statum. Status secun-  
 dum Scotum lib. 1. d. 3. q. 3. siue. 4. litera. G. est stabilis per  
 manentia firmata legibus Diuinæ sapientiæ.

Status  
quid.

Agilitas (secūdū Scotū. q. 14. lite. B.) in cōmuni, est ha-  
 bilitas in aliquo ad prōptē mouēdū, se eo motu cuius prin-  
 cipiū est in anima. In speciali est habilitas in aliquo toto  
 ad prōptē mouēdū se secūdū locū ex perfectione virtu-  
 tis motiue animæ, & cōgrua dispositione corporis. Hęc  
 in beatorum corporibus ponitur à Ricardo esse qualitas  
 citate ar. 4. q. 7. Contrariū tenet Scotus citatus litera. H.  
 q̄ non sit necessariū aliquod supernaturale, sed q̄ virtus  
 animæ admouendū fiat perfectior, & resistentia ex parte  
 corporis tollatur, quæ est per grossitiem humorū. Idēd  
 beati mouebūt corpora sua subito, quanuis nō in instāti,  
 sicut neq; se mouent angeli, vt in breuiloq. 2. d. 10. p. 4.  
 Super corpora solida gradi, & ambulare poterunt illa pe-  
 netrando per aërem & ignem, ad modum volantium: imo  
 r fortē

Agili-  
tas.

fortè vt subito moueatur idest necessarium, quia non debent esse vno pede in cœlo, alio in terra, licet si gradibus eis ambulare placuerit facere possint maximè per corpora solida, neque minus crederem per aerem, sicut autè corpora cedente aere ascendunt & descendunt, ita ipsi gradatim, & gradibus ascendent & descendent. Scotus citatus litera. L. dicit quòd eorum situs in cœlo non erit sedendo, sed stando, quia talis situs magis conuenit animæ, quàm sedere quòd includit curuitatem partiam, quæ curuitas videtur repugnare agilitati. Sessio Christi non intelligitur corporalis. Ad hoc habes de potentia organica & non organica supra. d. 10. p. 18.

Prop. 35. Quinque sensus beati habebunt suos actus: aut saltem poterunt habere, dicatur aliter.

Corpora beatorum erunt passibilia passione intentionali, quia oculis videbunt, auribus audient, & sic de alijs, quia hoc eis non repugnat. De concl. Vide Scotum hac. d. q. 13. ad. 2. principale. Ricard. ar. 4. q. 3. Dixi vel poterunt habere, quia ibi non erit esca, & potus, & sic neque actus gustus, Christus tamen beatus comedebat: De modo quo formabunt voces est difficultas, cum ibi non sit aer, animæ modo se colloquuntur vt angeli: ita Scotus lib. 3. dist. 14. quæst. 2. ad. 2. principale. lire. P. Sed quòd nobis, quia de illa cœlesti patria parum nouimus, sit difficile Deo est possibile. Bonauent. num. 43. opinatur gustum, olfactumque non habituros actus in patria: de laude vocali, & auditu reliquit opinabile pro vtraque parte. Tactu bene vtentur, quia se poterunt dextris coniungere, atque complexari & osculari osculo sancto in die resurrectionis quando se in carne primò videbunt.

## DISTINCTIO .L.

*De statu damnatorum, De tenebris exterioribus. Si poena omnium est aequalis.*

Damnati



**D**amnati post mortem si semper continuant actum illorum peccatorum propter quæ sunt damnati in auersione voluntatis, (nam in opere exteriori certum est, quod non semper furantur, aut fornicantur) videtur Scotus reliquisse vt problematicum. d. 46. q. 4. litera. D. De alijs nonis peccatis, putà dicendo, faciendo, aut cogitando contra legem Dei, si peccent vide supra. d. 44. p. 18. ad. 2. quia multa faciunt demones aduersus homines contra legem naturalem & Diuinam, quæ tamen eis ad nouam poenam substantialem vel essentialem non imputantur, quia sunt extra statum meriti, & demeriti. Magister in litera. c. i. refert opiniones ambas, quod non peccent sed mala voluntas in eis sit supplicium tantum: aliam quod peccant sine demerito.

Damnati non odiunt Deum formaliter in se, neque eius iniustitiam in se, quia est ipse Deus, sed odiunt effectum vindictarium appropriatum suæ iustitiæ. Hanc vide supra. d. precedenti. p. 14.

Hoc odium non est maximum peccatorum. Ita tenet Scotus lib. 2. dist. 6. quæst. 2. litera. N. probatur, quia non respicit Deum in se, sed in comparatione ad effectum. Si autem possit voluntas odire Deum in se, putà volendo ipsum non esse, Caieta. 2. 2. quæst. 34. ar. 1. tenet quòd sic, neque obstat, quod illud velle sit inefficax, quia non possunt apponi modi vt Deus non sit, sicut nos quando aliqua volumus ad quæ habenda vel consequenda non apponimus media dicimur habere velle inefficax, putà velleitatem: in alijs ad quæ media apponimus vt consequamur velle efficax, idest voluntatem. Voluntas, ideo bene est impossibile, quorum non est electio, & in sola velleitate esse potest peccatum. Odium huiusmodi est maximum peccatum, & sentire videtur Caietanus, quod talis sit in damnatis, Potest dici vt concilemus Thomam, vt ipse cum ibi interpretatur, quòd videlicet loquatur de Deo clarè viso, quod non possit voluntas exire in actum odij, & Scotum loco citato in lib. 2. vbi non loquitur de clarè

viso, quādo dicit, q̄ nullus potest appetere Deū non esse q̄ sit intelligendū & extendendū vt. d. præcedenti. p. 14. non solum ad clare visum sed ad cognitū & cōsideratum in particulari sub ratione boni, nā si ab ipsa ratione boni auertatur intellectus fixus in effectu punitionis posset velle Deum non esse, atque isto modo sep̄e fortè appetūt damnati.

**Prop. 4.** Damnati appetitu naturali appetūt beatitudinē, quia talis appetitus est naturalis & bonus: appetitu libero nō appetunt voluntate efficaci quæ apponit media quia sibi offertur vt impossibilis, habent verò quandā velleitatem, quæ esse potest impossibilium. Est ista velleitas actus non amicitix volendo bonum beatificum in se, sed actus cōcupiscentiæ volendo illud bonū sibi vt sufficiens bonum sibi, quem actum habere possunt multi invita præfenti. Vide Scotum lib. 1. d. 1. q. 4. ante sol. argum.

**Argum.** Si dicas, q̄ appetitus non est frustrā, respondet Scotus d. præcedenti. q. 9. litera. H. q̄ hoc intelligēdum est in terra specie, quia in aliquibus indiuiduis nullum est incōueniens. In via diui Thomæ ponentis quenlibet angelum suæ speciei, fuisset frustrā in multis speciebus De concl. vide Scotum. q. 10. litera. I. & H. vbi dicit, q̄ quia illā appetunt affectione commodi appetunt immoderate, & immoderatus, quā iusti in via.

**Prop. 5.** Damnati appetitu naturali nō appetunt non esse, quia talis appetitus est bonus, & ad conseruationem sui esse: appetitu libero mallet non esse, q̄ esse in inferno. Apocaiyp. 9. In diebus illis desiderabunt homines mortem & fugiet ab eis, & loquitur de damnatis. In hoc appetitu errant, quia nullus secundum rectā rationem debet appetere non esse propter fugiendum malum pœnæ, quia tale malum est iustum & bonum, ita Scotus hac. d. q. 1. litera B. Quò sit, q̄ appetere nō esse propter aliquā afflictionē, aut appetere fuisse brutum est mortale peccatum, procedens ab Accidia, & ab ingratitude ad Deū ob creationis beneficium. Sub cōditione posset appeti ad fugiendū malum culpæ, videlicet si aliter cauere nō possem peccatum

rum mallet nūquā fuisse, absolute nō licet quia possumus aliter cauere peccata, & illorum habere remissionē. **Arg.** Illud Christi de Iudā Matt. 26. Melius erat ei si natus nō fuisset homo ille, dupliciter exponitur: vno modo de natiuitate extra vterū, quia melius ei fuisset si intra vterum mortuus esset. Vide Scotum hac. d. q. 1. ad. 1. principale. Bona. in opusculo cui titulus. Confessionale. c. de quatuor regulis obseruādis in pœnitentijs, per ly homo ille, intelligit Christū, ita q̄ melius fuisset Iudæ illum hominem, filium hominis Christū non fuisse incarnatum & natum, quia ei non solum non profecit ad salutem, sed inde sumpsit occasionem in peius.

**Pro. 6.** Damnati ex inuidia vellent, q̄ nullus saluaretur, quia verò sciunt aliquos saluādos fore, neq; omnes posse dānari, mallet aliquos sibi familiares & coniunctiores saluari, sicut diues ille Lucæ. 16. vide Bona. hac. d. q. 3.

**Pro. 7.** Beati non vident pœnas dānatorum visione sensibili, quia ad ipsam requiritur debita distantia obiecti ad potentiam: imo neque videbunt per intellectum visione intellectiua, hoc est in proprio genere, sicuti neque vident nunc quæ sunt apud nos. Ita tenet Scotus hac. d. q. 3. litera. A. vide & supra. d. 45. p. 16.

**Pro. 8.** Beati in Verbo non videbunt illas pœnas dānatorum, quæ sunt merè priuationes, cum illæ non habeant ideam in Deo, vt in breuiloq. 1. d. 35. p. 7. Nisi dicamus, q̄ videbunt priuationes per positiones, quia scilicet videndo Deum, videbunt quid sit illa visione carere. Videbunt tamen illas pœnas quæ sunt entia positiva. Non tamen credo, q̄ quilibet beatus videat pœnas cuiuslibet damnati in particulari: ex ratione aliqua speciali videbit aliquis pœnam illorum, qui se affixerunt, quò lætetur iustus cū viderit vindictam. Psal. 57.

**Pro. 9.** Multominus dānati vident gloriam beatorum. Tūm propter distantiam: tūm quia non videbunt in Verbo: neq; credo, q̄ per aliquam speciem representantem illam gloriam, quanuis in eis remaneant species eorum quæ viderunt in die iudicij, per quæ, atq; per pœnas proprias quas

& hodie patiuntur intelligent beatos esse in magna gloria liberos à talibus pœnis. Diues vidit Lazarum, sed in parte superiori inferni, naturaliter: aut ex dispensatione.

Pro. 10.

In inferno habebūt tenebras exteriores iuxta id Matt. 22. Mittite in tenebras exteriores. Circa has tenebras multa dicit Magister de caritate mentis & de ipsis tenebris, quæ vidi in eo. Tenebræ vero illæ aliquā secum habebunt lucem per mixtā, vt per ignem illum fœculentū sese possint conspiciere ad maiorem pœnā. Lumen de se est delectabile, tamen de peraccidens quando per illud ostenditur aliquod tristabile est pœnosum. Sicuti sancti doctores vocant eas palpabiles, est per hyperbolē, sicut glossa interlin. Exod. 10. exponit de tenebris Ægypti. Quas alij dixerunt factas non per retractionē luminis solis, & astrorum, quia illuminabantur Hebræi: sed per ingrossationem aeris & aliorum vaporum deperdita propria diaphaneitate, & cum aer motus palpetur tactu, potuit aer ille tenebrosus palpari, & sic esse tenebras palpabiles. Nam tenebræ solæ, sunt priuatio luminis.

Pro. 11.

Damnatorū pœnæ non sunt æquales, quoniā alij alijs grauius punientur. Pœna damni, quæ est carētia Diuine visionis, inquantū dicit priuationem licet sit æqualis, tamen inter ipsas priuationes bene est magis & minus, vt in breuilo. 2. d. 42. p. 5. sola carentia nō est pœna, sed quia est boni apti nati inesse, & ipsa nolita: sed qui plus peccauit plus est inuolūtarius de illa carentia, & magis nollēs peccatum suum. Pœna vermis quæ est quædam tristitia, & remorsus conscientie continuus, hoc est sera scelerum pœnitētia, vt in breuilo. 2. d. 33. p. 6. erit etiā inæqualis iuxta inæqualitatē peccatorum. Incarceratio, & cōsideratio pœnarū quomodo non sit æqualis supra. d. 44. p. 18. Neq; hæc inæqualitas respicit equalitatem aut inæqualitatem naturaliu. Sicut supra de beatis in præcedenti. p. 17. Ignis inæqualiter cruciabit corpora, vel quia ipsum afflictiuū cū affligat propter peccata affliget inæqualiter, licet in actione sua sit vbique æqualis: aut quia totus ille ignis non est æqualis actionis, sed in vna parte plus, in alia mi-

nius

nius & sic damnati colligabuntur in fasciculos. Matth. 13. vt hi in parte grauiori, alij in leuiori puniantur.

Damnati appetitu libero non appetunt, sed odiunt retractionem quia sunt grauius puniendi: Appetitu naturali dic vt supra. d. 43. p. 7. in sol. arg. Per hæc finem imponimus operi nostro in die octaua Patris nostri Francisci, quæ fuit vndecima Octobris, anni millesimi quingentesimi octuagesimi quinti. Sex decim menses in transcribendo & addendo quarto libro hoc expendimus quos menses in compilandis omnibus quatuor vix expenderamus. Aliud fuit cursim scribere nobis ipsis, lōgè diuersum propria manu in alicum commodum transcribere. Dominus sine cuius nutu neque folium arboris in terram cadit sibi complaceat in labore nostro, quæ sua est pietas & benignitas accedentibus meritis & suffragio tam Patris nostri Francisci sub cuius festiuitatis octauo die concessum fuit consummare, quàm aliorum sanctorū quos inuocauit, & inuoco Patronos, vt faustè feliciterq; in lucem procedat, Amen. Dicta cuncta cum hominis sint, neq; omnino illuminati à Deo, neque in bono confirmati, sic rogo accipiantur vt verè sunt hominis fragilis & infirmi, ad intellectum iudicij atque legum minoris, qui & deficere potuit atque labi, animo tamen & affectu sano præditi optantis in omnibus placuisse Deo absque dolo, seu errore, & proximis profuisse.

Pro. 12.  
Vide supra.  
d.  
20. p. 52


L A V S D E O.

ADDITIO AD  
 distin. 38. quæ potest haberi  
 etiam à quarto separata: Devo-  
 tis in regula fratrum  
 Minorum.



OTVM vitæ monasticæ fra- *Propos-*  
 trum Minorum excedit aliarum *tio. 1.*  
 religionum vota in rigore pau-  
 perratis, quæ est unum de tribus  
 substantialibus, atque in alijs plu-  
 ribus ad quæ ipsos obligat regu-  
 la, plusquam obligent aliæ regu-  
 læ. Ad hanc materiam potes vide-  
 re Thomam 2. 2. à q. 186. vsque  
 ad finem, & Bonaventuram, qui in quæstionibus super  
 regulam sancti Francisci. q. 1. & 12. atq; 13. videtur præ-  
 ferre hanc religionem cæteris omnibus, quæ comparatio  
 cum sit odiosa, expositaq; varijs opinionibus à me di-  
 mittitur contecto eò solo quòd in paupertate cæteras re-  
 ligiones quas ego novi excedit, atque in multitudine  
 exercitiorum, quæ ipsos obligant ad peccarû. Differunt  
 quippè fines propter quos, siue ad quos institutæ sunt  
 religiones, & exercitia per quæ tendunt in suos fines, vt  
 habet citatus Thomas. q. 188. art. 1. Aduertendum etiam,  
 quòd licet fuerint multi religionum institutores, qua-  
 tuor fuere conditores regularum sanctus Basilius, Benedi-  
 ctus, Augustinus, & pater noster Franciscus. Vix ali-  
 qua est religio, quæ non militet sub aliqua regula harum  
 quatuor, præcipuè sub regula Augustini quæ breuior est  
 & facilior. Addiderunt alij institutores peculiare con-  
 stitutio-

*Henr. fan  
 Leonardo*



stitutiones: Carthusienses sub nulla harum dicuntur mit-  
 litate, sed habent sua statuta. Si qua religio distinctam  
 ab his regulam habet, me laet. De paupertate quod ex-  
 cedat regulam fratrum Minorum habes in breui loq. 3. dist.  
 35. p. 4. in fine. & infra. p. 46. Quod obliget ad plura  
 exercitia contenta in regula arctiori vinculo, quam alia  
 regulæ, patet ex declaratione quam fecit Nicolaus ter-  
 tius, habetur de verbor. signif. lib. 6. Exiit qui seminat:  
 & ex Clemente in concilio Viennensi habetur in Cle-  
 ment. Exiit de paradiso. De verbor. signif. Omnia pro-  
 sequi non est animus, legant ibi curiosi, inter eiusdem  
 regulæ professores tractantur passim quæ sint & quo-  
 modo obligent. Ceteræ religiones, ex vi regulæ non  
 obligantur ad in eis contenta nisi vel ex contemptu, vel  
 quia præcipiuntur à prælato verbo obligante, cuius-  
 modi est sub pœna excommunicationis, aut in virtute  
 obedientiæ. Vide citatum Tho. q. 186. ar. 9. & ibi Calet.

*Propos-  
 tio. 2.* Non omnia quæ obligant fratres Minores obligant ex  
 vi verborum regulæ, sed etiam ratione materiæ. Hanc  
 tradit expressè citatus Clemens dum ait, se declarare  
 quæ sint æquipollentia præceptis ex vi verbi, vel sal-  
 tem ratione materiæ de qua agitur. Verba præcepti  
 sunt, iubeo, præcipio, mando: Verba inhibiti-  
 onis, prohibeo, veto, interdico: Verba æquipollentia sunt.  
 Debeant, non debeant, teneantur, necesse est, non li-  
 cet, non potest: Verbum, non oportet non æquipollent  
 præcepto secundum patrem à Castro. lib. 1. de potest. leg.  
 pœnal. c. 5. cōtra Metinā Cōplutensem in codice de iei-  
 unio, & Martinū ab Azpilcueta in Mauiali ca. 23. nu. 53.

*Propos-  
 tio. 3.* Seclusa declaratione summorum pontificum, & com-  
 muni vsu ita recipiente regulam & declarationem, non  
 omnia à Clemēte exposita obligarent ad mortale. Quod  
 ad mortale obligent patet ex verbis ipsius Clementis di-  
 centis, quod beatus Frācisus discernit quoad quædam,  
 quod ipsorum transgressio est mortalis, & quoad quædam  
 alia non. Reuera hic erat fratrum consulentium aposto-  
 licam

licam sedem scrupulus, ad quæ tenebantur sub mor-  
 tali. Conclusio probatur: Primo, quia regula prima san-  
 ctæ Claræ habet similia verba æquipollentia præcepto,  
 neque tamen obligant sanctimoniales ad mortale, estq;  
 vtriusq; regulæ autor idem beatus Franciscus. Nam cap.  
 7. sic habet. Nulla ante solis ortum, vel post solis occa-  
 sum loqui ad craterem alicui vllatenus debeat. Item ibi.  
 Non liceat sororibus loqui ad locutorium, vel ad cra-  
 terem sine licētia abbatissæ, vel eius vicariæ. Cap. 4. Semel  
 in hebdomada ad minus abbatissa sorores suas teneatur  
 ad capitulū cōuocare. Cap. 8. Nō liceat alicui sorori lite-  
 ras mittere sine licētia abbatissæ. Cap. 9. Honestè debeāt  
 ambulare, & parum loqui, vt ædificari valeant semper  
 inuententes. Hæc omnia quæ transgredere non videtur  
 incurrere mortale. Secundo cū Papa in præfata Clemen-  
 tina non dicat esse peculiare in regula fratrum Min-  
 orum eiusmodi obligationem, sed supponat tanquam ma-  
 nifestam ex iure, & ex vi verborum, in quod facit & Ni-  
 colaus, secunda regula sanctæ Claræ, quam eis dedit Vr-  
 banus quartus non obligat monachas, nisi ad quatuor  
 vota, tria substantialia & clausuram, atq; ad electionem  
 & depositionem abbatissæ, vt declarauit Eugenius quar-  
 tus, tam circa hanc regulam, q̄ etiā circa primam: ex qua  
 declaratione tenet frater Alfonso Castro. lib. 1. de leg.  
 pœna. cap. 8. eas non teneri sub mortali ad dicendum of-  
 ficiū Diuinum, esto dicat regula cap. 6. quod illud se-  
 cundum consuetudinem fratrum Minorū quæ legere &  
 canere nouerint debeāt celebrare. In processu etiam se-  
 cundæ regulæ cap. 9. ponitur verbū æquipollens. Silen-  
 tium continuū ab omnibus teneatur, vt nec sibi inuicē,  
 neq; alicui alij sine licētia eis loqui liceat. c. 22. Semel in  
 hebdomada ad minus abbatissa sorores suas teneatur  
 ad capitulū cōuocare. Tertio, per ea quæ dicit Martinus  
 ab Azpilcueta loco citato in præcedēti, quod illa verba,  
 teneatur, debeat, præcipimus, obligamus, vetamus, inhibe-  
 mus, mādamus, prohibemus, è suo originario significato



non probant sufficienter mentem legislatoris fuisse obligandi ad mortale, quia etiam possunt intelligi deuenialiter, sicut communiter intelliguntur verba Augustini in principio sue regule dicentis. Hec sunt, que ut obseruetis precipimus in monasterio constituti, & tamen non omnia posita in sua regula obligant ad mortale. Facit Marci. 7. precepit illis sanatis Dominus Iesus necui dicerent. Quando autem eis precipiebat, tanto magis plus predicabant: neque propter hoc peccabant. cap. 8. precepit turbe discumbere super terram. Dicit è suo originario significato, quoniam de accidentali, quod eis tribuit vltus ecclesiasticus & communis interpretatio conciliorum, Pontificum, & aliorum doctorum aliud est. Ad hanc tertiam probationem vide & Caieta. 22. q. 186. ar. 9. super responsione ad. 2. Ratione item confir. Quia si expressa verba precepti, ut patet ex Marco, non inducunt obligationem ad mortale, multominus equipollentia istis.

*Propositi* Declaratio Nicolai tertij non obligat fratres Minores ad que sine illa non teneretur. Patet primò, quia illa facta est potius in fauorem fratrum ad serenandas & releuandas eorum conscientias, quam ad onerandas, dicit & regula iuris. 61. lib. 6. Quod ob gratiam alicuius conceditur non est in eius dispendium retorquendum. Secundò, quia nullibi dixit ipse Pontifex precipimus fratribus, aut alia equipollentia, igitur non fuit eius mens obligare fratres ad aliquod nouum. Tertio, quia qui declarat nihil de nouo inducit, ut habes à Rosella verbo lex. §. 12. ratio est à glossa in cap. statuto de decimis lib. 6. Ratio ad hoc, quia si lex, aut regula volebant id, quod dixit declarans: nihil ipse de nouo addidit, si volebant aliud, ipse declarans nihil fecit addendo. Confir. quia diffinitum, puta homo, non habet aliam interpretationem nisi propriam definitionem, ideo definiens nihil facit nisi dicere clarius, quod definitum obscurius, si addit nihil fecit, quod pertineret ad definitum. Intelligitur

tur hæc conclusio ex vi declarationis, quia ratione materie statuta potest obligare & obligat illud Nicolai in ar. 8. de mittendo ad capitulum generale vno custode loco omnium, quia exigit natura electionis formam quandam. In declaratione Clementis similiter. ar. 9. de electione ministrorum provincialium. Circa hæc tamé potest & potuit autoritas succedentium pontificum aliqua variare.

Si contra hæc dicas, igitur si ante declarationem non obligabatur frater Minor ex vi verborum ad non equitandum, neque modo tenetur. Hanc calumniam aliqui vel maligni, vel non ad sobrietatem periti irrogauerunt doctissimo patri & pio fratri Andreæ Vegæ, qui hanc conclusionem in expositione sua super regulam tenebat, vnde iam morti propinquus admonitus super hoc quasi ipse ita dixisset, negauit se dixisse, & quod ubi à se dictum inueniretur retractabat, ex quo bonus pater in aliud incidit, ut non probè intelligentes clamarent ipsum totam suam declarationem retractasse, cum solum ad hanc illationem carpentium cum iniuste respondisset. Solutio ex præcedenti constat, quia communis interpretatio sic regulam, & declarationem intellexit, atque sicut dixit Clemens, ordo semper tenuit, quod ubicunq; in regula ponitur hoc vocabulum teneatur obtinet vim precepti, ex quo videtur, quod ab antiquo & ferè ab initio habetur hæc interpretatio. Propterea qui diceret aliqua ex assignatis à Clemente non obligare cogendus est retractare, estò ipse & alij pontifices in quantum declaratores nihil nouum induxerint obligans fratres.

Sed contra argui posset, quia Clemens dixit nos non posse institui hæredes per verbum, prohibemus: & quod non thesaurizemus per verbum volumus & mandamus. Potest dici quod cum ex regula ad hæc eadè tenemur. Nihil nouum fuit nobis ibi preceptum, quia intentio Clementis non in alia ferebatur, quàm in ea ad quæ nos credebat obligatos ex regula, & sic non intendebar nos

obligare nouo vinculo ad ea, ad quæ iam ex regula tenebatur. Quod si quis contendat nos per illa obligari ad idem alia via, & sic delinquere grauius, quia contra regulam, & contra prohibitionem Papæ, nõ digladiemur, sit suum cuique pulcrum.

*Coroll.* Ex hac. 34. sequitur, quod in confessionibus non tene-  
 1. mur ante ignorantem nostrum statum exprimere nos fecisse contra declarationes. Sequitur etiam, quod licet  
*Coroll.* sit bonum & vtilè sæpè declarationes legere, & earum  
 2. habere compendia, tamen qui probè intelligeret regulam posset eam obseruare sine illis, quam probè obseruabant antiqui & sancti patres, vt Bonauentura, qui fuit ante Nicolaum, quoniam inter Gregorium decimũ, sub quo obiit Bonauent. & Nicolaum mediauerunt alij tres pontifices. Imo credi debet, ex consuetudine quam in sua obseruatione tenebant illi sancti patres deduxisse Pontifices omnia, aut plurima quæ in suis declarationibus posuerunt.

*Propositi* In alijs obligationibus regulæ præter vota substantia-  
 5. lia posset consuetudo aliquid minuere de rigore, siue per viam dispensationis, siue declarationis. Hæc persuaderi potest, quoniam illa non promittuntur expresse, sed implicite dum sic professio emittitur. Vnde obseruare regulam viuendo in obedientia, sine proprio, & in castitate: Dictum est vero. p. 3. quod cessante communi vsu multa non obligassent ad mortale, igitur à simili poterit facere vsus & consuetudo moderando, estò introducentes peccassent tanquam regulæ transgressores. Ad huius intellectum oportet recurrere ad communem doctrinam doctorum de consuetudine, & dispensatione.

*Consuetudo* Consuetudo est ius quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur, dicit beatus Isidorus in decretis dist. 1. cap. consuetudo. Ipsa est optima legum inter pres extra. de consuetudine cap. Cum dilectus. Sicut ipsa facit legem, vide cap. In his dist. 11. & ibidem alia  
 capia

capitula, ita & legem factam derogat, putà quando superior qui legem condidit scit consuetudinem legisuæ contrariam, & illam tolerat cum possit obuiare & resistere. Vide Angelicam. Consuetudo, & alias summas. Dixi si potest obuiare, quia tunc voluntariè condescendit, & approbat consuetudinem, aliàs, si non potest resistere consuetudini quæ introducitur, inuitus est. Per hunc modum vix, aut nunquam poterit consuetudo moderari, & præualere etiam alijs præceptis regulæ præter vota substantialia. Ratio, quia prælati etiam generales non sunt regula superiores, verum ei subiecti quibus vt sibi subditis semper loquitur exhortans, & obligans, idè tacitus eorum consensus non potest tolerare regulæ rigorem. Papa qui est supremus, & Christi Domini vicarius potens in omni voto dispensare & in iuramento vix aut nunquam possumus esse certi, vel sufficientem habere præsumptionem quod sciat & toleret consuetudinem; maximè cum videamus passim fieri statuta ex papæ, aut Cardinalis protectoris mandato ad sustinendam regulam in omni suo vigore.

Ad dispensationem vide supra. p. 29. & in breui. 3. d. *Dispensatio.*  
 37. p. 59. sine causa enim facta, dispensatio non est sed dissipatio. Vnde Bernardus lib. de præcep. & dispens. Abi-  
 que necessitate remissio voti non dispensatio, sed præuaricatio est & lib. 3. de considera. versus finem. Vbi necessitas urget, excusabilis dispensatio est, vbi utilitas prouocat, dispensatio laudabilis est. Vtilitas dico communis non propria. Nam cum nihil horum est non planè fidelis dispensatio, sed crudelis dissipatio est. Papa vero aut alio superiore conditore legum in ipsis legibus humanis dispensante etiam sine causa tuti fiunt in conscientia dispensati. Vide Angelicam. Dispensatio. §. 3. Modò intuenda sunt in quibus prælati ordinis valènt dispensare circa regulam. Nam vbi dispensare poterunt valebit dispensatio tam expressa, quam interpretatiua & tacita. Hoc in alijs videmus, quia licentia non solú datur

expressè, verum tacendo & consentiendo. Vide summam Caietani. Absolutio ex parte absoluentis. §. licentia. Facit quod tenet Angelica. Dispensatio. §. 12. quod ubi est necessaria dispensatio ad officium & superior dās officium nouit impedimentum, si talis superior poterat dispensare, ille talis remanet dispensatus. Aduertesque, quod ubi consuetudo nequit præscribere potest tamen esse testis præfata licentiæ tacitæ & interpretatiuæ. De potestate dispensandi in regula nostra posset distingui duplex opinio. Vna quod in omnibus præter tria vota possunt prælati dispensare, in hanc facit Angelica. Dispensatio. §. 8. ubi tam de prælatis aliarum religionum, quam de prælatis fratrum Minorum id concedit exponens illud cap. 10. in regula, vbi cunq; sunt fratres, qui scirent & cognoscerent se non posse regulam spiritualiter obseruare ad suos ministros debeant, & possint recurrere, scilicet vt dispensent si conueniant charitati. Angelicam sequitur autor cuiusdam tractatus qui habetur in libro Monumenta ordinis, vocatur defensorium obseruantia contra deuiantes paulò post principium in arg. contra primam positionem: citant ambo Alexand. Alensem tacito loco, & forsan est. 1. p. q. 37. M. 2. ad. 1. arg. & 4. p. q. 102. M. 1. ubi ex Bernardo ponit triplex necessarium. Primum stabile, cuius principium siue causa est voluntas, ponit exemplum in regulis sanctorum, & ecclesiasticis institutis, & de hoc dicit quod est dispensabile ab homine videlicet à dispensatoribus ministeriorum Dei, & 4. p. q. citata. M. 3. concedit quod in causa rationabili maximè necessitatis statutum superioris relinquatur in dispensatione inferioris, quia necessitas non habet legem, vnde minor potest dispensare in statutis superioris, quia excommunicatus à Papa potest absolui à simplici sacerdote in articulo mortis, in quo simili quæ non sunt in canone expressa sunt indulta, cum non sint generaliter prohibita. Item Bernardus in apologia ad Gulielmum abbatem dicit

dicit de regula sancti Benedicti. Quod si regulam ab omnibus qui eam professi sunt sic ad literam tenendam censes, vt nullam omnino dispensationem admitti patiaris audacter dico, nec tu eam neque ille teneris. Nam si ille quantum quidem pertinet ad obseruationes corporeas in pluribus offendit, impossibile est tamen te quoque vel in vno non transgredi. Scis autem quia qui in vno offendit omnium est reus. Sin. vero concedas aliqua posse mutari dispensatorie, proculdubio & tu illam tenes & ille, quanquam dissimiliter. Nam tu quidem districtius, at ille fortasse discretius. Hæc Bernardus. Vnde habemus super præceptis & dispensabilitate regulæ sancti Benedicti fuisse in initio quæstiones inter suos. Pro hac opinione habetur concessio Pij secundi refertur in libro supplementi fol. 100, concess. 383. sic inquit. Pius secundus Mantuæ concessit, quod prælati nostri possint circa subditos suos, & loca condescendere & compati debilibus, & infirmis in his quæ non sunt contraria regulæ. Fuerunt expressi multi casus, vt de sotularibus in itinere: de equitando licet non sit arcta necessitas vel infirmitas: de receptione frumeti pro induendis fratribus, ubi non est alius modus habendi: de procurandis in die sabbati eleemosynis pro carnibus ubi est consuetudo, & similibus, neque propter hoc dicantur facere contra regulam. Compilatores illius libri intelligunt, per non contraria regulæ, idest contra tria vota substantialia, cum positum sit exemplum de equitando, quod est de obligorijs & contrarium regulæ. Alia est opinio opposita, quam innuit. S. Bona, super re-

Concessio Pij in fra. p. 55 Cor. 3.

2. Opin.

ministros pro reservatorum absolutione. Hanc Bona opinionem sequitur fratres Antonius Cordubensis super cap. 10. q. 4. Sunt numero duodecim in quibus possunt dispensare, & alia duodecim in quibus non possunt. In quibus non cadit dispensatio sunt.

- 1 Obediant suis ministris.
- 2 Nullo modo liceat eis de ista religione exire. Hæc duo ut patet sunt annexa voto obedientiæ.
- 3 Nihil sibi approprient, neque in communi.
- 4 Nullo modo denarios vel pecuniam recipiant.  
Hæc duo sunt annexa voto paupertatis.
- 5 Non ingrediantur monasteria monachorum.
- 6 Non habeant suspecta consortia mulierum.
- 7 Non fiant compadres.
- 8 Petant Cardinalem protectorem.
- 9 Habeant generalem ministrum.
- 10 Inutilem deponant & alium eligant.
- 11 Non prædicent in episcopatu contradicente episcopo.
- 12 Nullus prædicet nisi examinatus & approbatus.

Prælati qui in alijs dispensare valent non solum sunt generales & provinciales, verum & Guardiani quia sunt veri & legitimi prælati potentes ligare & solvere quod ex Clemente refert compendium verbo. Guardianus. Vide & Angelicam. Delegatus. §. 3. & quodcumque in regula, & declarationibus, statutis, ordinationibus aliquid continetur faciendum per prælatos intelligitur de quolibet prædictorum, si non exprimitur

tur expresse à quo debeat fieri. Vide in libro Enchiridionis. fol. 105. declarationem hanc ex cap. Florentiaci celebrato: sic est intelligenda concessio citata pij.

Declaratio est vnum in quo distinguit Scotus dispensationem vide in breuiloq. 3. dist. 40. prop. 59. Hæc in aliquibus habere potest locum, videlicet quando regula dicit. Qui necessitate coguntur possint portare calceamenta: in necessitate vel infirmitate valeant equitare, quia necessitas neque est vna, neque consistit in puncto. Multipliciter capitur, ut habes in Aristotele. 5. Metaph. cap. 5. Vno modo illud est necessarium sine quo non contingit assequi finem, sic est necessaria respiratio ad vitam. Hæc potest vocari extrema necessitas siue sit in spiritualibus, vel in corporalibus. De ipsa intelligit cap. Consilium extra, de obserua. ieiunii & cap. quanto. de consuetudine dicens, quod necessaria non habet legem, & 1. quest. 1. cap. Remissionem, quia ipsa necessitas sibi facit legem. Alio modo illud est necessarium sine quo finis non potest consequi commodè, & hoc vocatur opportunum. Tertio illud est necessarium quod est proficuum. Propterea quod est vtilissimum vocatur necessarium. Dico modò quod vsus & consuetudo proborum religiosorum, pariter & doctiorum potest per viam declarationis aliquid tollere de rigore. Verbi gratia in causis equitationis, vbi non est extrema necessitas sed commoda, ut quia prædicatores vadunt ad populos, si semper vadant pedestres altero die nequibunt prædicare, vel non commodè: in necessitatibus infirmorum, quod sufficiat mediocris. Altero istorum modorum qui sequutus fuerit vsus & consuetudinem poterit esse sine scrupulo etiam in ieiunijs & alijs multis.

Qui habet impedimentum ad obseruandum alia (præter vota substantialia) in quibus tamè possunt prælati dispensare, si ipsi talè recipiât ad religionem & professionem sciètes imp-

Declaratio.

Necessitas capitur tripliciter.

Propositio. 6.

impedimētum, talis receptus licitē profiteretur habendo animum obseruandi impedimento cessante. Vt qui non potest ieiunare, pedestris ambulare. Hęc probatur, quia cum alia cętera non promittantur explicite, neque ad illa teneatur professus post professionem incurrens impedimentum, aut si dispensaretur à pręlatis. Igitur idem erit, si antę ingressum sit impotens & dispense tur a pręlatis ad professionem. Modo sicut dictum est vere habeat animum obseruandi si cesset impedimentum. Receptio tamen hęc debet esse ex vrgētissima causa, & maximo bono religionis.

*Propositiō. 7.* Qui vouit regulam fratrum Minorum simpliciter nō ultra intendens, aut aduertens si regula in sua puritate obseruatur ab illis inter quos profiteretur necne, tutus est in conscientia si apud eos obseruatur regula, quoad substantialia, & essentialia, etiam si aliquę sint moderationes iam factę de rigore ad modum prędictum. p. 35. Ad hanc facit ratio & natura voti, quod debet esse voluntarium, & talis vouēs neque habuit animum, neque interpretandus est habuisse ad maiorem obseruatiā, quam quę regulę erat sufficiens in illa prouincia, & monasterio in quo fuit professus. Ideo neque teneretur procurare transitum ad aliam prouinciam, vel conuentum vbi arctius seruatur, neque sua singularitate molestus fieri his cum quibus viuit, neque pręlati tenentur eum licentiarē ad transitum, ex quo sepe maior inquietudo solet eis licentiatis obuēire, & hoc si subolere possunt ibi latere superbiam, & despectum suę prouincię, aut motiuum aliud leuitatis. Vix enim quiescunt in alienis prouincijs qui mouentur è sua. Si videant peti bono zelo, & laudabili dare licentiam debent, facit cap. Licet, extra de regularibus. In conclusionem facit Nicolaus tertius dum ait in articulo. 1. quod qui absolute promitteret Euangelium obseruare, nisi habuisset intentionem se obligandi ad omnia consilia non est eius intellectus, absque promittentis intentione

prę-

pręstringendus nisi vt obseruet pręcepta Christi vt pręcepta, & consilia vt consilia. Dicit etiam regula iuris 45. lib. 6. inspicimus in obscuris, quod est verisimilius, vel quod plerumq; fieri cōsuevit. Quod tenemus in conclusionem tenebat pater Vega in sua expositione super regulam. Videatur Antoninus Floren. 3. p. tit. 16. cap. 1. §. 12. iam ad finem. Martinus ab Azpilcueta in manuali cap. 12. num. 50. Si quis autem aliam expressam intentionem habuisset ad maiorem obseruantiam credo, quod tenebitur illam procurare, ipso tamen cōsentiente videtur pręlatus posse dispensare, vt maneat cum obseruatiā suę prouincię & monasterij quietę, ex quo ipsa est sufficiens, et in alijs de quibus pręloquuti sumus valet pręlatus dispensare, vbi omnimodo vigerent in suo rigore. Si tamen vbi professus est non vigeret obseruantia regularis votis essentialibus sufficiens, ipse propter talem corruptelam & abusum non excusatur ab obseruatione suę regulę. Vide ibi citatum Nauarrum & Angelicam. Religiosus. §. 32. & 34. quomodo possit transire ad aliā religionem, vel conuentum reformatos.

Hinc inferes, quod qui vouisset intrare religionem, neque inueniret conuentus ex reformatis, qui eum vellet recipere, sed tales in quibus non seruaretur disciplina regularis, & reputantur omnes esse malę conscientię aut ferē omnes in illis degentes, non tenetur inter tales recipere habitum, dicit enim sapiens, Prouer. 13. Qui cum sapientibus graditur sapiens erit, amicus stultorum similis efficietur. Exodi. 23. pręcipiebat Deus ne inirent fœdus cum illis gentibus filij Israel, ne eos peccare facerent. Idem & Iosue. 7. ne fierent illis gentes eę in foueam ac laqueum, & offendiculum & sudēs in oculis. Solent etiam succedentes in plurimum, esse peiores prioribus, quia citius addunt nouas relaxationes, quam reforment antiquas. Indē non solum intrantes debent ab ingressu cauere, imo & recipientes si bonę conscientię sunt tenentur venientes ad alios conuentus remitte

*Coroll.*

re, ne facientes vnum profelytum faciant eum duplo filium gehēnæ Matth. 23. Vide ad propositum Caieta. 2. 2. q. 88. ar. 3. & q. 189. art. 9. Non tamen facili debent iudicari conuentus aut religiones deformatæ ad hoc, nā possunt dici comuniter claustrales & deformatæ, cum in veritate seruent omnia substantialia, & multa accidentalia sub obedientia prælatorum. Non enim è solo nomine aut vulgi falsa opinione venit hoc æstimandum. Fratres nostri conuentuales quamuis à multis malè audirent viros in his partibus Hispaniæ habebant doctos ac religiosos, regula professio quam faciebant erat. Voeuo & promitto seruire toto tempore vitæ meæ regulam fratrum Minorum per dominum Papam Honorium confirmatā, & a pluribus pontificibus declaratam, præsertim secundum determinationem Martini quarti, quinti, & Clementis secundi, Eugenij quarti, Sixti quoque quarti, & Alexandri sexti & cæt. Vnde tuti erant vtendo illorum pontificum declarationibus & dispensationibus, neque habuerunt intentionem ad maiorem obferuantiam.

**Propositiō. 8.** De obedientia ordinis nostri ad summum pontificem & sedem Apostolicam videtur sentire Bona. super cap. 1. regulæ, quod teneamur plusquam aliæ religiones. Hoc expressius docet Bartholomeus de Pisis super regulam cap. 1. ex eo quod dicit regula. Frater Franciscus promittit obedientiam domino papæ Honorio, ac successoribus canonicè intrantibus & ecclesiæ Romanæ: & cap. 12. petant Cardinalem protectorem, vt semper subditi & subiecti pedibus eiusdē sanctæ ecclesiæ. Ex qua obedientia speciali infert, quod non solū papa ratione summi pontificatus, qua potest nouas condere leges; vt dicitur. 25. q. 1. cap. Nulli, sed etiā ratione obedientiæ & reuerentiæ promissæ valet regulam glossare, & constitutiones facere statui Minorum opportunas. Ex eadem obedientia infert pater Antonius Cordubensis sup. cap. 1. q. 4. quod fratres Minores papæ & Apostolicæ sedi inobedientes gra-

gravius peccant ex vi regulæ, quam alij qui è solo Diuino iure obligantur. Qui huius contrarium diceret, sed quod fratres Minores non tenentur maiori vinculo, ita vt inobedientia non trahatur in aliam speciem, quam inobedientia aliarum religionum, neque alio nouo præcepto obligentur quam Diuino, esto quod generalis Minister specialiter teneretur, non video vnde possit reuinci. Quoniam illa specialis obedientia in cap. 1. potius personam beati Francisci concernebat, qui cum generalis instituebatur nulli sui ordinis remanebat subditus, id circo debuit obedientiam promittere domino Papæ, atq; sedi tempore quo ex morte Pontificis vacaret. Satis etiam est contentaneum quod in officio succedentes in præfata obligatione succedant, habes in briuiloq. 3. d. 37. p. 13. & multo fortius si post suā confirmationem promittant, vt faciunt episcopi. extra. de iureiurando. cap. Ego, atq; in bulla Pij quarti super iuramento episcoporum in professione fidei. Dixi post cōfirmationem, quia electio ipsius est confirmatio vbicunq; fit, & ibi nihil iurat nisi postea iuret ad pedes pontificis. Generalis patrum cōuentualium post electionem iurat sicut episcopi antequam fratres ei obedientiam promittant, per statutum Benedicti. 12. quod in cap. 8. huarum constitutionū quas Alexandrinas vocant continetur. Cæterum verba illa cap. 12. potius explicant finē quem intendebat habendo Cardinalē, quam quod imponat nouum præceptum. Verba Clemētis in prologo suæ declarationis dicentis, quod fratres recurrerūt pro declaratione ad apicē Apostolicæ dignitatis cuius pedibus per ipsam regulam sunt subiecti, nō satis indicāt nouum præceptū, quia neq; ibi intentio papæ ferebatur ad id declarandum, sicut in alijs multis respondēt doctores, quod in decisionibus pontificum attendenda est mens, & de quo consulebantur, non ad eō tamē quæ obiter inferebant. Negandum vero per hæc non est, quin vt personæ miserabiliores alijs miseris magis sint sub cura pastorij vniuersalis, & quia vtuntur

vtuntur & vefcuntur rebus de dominio fedis exiffenti-  
bus, vt peculiare filij illam fpecialiori modo tenereri  
debeant, & obediendo promptius, gratiffimos illi fe ex  
hiberi. Poffet etiam dici totus ordo fpecialiori obliga-  
tione fubiectus ratione capitis, puta generalis Miniftri,  
ficut populus Chriftianus vocatur regalis & facerdota-  
lis ratione capitis Chrifti, qui eft rex & facerdos.

Supra.  
dist. 25.

P. 5.  
Propofitio.  
tio. 9.

¶ Cum omnia quæ continentur in regula quoad for-  
mam habitus tam nouitiorum, quàm profeflorum, nec-  
non admodum receptionis ac profeflionis obligent fra-  
tres Minores, ea valde funt infpicienda, quia implicat  
multa. Videndæ funt conditiones recipiendorum, qua-  
rum aliqua requiruntur de iure communi. Vide Ange-  
licam religiofus à. §. 4. aliqua requiruntur iuxta pro-  
prias constitutiones.

Propofitio.  
tio. 10.

¶ Fratres profefsi tenentur non habere plures tunicas  
quàm vnã cum capucio & aliam fine capucio. Eft  
quippe habitus præcifus Minorum tunica cum capucio,  
brachæ, & cingulum. Alia tunica fine capucio relinqui-  
tur cuique libera. Circa hoc præceptum conftat ex de-  
claratione Nicolai, quod poffunt prælati difpenfare, quod  
habeantur plures fecundum loca, & tempora atque per-  
fonas. Idem antè Nicolaum docuerat. S. Bona. quando  
regula in maiori puritate obferuabatur, neque erant tot  
declarationes Pontificum, vnde ab hac difpenfatione  
non fuit aliena mens institutoris, cum dixit, cap. 4. quod  
miniftri funt folliciti pro induendis fratribus fecundum  
loca & tempora & frigidæ regiones. Ego fanè credide-  
rim fic ordinatum habitum profeflorum, quod ex vi hu-  
ius præcepti non prohibemur habere plures tunicas mu-  
tatorias, videlicet duas cum capucijs, alias duas fine ca-  
pucijs. Si haberentur fuperflua, aut contra obedi-  
entiam prælatorum aliunde quam ex hoc præcepto pecca-  
retur. Non enim iudicandū eft de beato Francifco, quod  
viam occlufèrit mundiciæ, neque aliquid explicuit de  
pluribus mutatorijs, neque minus fi habendæ forent in  
com-

communi. Pendebit hoc ex prælatorum fano iudicio.  
Prælati potentes difpenfare non funt foli miniftri & cu-  
ftodes verum & Guardiam cum ex declaratione Nico-  
lai poffint curam induendi alijs committere, quæ iam  
commiffa eft guardianis, quibus ratione officij omnis au-  
toritas miniftrorum committitur exceptis paucis. Ego  
non crederem peccari mortaliter, quamuis foret venia-  
le, fi frater vteretur aliquo corporali fine manicis vel fla-  
mineo infra tunicam ob mundiciam, fiue laneo fupra ip-  
fam vt corpori constringatur, quia non effer completè  
veftimentum, neque ob id poffet dici duplicibus indu-  
tus, videmusque in Diuinis præceptis ex leuitate mate-  
riæ transgreffionem non effer plusquam venialem. De  
ipfis tunicis dicit regula quod poffint repeciari de fac-  
cis, & alijs pecijs. Saccus, fecundum Bona. effer omnis ve-  
ftis vilis: repeciare effer vnã tunicam cum alia per con-  
futuram vniri dicit Hugo in fua expofitione, quod Hi-  
spanè dicimus, a forrâr, atque fubdit, duas cappas habe-  
re non dicitur qui habet pellem panno inuolutam, ne-  
que à fimili qui haberet veterem tunicam cum noua con-  
futam. Ab hac expofitione non abhorrent verba Bona.  
vocantis faccum veftem vilem, & de tunica interiori  
idè fæctus ait. In alia tunica fine capucio intelligitur fe-  
cundum ftatuta ordinis vnica, fimplex vel repeciata, igitur  
per repeciata intelligebat duplicem fed vnità con-  
futura. Cumq; diftinguat faccum in laneum & lineum,  
& cilicinum, annotat pellicea veftiméta non effer nobis  
conceffa. Alij, vt Bartholomæus de Pifis, capiunt repecia-  
re pro refarcire, quod Hispanè dicimus (remèdar,) ita  
quod tunica verus & lacerata faccis & alijs pecijs fufi-  
neatur, neque ftatim noua procuretur. Vtraque inter-  
pretatione tuti funt fratres in confciencia. De tunica  
cum capucio femper fuit practicatam in ordine, quod  
capucium debet effer confutum, fic enim indie profes-  
fionis benedicatur, & vocatur, habitus in crucis mo-  
dum. Aliàs quippè foret habitus in occulta fciffura  
differens ab habitu profeflionis, qui & ex regula per-  
miffio-



missione potest concedi nouitijs notabilibus. Deferentes habitū discissum à capucio sine causa rationabili credo quod grauissimè peccant, non tamen damno de mortali, quia neque totalem habitum dimittunt, neque omnino, quin omnes videntes eos habeat pro religiosis professis ordinis Minorū. Causa rationabilis & sine temeritate videtur, si vno altero vè die sic deferatur dū capiciū lauatur aut refarcitur, si cōcionator pluries prædicās in hebdomada vt quotidie à sudore mundetur sine habitus exutione. Ad dormiendū q̄ quis dormiat sine habitu vel capucio parū refert. Vide Angelicā. *Habitus. §. 4. c. 5. & excōmunicatio. casu. 27 Rosellā excōm. in sextadecima*

*Proposio. 11.* Fratres Minores tenentur indui vilibus: ita exposuit Clemēs, & cum simpliciter dicat regula. Vilibus induantur, sine verbo æquipollenti præcepto crediderim hoc esse vnū de illis quæ obligāt ex ratione materiæ paupertati annexæ, neq; habere malitiam specialem nouā super transgressionē paupertatis vt teneatur quis de illa se accusare specialiter coram ignorante nostrā regulam, sufficienter dicit peccauit deferens pretiosam vestē contra professam paupertatem. Similiter alij religiosi poterunt peccare, licet turpior sit vestis pretiosa in Minorita. Nō etiam oportet anxari de vilissimis cum satisfiat regulæ per vilia, quia vilissima horrorem & despectum grauitatis religiosæ quandōq; causant sæcularibus. Christi Domini vestimenta si adeo fuissent vilia & despecta non sortirentur de eis milites, vel ad proprium vsus, vel ad veditiōnem suæ quisq; partis ad ludendū. Si Petrus & Ioannes tam vilibus fuissent induti nō expectasset ab eis claudus eleemosynam. act. 3. neque gentiles in vilissimo habitu vocarent Philippum dominum, vt Iesus viderent Ioan. 12. neque vna aut solū duabus tunicis Christus credendus est vsus, qui de posuit vestimenta vt pedes discipulis lauaret. Ioan. 13. & habuit ex quibus quatuor fierēt partes vnicuiq; militi depra runica. Ibi. 19. Beatus Benedict. in c. 55. regulæ suæ, disponēs monacho sufficere duas tunicas & duas cuculas propter noctes & propter ipsas lauare

lauandas volebat, q̄ fratres exeutes in viā deferrēt meliores tunicas & cucullas, quàm ille emittit. quas habere soliti erant, quod non debet esse dubium faciebat attēdēs greuitatem religiosam. Ex eorū, quod duplēs assignabat mutatorias timbē nostris prælati. adimitur ad similitē concedendū propter easdē causas, videlicet propter dies & noctes, propter hyemem & estatem. Tum etiā quia variæ sunt fratrum infirmitates ethices, p̄yis quas multi ob pudorem occultant. Vtilitas secundum omnes debet esse in pretio & colore secundum æstimationem hominum illius regionis in qua morantur, neque fucata ratione debent dici viles, quia plus durant, sed quia vilis emūtur, quod & S. pater Benedictus aiebat, quod vestes essent in colore, aut grossitie quales inueniri possent in prouincia in qua habitant, aut quod vilius comparari potest. Hęc ille. Ad hoc præceptum notentur verba. S. Francisci, quæ refert autor conformita lib. 2. fructu. & conformi. 4. Fratres mei audite: post nos venient fratres nostri, qui facient magnas domos in quibus notabiles seculariter honorificè habitare poterunt, & tunicas facient valde bonas, & filij pauperum non verebuntur portare scarlatinos pannos solo colore mutatos, sed sufficit mihi in tempore illo, q̄ fratres mei custodiant se à peccatis mortalibus, igitur non quilibet excessus facit mortale, quia neque vilitas consistit in puncto. Prælati quidem excessibus debent se opponere & corrigere. De sumptuosis ædificijs vide S. Bona. in. q. 6. super regulam excusantem, tū propter aëris recreationem necessariam saluti magis inclusis, quàm secularibus qui frequenter vagantes recreatione aëris domi non egent. Tum etiam propter habendas officinas diuersas exercitijs religiosorum conuenientes sunt ampliora ædificia. Potest dari alia ratio ex eodem Bonauent. in apologetico. quæstione. 15. quia maior disciplina potest seruari in magnis conuentibus vbi sunt plures quàm in paruis vbi sunt pauci etiam seni vel octeni, quia officia in plures diuisa ordinatius administrantur, officium Diuinum pulcrius

† † dicitur

## Additio ad dist. 38.

Cum Bo  
na. facit  
Basilii  
citat<sup>o</sup> d.  
25. p. 8.

dicuntur: & cum maiori deuotione, ad salutem animarum possunt haberi plures predicatorum & confessorum, studia Theologiae. In paruis domibus dum alij sunt debiles & infirmi, alij pro elemosyna, alij in officijs in domo, nec disciplina religionis, nec studij, nec deuotio in Diuinijs valet, prout expedit, obseruari. Hæc Bona. Propter durabilitatem sunt fortiores domus quia non solum corporibus sed etiam cordibus magna est destructio noua semper aedificia construere, maxime illis qui non habent sumptus nisi ex mendicitate. Supra hoc docet nos experientia, quod primi fundatores deuotione habent & animosiores sunt ad sumptus pro nouo monasterio, quam successores pro illo reparando. Vides in his ut non quicumque excessus sed grauis & notabilis inducat mortalem?

Proposi  
tio. 12.

Aliud obligans fratres est non portare calceamenta ex cap. 2. Qui necessitate coguntur possint portare calceamenta. Hæc necessitas & similes quas non remittit regula ad prælatos, videtur posse decerni per cuiusque conscientiam bene informatam, non affectam amore sui, neque scrupulorum cauterijs fatigatam, non obstante quod Clemens illam reliquerit iudicio ministrorum, custodum, ac guardianorum, quia illa declaratio non induxit nouum præceptum. Possent verò prælati se intromittere prohibendo, concedendo, atque necessitatem declarando, nam cum fuerit dubia, prælatorum iudicium requireretur ei que stabitur. 23. q. 1. quid culpatur. Vide & concessionem Leonis decimi refertur in compendio verbo. Declarare. §. 5. & 6. quomodo in omnibus dubijs conscientiam tangentibus potest stari determinationi guardiani, vel cuiuscunque alterius prælati. Consuetudo etiam tolerata multum faciet in huius & similibus declarationem. Seculares cõmuniter necessarium extimant fortius calceari pro itinere, maxime in hyeme. Calceamentum proprie est operimentum decorio quod totum pedem operiat. Vide Hugonem in sua expositione. Vnde caligæ de panno siue integræ siue truncatæ non sunt

## De voto.

11

sunt calceamenta, neque sandalia quæ plantam pedis à terra sustinent, neque supra pedem operiunt sed corrigijs colligantur. Dicunt autem quatuor magistri videri aliquibus quod omne quod ad calceamentum pertinet dispensationis est, minoris vt in soleis, maioris vt in soleis & caligis, maxime vt in sotularibus & caligis. Hæc ibi. De sandalijs bene patet non esse calceamenta cum Christus Matth. 10. præceperit apostolis ne portarent calceamenta & Marci. 6. dixerit, quod essent calceati sandalijs tantum, sed non est contradictio, igitur ipsa non sunt calceamenta. Qui hanc interpretationem tactam à magistris sequuntur iudicant, quod quanto magis accedunt quæque ad calceamenta tanto magis dispensatione indigēt, quia soleis vel sotularibus (quæ Hispanè vocantur chinélas, aut pantúfos sine calcaneo. Vel etiam, vt in hac prouincia sancti Michaelis, & s. Iacobi vocamus soleas cum calcaneo, colligatas quasi fræno ad collum pedis, atque in medio pedis tenentur alia corij fasciola remanente cætera parte superiori tota discooperata, hisque vtimur,) aut sculponeis (quæ vocantur Hispanè alpargátes) ex cânabi vel sparto: similiter calopodijs, (hoc est calceamentis ex ligno ad modum solcarum totum fere pedem operientibus, vocantur Hispanè abár-cas,) atq; vdonibus laneis vel pedalibus, (vocantur Hispanè peales, vel calzónes,) potest homo defendi à frigore, quod nihil molestiæ propter Deum sentiat, & sic licet verba legis amplectens, quia contra legis faceret voluntatem committere in legem, sicut habet regula vltima iuris lib. 6. Portare, vt dicit Hugo, dicit vsum, idcirco non damnarem plusquam deueniali Minoritam vno aut altero die etiam sine dispensatione vel necessitate calceamenta deferentem, quia cum parum sit temporis pro nullo est reputandum ad mortale. Circa hoc & similia philosophaberis de necessitate vt ad excusationem ieiunij ex causa rationabili, quia non solum excusat vera rationabilis, sed æstimata rationabilis bona fide. Vide Caiet. in summa.

†† 3

Tenentur

Tenetur etiā Minores ambulare pedestres ex. c. 3. dicēte. Nō debeāt equitare nisi manifesta necessitate vel infirmitate cogantur. Nomine equitationis capiūt expostores regulā, vt Hugo, quod vulgus cōmuniter loquitur atq; intelligit, vehi in animalibus, aut curribus, licet alij quos idē Hugo refert iuxta proprietatem vocabuli illos tātū extimēt equitare, qui equini generis animali infidēt. Sāctus Bona. dicit q̄ ex quo non licet equitare, per cōsequēs nec bigare, aut quadrigare, quæ maioris sunt sumptus, & q̄ nō debeant videri, debeāt nō equitare. Cū hac expositione Bona. trāseūt omnes: Ponitur duplex rationabilis causa equitationis, manifesta necessitas, vel infirmitas. Ad infirmitatē reducēda est senectus, quæ ipsa est morbus, vt ait Terēsius in Phormione, atq; debilitas naturalis cōplexionis. Necessitas, vt propter impeditū iter iniuibus aut pluuijs, propter ipsius prolixitatē, & propter accelerationem negotij expediendi sic requirētis. Necessitates aut negocia ficta, quæ deberent à religiosis cuitari quo vitarent discursus non videntur à patribus zelantibus excusare ab hoc præcepto, sic docet expositio sanctorum patrum, quæ aliū titulum nō habet, sequitur auctor libri serenæ cōscientiæ. q. 45. & pater Argomanes auctor libri speculi. Quod illi sancti patres dixerunt, quando sunt multi boni fratres ad regimen idonei nulla est necessitas tenendi in officio prælationis illos, qui nolunt aut non possunt sine equitatione officia exercere, illō tempore dixerunt quo facilē ministri & visitatores officia sua explebant ob fratrum sanctitatem, quos per sola ordinis statuta visitabant & corrigebant, atque pauci erant, nunc vero sciētia requiritur, & plures chartæ, plures processus, quotidianæ scriptitationes quæ sarcinam supra proprios humeros ferre non prævalent, multarum etiam rerum experientia quam iuvenes robusti licet virtuosi communiter non habent, qui & ab humanis affectibus seu passionibus sedati non sunt. Quapropter ministri, custodes, visitatores iustē equitant, atque ipsorum socij quos vel turpe foret aut nimis difficile sequi

pedes

pedestres quacumque via, & quocumque inclementi tempore. Nec minus videtur iusta ratio in grauibus patribus quorum vita & salus est necessaria, quod tam grauibus quam senibus non careant conuentus, & iure possint vocari capitula & diffinitoria à senectute senatus. Habet necessitas latitudinem suam, extra cuius latitudinem non videtur recreatio infirmantium conducens ad salutis conualescentiam, neque negotia pia etiam secularium quæ per alios expediri nequibunt, & multo magis prædicatio per vicos & oppida. Vidi ego quendam patrem ministrum zelantissimum, qui bis hanc nostram prouinciam pedestris visitauit negantem iustā causam equitandi ire ad prædicandum, dabat rationē, quia plus homo tenetur ad præceptum quam ad consilium, incedere pedestrem est præceptum, prædicare solum consilium. Rationi facile respondetur per præceptum de ieiunio, à quo excusat pietas maioris boni cum simul exerceri nequeunt, quia corporalis exercitatio per ambulationem pedestrem minor est pietate prædicationis, neq; minus bonum debet impedire maius. Abusui equitandi multum obuiarent prælati non concedentes ire de loco ad locum ijs qui egent equitatione. Ex verbis citatis Bona. de maiori sumptu bigando, non credo aberrant dicētes intentionem. S. Frācisconi potius respexisse ad pompā, atque idcirco sella, frāna, phalere deberent multum vitari humilibus bestijs & stragulis contentis fratribus.

Est alia specialis obligatio de ieiunando à festo omnium sanctorum exclusiue vsque ad natiuitatem Domini etiam exclusiue & omnibus sextis ferijs. De hoc satis supra. dist. 16. de ieiunio. Quod ibi dixi. p. 53. ad quadragesimam & ecclesiæ ieiunia non teneri fratres Minores ante illam ætatem qua tenentur cæteri Christiani credo certissimum, atque me nouiter professo ita Salmaticæ à patribus doctis vidi practicari. Pater Ioānes de Argomānes, qui prouinciæ sancti Iacobi minister fuit in speculo, de ecclesiæ ieiunijs nihil tetigit quasi inuenēs hanc nostrā sententiam, quæ Salmanticę eiusdem

Supra  
p. 5. ad  
finemPropos.  
tio. 14

prouinciæ conuentu, vt dixi, practicabatur, tantum de ieiunijs regulæ fecit mentionem, ad quæ dixit fratres astrictos duplici obligatione, prima, quia habent vim præcepti, secunda, quia habent æquipollentia. Quid quid bonus ille pater intelligebat per obligationem duplicem, ego non video in transgressione huius præcepti nisi vnicam & vnius speciei malitiã sine noua circumstantia mutante aut notabiliter aggrauante. Frater Antonius Cordubensis super cap. 3. quæst. 2. circa obligationem ad ieiunia quadragesimæ nobis est contrarius, sed quod tenemur ex vi regulæ.

*Proposio. 15.* Tenentur & ex vi regulæ Minores ad dicendum officium diuinum, & hoc secundum ordinem sanctæ Romanæ ecclesiæ de hoc. dist. 16. intelligitur hoc præceptum tam quoad breuiarium, quàm quo ad missale, ita quod neq; de alijs festiuitatibus liceat nobis recitare horas & missam conuentualem seu communitatis & maiorem, quia in particulari ex deuotione potest quilibet de alio festo dicere officium, missas, collectas, per nostra breuiaria, neque minus in ecclesijs in quibus ex consuetudine habetur aliud missale poterimus dicere missam priuatam illius ecclesiæ quamuis à missali Romano differat. Addunt huic ordinationi ecclesiæ Romanæ alij expositores, quod etiam teneamur ad Romanum cantum, sed hodie post reformationem Breuiarij in tota Hispania dicuntur cantu ecclesiæ Toletanæ, cui absque huius præcepti transgressione se conformant Minores. Quod dicit regula: ex quo habere poterunt breuiaria, dupliciter exponitur, ex quo, scilicet Diuino officio, ita quod ibi conceditur vti breuiarij, & missalis in particulari, cum hac expositione transit S. Bonauent. & Bartholomæus de Pisis, innuebatque illam. S. pater noster Franciscus in capit. 3. primæ regulæ dicens de diuino officio. Et libros necessarios ad implendum eorum officium possint habere, & laicis scientibus legere psalterium, liceat illud habere. Hoc ibi. Nam vt dicit idem Bartholomæus, & autor Serenæ conscientiæ. quæst. 42. *intem-*

intentio sancti Francisci fuit, sicut dicebat Leo eius socius, quod libri haberentur ad vsum in communi & non in particulari. Alia expositio est quatuor magistrorum, ex quo scilicet tempore, quia tunc laboriosum erat & difficile habere libros, quando non erant præla quæ libros imprimerent. Iuxta hanc secundam, qui nequiret habere breuiarium, vt apud indos, non teneretur ad officium, quod credo est manifestum nisi è culpa sua sit: Habendo in communi tenetur per illud dicere, atq; in via per aliud a commodatum à clericis secularibus. In casu tamen quod non haberet breuiarium Romanum, sed alterius religionis, dicit autor Serenæ conscientiæ, quæst. 38. citato Petro Ioanne, quod tenetur per alienum dicere, quod non credo tam verum quin possit sustineri, contrarium, ex quo per regulam sumus ad hoc breuiarium astricti, & per Apostolicam constitutionem regulam confirmantem, & specialius per Pij quinti approbantis reformationem noui breuiarij, ab alijs breuiarijs absoluti. Quod additur, & orent pro defunctis, tam citatus Bartholomæus, quàm Serena conscientia, quæst. 43. intelligunt indictum laicis, quia clerici in officio Diuino tantum breuiarij quàm missalis orant semper pro defunctis. Ego contrarium arbitror, sed indicitur omnibus verum de consilio, quia & in prima regula capit. 3. dicebat S. Franciscus, q. quolibet die dicerent clerici psalmum De profundis, cum Pater noster, laici septem Pater noster, pro defunctis: neque minus laici dicendo per Pater noster horas orant ibi communiter pro ecclesia viuorum & defunctorum, quàm clerici in Diuino officio, quoniam talem tale officium vniuersale pro tota ecclesia generaliter recitatur.

*Hinc videtur introdu-  
tum dicere De profundis ante prandium et c. 8. nã.*

## DE PAUPER-

## TATE FRATRV M

Minorum in cap. 6. dicente, nihil si-

bi approprient: &amp; cap. 4. Nullo

modo denarios vel pecuniam

recipiant: per se, vel

per interpositam

personam.

Proposi  
16.Gregor.  
nonus in.N mis  
praud.

de excep.

prælat.

utrâque  
pauper

tatē Mi

trum  
nor. &prædic.  
uocat ar

tissimi

PAUPER TAS fratrum Minorum est altissima paupertas ex eo, quod neque in particulari neque in communi proprium possidere possunt. Sic eam vocat S. pater noster Franciscus. capit. 6. postquam dixit nihil sibi appropriet, subdit. Hæc est illa celsitudo altissimæ paupertatis. Fuit enim eius intentio, ut constat per multos pontifices post Gregorium nonum, qui ita habuit ex beato Francisco, quod neque in communi aliquid possiderent proprium. Nicolaus tertius hanc paupertatem abdicando proprietatem in communi propter Deum docet meritorem & sanctam. Secundò facit quod professio fratrum prædicatorum ex beati Dominici instituto fuit cum abdicacione possessionum, & reddituum in communi & propterea commendata à doctoribus tanquam maior Hostiensis & Ioann. And. dicunt esse perfectum ex electione altissimæ paupertatis. Vide Anton. Florent.

rent. 3. p. tit. 16. cap. 1. §. 11. latissimè de paupertate prædicatorum: si igitur illa fuit eadem cum paupertate S. Francisci, ut sua erat altissima, erit & nostra: sin verò (quia fieri potest) ultra paupertatem in speciali non addiderunt nisi abdicacionem possessionum & reddituum, manente proprietate in communi ad ea quibus licitè uti possunt etiam fratres Minores, quod dicere debent illi vel ex ordine prædicatorum qui tenent in usu consumptibilibus non separari usum à dominio, adhuc remanet altior paupertas quæ haberi potest ex abdicacione dominij in domibus, hortis, monasterijs, atque rerum consumptibilium usu. Philosophamur namque ex natura intrinseca ipsius paupertatis, quæ seorsum sumpta in communi, aut particulari perfecta est, simul vero sumpta altior & perfectior, nam recurrere ad accidentalia compensantia possessiones & redditus est saltare extra chorum. Tertio, quia hanc paupertatem Nicolaus tertius dicit Christum & apostolos verbo docuisse & exemplo firmasse. De hac tercia ratione magna fit altercatio, quoniam Ioannes. 22. in extrauag. Cum inter nonnullos, determinat esse hæreticum asserere pertinaciter Christum & apostolos nihil habuisse in communi, aut ea quæ habebat non potuisse vendere nec donare tanquam in eis nihil haberent. Quidam ex nostris respondebant, nescio an satis sanè, quòd Ioann. 22. errauit, quia papa ut persona particularis potest errare, sed declaratio Nicolai fuit solennitè approbata per Clementem in concilio Viennensi, ita habet Clementina. Exiui. Ad cuius confirmationem adducunt quòd idem Ioan. in extrauaganti. Quorundam, ipsam declarationem Nicolai, & Clementis approbavit & commendavit, ut solidas, claras, lucidas, atque indubias, igitur vel errauit illas approbando, vel eis contrariù diffiniendo. Secundò, aiunt, ipsum reuocasse ante mortè quidquid contra decretalè Nicolai & alias cõsimiles dixerat, asserunt de hac reuocatione quòd fuit declarata in quodam generali capitulo nostro Meclinensi in quo fuit electus

electus decimus octauus vicarius generalis, habetur tractatu tercio libri Monumenta ordinis, in Memoriali ordinis. De hac reraetatione fatentur aliqui nostri se nescire vnde ipsam habuit capitulum generale, reuerendum est tamen neque credendum temerariè motum ad id declarandum. Alij nostri probè & sanè considerantes quod possunt determinationes præfata concordari absque eo, quod talis & tanta macula imponatur domino Ioanni. 22. sequentes Bonauenturam eos saluant & concordant. Sanctus quippè Bona. super cap. 4. regulæ. considerat in Christo Domino & apostolis duplicem paupertatem, vnã in speciali, & communi qualis est fratrum Minorum. Hanc præcepit apostolis Matth. 10. ne portarent aurum, nec peram: & de se dixit. 8. Filius hominis non habet vbi caput suum reclinet, ideo à deuotis mulieribus sustentabatur. Lucæ. 8. neque vnde solueret diprachma habuit. Matth. 17. Viuente Christo hanc paupertatem seruauerunt, dicente Domino Lucæ. 22. Misi vos sine pera & sine sacco: Post resurrectionem similiter, vnde act. 3. dixit Petrus pauperi. Argentum & aurum non est mihi. Citat legendam beati Ioannis euangelistæ, quod dixerunt apostoli. Nulla ratione possumus accipere aurum, aut vestes, aut domos, aut prædia, aut seruos. Consideratur alia paupertas in speciali habendo aliquid in communi, quam Christus & apostoli seruauerunt nõ vt personæ particulares, sed vt prælati & in statu prælationis, iuxta quam Christus Dominus habuit oculos duplici de causa, ait idem Bona. Vna fuit pro ecclesiæ prælati, quod doceat eos pro necessitatibus pauperum releuandis habere oculos, quia nunquam legitur expressè oculorum pecunias in suos vsus conuertisse: Alia causa fuit vt condescenderet infirmis oculos habentibus & se Christo conformantibus in habendo illos, non tamè in modo habendi: Ponit exemplum in magistro docente diuersos discipulos singulis in suis gradibus condescendente. Apostoli act. 4. cū illi multitudine ita seruabant, quæ erant eis omnia communia & ipsi

ipsi tanquam prælati autoritatem habeant disponendi, atque dispensandi: sed hoc quãdiu ibi fuerunt congregati, nam postquam diaconibus commiserunt dispensationem act. 4. & in mundum fuere diuisi ad primam paupertatem redierunt (quod patere potest ex citata legenda Ioannis,) atque ad illud Christi dictum, qui vult tecum in iudicio contendere & tunicam tuam tollere dimitte ei & pallium. Matth. 5. quasi non habentes dominium & ius polyticum ad defendendum & repetendum in iudicio ea, quibus utebantur. Addit etiam idem sanctus, quod licet episcopi succedant apostolis in culmine dignitatis, & in obligatione & debito virtutis non tamen in distinctione & præcepto paupertatis. Consideratur iuxta eundem Bona. alius status in apostolis tempore possessionis, quando cum eis Christus dispensauit, quod haberet oculos singuli durante rabie persecutionis mortuo saluatore, dicens lucæ. 22. Nunc qui habet sacculum tollat, similiter & peram dando exemplum quod nonnunquam causa instate quãdam de nostri propositi rigore sine culpa possumus intermittere. Iuxta prædicta constat vtranque decretalem Nicolai, & Ioannis continere verum pro diuersis temporibus. De his decretalibus argnunt doctores in materia de concilijs, an papa possit errare in definitione fidei. Vide Turrecrematam in summa ecclesiæ. lib. 2. cap. 112. ad decimum argumentum, quidam alij ex nostris autumant præfatam reuocationem Ioanni. 22. habuisse capitulum nostrum generale ex disputatione habita coram eodem Ioanne inter prædicatores & Minores, in qua Vbertinus de Cassali qui ex ordine Minorum transierat iam ad Carthusienses fecit eandem distinctionem serè per omnia quam retuli ex Bona. quæ cum placuisset dicto domino Ioanni fuit reconciliatus ordini Minorum, referunt Nicolaum Glasbergerum in sua chronica. Illa placatio ex distinctione dicta non reuocatio, sed concordia potius dici debuit.

**Proposi**  
**no. 17.** Ex prædicta paupertate non priuantur Minores vsu  
 simplici, seu facti. Hæc habetur ex Nicolao & Clemen-  
 te. De hoc longa est concertatio inter Theologos & iu-  
 ris peritos, si potest dominium separari ab vsu etiam in  
 vno actu conlumptilibus, de. q. videantur nostræ regu-  
 læ expositores præcipuè Antonius Cordubensis cap. 6.  
 q. 1. in puncto. 3. & Dominicus Soto. lib. 4. de iust. &  
 iure. q. 1. art. 1. Nos cum sancto Bona. super cap. 6. re-  
 gulæ soluendo quodam arg. 5. tenemus partem affirma-  
 tiuam, & quod imiramur Christum, vt ipse Bona. dicit,  
 qui cibo vesceretur alieno in alienis domibus continuè  
 hospitando. Nam & volatilia vtuntur comestibilibus, &  
 pecora, atque animalia in præsepibus sine dominio: Ser-  
 uii atque inuitati ferculis inuitantis, quæ prægustata ab  
 inuitato posset inuitans à renitente leuare conseruandaq;  
 tradere. Potest etiam monachus aliarum religionum vel  
 ci cibus, quorum dominium ipse non habet in speciali,  
 igitur à simili potest totus conuentus vti cibus verè alienis  
 sine dominio.

**Proposi**  
**no. 18.** Dominium rerum, quarum vsus facti & simplex licet  
 fratribus Minoribus, pertinet ad ecclesiam Romanam.  
 Paret ex declaratione Nicolai, atque Clementis, & lon-  
 ge ante ex declaratione Gregorij noni. Ioan. 22. in extra-  
 uaganti. Ad conditorem: tenuit vsus non separari à do-  
 minio, & abdicauit à se, & à Romana ecclesia domi-  
 nium, reseruando solum domos, vasa, libros, & vesti-  
 menta ad officia Diuina. Sed post eum alij pontifi-  
 ces reuocauerunt extrauagantem confirmantes decla-  
 rationes Nicola, atque Clementis etiam circa hoc. Vi-  
 de in compendio. verbo. Paupertas, & Procurator. At  
 verò neque Nicolaus neque Clemens receperunt in se  
 & in Romanam sedem dominium eorum, quorum vsus  
 fratribus non licet, vt denariorum, armorum, equo-  
 rum. Sed de denarijs infra. p. 34. 36. & 38. Res cu-  
 riosæ, & superflua diuitias & thesaurum sapientes an  
 sint de dominio papæ duplex opinio est. Autor speculi  
 fol. 6. tenet quod non, ideo syndicus non potest de illis  
 se

se intromittere inter Cismontanos non vtentes Marti-  
 niana. Contrarium tenet Anton. Cordubensis cap. 6. q.  
 2. ad finem, quia ipsarum vsus quoad materiam licet fra-  
 tribus, quamuis illicitus sit ratione circumstantiæ acci-  
 dentalis, puta quantitatæ, aut qualitatis. Hanc opinio-  
 nem sequitur vsus, quia si prælati superflua inueniunt  
 apud vnum fratrem in alium egentem transferunt: si cu-  
 riosa & pretiosa quæ neque à fratribus in particulari ne-  
 que in Sacristia retineri decet, per syndicum faciunt di-  
 strahi, atque in decentia commutant, quæ non facerent  
 nisi de dominio forent Papæ, sed vel danti restituerent  
 vel de eius consensu distraherent.

Ex hoc dubio aliud nascitur, quomodo possint fra-  
 tres proprietarij venientes apostatæ expropriarij de ad  
 quistis in apostasia, maxime denarijs? Hoc in serena  
 conscientia. q. 82. inuenies in simili de fratre morien-  
 te, qui depositam habebat pecuniam pro se: quod præ-  
 latus nequit illam expendere, sed debet danti resti-  
 tuere, vel hæredi: quod si neque deponens neque hæres  
 appareat debet episcopus dispensare sicut alia incerta.  
 Ad hanc opinionem recurre infra ad materiam de syn-  
 dico, quia vtentes Martiniani licitè possunt recurrere  
 ad syndicum pro illa pecunia quia est de dominio pa-  
 pæ: inter non vtentes Martiniana bona est responsio  
 serena conscientia. Crederem tamen distinguendam,  
 quia si talem pecuniam fuisse constet datam pro illo fra-  
 tre speciali, aut vsu speciali non posset nisi redire ad dan-  
 tem: si tamen illa pecunia fuisset data potius in fauorem  
 conuentus & in communem eleemosynam, neque  
 in certâ & specialem necessitatem posset guardianus  
 expendi facere in communes necessitates conuentus: Si  
 militer ex licentia vel consensu satis probabiliter præ-  
 sumpto dantis, quandò dans sine aliqua expressione in-  
 tentionis dedit, & iam esset aliquantum temporis quod  
 dedit, neque plus curate creditur quam si non dedisset,  
 atque pro expensa putatur habere. Item si illa pecunia  
 foret data pro missis, aut alijs suffragijs quæ forent  
 per

*Dubium  
 de expro-  
 priatione  
 apostatarum.*



per fratrem expleta iam, pro eo, quod infra. p. 68. dicitur, quod talis dans tenetur in conscientia pecuniam abdicare à se, & de illa non amplius curare, sed ipse vel suus conuentus eleemosyna illa potiatur. Ad punctum dubij de expropriatione vide tractatum de necessariorum congrua solutione, in tertio & ultimo principali, quod non se possunt fratres neque praelati intromittere, plusquam in bonis nouiciorum venientium ad ordinem. Possunt tamen aliquem amicam spirituales assignare qui talia recipiat & studeat pauperibus erogare. At vero circa hoc habetur iam facultas à Leone decimo, quod aduulsa per fratres nostros apostatas & fugitios quomodocunque aduulserint praelati accipere in usus conuentus si eis uti liceat, si non quod fiat de eis per syndicum secundum declarationes quando similia in testamentis legantur. Habes in compendio verbo Bona. §. 22. intelligenda est concessio de bonis que non sunt obnoxia restitutioni. Rationabilis fuit concessio, neque difformis priori sententia illius tractatus. Nam si talia possunt per amicam spirituales pauperibus erogari multò melius Papa qui est pauperum pater potuit illa distribuere nobis, quos clare nouit & sine fictione pauperes esse. Facit in hoc, quia vel talis aduulsiuit intuitu personæ & industrie, ut laboricio, seruicio, vel etiam ludo, aut negotiatione per que iuste dominium transit in personam adquirentem, sed cum frater Minor neque sibi neque conuentui possit proprietatem adquirere, potius illa bona transferunt in dominium Papæ, igitur potest de illis dispensare: vel aduulsiuit intuitu paupertatis & eleemosynæ, & tunc in quacunque duarum opinionem de aduulsiuitis à diuite se pauperem mentiente, vel ab hypocrita fingente sanctitatem potest de illis Papa dispensare, & nobis dare. Nam in opinione Alexand. Alens. 4. p. quest. 86. Memb. 3. artic. 1. & 3. quam sequuntur alij iuniores talis simulator tenetur restituere non danti, sed pauperibus talibus quibus ille dedisset, & in quos à se abdicare voluit eleemosynam, quia cum donans non dona-

donauerit simpliciter, & merè voluntariè, accipiens retinere non potest, & quia dans habuit meritum dando Dei intuitu, fuit principale obiectum illius eleemosynæ, debet Deo in alijs pauperibus restitui. In alia opinione quæ innuit Angelica. Restitutio. 1. post incipientia à litera T. §. sed quid de hypocrita, quam tenet Almainus. in. 4. d. 15. q. 2. potest sibi retinere quia verè transferre voluit dominium in alium & non nisi in istum. Quod limitari debet in quotidianis & communibus eleemosynis, non in excessiuis, & datis ob grauem causam fictam, ut si finxit pro redemptione alicuius captiui, aut maritanda paupere, aut dicendis multis missis, aut curandis infirmis quæ in veritate rei non sunt, quia in tali casu non potest retinere sed vel dare ad similia, vel danti restituere. Modò consideretur frater Minor ut est pauper, atque ut est Minor non potens adquirere dominium pecuniæ: Alia præter pecuniam aduulsa nullatenus sunt restituenda danti sed pauperibus similibus quibus donaret dans, tales sunt fratres & conuentus, igitur papa potuit illa dare conuentibus. Imò opinor quod sine breui Leonis possent praelati de illis disponere pro suis conuentibus, quia tunc non usurpabant alienum neque sibi appropriabant, sed in prima opinione restituebant pauperibus: in secunda dominium abdicatum à dante, quia transire in Minoritam non potuit in papam transiit. Igitur absque breui licitè praelati disponebant de illis. De denarijs vel pecunia, in vtraque opinione potuit papa disponere per illud breue, sine proprietate praelatorum, quia non illos per se usurpant praelati. Imò fortè, (saltem in casu quo aduulsiisset eleemosynam in alio habitu & non ut frater Minor) possent praelati disponere non ut domini, sed ut restitutores vice ipsius fratris in alios fratres similes pauperes iuxta prædictas opiniones, non innitendo breui. Esto quod aduulsiisset denarios ut verè frater Minor, quia in plurimum denariorum dominus ignoratur, quia ex diuersis partibus fuere conuulsiiti, aut valde minutatim, possent praelati disponere restituendo sicut alia incerta,

aut minuta, que requirunt maiorem sumptum, quod vero domino restituantur, ideo datur pauperibus, ut ait Scotus in 4. d. 19. q. 2. litera. Dd. & sicut iuxta eundem. Scorum potest per seipsum debitor pauperibus dare de boni viri consilio, ita poterat facere per se prelatus vice fratris etiam absque breui.

**Cor.** Ex predictis constare possunt statuta que saepe fiunt, quod fratres proprietarij, vel adquirentes pecuniariam eleemosynam sine licentia, illa priuentur, & in infirmitate, aut si illi necessitate expendatur, quia aliqua possunt intelligi circa videntes Martiniana: Aliqua de non videntibus sed ex eleemosynis datis indifferenter, quoniam quia dans non curat, verum pro Deo dedit plus volens spirituale commodum quam reservatum dominium, presumitur sic voluisse dare fratri, quod nihil sibi reservabat, sed sicut conventus re per illam empta uti poterat sic faceret ante emptionem sibi providendo, & magis datur ut communis eleemosyna quam specialis, intelligi etiam possunt de incertis, atque minutatim habitis. In quibus constaret de opposita voluntate, & de vero domino, aut scandalum timeretur, siue turbatio, restituenda forent, neque standum constitutionibus.

**Proposio. 19.** Quando aliquis in testamento vel adhuc vivens possessionem aut redditus assignat alteri cum onere, quod det quotannis fratri Minori particulari, aut conventui tantam eleemosynam, propter illud fratres non habent proprium contra regulam. Hanc docet S. Bonaventura in apologetico. q. 9. quia ibi fratres nihil iuris habent, in quos neque transit dominium quantumcunque alter obligatus maneat ad complendum, quia recipiunt ut gratiosam eleemosynam. Quod si fratres denunciarent episcopo, liberam & bonam habentes intentionem, quod ille oneratus non complet, nihil mali faciunt dicente Evangelio Matth. 18. Si peccaverit in te frater tuus, &c. Tandem dic Ecclesie. Sicut enim possunt denunciare, quod Ioannes peccat in alios pauperes, peccat in defunctum cuius testamentum non exequitur, ita in proposito facere valent, ma-

maxime quia eiusmodi legata ignorare solent episcopi. Aduertit prudenter idem sanctus pro cauendo scandalo ignorantium statum nostrum, quod fiat protestatio nos in illo legato nihil iuris velle habere, solum recipere ut alias eleemosynas recipimus, & quod si commendauit missas dicemus, sicut alias dicimus quotidie.

Sunt circa hoc duo dubia, primum si liceat fratribus procurare quod conventui, aut sibi particulari fiant legata ad prefatum modum. Dico, quod deficiente scandalo ex natura rei non est illicitum, quia neque legantem inducunt ad malum, imo potius ad bonum eleemosynae, neque sibi proprietatem adquireunt.

Secundum, si fratres renuncient tali legato an heres possit sibi retinere, vel teneatur pauperibus elargiri? Dico, quod prelati solus non potest renunciare iuri sui conventus in alijs, ita neque licite eleemosynae, ideo tenebitur heres alteri successori dare. Si renunciatio fiat omnino legitime & legatum habet annexum onus missarum, contra dubium teneatur heres refundere legatum in missas neque valet quidquam retinere. Si est nuda & libera eleemosyna tenet S. Bona super c. 4. regule, quod manet in bonis defuncti non reservandis heredi, sed erogandis pauperibus alijs. Autor Speculi fol. 8. dicit sic respondisse Salmantice doctorem iuristam Villafandinum, non obstante clausula bullae syndicatorum, quod habeat syndicus potestatem remittendi & refundendi, quia intelligitur quando fit in utilitate fratrum, vel quia sequeretur litigium aut aliam inconuenientiam. Rem parui valoris legatam posset guardianus remittere intuitu pietatis heredi pauperi, sicuti potest donare vilis. Quamuis hoc sit verosimilius & magis in commodum tam vivi heredis quam defuncti, ego non multum digladiarer cum tenente, quod ex quo legans non intendit nisi in conventum aut fratrem hunc eleemosynam conferre, & illi accipere renuunt, ad hanc redes reuertatur. Quoniam incertum est deficiente acceptatione legatarum, si aliud voluerit de suo legato, quam disposuit de alijs bonis, maxime quando legauit

**Dubium 1.**

1.

**Solutio.**

**Dubium 2.**

**Solutio.**

**Si solus**

**prelatus**

**potest**

**repudiare**

**vide in**

**Angeli**

**co. Alio**

**natio. 9.**

**16. in**

**Rosella**

**ibide. 5.**

**10. sunt**

**opinio-**

**nes.**

**Cum o-**

**pinione**

**S. Bona**

**ugn. est**

**Angeli**

**calegatiu**

**5. 8. Ro**

**falla. 5.**

**19.**

††† 2 filio

Propos-  
tio. 20.

filio, aut fratri ubi potius attendenda videtur propinquitas quam elemosyna in fauorem anime.

Non peccant fratres Minores, neque male faciunt si qua illis superfluunt, vel etiam necessaria sunt pauperibus dant moderate. Probatur exemplo. S. Francisci quando visis alijs pauperibus dicebat restituamus quod comodatam accepimus quousq; pauperiores inueniremus. Attendendum est quomodo id facere valent. Denarios dare nullo modo possunt nisi de voluntate datium, quia sunt ipsorum, cum potestate reuocandi. Fratres particulares extra necessitatem extremam donare non possunt sine licentia prelatorum. Prelati in suis administrationibus donare possunt de vilibus & mobilibus pietatis intuitu, vel pro alia honesta & rationabili causa, & licet iare subditos ad idem ex declaratione Nicolai. Conclusio nem posui principaliter propter aliquos seculares aut ecclesiasticos detrahentes quod hora prandij ad ianuam fratrum expectant pauperes, quasi elemosynas petamus, ut alijs demus. Hoc ex proposito non facimus, neq; scienter superfluas petimus cum nesciamus quantum nobis dabitur in diuersis oppidis qua circumuis, & quandoq; simul eodem tempore messis, aut vindemie. Hora prandij ius vel brodium cum frustis panis aut similibus parui valoris dispartuntur, ut qui gratis accepimus, ex ijs qua superfluunt gratis demus, qua parua sunt. Non nego, quin aliqui in his excedent dando, vel negando, sed in alijs Diuinis preceptis non sumus confirmati quin peccare possimus. Audiui ego aliquando fratres nimirum zelare, quod pauperibus distribuunt prelati, qui tamen nihil sibi deesse in cibo, potu, & vestitu patiuntur sine murmure contra prelatos etiam in magna sterilitate, quando vix pro subditis cum magna distractione habere valent elemosynas. Moderatione opus est ne videamur crudeles negando aliqua, neque conquisitores pro alijs, neque zelo indiscreto prelatos & fratres in anxiam distractionem mitti velimus. Plurimi pauperes a se & filijs detrahunt qua nobis dent, quia nimium egentes, nos

nos credunt, qui si aliud subolerent sibi retinerent & filijs. Consideratio paupertatis ex parte dantium, & nostra multorum si mansissemus in saeculo, quia plurimi vixeret paucis, in agriculture, aut opificij alterius exercitio contenti, ut eorum parentes, facere debet, quod non fiat delitiosi in monasterijs, qui foret in saeculo laboriosi.

Fratres Minores ratione sua paupertatis nequeunt emere aut vendere stando in stricto rigore terminorum, quia emptio & venditio est alienatio, qua dominium & possessio rei venditae transfertur per traditionem domini in eumentem soluentem pretium pro re ipsa, sed fratres Minores non sunt domini rei alicuius, ergo ipsam non possunt alienare pro pretio, neque in se tanquam dominos emptam recipere. Sunt etiam denarij de natura emptionis & venditionis, qui si non interueniant sed res pro re datur permutatio est, non emptio neque venditio, si datur liberali ter est donatio: fit ex his liquida conclusio. Fuit emptio & venditio atque nummi introducti de iure gentium, quia eis omnes gentes utuntur, in decretis. d. i. ius gentium: ex parte vna ponuntur nummi, ex parte alia merx. Dico ex iure gentium contra aliquos tenentes contractum emptionis introductum de iure ciuili, idem non potest tolli per principem simpliciter & absolute, interuenire debet causa virgētissima ut vetet alterius regni personas in suo principatu negotiari, cum id eis liceat de iure gentium.

Non capiendo in stricto vocabuli rigore possunt Minores emere atque vendere. Vide expositionem quatuor Magistrorum cap. 6. dicentium, quod emere prout dicit de pretio rei emenda conuenire & solutionem rei emptae procurare possunt fratres: sed dare pretium pro re emptam non possunt. Facit declaratio Nicolai dicentis quod possunt fratres pro satisfactione facienda de sibi necessarijs citra cuiuslibet obligationis vinculum dicere, quod per elemosynas & alios amicos ad solutionem faciendam intradunt fideliter laborare. De venditione dicunt iidem magistri, quod prout dicit re propria in alienum dominum pro pretio transferre fra-

Propos-  
tio. 21.

Propos-  
tio. 22.

## Additio ad dist. 38.

tres vendere non possunt, prout verò dicit, de re aliqua pretium accipere, sicut seruus autoritate domini potest vendere, possunt & fratres, licet secundum suam professionem turpe sit atque inhonestum. Addit Hugo citato cap. 6. quòd vendere alio modo sit rem alteri omnino relinquere & loco eius aliam absque dominio vel iure ad simplicem usum recipere, sic fratres possunt vendere. At re vera hæc permutatio est, non venditio: inferuntur ex his aliqua corollaria.

**1. Cor.** Primò infero quòd quando aliqui laboratores aut seruitores fratrum pro sua mercede petunt ea, quæ in conuentu superfluant, Verbi gratia, triticum, hordeum, aut similia possunt à guardianis dari vel pretio à lege taxato, vt quia mensura tritici valet per legem vndecim drachmas, vel pretio inter ipsos inito. Pater quia hæc non est venditio ex parte guardiani, sed solutio debiti ex elemosynis iam quæsitis, sicut fieri posset per alias de nouo procuratas. Taxatio etiam pretij, quod valere potest res tradenda non est fratribus prohibita, quam si inter alios empores & venditores decernerent non facerent contra regulam. Hoc Cor. quantum ad hoc quòd possumus soluere debita ex elemosynis superfluis docet Bona. q. 13. apologetici. Quòd possit pretium taxari à fratribus, docet pater Antonius Cordub. in cap. 6. q. 3. in conditione. 4. & certè ad receptionem pecuniæ, imò neque ad pauperatatem quidquam facit appretiare quantum valeat res. Facit etiam quia (sine vinculo obligationis) paciscuntur cum opificibus & seruitoribus de mercede in denarijs numeratis, qui habent ex lege taxatum suum valorem: imò sepè in tritico aut simili cù seruitore: dabuntur tibi pro anno tot mensuræ tritici, quare igitur & postea ad soluendum facere non licebit? Item opifices aut seruitores quandò interuenit solutio numeratæ pecuniæ hoc est denariorum, non dicuntur vendere suas operas sed locare, quãdò datur res alterius speciei est cõtractus innominatus, igitur ex parte soluentis sicut non est emptio, ita neque vendi

## De voto. 20

venditio quando dat rem alterius speciei? Ratione scãdali possent guardiani peccare taxando ad rigorosum pretium, & non mediocre tunc inter omnes currens.

Secundò, quia dicunt magistri posse fratres accipere 2. Cor. pretium sicut seruus, non tamen decet, si cesset scandalum possent vendere, ad sensum expositum, de licentia domini si res est de alicuius specialis dominio: Item quæ eis superfluant poterunt de licentia prælatorum ipsimet vendere de autoritate syndici sine scandalo tamen, vt cesset turpitudine quam actui opponunt magistri.

Poterunt fratres de sola prælatorum licentia inter 3. Co. se vendere. Verbi gratia, habet frater librum quo non indiget, alteri fratri data est pecunia pro libro illo, poterit ab vno tradi liber, ab altero nummi syndico pro necessitate tradentis librum. Pater quia illa non est propriè venditio & alienatio dominij ex parte vnus neque acceptio nummorum ex parte alterius. Liber enim adhuc remanet in dominio Papæ, atque sicut prælatus se solo potest ab vno fratre usum rei tollere & alteri dare, ita poterit per commutationem aut venditionem ad sensum expositum. Si talis liber emeretur à fratre pro aliquo seculari, quia dominium alienaretur foret necessaria syndici autoritas. Attendendum verò quod cum inter fratres non vendatur dominium neque proprietas sed tantum vsus, minoris pretij debet esse solus vsus, quàm proprietas, & minus pretium debet interuenire. Prælati qui possunt dare licentiã fratribus ad disponendum de vsu rerum per declarationem Nicolai sunt generalis minister & prouinciales, atque ex concessione Martini quarti quæ refertur in compendio verbo Procurator, etiam custodes, non vero guardiani ratione officij, vt habet autor speculi. fol. 7. non obstante declaratione antiquorum vocantium guardianos custodes, quia tunc omnes prælati eodè nomine vocabantur aliquando ministrorum, aliquando

custodum. Dixi ratione officij, quia per commissionem superiorum prædictorum poterunt licetiam dare guardiani, ad quod videnda est litera sui guardianatus iuxta quancq; prouinciam. Quoniam si committitur eis, vt sit, generalis autoritas ad omnia concernentia subditos, atque conuentus suos, id poterunt: si excipitur vel in litera officij vel per statuta, vt quia libri bibliotece, ornamenta sacristie referuantur ministris, nihil poterunt contra reseruata sine speciali licentia. Indè aliud patere poterit quomodo si in vno conuentu abundat oleum, in alio triticum, poterunt guardiani inter se sine syndicis permutare, imò etiam si cõuentus eiusdè prouincię nõ sint, quia nisi in generali concessione excipiat aut statutis caueatur, aut consuetudo aliud interpreteretur, cum ibi nulla sit alienatio dominij ad quam necessaria sit vtriusque conuentus aut prouincię syndicorum autoritas, pertineatq; ad guardianos adquirere petendo necessaria ad victum & ipsa disponere pro suorum necessitatibus existimare valent atque iudicare fieri vtilius & cõmodius per eiusmodi commutationes.

Appen-  
dix.

4. Cor.

Mutum  
quid.

Cõmoda  
tũ quid.

Pignora  
quid.

Deposi-  
tũ quid.

Sequitur ad prædicta quòd non possunt fratres recipere mutua, vel commodata, vel pignora, vel deposita cum obligatione ciuili aut iuridica restituendi, pro qua contra eos agatur in iudicio, quia nihil habent super quo se possint obligare. Vocatur mutuum, quod ex meo fit tuum, neque est reddendum idem numero, sed simile in specie aut equiualens. Commodatum conceditur gratuito ad aliquem specialem vsum & restituitur idem numero, vt equus ad iter, tapetia ad ornatum. Impignoratio est traditio rei de manu vnus ad manum alterius quousque soluat aliquod debitum, & recipiens pignus obligatur iuridicè ad reddendum soluto pretio. Depositum est quod datur alicui custodiendũ. De quo dicit Hugo sup. cap. 4. quòd dicant fratres recipiendo, se nolle de custodia teneri Melius autem prouident statuta, deposita prohibendo propter pericula & varias quarelas. Aduertes autem quod iurista sæpè vocant idem aut di-

uer-

uersum specie, quod theologi idem aut differens numero. Sine obligationis vinculo bene recipiunt commodata iumenta, & tapetia, imo triticum, vinum & similia, item solutionem debitorum per denarios, ementes & rogantes amicum spiritualem vt soluat quousque se offerant eleemosynæ per quas bona fide intendunt sibi satisfacere. Vbi neque est mutuũ neque receptio pecuniæ plusquam si ipse liberaliter solutionem fecisset, quia sola spes satisfactionis neque fratres constituit iudicialiter obligatos, neque proprietarios, aut receptores pecuniæ.

Fit etiam consequens, quod sicut fratres nequeunt obligari iuridicè, ita neque alij sibi, quia sunt ista se inuicem consequentia, vt neque aliquis in iudicio agere valeat contra fratres Minores pro debitis, neque ipsi contra alios. Ex quadam æquitate conscientie tenentur fratres ad solutionem rerum quas emunt, & alij sæculares, vt Verbi gratia, commendantes eis missas obligantur ad reddendum stipendium. Ob quam æquitatè iudices fratrum poterunt eos compellere ad satisfactionem ex his quæ ad vsum habent, & iudices Laicorum de officio sibi subditos vt satisfaciant fratribus, tãquam miserabilibus personis. Per hæc decideret casus alter de fratre emente libros sine licentia prælati, aut etiam contra statuta & voluntatem prælatorum missas recipiente, & illarum stipendijs emente eisdem libros, postea moriente non soluto pretio, vel missis nondum dictis. Quoniam quidquid subtilizeretur vel à prælatis cupidis, vel ab alijs quod tales libri transierunt iam in dominum Papæ, & viuentes non sunt obligati ad solutionem obligatione iuridica, quidquid inquam de his & similibus subtilitatibus in nostra vel alia religione habente proprium in communi sit, mihi viderur, ex æquitate conscientie obligantis, tales libros debere restitui illi à quo empti fuerunt. Nam in duobus casibus tenetur monasterium de facto monachi & non in alijs. Vide Angelicam. Verbo Monasterium, vnus quando monacho est

5. Cor.

Casus.

††† §

com

*Monasterium quando tenetur ex facto Monachi.* commissa administratio, quia tunc in tantum obligatur in quantum extenditur administratio, ideo in casu dixi sine licentia praelatorum, quia si cum licentia recepta missas debebunt dici & solui ex vtenilibus fratris, respectiue forsan, ut vtenilia quae manent sub dispositione guardiani soluant debita contracta ex licentia guardiani, contracta de licentia provincialis de manetibus ad dispositionem provincialis iuxta provincialium consuetudines. Nisi dicas, quod ex quo alter praelatus dedit licentiam faciendam sit solutio de quibuslibet vtenilibus, quod esset magis pium. Alius casus: quando quod fecit aut recepit conuersum fuit in utilitatem monasterij, sed in casu proposito libri illi conuertuntur, atque etiam stipendia missarum in utilitatem monasterij. Igitur vel talium librorum fiat remissio in priorem dominum: aut ex venditione librorum quae per syndicum fieri posset, tanquam de re ad Papam pertinente cum suo onere, soluat stipendium, promissis dicendis. Concinit ad hoc regula. 46. iuris lib. 6. Is qui in ius succedit alterius eo iure quo ipse uti debet. Sed monasterium succedit in usum librorum, igitur & in aequitatem restitutionis, item regula. 77. Rationi congruit, ut succedat in onere qui substituitur in honore. Dico etiam, quod si frater mentiatu dicens se habere manentem rem illam emptam cum verè non habeat, sed aliam assignet loco rei consumptae, peccat mortaliter, & moritur proptietarius atque fur, confessor qui id permiserit communicat eius operibus malignis. Idcirco talis in eo articulo constitutus committat se Diuinæ misericordiae & praelatorum. Ad hunc sensum & exceptionem ego interpretarer statuta aliquarum religionum, quod monasteria non soluant debita contracta à fratribus mortuis, neque missas dicant ab eo receptas, quae statuta sunt valde pia ad refrenandos viuos, neque sic intellecta in mortuos crudelia, declarata viuis creditoribus sunt sufficientia quod si scandalizentur sit scandalum acceptum,

tum. Ex dictis aliud patere potest quomodo iniuste faciunt iudices seculares, aut ecclesiastici qui propter debita fratrum, aut guardianorum volunt conueniri syndicos & ab eis extorquere solutionem de quo latius infra. p. 31. in fine.

Fratres Minores tenentur ex vi suae regulae atque paupertatis ad vsus actos rerum, & pauperes, sed non nisi ad illos qui in regula continentur. Hanc docet in sua declaratione Clemens artic. 8. vbi iudicat temerarium & praesumptuosum dicere, quod sit hereticum tenere usum pauperem includi, vel non includi sub voto Evangelicae paupertatis. Eandem tenet Sanctus Bernardinus, in quadam epistola quae circumfertur in libris ordinis. Ceterum vsus moderatus rerum ad victum, vestitum, executionem officiorum statui suo conuenientium non repugnat fratribus, ut deducit idem sanctus ex declaratione Nicolai. §. 2.

Acti & pauperes vsus contenti in regula sunt, qui tangunt paupertatem. Vide in speculo fol. 3. ut de non habendis pluribus tunicis, de vilitate ipsarum, de non equitando, de non portandis calceamentis, de non recipiendo pecuniam, de cauendo à bonis ingredientium ordinem, de non habendo proprium in speciali, & communi, in quo ut supra prop. 16. eorum altissima paupertas consistit. Moderantia, vel immoderantia attendenda est secundum qualitatem status & personarum: secundum loca & tempora: secundum qualitatem & quantitatem rerum. Status noster pauperum est non principum, aut praelatorum, vel illustrium, atque nobilium quod eis, velimus conformari, vel diuitem illum imitari epulantes quotidie aut saepe splendide Lucae. 16. ideo licet non expresse & directe per regulam, sed implicite & indirecte teneamur ad moderatos vsus aliarum rerum non expressarum in regula, mendicare superflua non licet, imò forer scandalosum si petere mus ab egentioribus quam nos simus. Res in loco vno, & tempore habentur pretiosae, quae in alio viles. Verbi gratia

Appendix.

Propositio. 23.

Status & persona.

Locus & tempus.

Qualitas. *Qualitas.* *Causa deponendi Generalem Superfluum quid*

ria venatio leporum perdicum, palubarum in vno tempore quia est frequens ciues non diuites, sed status mediocris eis vtuntur, in alio vix vtuntur etiam diuites Capones gallinæ quotidie aut sæpe non apponuntur magnatibus, semel aut iterum in aliquo magno festo vtunt eis ciues mediocris status. Infirmi etiã delicatiori cibo sunt paleendi quàm sani & fortes, sed habito nostræ paupertatis respectu, quia licet de ipsis regula dicat c. 6. q. seruiat eis omnes sicut vellent sibi serui, intelligitur secundum rectam rationem & eleemosynarum facultatem non querendo medicinas diuitem, neque satiare cuiusq; appetitum: ipsos cap. 10. exhortatur, quod patientiam habeant in infirmitate, quasi pauperes in defectu necessariorum Dominum glorificantes. Hæc tãdem & similia sunt multum fratribus attendenda, quoniam inter causas ob quas deponendus est generalis minister iuxta regulam ponit Bartholomæus de Pisis cap. 8. Si est onerosus in expensis. Superfluum dicit Hugo super cap. 6. est quo ablato sufficit reliquum, in numero superfluunt duo si vnum sufficit, in quantitate multum si parum, in qualitate sumptuosum si vile, speciosum si despicabile. Nō autē qualibet immoderantia, vel superfluitas facit mortale, sed solum quando est talis ac tanta q. merito censeri debet enormiter lædere statum euangelicæ paupertatis, ita ex vbertino dicit Serena conscientia, quaestione. 11. & speculum loco citato. Sanctus Bernardinus ait. Vnus moderatus non potest dici superfluus & curiosus, qui cum debeat attendi secundum multas circumstantias non potest superfluitas & curiositas faciliter discerni, propterea non debet iudicari per subditos, sed per ministros, & custodes, vel eos quibus ab ipsis committitur, vt patet in declaratione Nicolai art. 2. §. in super. De commissione ipsorum in alios idem Nicolaus articulo. 4. §. quanquam. De superfluitate magna & curiositate in cōuentibus dicit idem sanctus, quod non vitiantur fratres sed solum introducentes, vel consentientes, vel si ad eorum officium pertinet & possunt, vel quicumque alij

alij si commodè possunt resistere legitimè non resistentes, & non alij, qui dictis rebus vtuntur ob aliquam necessitatem, vel scandali curationem. Hæc Bernardinus. Sanctus Bernardus in apologia ad abbatem Guillelmum loquens de abusu superfluitatum dicit. Aliquantum hæc agunt ex simplicitate, aliquantum ex caritate, aliquantum ex necessitate. Quidam nanque simpliciter ista tenent quoniam sic eis præcipitur parati aliter agere si aliter præciperetur. Quidam ne discorditer viuant ab eis cum quibus habitant sectantes in his non suam libidinem, sed aliorum pacem. Alij verò quia resistere non valent multitudini contradicentium.

Licet considerato statu fratrum Minorum in altissima paupertate non liceat eis facere congregationes frumentum, vini, & similia, vbi probabiliter possent quotidianis mendicationibus transire, quia vel sapiunt thesaurizationem, vel humano iudicio & ratione derogant paupertati manifestè, ar. verò quando probabili experientia non possent commodè sine talibus transigere, ministri & custodes cum consilio guardianorum & aliorum sacerdotum antiquorum & discretorum possunt aliter disponere. Ita in declaratione Clementis ar. 7. §. Rursus. Quatuor etiam magistri in vltimis verbis cap. 4. dixerant. Videtur pensatis hinc inde sententijs regulæ, quod solum exigente necessitate possunt sibi fratres in posterum prouidere, ita tamen quod nec diuturnitate, nec rerum quantitate, vel qualitate, in prouisione quâ faciunt in rebus sibi necessarijs forma paupertatis excedatur. Hinc iam habet consuetudo, q. pro vno duntaxat anno tempore messis atq; vindemiæ quândo sæculares abundant congregetur eleemosyna, quæ plus minus cum alijs quotidianis expectatis & solitis ad annum sufficiat, sic nec cessatur à quotidianis mendicationibus, neq; molestia nimia amicorum quotidie procuratur. Similiter qui usus carniū licet fratribus ex regula, vt. S. Bernar. ait quamuis non deceat nisi moderatus & discretus, in aliquibus cōuentibus aut prouincijs petuntur agni qui toto anno in paschis.

S. Bern.

Propositio. 24.

in super.

com.



comūnib<sup>9</sup> oppidorū sustētati liberāt fratres à quotidiana  
procuracione pecuniarū pro eūdo ad macellū ubi gratis  
nūquā dātur. Neq; sine esu carniū aliquo trāsire valent  
debiles, atque infirmi, verū & fortes pro conseruāda bo-  
na valetudine ne se pius infirmētur cū maiori omniū mo-  
lestia. Perinde haberi possunt aliqua sed pauca gallinæ  
ut succurratur per ipsas & per oua nona subito infirmanti-  
bus maximè in heremitorijs: si alantur Capones qui ma-  
gis sunt ad lautas epulas turpè sane foret. Possent & ali-  
vnus aut duo porci per aliquot menses oleribus hortorū  
& alijs vilibus, vbi pro cursu anni pauca carnes porcinae  
dantur in eleemosynā. Per hæc medicinas non tollitur,  
sed subleuatur. Vide Rosellam. Legare. §. 21.

*propof-  
tio. 25.* Prohibitus est fratribus Minoribus sub mortali vsus  
denariorū & pecuniarū dicente regula c. 4. Principio fir-  
miter fratribus vniuersis, vt nullo modo denarios vel pe-  
cuniam recipiant per se vel per interpositam personam.  
Probat̄ conclusio, quia hæc verba & præceptum si de  
solo dominio forent in perfluere cū in c. 6. prohibea-  
tur omne dominium, hinc si solum dominiū esset prohi-  
bitum possemus vti de denarijs vel pecunijs, sicut alijs re-  
bus ad victum necessarijs, quod est plusquam falsum. Ad  
huius intellectum oportet explicare terminos, seu voca-  
bula. Denarij sunt moneta sic habet expositio sanctorum  
patrum, quæ est sine titulo, & hæc ex quouis metallo ge-  
neraliter, quia de stricto significato solū esset habito re-  
spectu ad decē pondera quibus constabat. Pecunia stri-  
ctè sumpta, vt S. Bona. cap. 4. ait, est mensura cōmutatio-  
nis rerum. Quatuor magistri, per interpretationem an-  
tiquæ cuiusdam constitutionis factæ in ordine, aiunt,  
quod est quidquid recipitur vt vendatur. Sed si pro re  
alterius speciei detur est commutatio. Referunt aliquos  
dicentes, quod in receptione pecuniæ prohibeatur om-  
nis receptio rei, quæ ad vsum necessarium non recipia-  
tur. Hoc tamen est nimis amplum, quod quande sine ani-  
mo vendendi aut commutandi recipiatur aliqua res sic  
pecunia, esto obligemur ad non querendum superflua.  
Pecunia

Pecunia in communi loquela sumitur pro denarijs. Sve-  
ro Franciscus illos à pecunia distinxit. Recipere pecu-  
niam per se est illam accipere ad conuertendum in suos  
vsus: ita dicunt quatuor magistri, Hugo, Bartholomæus  
de Pisis, & serena conscientia. Aliqui expositores iunio-  
res addunt explicantes hanc declarationem, quod est  
accipere pecuniam per suammet personam in aliquos  
vsus conuertendam siue sint proprij, vel alieni, quia ex  
quo ipsimet conuertunt per se, ille vsus est tanquam  
suus, proprius. Inde haberi debet quod si frater Minor  
recipiat à parente proprio denarios, vt per se emat  
sed autoritate patris librum pro alio fratre carnali pec-  
cat contra hoc præceptum. De peccato ego non du-  
bito, sed an sic ex natura huius præcepti, an solum ra-  
tionè scandalij debet aspici. Pater Andreas Vega in  
expositione sua in quæst. 5. de pecunia, quæ erat secun-  
da de syndicis soluendo quoddam tertium argumen-  
tū credit Diuum Franciscum non prohibuisse fratribus  
vsum pecuniæ etiam per semetiplos pro alterius vsu-  
bus autoritate aliena, exemplificat in casu posito de  
libro, & de Minore accipiente de manu patris dena-  
rios quibus soluat creditori patris sua debita. Ex hoc  
debemus dicere quod accipere pecuniam per se, est  
sam accipere per suammet personam in proprios vsus,  
vel conuertendam per suam personam in alienos au-  
toritate propria ipsorum fratrum, non tamen solum  
tangendo, quia solus tactus sine scandalo non est pec-  
catum. Posset enim quis manu contrectare denarium  
vel ad videndam in eo sculpturam, vel si caderet de  
manu magnatis ad leuandum, eique ex vrbantate dan-  
dum, & multò magis ad faciendam restitutionem se-  
cretam alicuius nomine, quæ per alium fieri non ex-  
pediret. Cauere tamen debemus scandalum, quia  
sciunt omnes vsum denariorum nobis prohibitum, idè  
antiqui patres nostri similes pœnas taxatas reliquerunt  
durantes vsque hodie ob contactum quasi habentem  
speciem mali, quales pro receptione. Recipere pecuniā  
per

Recipe-  
re per se

Secun-  
dū 25

*Recipe-  
re per in-  
terposi-  
tam per-  
sonam.*

per interpositam personam est secundum eosdem qua-  
tuor magistros sua auctoritate alium substituere ad acci-  
piendam pecuniam in proprios usus conuertendam. Ex-  
plicant alij iuniores qui supra, hi in proprios usus addē-  
do, vel tanquam in suos. Potuissent reuera magistri subri-  
cuille in proprios usus, quia ad quemcumq; finem pecu-  
nia recipitur a quoq; auctoritate fratrum ipsi fratres per  
interpositam personam recipiunt. Ideo si pecunia pro alijs  
auctoritate fratrum recipitur, vel ab vno depositario illa  
habente in alium transfertur auctoritate fratrum sine li-  
centia, vel auctoritate dantis expressa, vel rationabiliter  
presumpta sit contra hoc præceptum regulæ. Quando pro  
uisio procuratur a fratribus mediante pecunia, quæ rema-  
neat sub dominio dantis, & deponatur apud alium dantis  
auctoritate, & eius auctoritate expeditur, deq; vno ad aliū  
transfertur ille dantis pecuniam, atque eius substitutus  
vocatur amicus spiritualis à regula adiunctis declarati-  
onibus. Vide Hugonem & Bartholomæum de Pisis in c. 4.  
quomodo fratres ab antiquo declinare solebant ad po-  
pulos & eos exhortari ad eleemosynam pro fratribus in-  
duendis, & infirmis: quæ duo erant valde pia: tunc fide-  
les constituti ab episcopis, aut ipsis populis procurabant  
& petebant, & vice populi providebant: ij tales vocaban-  
tur amici spirituales, tamen secundum Pontifices expo-  
nentes, amici spirituales sunt dantes pecuniarum elec-  
mosynam & eorum substituti, à quo nomine nō abessent  
illi quibus populus contributebat, vt ipsi providebant vi-  
ce populi, tanquam substituti. Quando dat eleemosynā  
non pecuniarum vocatur benefactor, aut deuotus ordi-  
nis. Faciunt hanc differentiam, cum pro eodem sumi pos-  
sent, propter dictum. S. Francisci in cap. 4. Pro necessi-  
tibus infirmorum, & alijs fratribus induendis per ami-  
cos spirituales ministri tantum & custodes sollicitam cu-  
ram gerant, eo semper saluo, vt sicut dictum est denarios  
vel pecuniam nō recipiant, quasi eō tenderit beatus Frā-  
ciscus, q̄ non recepra pecunia per se, neque per interpo-  
sitam personā, liceat fratribus habere prouisionem me-  
dian

*Amicus  
spiritua-  
lis.*

*Benefa-  
ctor &  
deuotus.*

diant pecunia quæ sit dantis, quamq; in illam prouisio-  
nem ipse dans auctoritate propria, vel alius eius nomine  
expendar. Disposuit sic pro infirmantibus & vestimen-  
tis veluti qui sciebat non omnia necessaria infirmis &  
vestimentis dari solere ad mendicationem, verum alia  
minutiora & communia ad victum. Sanctus autem Bo-  
nauentura dicit, quod in his à beato Francisco expressis  
alię necessitates maiores intelliguntur. Alij exposito-  
res extendunt ad similes. Imo Nicolaus Papa nullam fe-  
cit distinctionem de necessitatibus pro quibus possunt  
recurrere ad dātes eleemosynam pecuniarum, tantum  
dixit pro necessitatibus. Vnde sit consequens & manife-  
stum, quod pro omnib; necessarijs iuxta nostrum statum  
iuxta dicenda infra. p. 26. conditione. i. Stando etiam  
in verbis regulæ, pro habendis breuiarijs, quia dixit, ex  
quo habere poterunt breuiaria: pro libris ad prædican-  
dum quia in cap. 9. vult quod sint examinata prædica-  
torum eloquia, tale officium examine sine libris exer-  
ceri non valet, dat licentiam equitandi in infirmitate &  
necessitate, ea stante poterunt procurari iumenta & ex-  
pensæ, quæ mendicando haberi nequibunt: dixit quod  
fratres laborent, poterunt recurrere ad procuratorem  
pecuniæ pro instrumentis suæ artis, quæ non darentur  
sola mendicatione. Syndicus non est persona interposita, sed is qui auctoritate papæ eligitur ad faciendum eius  
nomine quæ ponuntur infra. 32. & 34. Ex prædictis infe-  
runtur aliqua corollaria.

*Syndic⁹*

Primò quod si petitur lana, linum, agni, vt vendantur i. Coro.  
proprie est pecunia, similiter si vt commutetur agni pro  
arrietibus sub æstimatione pretij, aut lana pro panno, aut  
linum pro sindonibus. Si autem vt cōmutentur sine æsti-  
matione pretij, sed simpliciter q̄ dent & recipiāt aliud,  
tunc, aliqui dicunt, non est proprie pecunia, nisi vel ta-  
citate fiat in cordibus talis æstimatio. Nam tam æstimatio  
pretij tacita, quam expressa facit rem æstimatam esse pe-  
cuniam, & quia communiter fit talis æstimatio expressa  
vel tacita nisi clarè constiterit de contrario prælati co-  
casu

††††

casu semper iudicabunt receptam fuisse pecuniam.

2. Cor. Sires petuntur ut gratiosè alijs dentur, propriè non est pecunia, licet ex alio capite sit peccatum, vel proprietatis, quia petitur sub nomine fratrum, & sub eorundem nomine alij datur, vel inobediètiæ si prohibent prælati.

3. Cor. Tertio sequitur quòd quando petuntur agni ut conseruentur & facti arietes comedantur, vel lana & linum quæ ab opificibus elaborentur & fiant panni & lintea soluendo ipsis pretium sui laboris licitè fit neque est pecunia. Quoniam vero sæpè carius ex lana operantur panni, quam emantur, solet dari lana opificibus, & peti vlna rum panni tanta quantitas, eo pacto quod vlna panni valeat tot drachmas aut regalia argentea, & ex toto pretio defalcatur quod lana ipsa valet pretio tunc solito & corrente: de hoc an licitè fiat dubitatur? Dico primo, quod si talis lana sit ex arietibus factis ex agnis petitis, aut postulatis pro esu, non est dubium quin syndicus papæ valeat eam conventionem facere sicut potest lanam vendere tanquam superfluum. Secundo, casu quod tota lana sit postulata in eleemosynam, aut aliqua pars, respectu eiusmodi lanæ potest conuentio fieri licite, & illicitè. Quoniam si ex principali habeatur venditio lanæ, dicendo sumite lanam in tanto pretio, & date nobis tot vlnas panni ad tantum, reuera petitio ad eiusmodi conuentionem fuit petitio pecuniæ. Sin vero fiat conuètio, sumite tot pondera lanæ, quæ elaborata paritura est tot vlnas panni plus minus, pro vestri operis laboritio habebitis tantum pretium pro qualibet vlna, petitio ad hanc conuentionem non est pecuniæ. Debet què ut conscientia saluentur petitio hac intentione fieri, licet postea in verbis non seruetur totus rigor expressè, tamen nihil debet exprimi quod huic intentioni formaliter aut virtualiter contradicat. Iuuabit in hoc autoritas prælatorum potentium dispensare in multis ut supra, p. 6. quia dissimulando poterunt iudicari dispensasse. Dispensatio autem interueniens ad petitionem frumenti pro induendis

Casus de lino & lana datur pro uestitis.

dis fratribus de qua citata. prop. 5. habetur ex Pio, nō est propriè dispensatio in aliquo substantiali regulæ, sed in aliqua circumstantia (vt quidam dicunt) quando non est alius modus habendi: idè nō fit contra seu extra latitudinem præcepti de non recipièda pecunia, & multò minus in proposito, vbi datur lana ex quàm et panni elaborentur ad tantum pretium quælibet vlna, & habeant ex lana iuxta pretium de ipsa currens de falcata tantam quantitatem quasi iam solutam poterit ad propositū multum iuuare breue leonis infra prop. 37. arg. 4.

Quartò, quòd pecunia sicut linum, lana, triticum, ad vendendum non potest peti à fratribus, nisi cum modificationibus requisitis ad denarios, vt in sequenti. prop. 9. Me recès professio sic obseruabatur, quòd pro edificio reparando, aut conflanda Campania petebatur eiusmodi pecunia notificato è suggesto dantibus q̄ eius nomine vendendæ res erant, & sic cessabat scandalum quòd elemosynas venderemus, sicut vendunt œconomi ecclesiarū, & fiebat q̄ supra dicebat Hugo, & de Pisis de amicis spiritualibus. Poterit facere ad hoc citatū breue Leonis.

Quinto inferitur nō esse contra regulam acceptare, vel postulare denarios, atque pecuniam quia distinguuntur hæc vocabula à receptione, quoniam postulati & acceptati manent in dominio dantium quorum autoritate expendantur, & transeunt de manu in manum.

Sexto, quòd dominium iurisdictionis non repugnat fratri Minori, vt dixi supra. d. 18. p. 12. & tenet Almainus de potest. Eccles. cap. 6. Idè non repugnat statui fratrum Minorum esse iudices conseruatores, arbitros, electores personarum ad dignitates per compromissum eligentium, neque repugnant similia vbi non interuenit pecunia, licet iustissimè & prudentissimè per statuta hæc illis prohibeantur ob varias querelas vitandas, & diuersa scandala. Viuimus enim de elemosynis, neq; debemus facere nos odiosos ijs quos iudicauerimus.

¶ ALIQVAE assignantur conditiones, vel modificationes ad hoc, vt fratres Minores possint acceptare

†††† 2

aut

4. Cor. pecunia est petenda Cum modificationibus.

5. Cor. Petere denarios si licet.

6. Cor. frater Minor potest habere iurisdictionem.

aut postulare eleemosynas pecuniarias.

1. Conditio ad eleemosynas pecuniarias.

Prima est ex parte rei, videlicet quod res propter quam procuratur pecunia sit necessaria ad vsum moderatum conuenientem fratribus, de quo supra. prop. 23. & 25. Hęc de ducitur ex declaratione Nicolai artic. 3. §. Ceterum, dicente, quod pro satisfactione suarum necessitatum. Ex hac conditione patet, quod non possunt procurare superflua, quia si non possunt procurare superflua per se, multo minus mediante pecunia. De necessitate quomodo capiatur supra prop. 5. 12. & 13. Ad procurandam pecuniam non debet esse strictissima, sed est quod sit commoda: solet distinguui, ut in sequenti conditione: estque non solum corporalis verum & spiritalis, quando sine illa non potest fieri aliquod grande bonum, aut vitari graue malum, exemplificat pater Antonius Cordubensis in cap. 4. quaest. 7. pro accipiendis bullis ad habendum grande bonum indulgentiarum, & cauendas penas purgatorij, modo cetera requisita concurrant ad pecuniam. Quaestionem vi de pro vtraque parte per fratrem Alonsum Casarrubios compilatorem priuilegiorum, in Compedio verbo Cruciatia. Ad eandem reduci debet procuratio ad mittendum epistolas prelati super rebus valde necessarijs quieti animarum & conuentuum, quae dilationem non patiuntur, non pro friuolis de quibus semet fratres inquietant, & differri possunt quousque nuncius offeratur. Ad mortale peccatum contra hanc aspicienda sunt plura capita, vnum ex receptione pecuniae per se vel per interpositam personam. Nam ut optime dicebat pater Vega in sua declaratione, quaest. 5. de pecunia, quae est. 2. de syndico, extrinseca & impertinens est necessitas ad receptionem pecuniae, cum vtrouque nihil iuris habeant. Secundum caput est: ex superfluitate, nam iuxta mensuram superfluitatis diiudicabitur peccatum. Tertium obligatio statutorum prohibentium eiusmodi procuracionem. Quartum ex vinculo obligationis ad mandata prelatorum verantia talem procuracionem. Quintum est ratio scandali, quae est generalis ad multa.

Se

Secunda conditio, quod necessitas sit praesens, vel imminens. Vocatur praesens quae est certa & determinata, & statim & in continenti necessaria, ad quam reducitur praeterita quae fuit subleuata ab amico spiritali, pro cuius satisfactione postmodum procuratur, quia praeterita necessitas suam habuit de praesenti. Imminens dicitur certa & determinata, quae de proximo instat, & quasi super nos manens certitudine mortali noscitur in breui euentura, ut prouisio in aestate pro panno ad hycem. Hęc deducitur ex Nicolao, qui dum praedicto. §. Ceterum, dixit pro necessitatibus quae pro tempore occurrerint, loquebatur de praesentibus, & infra. §. Et quia oportet: loquitur de imminentibus quae breui tempore expediri valent, vel tractum temporis habent, ut in scribendis libris, aedificijs, pannis in locis remotis emendis. Pro necessitate futura neque certa, neque determinata, sed indifferenti non licebit, sicuti neque licet acquirere superflua aut congregare, ut supra, p. 24.

Tertia conditio, quod talis necessitas sit propria ipsorum fratrum, vel sit subditorum pro quibus procurant praelati. Pro alienis, neque eleemosynas licet procurare quasi pro nobis, & multo minus pecuniam, quia neque totus ordo potest donare denarium cuius non est dominus, neque inter Cismontanos transit in dominium Papae, ut causare possint, quod vruntur concessione donandi illud denarium, sicut donare possunt vilia: quia concessio donandi Nicolai de mobilibus & parum valentibus est, & Martiniana recipiens denarios in dominium papae explicat quod sunt expendendi in utilitates fratrum, infra. p. 36. & 37. igitur non in alienas pro quibus non recipitur a syndico neque dispensatio habetur. Hęc deducitur ex eodem Nicolao dicente. Liceat fratribus necessitates suas insinuare, & cum dicat Clemens ar. 6. Vbi aliquid generaliter prohibetur: quod expresse non conceditur intelligitur denegatum. Minoribus prohibetur omnis procuratio pecuniae generaliter, & conceditur pro suis necessitatibus, ergo est denegatum pro alienis.

††† 3

alienis. Propria autē non solum debēt reputari, quæ ad propriam personā pertinent, sed etiam quæ ad illas quibus homo naturali & Diuino iure succurrere tenebitur, quales sunt parentes & filij, neque ego ultra hos audebo extendere, quoniam filij reputantur pars patris, quibus si non possit Minorita prouidere communi via, qua alijs inducendo quempiam, quæ eis eleemosynam faciat, poterit perire illam ut pro se, prius verò retrāda sunt omnia. Hoc quidem intelligitur ex parte huius conditionis, nā debent alia requisita obseruari. Quando & quomodo filius obligetur patri, & pater filio generalis est doctrina, cuius partem aliquā tetigimus in breuiloq. 3. d. 40. p. 30. & 31. & d. 29. p. 9. Vide in Angelica verbo religiosus. §. 31. opinionēs quæ circa hoc sunt, si teneatur magis obedire patri carnali necessitatem patienti quam prælato. Ex doctoribus maioris nominis Alex. Alésem. 3. p. q. 33. M. 4. & Tho. 2. 2. q. 101. artic. 4. retuli in loco citato breuiloq. 3. Prælati potentes procurare pro subditis sunt generalis pro toto ordine, prouincialis pro sua prouincia, custos pro custodia, guardianus pro suo conuentu, & illi quibus ipsi commiserint. Vide supra. p. 22. coroll. 3. ex quo deduces ad hanc quomodo valet prouincialis præcipere vni guardiano quod procuret missarum stipendia, pro guardiano alterius conuentus. Talis etiam commissio dari potest explicitè, vel implicite etiam ex consuetudine tolerata, quod vnus guardianus prouideat alteri de missis sui conuentus, vel alij fratri itineranti quibus sibi de aliquo necessario prouideat modo non sit prohibitio facta ne dentur fratri subdito & particulari missæ, quia ea stante per statuta dare non poterit. Non est autem extra necessitatem conuentus procurare necessaria hospitibus etiam secularibus ad nos diuertentibus, quibus oportet gratificari opera & beneficiis, eosque ad alia in posterum allicere. Contra hanc non fit inducēdo seculares ad dandam eleemosynam extraneo, vbi iam ipse quam sciens cognoscunt non peti pro nobis, imò est pia inductio, neque etiam fit si frater Minor è spe rati habitio-

habitationis dicat œconomus patris aut fratris quæ nomine ipsorum eleemosynam pecuniariam det tali pauperi; quia neque furtum neque vsus pecuniæ interuenit in hac spe rati habitiois magis quam si existens in sæculo id dixisset. Fit contra hanc & contra regulā si. V. g. guardianus alicui fratri nō subdito suo prouideat de pecunijs in maiori quantitate, quam ex licentia expressa vel rationabiliter præsumpta superiorū sibi & tali subdito communium dari soleat, aut prouideri pro necessitatibus. Itē si mandatur tenenti pecuniā quæ illam alicui det gratis, aut in mutuum sine voluntate & consensu dantis & domini illius pecuniæ, quia sapit dominium & expendi facit in vsus alienos. Itē si ex illa pro se procurata emat curiosa, aut pretiosa, vel quæcunque ut gratis donent. Peccant etiā dantes vel transferentes stipendia missarum in alios clericos seculares, vel non suos subditos, quia disponunt de pecunia & non in suas, neque suorum necessitates, & si multa sint missæ mortaliter, si foret vna aut altera pro die qua diuertitur ad conuentus nostros, ex leuitate materiam foret veniale, aut ex urbanitate, vel alia voluntate præsumpta dantis, nullū esset peccatū, ut quia facit & celebrat exequias, vel anniuersarium, & vellet omnes clericos pro se celebrare, quod faciant fratres, aliquem hospitem celebrare, pro eoque sicut pro se, faciāt dari eleemosynam computando illius missam cum suis.

Quarta conditio est, quæ res propter quā procuratur nō possit haberi mendicando hostiatim, aut ab aliquo vno solo particulari, quia dixit Nicolaus de procuranda pecunia, quod cessantibus eleemosynis, sed si potest haberi per mendicationem nondum cessant eleemosynæ. Quamuis autē Nicolaus in illis verbis loqui videatur de eleemosynis pecuniarijs oblatis cessantibus, tamen aliquantuliter facit in conditionem hanc, quia si potest haberi mendicando cessat vera necessitas. Ad cognoscendum peccatum contra hanc recurre ad capita primæ conditionis. Quæ possunt haberi mendicando cum magna distractione, & secularium molestia quotidiana dici valent

valent non posse haberi sicut ex Aristotele. 5. Metaph. cap. 12. nimis difficilia vocamus impossibilia, idcirco sanctè recurrimus ad eleemosynam mislarum ex quibus nullum onus accrescit secularibus aut fastidium, qui eas facturi sunt dici ab alijs sacerdotibus pro suo stipendio, & nos compellimur ad meliora, dum torporem & disfidiam ablegamus quò sapius celebremus.

5. *Conditio.* Quinta, quod non sint aliæ eleemosynæ indifferentes ex quibus prouideri possit. Paret ex sententia Nicolai posita in præcedenti. Vocantur eleemosynæ indifferentes, quæ fuere oblatæ non expressa aliqua necessitate pro qua offerebantur. Nam eo casu illæ sunt prius expendendæ, si fuere oblatæ ad certam necessitatem, vt infirmorum; possunt procurari aliæ pro indumentis. Circa hanc aduerte concessionem Sixti quarti quam refert autor compendij. verbo. Legatum. §. 1. q. possunt prælati commutare legata ad vnum vsum in alium, modò faciât sine scandalo illorum ad quos pertinet solutio taliû legatorum. Aduertes etiam quòd possunt adesse indifferentes eleemosynæ, & tamen necessitates presentes vel imminentes plures quam quæ illis indifferentibus valebunt subleuari, & tunc licitè petuntur aliæ.

6. *Conditio.* Sexta quod non permittant plus dari scienter aut deponi quam creditur res valitura, aut plusquam sit necessarium ad soluenda contracta debita. De hac Nicolaus, art. 3. §. Quia vero puritatem: ait. Caueant fratres, vt nõ plus scienter concedi consentiant. Hæ tres conueniunt cum prima, quia illa superflua eleemosyna nõ est necessaria. De illa verò quæ supererit fratres nequeunt se intrinsece pro alijs necessitatibus sine licetia dantis expressa, sufficeret tamen præsumpta probabiliter, quòd deducitur ex quatuor magistri super cap. 4.

7. *Conditio.* Septima, q. quando procuratur exprimaturs necessitas, & expecificetur pro qua postulaturs. Hæc deducitur Arg. 1. ex Nicolao dicente. Liceat fratribus suas necessitates in sinuare, ac expecificare, & exponere. Quauis hæc verba Nicolai non apertè concludant & conuincant hanc conditionem,

conditionem, tamen infra ibidem dicit, quòd abstineat fratres ab omni administratione, seu dispensatione pecuniæ: sed si fratres indifferenter peterent pecuniam & generaliter pro suis necessitatibus, iam eis in tali pecunia 2. Arg.

maneret libertas & autoritas dispensandi ad libitum. Item Clemens in art. 6. ait. Dicimus fratres teneri cauere summopere, quòd pro alijs causis, vel sub modis alijs, quam ponat dicti prædecessoris nostri declaratio ad dantes pecunias, siuè deputatos nuncios non recurrant: & subdit, q. omnis questus pecuniarius est fratribus interdictus: sed talis modus procurandi pecunias indifferenter est questus pecuniarius, igitur ipse non est licitus, & per consequens hæc septima conditio est necessaria deductaq; ex præfatis declarationibus.

De hac conditione sunt opiniones inter nostros si obligat ad mortale. Cum parte affirmatiua transit autor speculi, què sequutus fuit pater Bernardinus de Areualo prouinciæ Conceptionis in quadam. q. 7. de decè & octo quas mouit super statum fratrum Minorum, habentur in libro vocato Enchiridio fratrum Minorum. Partem negatiuam asseueranter tenebat pater Vega in expositione sua nondum impressa in. q. 2. de syndicis respondendo cuidam arg. 3. Fundamentum est, quia vt supra. p. 4. neq; declaratio Nicolai neq; Clementis quoad hoc induxerunt nouum præceptum, aut obligationem, neque regulam quã præcepit quòd necessitas exprimeretur distinctè & explicitè, igitur satis est, si necessitas explicetur in genere, & tacitè videlicet, q. eo egent quòd petunt, id quòd ipsa petitio satis de se indicat præsertim in probis & religiosis viris. Confirmatur, quia licitè possum dicere alicui, oro quòd soluatis pro me tali viro tot drachmas quas mecum expendit in itinere, vbi nulla necessitas distincta exprimitur, igitur à simili pro itinere futuro possũ dicere sine alia explicatio ne q. denrur, & per consequens petere in genere pro quibusdam necessitatibus. Confir. Secundo, quia per talè taciturnitatè expressè necessitatis, neq; mihi acquiritur dominium neq; autoritas, neq; à dante aufertur sua. Per hoc

*Opinio prima.*

*Opinio Secunda.*

parer

patet ad argumenta. Ad primum de administratione dicit idem Andreas Vega quod inueniis in summissis, ut Angelica verbo. Administratio, quod ille habet administrationem, qui habet ius agendi in iudicio, & potest in in eo conueniri, imo & extra iudicium de aliqua re disponere: exemplificat, sicut tutor in bonis pupilli, Rector scholarum Salmanticensium in bonis scholarum, sed frater Minor nihil plus habet, vel potest in pecunia, quia non expressit necessitatem quam si expressisset. Sicut neque habet in pecunia legata, missa aut oblata sine expressione aliqua mittentis, aut offerentis nisi duntaxat, quod ait citatus Nicolaus, quod ibi intelligitur pecunia veni-  
*De pecunia missa uel oblata.*  
 re cum omnibus conditionibus conuenientibus & requisitis, quoniam ea presumitur voluntas mittentis, in eiusmodi quoque missione virtualiter includitur. Non etiam est maius inconueniens, quod tacita necessitate volo de illa pecunia prouideri circa has necessitates & non circa alias, quam sit ex pecunia missa vel oblata pro meo libito subleuare talem necessitatem & non alteram, quoniam utrobique subleuatur non mea auctoritate, sed dantis. Differunt enim, ut patet, in proposito delectus & libitum, ab auctoritate principali, atque a ministeriali.

*Questio pecuniarius.*  
 Quæstus pecuniarius, de quo Clemens, videtur capi dupliciter. Vno modo generaliter & largè pro omni pecunie acquisitione exorbitante à causis & modificationibus necessarijs, verbi gratia, habendo cippos & truncos in ecclesijs ubi indifferenter quilibet mittat pecunias, vel procurando, quod aliqui seculares inducti à fratribus petant pecunias pro necessitate fratrum, aut etiam permitiendo quod ipsi seculares petant, si possunt sine scandalo prohibere. Nā sepe seculares ex deuotione sua, & motiuo petunt pro faciendo aliqua bona fratribus & scitur ab omnibus, quod non sunt inducti, neque submissi à fratribus & si prohiberentur nasceret inter ipsos turbatio, atque indeuotio ad ordinem. Faciendo tamē quod habes supra. p. 25. ex Hugone non exorbitaret à modo & causis. Alio modo potest capi strictè & magis propriè, pro lucro pecu-

pecuniarum. Vtrumque namque significarum præ se fert verbū, quæro, à quo deriuatur. In hoc secundo videtur locus Clemens, nam distinxit quæstum pecuniarum à receptione oblationum pecuniarum, quæ fit in ecclesijs aut alibi in missis nouis, aut in die veneris sanctæ ab adorantibus crucem: distinxit & ab habendo cippos, necnon a recursibus ad pecunias, qui per declarationem Nicolai non conceduntur. Erit igitur in hac secunda acceptione quæstus pecuniarius, ut si acciperent pro mercede laboris materiam circa quam operantes ipsam vendant, vel distrahant cum lucro, supra quod suus meretur labor. Nam beatus Franciscus in cap. 5. voluit fratres laborantes recipere mercedem sui laboris, at deducitur ex quatuor magistris, ex Hugone, Bartholomæo de Pisis, atque ex autore serenæ conscientie. q. 71. quod intelligebat laborarent in aliena materia. Tūc etiam quod laborem suum non appreciarent, neque sub pacto venderent, sed humiliter sicut decet seruos Dei magis inuitu elemosynæ quam pretij reciperent quæ sibi pro labore darentur. Multo magis erit quæstus pecuniarius, si fratres emanent materiam in qua operentur, ut postea carius dent. Item si suscipiant missas ad maius stipendium, ut ipsas alteri commendent ad minus de quo infra. dist. 45. prop. 13. diximus esse turpe lucrum. Similiter si ad opud aliquod faciendum, de quo facta est conuentio cum opificibus & magistris quod ad tantum precium ipsi totum opus faciant & mercenarios præstent, (quæ conuentio Hispanè vocatur destajo,) guardianus quærat mercenarios pauperes ad minus stipendium se locantes, ut ad drachmam, quos postea offerat magistro operis ad maius stipendium, ut ad tres drachmas videtur esse quæstus pecuniarius, quia cum iam conductio mercenariorum pertineat ad magistris & non ad fratres appetitus est lucri & quæstus illicitus pecunie, qui non esset si prouideret mercenarios pertinere ad fratres, quia debet guardianus facili mercede sed iusta illos conducere. In casu  
 argu-

*De labore fratrum. in c. 5.*

*Ad. 2.*



arg. tacendo necessitatem non est talis questus. Ad Vegæ opinionem facit autor tractatus, qui vocatur in libris ordinis, de necessariorum congrua solutione, dum in. §. Secundum principale, in tertia modificatione, ait. Et posito quod expressio necessitatis de rigore non videatur esse necessaria, expedit tamen ipsis fratribus eam exprimere, &c. Autor speculi refert aliquem dixisse ipsam non esse necessariam, forte fuerat autor illius tractatus, quia pater Vega quando pater Ioannes Argomanes provincialis fuit & speculum composuit nondum ordinem intrauerat, in quo postmodum plus minus ad undecim annos duntaxat fuit, meque iam ferè annum professio diem clausit extremum, non sine omnium theologiae studiosorum fratrum mœstitia ipsius laborem in quatuor sententiarum libros inceptum expectantium. Pater Antonius Cordubensis super cap. 4. quæst. 8. declinat in sententiam Vegæ, sed cum formidine, & asserendo se non vidisse aliquem expositorem doctum, qui huic sententiæ suffragaretur, sed doctissimus fuit pater Vega, quem credendus est non legisse, cum vero ipsemet Cordubensis quandoque citet tractatum citatum, vel forte non aduertit eius sententiam, vel non habuit auctorem pro docto.

8. *conditio.* Conditio octava & ultima quam pono, usque enim duodecim extendunt alij, est quod procurando pecuniam non presentent fratres danti seu daturo personam que ipsam recipiat, sed dans per semetipsum expendat, vel nomet qui expendat. Casu quo ipse non velle expendere aut nominare, possunt fratres dare illi notitiam de aliqua persona fidei & sufficienti. Hæc habetur expresse in declaratione Nicolai. Ab hac conditione sunt liberi patres Itali, & ultra montani, qui statim nominant syndicum, ut infra de syndico. Ex hac infertur, quod non possunt fratres deferre secum famulum quando petunt elemosynas pecuniarias, quem presentent daturis. Sed ego nullum video mortale si frater Minor dicat patri,  
aut

aut germano fratri, rogo domine quod detis Ioanni tot drachmas, quibus nomine vestro & autoritate emat talem librum in meum usum, neque ex cuiusmodi nominatione est apud Deum damnabilis. Nihil enim plus iuris ipse acquirit in pecunia tuæ, quam quando ipsemet dās nominat personam, neque aliquid in predicto causa interuenit culpabile scandalum.

Non tenentur fratres Minores sub Mortali ad seruandum formaliter & expresse has & similes modificationes, sat est si virtualiter eas obseruent. Per hac possunt concordari duæ nostrorum opiniones, vna autoris speculi fol. 19. §. Secundum principale, quam omnes antiqui sequebantur, & Bernardinus de Arevalo. q. 7. quod sint necessariò obseruandæ. Alia patris Andreae Vegæ. q. 2. de syndicis, vbi expresse tenebat conclusionem hæc nostram, quod sufficeret illas obseruare virtualiter. Fundamentum stat supra. p. 4. quod per declarationes non fuit nobis impositum nouum præceptum. Tum etiam quod ante illas patres antiqui & sancti regulam obseruantissimè complebant. Tertio, quia finis est aspiciendus in omnibus, eique sunt media proportionanda, finis à regula intentus est, quod fratres non recipiant denarios vel pecuniam per se neque per interpositam personam, modificationes præfatæ atque similes excogitatæ fuerunt non solum à summis pontificibus, verum ab ipso religionis exordio à patribus antiquis, ut tam corde quam opere fratres pecuniam non reciperent, neque illius se esse dominos vel in pilo monstrarent, atque cum cauendum sit ab omni specie mali, ne daretur scandali occasio bonusque odor religionis infamaretur debebat hoc innotescere omnibus, idcirco partim pro ipsa veritate rei in se, partim pro cauendo scandalo adiacente, & se intermisciente adeò multas cautelas pias & sanctas zelantes patres inueniebant & inquirebant. Si tamen in rei veritate pecuniam non recipiunt, neque scandalum interuenit non est opus modificationum verbis tanquam scopulo adherescere, vero intellectu regulæ stari debet. Cui etiam dicat

*Propositio. 27.*

dicar. 31. regula iuris lib. 6. eum qui certus est certiorari amplius non oportet, si frater Minor amico alicui spiritali semel satis indicauit pecunias suas esse cum potestate illas reuocandi quando voluerit antequam expendantur, nomineque suo expendi atque transferri, imo scit eum ab alijs de hoc plenè certioratum, quid opus est quoties ab eo postulauerit pecunias eadem verba repetere? Item si certum habet frater Minor de aliquo quod famulum non habet per cuius manum prouideat, imo quod importabilius onus iudicat sibi imponi de nominando personam, quam de prouidendo pecuniam, liber erit si eam ipsi offerat, patet in itinere ubi neque ipse itinerans cognoscit personam cui det, neque detinendus à via est. De similibus iudicium fiat simile prudentiam imitando serpentum, qui semper caput sibi custodiunt: Caput & finem de cauendo à pecunia per se & per interpositam personam atque de scandalo obseruare & conseruare debemus. Inter ea quæ magis accedunt ad scandalum est deferre per viam bursarios qui expensas faciat, quoniam datur occasio sæcularibus occludendi viscera misericordie alijs fratribus itinerantibus. Idè stantes in declaratione Clementis ar. 6. §. Cum etiam recursus, dicente quod pro nullis causis quam prædictis (videlicet pro infirmis, aut indumentis) vel similibus, in via vel alibi recurrant ad dantes pecunias, seu nuncios eorum, quia dixit in via, excoGITANT probe & pie, quod ubi possunt inuenire mendicando, aut iter faciunt voluntarium & non necessarium non possunt deferre bursarios. Si est iter necessarium, ut ad capirula, transitorique sunt per regiones aut hospites inhumanos, ubi non poterunt commodè mendicando prouideri liceat illos deferre cauendo quidem ne se dominos pecuniarum ostendant, sed quod tales quasi famuliantur, vel syndicatorum eunt. Iter facere cum nobilibus aut mercatoribus qui nobis faciant de suo expensas, quia non est scandalosum videntibus illos dominos esse, nos duntaxat socios pauperes eleemosynam recipientes exemplo Christi & apostolorum quibus mulieres deuotæ de

Debur-  
sarijs.

facul-

facultatibus suis ministrabant, licitum est. Per dicta non intendimus abusus fratrum particularium fauere, quos multos videmus, sicut & in alijs sæcularibus Christianis circa Diuina præcepta, quos particulares sic damnamus, ut tamen statum Christianitatis extollamus, neque bonos & pios cum eis inuoluimus. Parentes filios paruulos & indiscretos à puteis & foueis minis & flagellis arcet, neque minus prælati & patres antiqui religionis in tam graui periculo pecunie tot cautelas adhibere ne gladio maligni spiritus atque Mammonæ ad guttur imprudenter luderemus. Hac de causa tot constitutiones taxatis grauissimis pœnis sunt ut etiam mali caueatur species.

Ultra has condiciones alia est generalis & necessaria *Propositi* in conscientia nascens ex voto paupertatis, videlicet quod *tio. 28.* procuratio fiat de licentia prælatorum, quoniam vtenfilia habere non valent monachi neque procurare sine licentia prælati: igitur multo minus fratres Minores poterunt procurare pecunias. Licentia, ut habes supra. p. 5. datur expressè atque formaliter: aut etiam virtualiter & implicite, neque solum ad alia quorum vsus licet fratribus, verum etiam ad procurationem pecunie. V. g. dat licentiam prælatus quod procurem habitum, aut tales libros, tibi includitur procuratio pecunie quia non solent dari à librarijs intuitu eleemosynæ sed venditione, imo crederem, quod ex quo alicui datur licentia eundi ad scholas artium vel theologiæ, ubi implicetur licentia procurandi libros necessarios, sed in moderata quantitate ad audiendum cursum, relegendas lectiones, & circa illas disputandum cum socijs. Per idè in institutione prædicatoris, atque confessoris includetur licentia habendi & procurandi libros officio necessarios cum moderatione, quia si vult habere ut habent viri in doctrina excellentes, crederem opus esse alia noua licentia formali aut virtuali. Hoc est intelligendum nisi fortè statuta caueant quod licentia habeatur expressa. Similiter non credo in illa implicita haberi quod procurentur suscipiendo missas, de quibus suscipiendis cum habeatur specialis prohibitio,

In

In generali concessione non veniet quod quis in specie non esset verisimiliter concessurus, iuxta regulam iuris lib. 6. quia licentiæ promissis à prælatis prudentibus & religiosis non dantur nisi pro paucis numero proportionato dispositioni, quam habere subditus valet secundum suam qualitatem ad se de facili & breui exonerandum eas dicendo. Cognoui prælatum non dare licentiam ad missas, sed quod subditi quando poterant pro suo libito celebrare dicerent de missis commendatis conuentui, & quando illis opus erat dabatur eleemosyna dictis missis correspondens. Pauperes enim conuentus nequeunt è sola mendicatione prouidere fratribus ex communi omnia necessaria.

## De Syndico.

Propos-  
tio. 29.



**P**RO maiori securitate conscientiarum fratrum excogitatus fuit à summis pontificibus vsus syndicorum. Intelligendus est terminus seu vocabulum, syndicus, quod est Græcum tantum valens, vt simul causam defendens, & secundum ius ciuile est procurator vniuersitatis, vel collegij. Sic patroni missi ad defendendam causam alicuius prouinciæ vocantur syndici, differtque à procuratore, qui constituitur tantum à vero domino vt eius agat negotia. Secundum canones pro eodem accipiuntur ait glossa in cap. Quia in causis extra de procurato. vbi syndicus instituendus ab vniuersitate Parisiensis vocatur procurator: & in cap. Petitio eod. tit. exceptio, quæ fiebat contra procuratores episcopi Mutinensis quod fuissent instituti procuratores & non syndici non admittitur. Similiter de iuramento calum. cap. Cum causam syndicus communitatis Faentinae vocatur procurator. Communitas enim habetur loco domini, habet siquidem

dem & suum dominum sine hoc quod illud habeat quibus particularis seorsum.

Hæc institutio syndicorum promissa fuit Nicolao tertio, quando dixit in art. 3. §. de legatis in vltimis voluntatibus, quod per modos licitos & fratrum regulæ congruos intendebat prouidere, quod nec pia defunctorum destitueretur intentio, & hæredum cupiditas legitimis iustis feriat, ac ipsi fratres pauperes opportunis auxilijs non fraudentur. Hoc non prouidit, quia, vt dicit autor speculi fol. 7. fortè parum vixit. Primus qui dedit auctoritatem instituendi syndicos refertur Martinus quartus, at reuera non fuit, sed Innocentius quartus, qui præcessit Nicolaum, refertur in compendio verbo procurator. §. 1. ad petitionem generalis ministri & prouincialium anno tertio sui pontificatus tertio decimo Calend. Septembris. Erat eo tempore generalis minister frater Crescentius, sextus in officio à beato Francisco, & præcessit sanctum Bonau. qui fuit octauus generalis. Fuit electus Crescentius anno secundo eiusdem Innocentij, quo tempore bene numerato Bona. erat in ordine vel nouicius, vel saltè recens professus. Nam Innocentius vixit in pontificatu annos vndecim & dimidium, & duodecim dies, successit illi Alexander quartus, qui sedit annos septem, in cuius anno secundo fuit electus Bona. anno tertio decimo sui ingressus in religionem, & sic habuit duos annos sub Alexandro: octo & dimidium à concessione priuilegij de syndicis, annum & dimidium ante concessionem qui faciunt tredecim: dies vero & menses non sic respondere possunt punctualiter in vitis pontificum, & etiam propter vacatione ecclesiæ & dilatione electionis, ijs tredecim annis Domini & sancti Bona. Hinc patet quæ fuit antiqua concessio ad Syndicos. Videtur verò ipsa à quatuor magistris sua generali ministro, qui eis iniunxit expositione regulæ, licet quis fuerit non nomen, dum super cap. 6. aiunt, quod ad securitate conscientiarum esset petenda auctoritas Cardinalis protectoris in scriptis, qua procuratoribus necessitate fratrum (vtiq; amicis spiritualibus) concederet auctoritatem suam

Propos-  
tio. 30.

†††††

suam vendendi, si fuerit necesse, cum immineret fratribus aliqua vehemens necessitas. Concessio Martini quarti refertur in compendio procurator. §. 3. & syndicus non debet esse de ordine nostro: eandem fecit Nicolaus quartus, qui fuit ex ordine Minorum post Martinum, in medio solo Honorio. IIII. Ioan. 22. in extrauaganti. Ad cōditōrē reuocauit, & derogauit concessionem Martini. 4. & per cōsequēs possunt dici reuocata omnes ipsum Ioannē præcedentes. At verò post Ioan. Martinus. V. renouauit concessionē Martini quarti eam de verbo ad verbū inferendo in priuilegio suo incipiēte Amabiles fructus: refertur in compendio citato. §. 7. & sic seruetur & sit institutio in toto ordine. Accessit & confirmatio Eugenij quarti, Sixti quarti in eodem compendio. §. 9. & 10. & sic quantum ad hoc iam nullus restat scrupulus. Quòd habeatur Martinus quartus pro primo in concessione forsan fuerit, quia sua cōcessio est satis amplior, quam illa Innocentij, aut quia post declarationem Nicolai tertij expectantes fratres completionem suā prouisionis fiendę non utebantur alia concessione Innocentij, vsq; ad Martinum.

Propositio. 31.

Prælati potentes nominare syndicos sunt generalis minister, prouinciales, atque custodes, & illi quibus ipsi commiserint quod nominent. Sic habetur in præfatis priuilegijs. Quòd possint alijs committere facit ultra prædictas concessiones arg. & ratio posita supra. d. 13. p. 28. dub. 2. quia quod quis potest ex officio, seu cōmissione generali facta ei ratione officij, potest & ipse alijs cōmittere, nisi hoc ei specialiter prohibeatur. Guardianus neque cōuentus nō possunt nominare, quod si facerent ille syndicus staret nomine fratrum, essetque interposita persona. Vide speculū fol. 7. & quādo prælati præfati consulūt guardianos aut cōuentus de persona nominanda, nō faciunt quasi necessariū, quia ipsi per se facere debēt, sed ne erretur in persona, & ut cōuentus maneat contentus. Nominatio potest fieri autētrici literis vel prælatorū, vel ante & per notariū publicū: vel etiam quoad forum conscientie solum verbaliter. Dicit autor speculi, quòd non dicant prælati instituimus sed

sed nominamus talē pro syndico, parū refert si dicāt instituimus autoritate papæ & virtute taliū bullarū, quia ibi cōstat quod nō instituitur autoritate propria. Sicut possunt nominare, ita & possunt reuocare per se solōs, aliosque subrogare. Syndici sic nominati licet vocentur syndici fratrum, aut conuentuum, quia stant pro fratribus in eorum utilitatem, verè tamen & realiter sunt syndici, seu procuratores domini papæ atque Romanæ ecclesie. Hæc probatur per citatas bullas, & per extrauagantem. Ad conditorem, & sic non sunt personæ interpositæ fratrum, neque ipsorum famuli, aut æconomī, ut ex eorū institutione & vsu dici valeant fratres Minores puritatis suæ regulæ aut perfectioni cōtrauenire. Hoc patet quia tam Martinus quartus, quàm Nicolaus quartus dicunt se cōcedere syndicos, ut ordinis pura obseruantia in sui vigore seruetur. Sed si talis institutio esset ordinis relaxatiua ipsi pontifices ordinem deceperunt, atque obseruantiam regulæ corrupisēt dantes occasionē ruine, quæ nullatenus sunt cōcedenda. Fratres nequeunt rationē & computū à syndicis exigere iuridice & ciuilitè sicut exigit dominus à suo procuratore & æconomō implorato si opus est officio iudicij, igitur syndici nō sunt fratrum procuratores. Dixi ciuilitè & iuridicè quoniam ad experiendā fidelitatem nō solum à syndicis verum ab alijs famulis deputatis à dominis pecuniarū pro fratribus, possunt peterè rationem de expensis, ut postea denuncient dominis quid super fuerit è sua pecunia, quòd eam recuperare valeat: si dominus eam iuridice exigat nihil per id culpæ admissum est à fratribus denunciāntibus, quibus neque dominium aut actio adquisita fuit. De computo ad hunc sensum quòd fieri possit à fratribus patet ex eo, quòd possent nomine alicuius dñi aut nobilis computū facere cum eius officialibus, neque ideo adquirent dominium vel autoritatem in pecunijs.

Propositio. 32.

1. Arg.

2. Arg.

Decomputo quomodo fieri possit aut non.

3. Arg.

Syndici infideliter se gerentes non magis damnificāt fratres immediatè, quam alij famuli dantiū pecunias, qui damnificatur immediatè est dominus illarum modo sit papa, modo sit alius quilibet cui competit actio contra inf-

infidelem famulum aut procuratorem, fratres tantum dam-  
nificantur mediate & indirecte in prouisione suarum ne-  
cessitarum, igitur syndici non sunt personarum interpositarum,  
4. Arg. aut famuli fratrum. Beatus Franciscus non reputauit in-  
conueniens contra suarum regularum puritatem, quod pro ne-  
cessitatibus infirmorum, & alijs fratribus induendis ami-  
ci spirituales procurarent pecunias necessarias, supra  
prop. 25. quae pecuniae ab vno solo pro omnibus ad id ne-  
cessarijs non erant petendae, sed a pluribus conflandae,  
& apud aliquem deponendae, vt è simul iunctis provide-  
rentur infirmi, & nudi, sed ille depositarius non erat fa-  
mulus fratrum, sed syndicus aut procurator populi, vel  
episcopi aut aliorum dantium. Igitur à simili est de syn-  
dico papae. Constat quia impertinens est & extrinsecum  
ad receptionem pecuniae per fratrem Minorem, siue ad  
puritatem suae obseruantiae, quod talis depositarius stet  
nomine & autoritate papae, atque sedis apostolicae, vel  
quod stet nomine dantium, populorum, ciuitatum, aut  
episcoporum. Ex hoc inferendum est cum doctissimo pa-  
tre Vega, quod ex visceribus ipsius regulae sine aliqua di-  
spensatione habetur autoritas pro syndicis, saltem quod  
ad necessitates infirmorum, & fratrum induendorum.  
Cor. no  
tabile. At cum citata prop. 25. dixerimus ibi alias intelligi & in-  
cludi, dicemus quod ad omnes facit regula, quasi non sit  
contra eius puritatem fieri depositarium qui alieno no-  
mine pecunias conseruet, & expendat. Tantundem erit  
Supra nominari à fratribus syndicum, ad recipiendas pecu-  
p. 26. co nias, ac nominare aliam personam fidelem iuxta decla-  
ditione. rationem Nicolai quando dans eleemosynam se vult à  
7. cura expendendi exonerare, & à prouidendo qui expendat,  
vel mittat vel offerat sine aliqua expressione, in qui-  
bus casibus fratres licite nominant, & ab vno in alium  
autoritate dantis faciunt transmitti. Quidam antiqui  
patres zelantes supra modum obseruantiam regulae à suo  
zelo non secundum scientiam decepti (forsan apud Deum  
excusabiliter) fuere tam infesti syndicis, vt in blasphemiam  
& contumeliam sedis Apostolicae ferè prorumperent.

rent. Dixerunt enim quidam, quod Martinus fuit decep-  
tus sub praetextu ne fieret schisma in ordine, quod est val-  
de contumeliosum. Secundò, quod fuit reuocatum in cō-  
cilio Basiliensi in quantum fuit contra concilium Con-  
stantiense. Hoc pater Vega dicebat esse intolerabile, quia  
ecclesia adorans successores Martini quinti satis docuit  
Constantiense praefendum Basiliensi. De hoc concilio  
Basiliensi disputant multipliciter doctores in materia de  
concilijs. Tertio, quod illa dispositio Martini fuit relaxa-  
tiua ordinis, à qua debent fugere qui volunt regulam ob-  
seruare. Addunt & peiora. De his tribus contra quae est  
citatus pater Vega si videre vis lege summarium pontifi-  
cale in libris ordinis in vita Martini quinti, Bernardinum  
de Arcualo loco citato iam aliquando. q. 7. autorem com-  
pendij verbo. Hereditas post. §. 6.

Cum Romani pontifices non expresserint in suis bullis  
numerum taxatum syndicorum, videtur quod tot possint  
nominari quot necessarii fuerint conuentui cui libet, nam  
dicunt se concedere quod nominent personas, & viros  
idoneos, qui tamen non sint de ordine nostro. Solus Mar-  
tinus quintus explicuit, vt in sequenti quod ad recipien-  
dam pecuniam nomine papae sit tantum vnus syndicus in  
quolibet conuentu. Quoniam vero syndici nostri habent  
autoritatem audiendi Diuina tempore interdicti fuit sta-  
tutum in quodam cap. generali Rothomagensi, sic. De-  
claratur, syndicos non posse praeter vnum vel duos audi-  
re Diuina tempore interdicti. Quapropter ultra vnum  
vel duos si plures fuerint inuenti suo syndicatu à prouin-  
ciali priuentur. Refertur hoc statutum in libro, Enchi-  
ridio. fol. 102. in fine vltimi cap. constitutionum, Cle-  
mens septimus restrinxit, quod solus vnus syndicus cu-  
iuslibet conuentus gaudeat indulgentijs. Refertur in cō-  
pendio secundae editionis. §. 12. verbo procurator. Cum  
hac restrictione transit frater Antonius Cordubensis in  
sua relectione de syndico, quae est. q. 16. super cap. 4. regu-  
lae. Ego tamen dubito, alijque diffiniendum relinquo an  
illa concessio Clementis sit aliarum restrictio concessio-  
um,

†††† 3

vel

Propo-  
stio. 33.

vel sic concessio q̄ non deroget alias factas à suis predecessoribus quoad numerum eorum, qui poterant illis gaudere, quia bullā non vidi nisi tantum vt eam refert compendium non explicato loco vbi possit inueniri.

*Pro. 34.* Actus ad quos est syndicus sunt quatuor, alij nomināt A<sup>4</sup>o syn<sup>o</sup> quinq; sed quintus in his quatuor includitur. Primus ad vendendum, aut permutandum, & alienādum ea quibus

1. A<sup>4</sup>o. fratres vtuntur, quibusq; iam non egent. Hic actus est tā necessarius, q̄ dicit autor speculi, non habere syndicum ad eum est committere se periculo. Nam vix est aliquis conuentus, qui non indigeat aliqua vendere aut permutare, vt bestias iam senes & inutiles, quō renouentur in vtilibus. Vidimus & p. 30. consilium quatuor magistrorum pro syndico ad hunc actum.

2. A<sup>4</sup>o. Secundus actus pro recipiendis iuridicē & ciuilitē nomine papæ & ecclesiæ omnibus mobilibus, seu immobilibus, oblati, donati, aut in vltima voluntate relicti eo modo quo fratribus dari & legari possunt, imo & pro recipiendis & repetendis in iudicio omnibus eleemosynis etiam pecuniarijs in testamēto relicti seu legatis modo, quo fratribus legari possunt.

3. A<sup>4</sup>o. Tertius actus pro comparendo in iudicio in omnibus causis, litigijs, & actionibus nomine dictę sedis. Vide præfatam bullam Martini quarti latē explicantem. Circa hūc actum annota q̄ quauis fuerit statutū antiquitus in quodam cap. Laualensi refertur in Enchiridio fol. 96. q̄ deponantur guardiani & pœna proprietarij puniantur, qui ratione debiti cuiuscunq; seu aliorum bonorum temporalium fecerint excōmunicari, seu detineri vel vexari quoscunq; seculares: subditi qui talia procurauerint pœna proprietarij puniantur, & de conuentū confusibiliter expellantur: tamen statutum hoc non prohibet quin syndicus officium suum exerceat petendo excōmunicatiōē & alias vexationes, quia causam agit quasi syndicus papæ & non fratrum. Loquebatur idē statutū de fratribus, qui id perse procurant, aut licet faciat syndicus ipsi nihilominus comparent corā iudicibus scandalosē sollicitantes, non

res, non verò si denuncient syndicis legatum & infidelitatem hæredum, vt ipse agat secundum Deum quod sibi videbitur expedire.

Quartus actus est pro recipiēdis nomine papæ vel ecclesiæ Romanæ omnibus eleemosynis pecuniarijs. Ad hunc actum concessit Martinus. V. in constitutionibus quę vocantur Martinianæ in. 4. & 5. cap. vnum syndicum cui libet conuentui. Habentur illæ constitutiones in lib. Monumenta ordinis iam ad finem, quas ordinauit quidam legatus à latere & ipsas postmodū confirmauit idem Martinus. Patres vltimontani has cōstitutiones & quoad hūc actum acceptauerunt, Cismontani, Hispani, Galli, atque Germani non receperunt quoad hunc actum.

Ex his prælibatis de syndico, & alijs multis supradictis constat quā in iustē faciant aliqui iudices etiam ecclesiastici episcoporum officiales, vel subsidiorum ecclesiasticorum distributores in sua iustitia qua sibi vt iusti placent, dum pro debitis fratrum, vel etiam guardianorum permittunt agi coram se contra syndicos, & eos damnant quandò verè & realiter ipsi non se pro debitis fratrum obligauerunt. Probatum hoc ex eo, quod ipsi non sunt syndici nisi papæ, non vero fratrum æconomi. Secundò quia fratres non contrahunt debita ciuilitē & iuridicē, ideo neque ipsi neque alij pro ipsis (nisi fortē se obligassent sponte sua iuridicē pro fratribus) tenentur respondere in iudicio, neque ibi iudicari. Tertio, quia in paucis casibus tenentur monasterium de facto monachi, vt ex eleemosynis communibus velint solui debita fratrum specialium & particularium, etiam bullas Cruciatæ, quia tales eleemosynæ de dominio sunt papæ. Distributores subsidiorum dum excōmunicatiōnis minis extorquent à syndicis partem eleemosynæ dandæ promissis & suffragijs commendatis in legato defuncti defalcant ex prædicto stipendio debito, & non respondent stipendium tot missis, neque tot missæ stipendio currenti & solito, fratres, qui in talibus legatis nihil habent proprium sed missas celebrant vt alias

4. A<sup>4</sup>o.

Coroll.  
Cōtra iudices qui syndicos cōueniri apud se faciunt.

Supra p. 22.

voluntarias, nō tenentur totum numerum complere, sed ad taxarum stipendium, neque legati executor tenetur de suis bonis supplere, & sic pia defunctorū voluntates fraudantur, & eis suffragia diminuuntur. Accedit, quōd legata illa nō possunt vocari census ecclesiastici proprie, quoniam neque dominium boni immobilis de cuius fructu sunt soluenda ad ecclesiam pertinet, neque ipsum quod de prouentibus annuatim soluitur pertinet ad ecclesiam & fratres, nisi vt eleemosyna voluntaria, idē valde aspiciant concessionem pontificum circa subsidia, & qualitatem censuum, & reddituum ecclesiasticorum de quibus illa sunt præstanda ne in distribuendo errent.

Propos-  
tio. 35.

Institutio syndicatorum quoad primos tres actus nullam habet dispensationem circa regulam & regulæ puritatem. Probat, quia cū dominium rerum quibus licet fratribus vti sint sedis apostolicæ, papa disponendo de illis per suos syndicos in nullo dispensat cum fratribus in paupertate, aut receptione denariorum atq; pecuniæ, sed sicut dominus disponit de suis vt vult. Secundō, quia casu quōd aliquis in testamēto leget fratribus aliqua, possunt iudex tam ecclesiasticus, quam sæcularis ex officio suo compellere heredem quōd soluat, id & Nicolaus innuebat inquiens, quōd ad legata soluenda tam hæredes quam executores, quam prælati se exhibeant liberales: atque etiam sæculares quibus de iure & consuetudine prouisio competeret ex officio suo se promptos exhabeant ad pias voluntates deficientium adimplendas. Reputatur nanque defunctus miserabilis persona, estque persona miserabilis omnis super quem natura mouetur ad miserandum, & qui per se non potest causam promouere propter paupertatis defectū vel alterius impotentiae: inter eas & fratres Minores sunt computandi, pro his iudices ex officio procedunt, cōstituereq; possunt qui pro talibus miserabilibus agant & perant, ne videlicet restantium hæredes male vr̄antur rebus suis, vel potius alienis, & ne piæ defunctorum voluntates defraudentur: igitur idem potest facere Romanus pontifex, vel  
ad

ad executionem piarum voluntatum, vel ne hæredes in detentione maneant alieni, vel ne pauperes detrimentum patiantur. Confirmatur, Etiam iuxta autorem compendij verbo. Hereditas ad finem, quando iudex ex officio procedit ad faciendum complere legata, vel quando aliquis de populo ageret pro fratribus causam ē suō proprio motiuo nihil puritatis regulæ deperit fratribus, neque in aliquo vr̄antur dispensatione, quare ergo idem autor audeat inuenire relaxationem & destructionem paupertatis fratrum, quia Papa constituit personam potentem petere eiusmodi debita & legata? Certē ego non video, cum ipse sit supremus iudex & pater pauperum, neque plus iuris vel autoritatis fratribus obuēniat ex vno procurante, quam ex alio syndico instituto, neque plus recipiant pecuniam per se vel per interpositam personam ex natura rei vtrobique. Ex modo quo fratres sollicitant eiusmodi causam, vel ex animo poterunt causare scandalum, verum id extrinsecum est receptioni pecuniæ, & iuri adquirendo.

Circa actum quartum, qui est recipere pecuniam seu denarios nomine papæ, ita quōd tales denarij sicuti alia mobilia sint de dominio papæ, videtur aliquibus & serē omnibus quod facta sit dispensatio. Id sonant verba constitutionis Martinianæ videlicet illius legati, in cap. 4. dicendo. Quilibet conuentus seu locus habeat suum procuratorē, œconomū, syndicū, actorem cui omnis eleemosyna pecuniaria, & alia quæ ad pecuniam reduci possunt integraliter assignentur. Qui easdē dispensare debeant legaliter & fideliter pro reparatione conuentuū & locorum, ad alias quoque necessitates fratrum pro tempore occurrentes, & quod fratres nullo modo denarios vel pecuniam recipiant. In omnibus autem quæ vltra hoc magis arctare fratres siue ex declaratione Clementis siue quacunque declaratione summorum pontificum, vel aliorum quorumcunque apostolica notabili autoritate commissa misericorditer dispensamus. Hęc ibi. Vt autem dispensatio clarius cōtinet, sequi debet ex cōcessione, q̄ ven-  
tes

Propos-  
tio. 36.

Misera-  
bilis per-  
sona.



res illa Martiniana statim possunt nominare syndicum ad recipiendum pecuniam nomine papæ. Imò vult pater Antonius Cordubensis citata, q. 16. sup. cap. 4. in pũcto quarto quòd sunt dispensati, in eo, quòd aliquo modo possunt habere aliquam auctoritatem circa expensionem pecuniæ: quòd etiam affirmat quando syndicus vendit superflua, quòd sunt fratres dispensati vt habeant aliquam auctoritatem circa expensionem pecuniæ. Fundat in verbis Martini quarti dicentis in bulla, quam confirmauit Martinus quintus quòd syndici rerum pretium, & elemosynas in fratrum vtilitates cõuertant sicut & quando à prælatis vel à fratribus de assensu prælatorum fuerint requisiti. Si ex hac arguas contra. prop. 29. & 32. quòd saltem quoad hunc actum facta est regulæ relaxatio. Dico quòd dispensatio potentis dispensare non est relaxatio absolute, cum fiat ex causa rationabili relaxatio rigoris in fauorem animæ, relaxatio absolute per quam dissoluitur vtilitas animæ illa quidem est fugienda.

Arg.

Sol.

Proposio. 37.

Forstian possit dici fauorabilius, quòd neque quoad hunc actum quartum est facta dispensatio in regula; probatur, quia quòd pecunia & denarij sint huius vel illius diximus. prop. 32. in tertia probatione esse impertinens ad receptionem pecuniarum per fratres: igitur, quòd papa adquirat dominium seu sibi vendicat propter iustam causam, quid facit vt in rei veritate adquiratur fratribus dominium aut auctoritas in pecunia? Confir. quia res inuentas quorum dominus neque inuenitur neque apparet potest princeps & res publica transferre in suum dominium pro necessitatibus communibus, quare ergo summus pontifex illas pecunias quarum dominium non sibi reseruauit dans ( quia si expresse reseruauit nunquam erunt papæ ) non poterit in se transferre tanquam in communem patrem pauperum sicut in alijs præter pecuniam probat fieri Nicolaus: qua translatione facta non video dispensationem factam Minoribus in receptionem pecuniæ. Confirmatur hoc: Papa volens & recipiens in se dominium non facit Minores capaces recipiendi, vel

vtca-

vtendi pecunia ante illam in se receptionem, quia si sic ipsi possent sine syndico recipere & vti pecunia, sed prius constituit se dominum, & postea per suum syndicum vult expendi in necessitates fratrum, vbi igitur est hic dispensatio in regula Minorum plusquam si talis pecunia foret alterius? Confirmari posset ex alia declaratione Nicolai, quandò de sollicitudine ministrorum & custodum pro induendis fratribus exponens dixit, conuenire sibi considerare tempus regulæ, quo fratres pauci erant, & sufficiebant ministri & custodes ad id, & qualitatem moderni temporis: attendensque mentem sancti Francisci, subdidit, non fuisse verisimile ipsum ministris & custodibus impossibilitatis iugum voluisse præfigere, vel ex ipsius impossibilitatis consequentia fratres ipsos suis necessitatibus carere: non videtur Nicolaus intellexisse quòd dispensabat, quanuis ex maiori abundantia ad quietem scrupulantium & mordentium posuerit, concedimus quòd ministri & custodes possint per alios sollicitudinem exercere. Hunc passum Nicolai pater Vega sic intelligebat & interpretabatur: Alioquin si crederet se dispensare non recurrisset ad mentem beati Francisci: A simili propter varietatem temporum, & personarum potuit summus pontifex in se transferre dominium pecuniæ quam à se donans abdicabat, neque est vnde probetur id fuisse contra mentem sancti Francisci, quòd sui fratres nequirent succurri ex pecunia papæ sicut ex pecunia alterius; & ex consequenti nulla facta est dispensatio. Ad argument. præcedentis. Dico ad verba Martiniana misericorditer dispensamus, id fuisse dictum propter scrupulantes & zelantes declarationes Nicolai atque Clementis, vt quieti essent. Tam etiam, quia cum nõ sit certum certitudine fidei, vel euidentiæ ibi non esse dispensationem, oportuit ponere verba, quæ dimouerēt omnem scrupulũ ab amplexãti quancunq; opinionẽ, potuitq; ille legatus fuisse opinionis, q. erat dispensatio. Per idem soluitur secũdũ, quia si non est dispensatio in regula Minorũ, q. papa sibi allumit dominũ pecuniarũ, neq; sit dispensatio

Ad. 1.

Ad. 2.

fatio

*Ad. 3.* satio, q̄ postquā sunt papæ, velit ipse tāquam dominus q̄ assignetur protinus suo syndico. Ad tertium habetur in pra. p. 26. in conditione. 7. in sol. 1. arg. aliud esse pecuniam expendi ad libitum & voluntatem fratris, aliud expendi eius autoritate: Illa verba, quandō fuerint requisiti syndici à fratribus, voluntatem insinuant non autoritatem plus, quàm si requirant alium ministrum dantis elemosynam, quem constat esse obligatum in conscientia ad expendendum in utilitatem fratrum ex autoritate dantis nō minus, quàm syndicus ex autoritate papæ.

*4. Arg.* Quartō arguitur contra hanc, ex quodam breui Leonis decimi habetur in libro, supplementum. fol. 23. incipit. Exponi nobis, vbi concessit quōd fratres possint reperere triticum, panem coctum, & alia quibus in propria specie non indigent, vt ea per syndicum commutentur aut permutentur pro vino, carnibus, seu alijs necessarijs, vel etiam vendantur vt ex pecunia syndicus emat alia necessaria. Igitur per hęc cum sit facta dispensatio ad pecuniam, erit etiam & in denarijs quōd sint papæ. Vel etiam in præsentī nihil erit concessum cōtra puritatem regulæ, quia talis pecunia sit papæ sicut sūt denarij, & postea autoritate papæ tanquàm domini commutantur aut venduntur.

*5. Arg.* Quintō, quia ex hac sequitur, quōd si papa veller dominium rerum immobilium in sedē apostolicam transferre, & conseruare, annuosq; redditus ad vsū fratribus concedere per syndicos, quōd in nullo erit contra puritatem regulæ.

*Ad. 4.* Ad quartum arg. oportet primō distinguere, q̄ illa superflua quę à casu inopinato succedūt. V. g. quia simul eodē tēpore messis, aut vindemię in pluribus populis petuntur, licitè & sine hoc breui possunt per syndicū in alia necessaria distrahi. Item illa superflua vni cōuentui, quæ autoritate custodis aut ministri petuntur quōd alij cōuentui egenti communicentur non cadunt in præfato breui, vt de missis dixim⁹. p. 26. in cōdi. 3. quia tūc nō est superflua sed necessaria alteri cōuentui subdito illi præfato. Tertio,

tio, panis coctus qui offerri solet ad missas in die animarum alicubi in tanta abūdantia, q̄ cōsumi nō potest antequàm defecatus fiat inutilis, si à fratribus reijciatur fortè nota & scandalum fieret secularibus, & desinerent ab offerendo necessarium, talis si permutatur offerri animo commutandi, vel posset esse, vt supra. prop. 25. coroll. 1. sine estimatione pretij, & tunc nō esset illicitū, maxime pro vitāda offerentiū turbatione: posset autē fieri cū animo æstimandi pretij, & tunc verè est pecunia, & multo clarius petēdo ostiatim hoc animo, quod & ibi Leo cōcedit. Dico igitur ad arg. q̄ qui tenent factā fuisse dispensationē in denarijs concedent etiam in præsentī. Sed an licitè possimus hoc breui vtī, varię sententię sunt nostrorum, autor compendij tenet, q̄ non, verbo Commutare, idē tenent, compilatores libri supplementi, in margine ad prædictum breue. Contrarium tenet frater Antonius Cordubensis citata. q. 16. sup. c. 4. ad finē puncti tertij. Mihi qui in denarijs sustento non esse dispensationem videtur reuera hic esse aliqualem, quia petitur & recipitur superfluum scienter, cum in pecunijs non recipiatur. Tūc etiam, quia licet pari passu eat, q̄ pecunia illa superflua transit in Papam prius, deinde ipse mandet eam per suum syndicū distrahi, neque fratres ipsam recipiunt ad distrahendū per se, neq; propria autoritate, quanuis accipiāt naturaliter contractando manu, & ad conuentum adducendo, sicut si simpliciter contractassent denarios, tamen reuera aspicientes apertum habent diuersum iudicium de nobis quoad vsū huius pecunię & denariorū. Vide supra. p. 5. dispensationem pij.

Ad quintū, qui vult & potest legat cōstitutiones patrū conuentualiū dictas Alexandrinas in cap. 6. quoniā propter hoc arg. ipsi ante conciliū Trid. sess. 25. c. 3. concedens omnibus monasterijs demptis Capuccinorū & obseruantium possessionem bonorum immobilium, leuabant annuos redditus non tanquàm ex proprio, sed tanquàm annuam elemosynam domini Papæ auctoribilem pro ipsius libito, ita quōd ad eum pertinebat immediatum dominiū

Solutio

Ad. 5.

proprietatis. Post concilium habere potuerunt immediatum dominium sicut aliae religiones siue illorum benefi-  
citi, si eis papa celsit vel aliorum quae acquirere potue-  
runt, neque contra puritatem regulae se facere credebant.  
Verum est tamen quod seculares qui difficulter intelligunt  
illud de nobis legato ut p. 19. minus capiebant hoc de im-  
mobilibus administratis per syndicos. Ideo cauent probe  
nostra statuta ne recipiantur legata commissa syndicis in  
sua persona administranda, & distribuenda in fratrum usus.

*Propos. titio. 38.* Dubium est maximum si hodie saltem ex accepta con-  
suetudine sit acceptata Martiniana quoad hunc actum ut  
timium à Cismontanis, esto in principio non fuerit. De  
quo sunt duae opiniones, prima negatiua, quam tene-  
bant patres prouinciae sancti Iacobi, videlicet Ioannes  
Argomanes in speculo fol. 7. Alfonso de Casarrubiòs  
in còpendio verbo procuratores post §. 7. eamque semper  
vidi praticari in illa prouincia & hac nostra (quae ab  
ea decisa fuit) à quadraginta annis quibus in ordine sum  
in festo sancti Matthaei Euangelistae huius anni. 1587. com-  
plendis. Alia est opinio affirmatiua quam tenet pater An-  
tonius Cordubensis prouinciae Castellae citata q. de syn-  
dico. Fundat se in facto, quod sine requisitione dantium  
omnes eleemosynae pecuniariae dantur syndico per ex-  
perientiam quam refert à quadraginta annis, & testimo-  
nio omnium patrum modernorum & antiquorum, maxi-  
mè ex quo generalatus trāsijt ad obseruantes, allegat mul-  
ta statuta precipientia, quod omnes assignentur syndi-  
co, contra facientes puniendo. Quæstio est de facto, ego  
iuxta Horatium lib. 1. epist. 2. quo semel fui inibitus ser-  
uans odorem, credo nos non posse uti Martiniana. Ad  
*Ad arg.* argumenta contra consuetudinem, oppono alteram, quia  
nominantur sæpissimè alij præter syndicos etiam de li-  
centia prælatorum ad recipiendas pecunias, quod nulla  
tenus fieri debuisset, neque minus periculum foret in alijs  
nominandis, quam in nominando syndicum sine requisitio-  
ne dantium. Solebant dicere communiter patres antiqui  
quos ego iuuenis audiebam, non magis posse deposita-  
ti pec-

ri pecunia apud syndicos quàm apud alios. Experientia ma-  
gistra, propter syndicorum aut infidelitatem, aut cupidi-  
tatem, expediens est apud alios depositari. Nam de congre-  
gatis eleemosynis pro indumentis, aut piscatu prouidēt  
sua domus necessitates, accedente tempore nostrae proui-  
sionis, quia non satisfaciunt, molestamus alios amicos spi-  
rituales, quousque syndici consentiunt à suis unde soluant.  
Cum etiam omnium fauore indigeamus neque possumus  
neque debemus fieri multis odiosi mutando syndicos faci-  
liter, unde postea vix inueniremus qui vellēt syndicarū,  
& nostri curam gerere. Patres conuentuales ultra trien-  
nium syndicum non continuabāt nisi per annum saltem  
vacasset. Ad statuta potest dici, quod ipsa semper nos exhor-  
tantur ad seruandas declarationes Nicolai & Clementis,  
vidimusque aliquas prouincias rectorum non habere  
syndicos, ideo statuta sunt intelligenda non præcipere  
contra prædictas declarationes, quas formaliter obserua-  
ri volunt, sed loqui de quando eis non contradicitur. V. g.  
quando fratres possunt nominare personam, quod aliam  
quam syndicum non nominent, hoc facere possunt non so-  
lum corporalibus, sed spiritualibus pœnis. Idem in pecu-  
nijs, pro quibus syndicus agere potest nomine papae ut p.  
34. in actu secundo atque in primo si res vendatur, quia si-  
cut res vendita est papae, ita & pecunia pro qua datur. Ad  
simile potest reduci solutio eleemosynae promissis, aut la-  
beritio, quia licet non teneatur debitor fratribus iuridi-  
cè, tenentur ex equitate conscientiae ut p. 22. coroll. 5. neque  
potest debitor salua conscientia tanquam dominus retinere,  
sed abdicare à se dominium, & dare in fratrum usus, ideo  
illa talis licetè protinus assignabitur syndico ex inten-  
tione debita dantis, qui debet dare à se abdicando, & sic  
sine conditione, ideoque cum omnibus modis licitis fra-  
trum statui posset forsitan dici quod sicut tenetur ex debito  
conscientiae, ita in illud aliquale ius equitatis succedat  
papa per similitudinem Nicolai, quod filius suo modo patri,  
seruus domino, monachus monasterio adquirunt, ita Mino-  
res Romane fecerunt. Si dans eleemosynam expressè vellit suam  
pecu-

*Ad cap.  
& statu-  
ta.*

## Additio ad dist. 38.

pecuniam apud alium deponi quid possunt in contra de syndico statuta vel praelati disponere? Possent quidē prohibere, quanquam non expedit, quod fratres illo modo prouiderentur per pecunias, sicut iuste prohibuere ne recipiantur libri manente dominio apud dantem, iudicando vtilius & expedientius quod fratres illorum vsu careant quam exoriri turbationes ex tali conditione, debuerunt statuta exprimere, quod deponeretur pecunia sicut disponit Martiniana, vt argumentum ex ipsis probaret quod illa vti possemus. Aliqua etiam illorum concernent vltimatos vtentes Martiniana. Ad illud de presentatione syndicorum à non recipientibus Martinianam sine requisitione dantium, fateor esse periculum, sed vt dixi. prop. 25. excusare nolumus, neque valemus abusus particularium, cum neque apostolorum collegio suus fuit de Iudas, qui oculos habens fur erat. Attamen circa modificationem nominandi personam non potest de facili iudicari mortale, si nominant. Primò, nominantes syndicum protinus, vel faciunt, quia sequuntur opinionem Cordubensis, vel quia adherent verbis statutorum sine aliquo delectu etiam si nostram teneant. Secundò, qui alios nominant vel faciunt ex ratione. prop. 27. quia certū certiorari amplius non oportet: vel quia vt sepe fit, dans pecuniam protinus interrogat cui dabit, vel se offert missurum syndico: certè foret fratribus sanum expectare daturum quomodo se ad exhibendum ostendat. Tertio, quia iam tam est facta experientia, quod vix pauci se volunt impedire de expendendo per se, vel per ministrum, vt sit quasi violenta presumptio quod communiter velint à nobis nominari, nisi ex qualitate, & circumstantijs dantium aliud suboleremus.

F I N I S.

Ne tibi lector negotium faceat citatio propositionū, scito quæ nunc est prima, prius fuisse tricesimam primam quæ modo est decima fuit quadragesima sic deprehendes non deletū priorem numerum: qui nunc est non excedit tricesimam octauam propositionem.

Ad nominationem.

## Ad Lectorem.



Vamprimū potui amice Lector operam dedi, vt quartus hic liber noster exiret, tarde factū aliquis iudicabit, non mea culpa fuit, qui eum ab examinatioibus citius liberassem, si potestatis meæ foret, alijs retenti occupationibus tardauerūt. Euocatus à meo superiori praelato mense Martio præterito excommunicationis, & obedientiæ vinculis Mantuā Carpentanam, quæ vulgò Madrid, ad negotia mēsiū aliquorum, librū ab examinatore visum recepi, & quādiu hic morā feci, excudendū curāui. At huius cœli facie ob nimiam inconstantiam sui cōmodo valetudinis meæ parum arridente, non ausus hyemem aduentantē expectare, neque totum tempus à praelato, qui tunc erat, & me aduocauerat maneo, neque praelo vno contentus fui, quò citius prodiret. Ex hac parte forsan accidet, ex nimiaque festinatione mea, cum & alia interuenisse potuerint, ne tam sine erratis exeat. Error vnus in libris aliquot non in omnibus est in citatione cuiusdam Clementinæ primæ cuius citationis numerū. i. soluens cōpositor posuit Clementinam, id est. Cæterum de orthographia miræ sunt, & variæ iam inter Grammaticos opinioniones, quæ meum turbarunt calamum & inconstantem reddiderunt. Vbi eas videris locū habere patienter sine stomachatione suffer. Vnum id nisi tam festinus essem curare debui, ne vocula eadē difformi orthographia scriberetur, sed eodem semper tenore.

† Tu

Tu mi Lector veniam dabis, quando attenderis homines alioquin doctos pronunciare Paraclitum, qui ecclesiam, non ecclisiam, neque herimum, sed herimum, atque similia eisdem Græcis characteribus scripta pronuntiant. Indices duo vel tres apparantur, vnus de hæresibus in quarto hoc impugnatis, vbi. d. distinctionē. p. propositionem intelligito; vna vel altera aliorum librorum, in aduertentia prætermiffæ: Alter communis: Alius de locis aliquot ad quos ex hoc iuuaberis in alios tres libros de illis in quibus conueniunt. Vale. E Mantua Carpentana. 25. die Nouembris, anni. 1587.

HÆRE-

# HÆRESES IN HOC Quarto impugnatae.

Ex Alfonso à Castro.

.A.



*Absolutio dependet à fide distinct. 18. & 19.*

*prop. 27.*

*Absoluere potest quicumque Christianus*

*d. 17. p. 14.*

*Adulterium vnius coniugis dissoluit matrimonij vinculum. d. 35. p. 3.*

*Anima simul corrumpitur cum corpore. d. 44. p. 3.*

*Anima transmigra de corpore in corpus. d. 43. p. 7.*

*Apostoli neque habuerunt pecuniam, neque aliquid seruauerunt. d. 18. p. 8.*

*Aqua benedicta non est maioris virtutis quam non benedicta. d. 2. p. 14.*

.B.

*Baptizandum est in igne & non in aqua. d. 3. p. 3.*

*Baptizandum est in alia forma, quam sub nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. d. 3. p. 4.*

*Baptizandi sunt mortui. d. 4. p. 5.*

*Baptismus nullius est virtutis. d. 4. p. 3.*

*Baptismus non prodest paruulis. d. 4. p. 4.*

*Baptismus non potest dari nisi detur & Eucharistia. d. 9. prop. 18.*

*Baptismus non est verus nisi baptizatus vngatur chrismate. d. 6. p. vltim.*

† 2

Baptis-

## Index

- Baptismo non est immiscendum oleum, ubi præcedens.  
Baptismo parvuli non egent. d. 4. p. 4.  
Sine Baptismo aquæ nullus saluatur. ea. d. p. 2.  
Baptismus delet solum originale & non alia peccata. dist. 4.  
prop. 8.  
Baptismus aquæ cessavit. d. 4. p. 3.  
Beati non vident essentiam Divinam. d. 49. p. 9.  
Beatitudo consistit in carnis delitijs. ea. d. p. 3.  
Beatitudinem potest homo cõsequi in vita præsentis. ea. d. p. 9.  
in sol. 1. & p. 12.  
Beata est natura intellectualis ex natura sua ea distinct.  
prop. 6.  
Beatus nõ est aliquis ante diem iudicij. ea. d. p. 9.  
Beati sunt pares in gloria. ea. d. p. 15.  
Benedictiones ecclesiæ nullius sunt virtutis. dist. 2. prop. 14.  
corol. 1.

### C.

- Calceamenta portare est illicitum. d. 32. p. 2.  
Catus horarum canonicarum est frustra. distinct. 16.  
prop. 61.  
Character non imprimitur in sacramentis. d. 6. p. 12.  
Christi anima videt Deum tam clarè & intense sicut Deus se.  
d. 49. p. 12.  
Christus adhuc vivus sustinuit vulnus lanceæ. d. 2. p. 2.  
Cibus carniæ est illicitus. d. 16. p. 51.  
Cibi omnes sunt liciti quolibet die sine discrimine. dist. 16.  
p. 49. & 51.  
Circumcisi & legalia servanda cum Euangelio. d. 3. p. 10.  
Claves sunt potestas. predicandi verbum Dei. distinct. 18.  
prop. 26.

Confessio

## Hæresum.

- Confessio non fuit à Christo instituta. d. 16. p. 2.  
Confiteri Deo sufficit & non sacerdoti. d. 17. p. 13.  
Confessio inutilis & superflua. d. 16. p. 15.  
Confiteri omnia mortalia non est necessarium. d. 16. p. 19.  
In confessione non confertur gratia. d. 16. p. 1.  
Confirmatio non est sacramentum. d. 7. p. 1.  
Confirmationis minister est quilibet sacerdos. ea. d. p. 7.  
Contritio ex timore gehennæ est peccatum. d. 16. p. 14.

### E.

- Ecclesiæ membra non sunt præsciti. d. 18. p. 4.  
Ecclesiastici non possunt divitias possidere, sed tenentur  
esse pauperes ut apostoli. d. 18. p. 8.  
Ecclesiæ est corpus invisibile. d. 18. p. 4. in sol. 1.  
Eleemosynam dare non licet fratribus mendicantibus. d. 16.  
p. 72.  
Eleemosynas exercens quantuncunque male vivat saluabitur. d. 16. p. 69.  
Episcopus non est superior simplici sacerdote. d. 25. p. 4.  
Episcopus non est qui fuerit peccator. d. 18. p. 24. & d. 13.  
p. 2.  
Eucharistia non potest confici ex pane, quia panis est creatura immunda. d. 8. p. 7.  
Eucharistia est necessario conficienda in fermentato. d. 11.  
p. 10.  
Eucharistia est consecranda, dicendo Pater noster. d. 8. p. 8.  
Eucharistia non continet corpus Christi. d. 10. p. 1.  
In Eucharistia manet substantia panis. d. 11. p. 1.  
In Eucharistia est offerenda aqua sine vino. d. 8. p. 7.  
In Eucharistia non est aqua miscenda vino. d. 11. p. 9.  
Eucharistiæ sumptio neque predest, neque obest. d. 8. p. 1.

† 3

Eucha-

## Index.

*Eucharistia confecta in die cœnæ est maioris virtutis. d. 8.*

p. 2.

*Ad Eucharistia sumptionem non est necessaria contritio neque confessio. d. 9. p. 11.*

*Eucharistiam non recipiunt peccatores. d. 9. p. 2.*

*Eucharistia continet corpus Christi tantum in usu. d. 10. p. 1.*

*Eucharistia necessario est recipienda sub utraque specie. d. 9. p. 6.*

*Excommunicatio non est timenda, sed cum gaudio suscipienda. d. 19. p. 64.*

*Exorcismi Ecclesiæ nullum sunt momenti. d. 2. p. 14. coroll. 1.*

.H.

**H**æretici omnes bene sentiunt de fide. d. 13. p. 12.

*Hæretici non sunt puniendi, ibi. p. 21.*

*Horas canonicas recitans in frustrâ terit tempus. dist. 16. p. 61.*

.I.

**I**eunium nullius est meriti. d. 16. p. 49.

*Ieiunia non debent institui pro tempore determinato, ibi. p. 51.*

*Ieiunare non tenentur homines perfecti, ibidem.*

*Indulgentiæ nullius sunt valoris. d. 19. p. 37.*

*Infernus non est. d. 44. p. 13.*

*Infernus non erit perpetuus, ibidem.*

*Iudicium finale non est futurum. d. 47. p. 13.*

*Iudicium finale iam est factum, ibidem.*

.L.

**L**aborare manib<sup>9</sup> nullo modo licet monachis. d. 16. p. 57.

*Laborare manibus tenetur omnes monachi. d. 16. p. 72.*

*Lex vetus est seruanda cum Euangelio. d. 3. p. 10.*

.M.

## Hæresum.

.M.

**M**elchisedech non fuit purus homo. d. 25. p. 5.

*Mendicitas non est licita. d. 16. p. 72.*

*Missæ non fuit instituta à Christo. Non est sacrificium. Non potest offerri pro peccatis. Non prodest uiuis, aut defunctis, sed soli sacerdoti. d. 12. p. 7.*

*Monachorum nullus saluatur, quia religiones sunt inuentiones demonum. d. 38. p. 11.*

*Mulier potest promoueri ad sacerdotium. d. 25. p. 6.*

*Mundus nunquam est finiendus. d. 48. p. 9.*

*Mundus mansurus est in eodem statu quo nunc est, neque futurum est cœlum nouum & terra noua. Hæc est declaratio precedentis, ibidem.*

.N.

**N**idos oportet incedere, orare & cetera facere. d. 32. p. 2.

*Nubere est illicitum. d. 26. p. 7.*

*Nuptiæ secundæ non licent. d. 42. p. 13.*

*Nuptiarum, siue matrimonij nullum est sacramentum. d. 26. p. 7.*

*Nuptiæ plures simul, hoc est polygamia, est licita. d. 33. p. 3.*

*Nuptiarum vinculum est dissolubile. d. 35. p. 3.*

*Nuptiæ sunt præferendæ aut saltem æquandæ uirginitati. d. 33. p. 7.*

.O.

**O**pera uirtuosa exercere est hominis imperfecti. d. 16. p. 51.

*Opera exteriora faciunt hypôcritam.*

*Oratio sola sufficit ad salutem. d. 16. p. 57.*

*Ab Oratione nunquam est cessandum, ibidem.*

Oratio



## Index

Oratio est inutilis. ea. d. 16. p. 55.

Orationes vni personæ applicatæ non plus prosunt, quàm si generaliter fierent pro omnibus. d. 16. p. 56.

Ordo non est sacramentum: neque vnus ordo altero dignior, sed omnes Christiani sunt sacerdotes. d. 24. p. 1. & d. 25. p. 4. & 5.

.P.

**P**apa malus nullam habet potestatem. d. 13. p. 2. & d. 19. p. 24.

Papa non potest concedere indulgentias. sup. indulgentia.

Pâschæ est celebrandum luna quarta decima. d. 11. p. 10.

Paupertas consumit omnia peccata. d. 16. p. 69.

Pauperes debent esse Ecclesiastici. d. 18. p. 8.

Peccata aliqua sunt irremissibilia. d. 14. p. 12.

Peccatû nullam est tolerandum ut vitetur maius. d. 13. p. 55.

Peregrini non sunt recipiendi, neque eis humanitas exhibenda. d. 16. p. 68.

Pœnitentiæ non sunt tres partes. d. 16. p. 4.

Pœnitentiæ ex timore gehennæ est inutilis. d. 16. p. 14.

Peccantes non possunt reparari. d. 14. p. 12.

Potestas omnis amittitur per peccatum. Vbi Papa.

Predicare licet cui libet etiam si prohibeatur à superiori. dist. 19. p. 2. & caroll. 2. & d. 25. p. 25.

Purgatorium nullum est. d. 20. p. 3.

Purgatorij animæ possunt mereri, & demereri. ibi. p. 7.

Non sunt certæ de sua salute.

Sine intermissione peccant eadem. p. 7.

.R.

**R**egnum Dei, vbi beatitudo.

Restitutio non est de necessitate salutis. d. 15. p. 9.

Resur-

## Hæresum.

Resurrectio non est futura. d. 43. p. 1.

Resurgentium corpora erunt impalpabilia & inuisibilia. d. 49. p. 34. de dote impassibilitatis & claritatis, & conuertentur in spiritus, ibidem.

Resurgentium corpora erunt mortalia, vbi præcedens.

Resurgent omnes in sexu virili. d. 44. p. 2.

.S.

**S**acerdotes sunt omnes Christiani. d. 25. p. 5.

Sacerdotes omnes sunt pares. d. 25. p. 4.

Sacerdos amittit potestatem consecrandi per peccatum. d. 13. p. 2.

Sacerdotes non debent esse cœlibes. d. 25. p. 10.

Sacerdos quicumque in absentia episcopi potest exercere munus episcopale. d. 25. p. 1.

Sacramenta quia varios patiuntur contra se errores vide in quolibet sacramento, & d. 1. p. 9.

Satisfactio pro peccatis non est necessaria. d. 16. p. 36.

Sepultura nil distat in qua terra & loco habeatur. dist. 16. p. 68.

Simonia non est peccatû, quia dona spiritua'ia possunt vendi pecunia. d. 25. p. 11.

Suffragia viuorum non prosunt defunctis. d. 45. p. 6.

.T.

**T**imor seruilis est inutilis & peccatum. lib. 3. dist. 34. p. 5.

.V.

**V**erecundia, vbi nuditas.

Vinum bibere est illicitum. d. 8. p. 7.

Virginitas non est maioris meriti quàm coniugium. d. 33. p. 7. & d. 38. p. 11.

††

Vnctio

# Index

*Vnctio extrema non prodest infirmis. d. 23. p. 6.*  
*Ex voto nihil est faciendum sed omnia ex libertate. dist. 38.*  
 p. 11.  
*Vouendum non est nisi quod est à Deo preceptum. d. 38. p. 11.*  
*Vsura est licita, lib. 3. d. 40. p. 43.*

## EX FEVAR DENTIO.

A.

**A**brahe polygamia, & aliorum patrum illicita. d. 33.  
 p. 4.  
*Altarium consecratio & benedictio reprobanda est. d. 1. p.*  
*3. & d. 2. p. 14.*  
*Antichristus non erit persona singularis. d. 47. p. 1.*

B.

**B**aptismo non est aqua necessaria. d. 3. p. 4.  
*Baptizadum in nominibus Patris & Filij & Spiritus*  
*sancti. d. 3. p. 4.*  
*Baptismus Iohannis fuit equalis baptismo Christi. d. 2. p. 10.*  
*Baptismus non est aliud sacramentum à poenitentia. d. 1. p. 9.*  
*Baptismi sola recordatio sufficit delere omnia peccata. d. 14.*  
 p. 1.  
*Baptismus non potest conferri à priuatis hominibus. d. 5. p. 1.*  
*Baptismi aqua non est oratione neque signo crucis sanctifi-*  
*canda d. 2. p. 14. & d. 6. p. vltima.*  
*Baptismo non est adiicienda olei & Chrismatis illinitio. d. 6.*  
 p. vlt.  
*Baptismus est balneum suillum & Sathaneo institutio. d. 4.*  
 prop. 3.

INDEX

# INDEX LIBRI QVARTI.

A.



**A**bbatissa quâ potestatem habet. d. 25. p. 6.  
**A**bsolutio nõ dependet à fide. d. 18. p. 17. **C**uius sit effectus. ibi. p. 26. 29. 31. si super eisdem peccatis pluries confessus. p. 31. Non est differenda quousq; poenitens cõpleat poenitentiam. p. 28. valet de reseruatione virtute Iubilæi, licet postea non lucretur. p. 34. valet à religioso de solius episcopi licentia. p. 35. Et etiam ab habente titulum beneficij licet in veritate non habeat ibidem. Quando & quomodo tenet à peccatis sine præuia absolutione excommunicationis. p. 85. & sequentibus. Data per errorem quando non valet. d. 30. p. 3.  
**A**bsoluit ab excommunicatione quis. d. 19. p. 82. 83. potest ab ea absolui inuitus. p. 84.  
**A**bsolutio excommunicationis sine confessione peccatorum. p. 83. notab. 4.  
**A**bsoluendus ab ea quomodo quis in hora mortis. ibi not. 7. quomodo mortuus. d. 16. p. 33.  
**A**bsolui sacramentaliter si potest ostendens signa contritionis si-

ne confessione. d. 16. p. 33. Non potest dari spe ratihabitionis. d. 17. p. 20. Absolutus ab excommunicatione seruet absolutionem. d. 19. p. 83.

**A**ccidens, quod relinquendum ab arte: quod facit ad cognoscendam rem. d. 1. p. 10. in opinione. 1. In Eucharistia sine subiecto dist. 12. p. 1. Quomodo ibi existunt. p. 2. De eorum ibi actione. p. 3. 4. & 5.

**A**ccidentale præmium beatorum. d. 49. p. 27. & 29. **A**ccidens ens per se. d. 5. p. 4.

**A**ccusare & accusatio quid. d. 19. p. 120. quomodo fieda. p. 126. sine accusatore nullus dånadus quatuor habet vicem accusatoris; ibidẽ. Accusare si tenetur aliquis ibi. Non est accusare scribere prælato, quæ corrigat ibi.

**A**ccusatus criminaliter per se debet cõparere. d. 47. p. 10.

**A**ctio productiua, eductiua & inductiua. d. 3. p. 3.

**A**ctio & passio si idẽ motus. ibi.

**A**ctus legitimi. d. 13. p. 44. beatificus æquẽ diuturnus cū habitus. d. 49. p. 2. Elicitus ab vna virtute potest imperari ab alia. d. 14. p. 6. Qui nostri concurrant ad iustificationem. ea. d. p. 10.

**A**ctus humanus quis. d. 6. p. 8.  
 † † 2 Agens

# INDEX.

Agēs quomodo assimilat pas-  
sum. d. 5. p. 4. in fol. ad. 4.  
Administratio quid in additione  
d. 38. p. 26. conditione. 7. eam  
habet vir in bonis vxoris. dist.  
16. p. 75.  
Adeptio & adeptatio non con-  
ueniunt naturæ etiam secun-  
dum Scotum. d. 2. p. 8.  
Adoptare si proprium Dei. ibi  
fol. 60.  
Adoptiuus filius quomodo non  
Christus. ibi. Iudæi si filij ado-  
ptiu. d. 3. p. 6. Adoptatio & ar-  
rogatio. d. 42. p. 10.  
Aedificia continentia. d. 19. p. 91.  
Aetas requisita ad ordines. d. 25.  
p. 7. in qua obligant præcepta  
humana. d. 16. p. 52. de qualita-  
te ciborum in corol. Requisite ad  
sumptionem Eucharistiæ. d. 9.  
p. 18. Ad confessionem sacra-  
mentalem. d. 16. p. 18.  
Aemulatio. d. 7. p. 10.  
Aeternum quid. d. 13. p. 49.  
Aeterna quomodo lex vetus. d.  
3. p. 11.  
Affinitas quid & quæ impedit  
matrimonium. d. 41. p. & seq.  
Angelo si proportionatur locus  
d. 10. p. 8.  
Annihilare nõ est agere. d. 1. p. 10.  
iam ad finē. & d. 5. p. 4. arg. 1.  
Anima nõ se vniet corpori. d. 45.  
p. 7. si habet exuta naturalē ap-  
petitum ad corpus: & si recor-  
datur eorū quæ in corpore no-

uit. ibi. p. 11. Nõ accipit à corpo-  
re, essentialē perfectionē. d. 49.  
p. 25. In purgatorio quomodo  
cognoscūt suffragia fieri pro se.  
d. 45. p. 18. ibi orant pro viuis.  
p. 16. Animæ nõ sunt æquales  
secundū Scot. d. 49. p. 14.  
Antichristus nõ erit diabolus in-  
carnatus, si fuit Mahumetus. d.  
47. p. 21.  
Appellare & appellatio quomo-  
do licet. 7. p. 10. & d. 19. p. 127.  
ad finē si potest prohiberi.  
Appellare prohibiti nequeūt re-  
cusare iudicem, quando cõce-  
ditur procedere appellatione  
remota quid significat, ibi ea.  
d. 19. Ipsa est sol mundi. ea. d.  
7. corol. 2.  
Appetit⁹ naturalis, & liber. d. 49.  
p. 23. Naturalē nõ sariant bona  
huius vitæ. ibi. p. 3. Appetitur  
oia propter beatitudinē. p. 24.  
Appetere esse brutū, aut nõ ef-  
se est mortale. d. 50. p. 5.  
Apostasia triplex. d. 13. p. 14. si  
species quarta infidelitatis, ibi.  
Apostata si hæreticus, ibidem.  
Apostoli peccatores super omnes  
homines. d. 14. p. 12. Potestati  
orunem habuerūt immediate  
à Christo. d. 19. p. 21. Nõ rece-  
perunt eam simul. p. 19. Eorū  
potestati poterat Petrus coar-  
ctare. p. 21. Acceperunt clau-  
es pro se & successoribus. p. 23.  
Apostolatus munera, ibi. p. 20.  
Appa-

# INDEX.

Apparitiones proportionantur fi-  
ni. d. 10. p. 17. In quo dignoscūt  
apparitiones animarum à dæ-  
monibus. d. 45. p. 4.  
Aqua benedicta duplex. d. 2. p. 11.  
quare vocatur Iustralis. ibi.  
Eius virt⁹ multiplex. p. 14. quo-  
modo remittit venialia. p. 13.  
Admixta non benedictæ, quā-  
do vtraque fit benedicta. ibi.  
p. 15. Propinata à Samuele po-  
pulo cuius effectus. ibi. p. 14.  
Miscenda vino ad Eucharistiā.  
d. 11. p. 9. Promissa Samaritanæ  
quæ. d. 6. p. 9. Aqua & non fle-  
gma exiit ex corpore Christi  
mortui. d. 2. p. 2.  
Attentio ad orationem. d. 16. p. 64.  
Attritio quid, differt à contritione  
d. 16. p. 14. si fit contritio ibidē.  
Si cognita sufficit ad confessio-  
nem. d. 18. p. 30.  
Augmentatio vera actio. dist. 16.  
prop. 80.  
Aureola. d. 49. p. 27.  
Azymus panis ad Eucharistiā  
de necessitate ministri: in eo  
Christus consecrauit. dist. 11.  
prop. 10.

.B.

**B**aptismi descriptio. distin. 3.  
p. 1. Eius materia. ibi. p. 3.  
Forma. prop. 4. Est ablutio  
passiua ea. p. 3. Causa suæ insti-  
tutionis. p. 6. Trina eius immer-

siō. p. 7. Ablutio simul cū ver-  
bis. prop. 8. quando institutus.  
prop. 9.  
Baptismus triplex. d. 4. p. 11. Est in  
præcepto. p. 3. Necessarius par-  
tulis. p. 9. & sequentibus. In fi-  
de parentum baptizari quid.  
p. 4. Eius effectus nõ est æqua-  
lis omnibus. p. 9. Eius minister  
cuius malitia effectum nõ im-  
pedit. d. 5. p. 1. & d. 6. Quomo-  
do aut quando liceat eū recipere  
à peccatoribus. dist. 6. p. 2. &  
sequentibus. Vnus baptizare  
potest plures simul. ea. d. p. 5.  
Si plures eundem. p. 7. Bap-  
tizantis intentio. dist. 1. p. 8. Eius  
vnitas. d. 6. p. 9. Ad eum nul-  
lum tempus præfixum. ea. d.  
6. p. 18. Ritus eum dandi. p. 20.  
Valet etiam si erretur in per-  
sona. d. 30. p. 3. Quare vocatur  
sacramentum fidei. d. 4. p. 4.  
ad finem. Ibi. quid est baptiza-  
ri in fide parentum.  
Baptismus Ioannis aquo institutus.  
d. 2. p. 6. eius forma. prop. 7.  
Non erat proprie sacramētum  
dans gratiam ex opere opera-  
to. p. 7. & 8. illo baptizati tene-  
bantur ad baptismum Christi  
prop. 9.  
Beatitudo quid. d. 49. p. 1. Consi-  
stit in operatione intellectuali  
& immanenti. p. 2. Non in bo-  
nis fortunæ, aut in delitijs. p. 3.  
Si principaliter in actu volun-  
tatis.

†† 3 ††

tatis. p. 4. In quo distinguitur essentialiter beatus à nō beato ea. p. in fol. 3.

Beati vident ipsammet essentia Diuinam! p. 9. si per speciem. p. 10. Vbi de specie quam posuit Scotus in angelis sunt duæ difficultates. Vident Deum naturaliter, & quare non comprehendunt. p. 12. Nō sunt pares in gloria, & vnde proueniat imparitas. p. 15. & sequentibus. Intensius plus gaudet. quiuis de bono proprio, quàm alterius. p. 22. In celo stabūt nō sedebunt. p. 31. Non erit anima beatorū intellus assumpto corpore, quàm separata. prop. 25. De essentia beatitudinis non est ipsius certitudo. p. 13. Eam omnes appetant. p. 23.

Beati quomodo videntur sensibus. p. 35. Quas penas damnatorū & quomodo videbunt. d. 50. p. 7. & 8.

Bellari non possunt infideles ob solam infidelitatem: neque ob peccata contra naturam. d. 4. p. 10. dicto. 4.

Bellare licuit Iudæis in sabbatho. d. 19. p. 22.

Beneficium latè interpretandum. dist. 19. p. 43. Ecclesiastica quæ dist. 16. prop. 62. Collata absentia non dant ius, nisi vt non prouidantur alteri prius quàm ille renuntiet. dist. 25.

prop. 7. in cerollario.

Bigamia, quæ potius Digamia: aut poligamia est contra ius naturæ, & prohibetur in Euangelio. dist. 33. p. 1. Licuit patribus veteris testamenti, & si licet Gentilibus; ibi. prop. 4.

Blasphemia quid. d. 13. p. 56. de. p. blasphema.

Blasphemantis linguam. S. Ludouicus cauterizauit. d. 18. p. 127. fol. 768.

Bona infidelium & Iudæorum. d. 4. p. 10. dicto. 5. Hæreticorum. d. 13. p. 31. & 34.

Bonitas differt à misericordia. d. 46. p. 4.

Bonauenturæ falso imponit Soto, quod venialia impediunt effectum Eucharistiæ. d. 9. p. 12. Item de commissione Papæ simplici sacerdoti ad confirmandum. d. 7. p. 7.

Bullæ cruciatæ omnes reuocatæ per Pium, neque reualidantur per sequentes. d. 19. p. 62.

Bullæ coenæ expirant cum latore ibi. p. 67.

.C.

**C**alumnia quid. d. 19. p. 129.

Cantica Ecclesiæ quando latæ ceperunt. d. 16. p. 61.

Cantandi alternatim modus vbi incepit. ibi. p. 64.

Cardi-

Cardinalatus non est ordo. d. 24. p. 14.

Caritas aliter detestatur peccata, quàm poenitentia. d. 14. p. 7. ipsi non aduersantur ob eam instituta. d. 19. p. 84.

Causæ Morales. d. 1. p. 10. in modo. 5.

Causæ differentes specie producant effectus specie differentes. d. 49. p. 4. fol. 3.

Causa quæ præstantior effectu. d. 5. p. 4. ad. 4.

Causæ Ecclesiasticæ & ciuiles. d. 19. p. 121. & 122.

Causa sine qua nō plus dicit, quàm per accidens. dist. 1. prop. 10. modo. 1.

Censuræ Ecclesiasticæ. d. 19. p. 63.

Cessatio à Diuinis ibi. à. p. 103.

Character quid. d. 6. p. 11. eius effectus. p. 14. & si dispositio ad gratiam ibi. & d. 4. p. 9. dub. 1.

Baptismalis prærequiritur ad alios: Aliorum nullus præsupponit alteri. d. 24. p. 10. Sacerdotē disponit ad quotidie celebrandum, & communicandū. d. 4. p. 9.

Christus quomodo nō venit solvere legē sed adimplere. d. 3. p. 10. in arg. Gratia patrū veteris legis fuit causa moralis vt homo. d. 5. p. 4. arg. 3. Si fuit rex Iudææ. d. 18. p. 14. aut habuit monarchiam saltē ex concessione ibi. Neq; fuit mere laic⁹;

neq; sacerdos legalis. d. 25. p. 5. Eius anima in essendo beata similis alijs. d. 49. p. 25. in arg. ipsum quomodo crucifigant peccatores. d. 6. p. 9. & d. 14. p. 12. Receptit Eucharistiam. d. 13. p. 3.

Circumcisio data Abrahæ pro se & pro quibus. dist. 1. p. 11. & ob quas causas. p. 12. eius ritus. p. 13. Non erat ei determinatus minister ibi. A sua institutione cōtulit gratiam ex opere operato. p. 15. ibi quod non debebat omnem poenam adultis.

Circumstantiæ quæ, & quot. d. 16. p. 22.

Claues Ecclesiæ. d. 18. à. prop. 16. quando illas recepit Thomas. p. 19. Nō sunt potestas docēdi, & prædicandi. p. 26. Non eam recepit à Christo Ecclesiæ cōmunitas. p. 25.

Claritatem sui corporis vnus beatus simul ostendit vni, & abscondit alteri, sicut angelus assumptum corpus dist. 10. p. 17. & dist. 49. prop. 34. de claritate.

Clericus quis. d. 24. prop. 7. Eorum nomine qui veniant in fauorabilibus & odiosis. d. 14. p. 13. & dist. 15. prop. 18. d. 24. prop. 7. Possidens beneficium animo non clericandi peccat. distinct. 25. prop. 11. Potest viuere de Misis & decimis & re-

# INDEX.

& referuare patrimonium. d. 16. p. 67. Accusare potest quomodo, & in quibus casibus. d. 19. p. 126. Coniugati quibus gaudent ead. d. p. 98. Comam nutrientes ea. d. p. 79. & d. 24. p. 8. Facinorosi si possunt puniri à laico iudice. d. 19. p. 15. & p. 122. Clerici melius pauci boni quam multi mali. dist. 25. p. 8. possunt verberari. d. 19. p. 126. Corona sine prima consura nō est ordo, quid significat, qualis esse debeat. d. 24. p. 8.

Coelibatus clericorum & monachorum. d. 25. p. 9. & 10.

Coeli non sunt incorruptibiles ab intrinseco. d. 49. p. 14.

Coactio duplex. d. 4. prop. 10. dist. 105.

Cognatio legalis & spiritualis. d. 42.

Cognitio creaturam in Verbo est idem met actus beatificus, neque de essentia eius. dist. 49. p. 21.

Concilia quomodo dicebantur congregare Imperatores. d. 2. p. 8. Eorum ambiguitas per Papam declaranda. d. 13. p. 28. In eis quare assistunt Reges, & petitur à Papa confirmatio. d. 18. p. 25. corol. 2. Vnde est in eis plenaria potestas. ibi.

Confessio sacramentalis, & quæ ad ipsam pertinent. d. 16. à. p. 15. & sequentibus.

Confessio delicti iudicialis & extraiudicialis, & quomodo prædicat confitenti. d. 19. prop. 127 fol. 781.

Confessor. d. 17. à. p. 14. & sequentibus. Eius condiciones. p. 34.

Reuelantis confessionem poena. d. 21. p. 11.

Confiteri non sufficit soli Deo. d. 17. p. 13.

Confirmationis sacramentum & quæ ad eam pertinent. dist. 7. per totam.

Consanguinitas quæ impedit matrimonium & dirimit. d. 40.

Consentiētū, & facientium par poena. d. 13. p. 54.

Constantino ad sui sanitatem nō licuit occidere innocētes. d. 19. p. 22.

Censuetudo quæ toleranda. d. 3. p. 2.

Contemptus partes, & quid sit peccare ex contemptu. dist. 7. p. 10.

Contractus quis, nequit fieri ab vxore sine viro. d. 16. p. 75.

Contractus requirit personas præfentes. d. 29. p. 11.

Contritio, & quæ ad ipsam pertinent. dist. 16. à. prop. 6. & sequentibus.

Correctio fraterna & quæ ad ipsam pertinent. d. 19. à. p. 109. & sequentibus.

Correctio prælatorum. d. 19. à. p. 119. vsq; ad finem dist.

Corpus

# INDEX.

Corpus idem potest esse in pluribus locis. d. 10. p. 16.

Corpora duo posse esse simul est de fide. d. 49. p. 34. in dote subtilitatis.

Cras quid significat. d. 18. p. 8.

Creandi potestas si data Christo, & possit dari creaturæ. d. 5. p. 3. & 4.

Creatura nequit comprehendere Deum. d. 49. p. 12. Si potest comprehendere aliam creaturam, ibi.

Crimina Ecclesiastica, & ciuilia, & punita sufficiēter in vno foro non sunt in alio punienda. d. 19. p. 121.

Crucifigere iterū filium Dei quid. d. 14. p. 12.

.D.

**D**amnati si videbunt in iudicio Christi Diuinitatē. d. 48. p. 3. Plus torquentur carentia Diuinæ visionis, quam alijs poenis. d. 49. p. 4. in arg. Si semper peccāt. d. 44. p. 18. & d. 50. p. 1. Si odiūt Deū in se, ibi. p. 2. & 3. Quomodo appetunt beatitudinem. p. 4. Si vellent aliquos saluari. p. 6. Si appetunt non esse. p. 5. Non videbunt gloriam beatorum. p. 9. Odiunt resurrectionem. p. 12.

Dare gloriā Deo in iudicio quid. dist. 14. prop. 7. in fol. arg. 1.

Debitum conjugale. d. 32.

Decimæ non sunt proprie elemosynæ. d. 16. p. 67.

Declarans non inducit nouū ius. d. 13. p. 56. fol. 398.

Defendens peccantem acrius punitur. d. 4. p. 10. dicto. 6.

Defensores hæreticorum. d. 13. p. 44.

Denunciatio quadruplex. d. 19. p. 120. Ad eam solam procedit iudex. p. 126. Eam quando præcedit monitio. p. 125. Denunciāns valet pro teste. p. 127. fol. 779.

Depositio, & degradatio differūt. d. 13. p. 29.

Desiderium capitur dupliciter. d. 49. p. 9.

Deum nemo vidit vnquam exponitur ibidem.

Dilectio Dei super omnia si iustificat. d. 16. p. 12.

Dispensatio quid. d. 38. p. 29. Est interpretanda strictè. dist. 40. prop. 3.

Dispositio necessitans ad formā duplex. d. 1. p. 10. in 5. modo.

Diuortium potest fieri inter virum & vxorem. d. 35.

Doctores quandoq; subolent opinioniones veras, quibus assentire non audent. d. 19. p. 53.

Dolor cordis vocatur cōtritio. d. 16. p. 6.

Dolor si passio vel operatio, &

††† quo-

# INDEX.

quomodo est in demonibus. d. 49. p. 21. quid est & ubi. d. 44. Dotes beatorum in anima & corpore. d. 49. a. p. 30.

## E.

**E**cclēsia quæ, & à quo incepit. d. 18. p. 2. Durabit vsq; ad finem mundi. prop. 3. Eius membra. p. 4. Si potest punire actus cordis. d. 13. p. 26. Ei non repugnat ex iure Diuino proferre iudicium sanguinis. d. 19. p. 9. Quare vëdebat possessiones & modo non vendat; ibi. p. 8. Ecclesiarum gradus. d. 24. p. 15. Quare vna præfertur alteri. Earum nomine quādo veniūt monasteria. d. 14. p. 13. & d. 24. p. 7. & d. 15. p. 13. Sine culpa sua priuatur iure suo. d. 24. p. vlt. Ecclesiastici si exempti à potestate ciuili, & in quibus. d. 19. p. 15. Ecclesiastici si domini fructuum. d. 25. p. 11. Edictio vulgata vt approbata. d. 43. p. 10. Effectus idem non potest esse à duabus causis. d. 6. p. 7. arg. 1. Electioni extra suum ordinem consentire non potest monachus. d. 19. p. 95. Eleemosyna & quæ ad ipsam pertinent. d. 16. a. p. 67. Eleemosyna corporalis inter mi-

nores virtutes episcoporum. d. 25. p. 11. fol. 866. Eligibilis cæteris paribus quod est diuturnius. d. 49. p. 2. & cuius priuatio est peior. p. 4. Episcopatus non est ordo specialis. d. 24. p. 13. Si licet appetere. d. 19. p. 127. fol. 764. Episcopus si vtilior theologus an iuris perit. d. 19. p. 127. fol. 763. Testari nō potest de bonis ecclesiasticis. d. 25. p. 11. in opinione. 1. vnius ad alterū superioritas. d. 24. p. 15. potest priuari sacramentalibus. d. 25. p. 2. & d. 13. p. 29. ordinans scienter nō suam subditum peccat mortaliter & suspenditur à collatione ordinum. d. 25. p. 13. Eius modus gaudet immunitate Ecclesiæ ibi. p. 11. ad finem. Si est dominus fructuum Ecclesiasticorum, ibidem. Possunt esse proreges. d. 19. p. 122. Multi habent iurisdictionem temporalem ea. d. p. 8. Episcopi pauperes despiciuntur ea. d. 18. & p. 8. Error quid. d. 30. p. 3. eius & ignorantia differentia, ibi, & d. 13. p. 20. Esse in loco circumscriptione & difinitione. d. 10. p. 8. Esse perfectius quomodo infert operationem perfectiorem. d. 49. prop. 27. in arg. 1. Ricar. Eucharistia est sacramentū nouæ legis.

# INDEX.

legis. d. 8. p. 1. latitudo intra quā dat gratiam. p. 3. eius nomina & figura. p. 6. Eius materia. p. 7. forma. p. 8. & sequentibus. De ipsam suscipientibus, de modis suscipiendi, & obligatione. d. 9. per totam. De ipsius frequentatione. d. 12. p. 8. De existentia corporis & sanguinis Christi, de modo existendi & operationibus quas ibi habet & alij habere possunt circa ipsum, quomodo ibi appareat puer, vel caro. d. 10. per totam. De conuersione panis & vini in Eucharistiam, quomodo neq; manent neque annihilantur. De propositionibus & terminis quibus explicetur conuersio. d. 11. per totam. De accidentibus remanentibus, quomodo existant, qua virtute agant. d. 12. Eucharistia est oblatio, sacrificiū, Missa. ea. d. p. 7. Eucharistia diuisa à sacerdote in tres partes quid significat. p. 6. De ministro, quis, quādo, & quomodo teneatur celebrare quātamque materiam consecrare. d. 13. vsque ad. p. 11. Euidētia facti. d. 19. p. 127. fol. 770. Excommunicatio quid, & quomplex cæteraque in eam facientia. dist. 19. a. p. 65. & deinceps.

Excommunicauit quomodo Gregorius propter libellus contra Casterium. d. 19. p. 123. Excommunicatio æquiparatur poenæ mortis ea. d. p. 71. Exorcismi. d. 6. p. 20.

## F.

**F**acim' per nos quod per alios facimus. d. 16. p. 30. ad 3. Fama differt à vanis vocibus. d. 19. p. 127. fol. 771. Ipsa sola probat matrimonium. ibidē. Fama ex incerto autore & fallaci. d. 38. p. 1. Felicianæ hæresis. d. 2. p. 8. Fictus quis ad baptismum quādo recipit gratiam recedente fide si recipit à baptismo. d. 4. p. 9. Fictus cōfitemens in iudicio quis. d. 13. p. 52. Fictæ poenitentia ob ambitionē. d. 13. p. 54. Fides adhibenda testibus, instrumento & literis testimonialibus. d. 19. p. 127. fol. 772. Fidelitas pars potentialis iustitiæ. d. 21. p. 5. Filius hominis nescit diem iudicij si additū ab Arrianis. d. 43. p. 10. Filij si tenentur accusare patrem hæreticum. d. 19. p. 116. in conditionibus peccati. Si ob id liberandi à poenis. d. 13. p. 29.

# INDEX.

Ignorantia si liberat ab omni poena. d. 19. p. 74. differt ab errore supra error. Ignoras quomodo omnis malus. d. 49. p. 14. in sol. 2

**Impeccabilitas primum iustum in hac vita.** d. 21. p. 3

Imperator neque est diaconus, neque subdiaconus sed canonicus sancti Petri Romae. d. 24. p. 9

Impotentia coeundi, quae impedit & dirimit matrimonium. d. 34

Impotens restituere quis. d. 19. p. 84

Incoestus. d. 34. p. 7. & d. 41. p. 7. & d. 11. inchoatur de nouo quod ab initio non valuit. d. 30. p. 3

Indicia. d. 19. p. 127. fo. 766. & 773

Individuum supremum speciei inferioris non aequatur infimo supremo. d. 20. p. 5

Indices ad conciones tollendi. d. 13. p. 13

Indulgentiae quid, & ea quae ad ipsas pertinet. d. 19. p. 36. Infamia. d. 13. p. 42. & seq. & d. 19. p. 24

Infernus ubi. d. 44. p. 14. quomodo factus pro daemone & non pro hominibus, ibi. p. 23. Si anima aliqua suscitatorum fuerit ibi. d. 45. p. 5. eius poena non mitigatur. d. 46. p. 1. & 6

Infidelitatis tres species. d. 13. p. 14

Ingratitudo quando peccatum, quando circumstantia, & quis ingrator quando peccat. d. 22. p. 1. & 2

Ingressus mulierum in monasteria virorum quomodo prohibitus. d. 23. p. 5

Inobedientia non est superferre mandatis consulatur mandans. d. 13. p. 10

Inquisitio generalis, & particularis quomodo fit. d. 19. p. 120. & p. 123

Inquisitores intercedunt pro reis. d. 13. p. 54

Inquisitor contra haeticus si theologus an iurisperitus. d. 19. p. 127 fol. 763. non procedunt contra episcopos. d. 24. p. 7

Instrumentum Diuinitatis Christi homo. d. 5. p. 4. arg. 4. & d. 1. p. 10. in. 4. modo.

Instrumenta animae ad generationem carnis duo. d. 1. p. 10. in. 5. modo.

Instrumentum supplet pro testibus & facit fidem. d. 19. p. 127. fo. 772.

Intellectionis causa si intellectus agens vel possibilis. d. 10. p. 13

Intelligere sine productione & quomodo est pati. d. 49. p. 8

Interpretatio ad Diuina precepta quando potest fieri. d. 19. p. 22. in sol. 1.

Interdictum & quae ad ipsum pertinent. d. 19. p. 88.

Inuoluntarium causant tria. d. 30. p. 3.

Iob tantum meruit patientia ac si res suas dedisset in elemosinam. d. 14. p. 2

Ioseph si viuus tempore passionis & quare pingitur senex. d. 30. p. 9. de sua virginitate. p. 6

Irregularis non est homicida se ipsum

# INDEX.

ipsum defendens. d. 27. ad. finem.

Neque laicus aut clericus baptizans sine solennitate in neque non subdiaconus cantas epistolam sine manipulo. d. 6. p. 1

Iudae melius non nasci hominem illum. d. 50. p. 5

Iudaei ab Hispania iuste expulsi. d. 4. p. 10. dicto. 6. conuersi quare spoliantur suis bonis, ibi.

Iudex ecclesiasticus punit crimina secularia in quibus casibus. d. 19. p. 122. Et ipsos laicos de commissione principis sine sanguinis effusione, ibi. Si laicus possit supplere negligentiam iudicis ecclesiastici ibi, & p. 15

Quomodo potest punire peccantes coram se. p. 127. fol. 768.

In principio pro actore, in medio pro utroque, in fine pro reo ibi, fol. 786. Quomodo procedit de plano, & sine strepitu iudicis, ibi, fol. 783. In praesumendo debet esse sicut lex. d. 13. p. 56. de. p. haetica ad finem.

Iudicis sententiae iustae parendum. d. 13. p. 38

Iudicialis ordo quae requirit secundum legem Dei, quae secundum canones. d. 19. p. 127

Iudicium generale fiet ut Deus iustificet ipsum. d. 48. p. 7. Ipsum praecedet ignis conflagrationis qui erit elementaris. d. 47. p. 4 ad illud Christus descendens successiue, ibi. p. 9. Locus erit

vallis Iosaphad. d. 48. p. 5. Quibus ordinibus erant iudicandi. Qui etiam illi qui cum Christo iudicabunt. d. 47. p. 11. Haec duae propositiones sunt verae Christus iudicabit in forma humana iudicabit secundum humanitatem. d. 48. p. 1. Vnusquisque ibi videbit conscientiam alterius, ibi. p. 7

Iustitia & misericordia in omnibus operibus Dei. d. 46. p. 2. & sequentibus.

Iustitia rectitudo voluntatis. d. 46. p. 2.

Iustificatio sumitur quadrupliciter. d. 17. p. 1. & quomodo iustificatur Deus, ibi.

Iustificatio impij sola contritione, ibi. p. 2. non est miraculosa. ibi. p. 10. quomodo est opus Dei maximum. p. 11. Quare ad eam plus acceptatur poenitentia, quam alia opera hominis, ibi. prop. 7. Attribuitur morti & resurrectioni Christi. d. 2. p. 2. arg. 1

.L.

**L**egis & Euangelij differentia. d. 18. p. 5. ar. 1

Legalia quando & quomodo cessauerunt. d. 3. p. 11

Lex quando obligat, ibidem.

Legem soluere quid: non est ei addere vel minuere ipsam interpretari. d. 3. p. 10

Lex



# INDEX.

Lex imponens poenam ipso facto si obligat, vel quomodo possit obligare sine iudicis declaratione. d. 13. p. 41. fol. 364.  
 Legis Evangelicæ omnia præcepta non possent reges infideles imponere suis vasallis. d. 4. p. 10. dicto. 5. arg. 2.  
 Leonis oratio correctæ. d. 49. p. 9. in fol. 3.  
 Liberalitas non continetur propriè sub iustitia. d. 16. p. 67.  
 Libertas contradictionis & contrarietatis à Scoto dicta vocatur alijs nominibus à Thoma. d. 49. p. 14.  
 Loth si culpabilis in incestu filiarum. d. 40. p. 6.  
 Lumē gloriæ quomodo necessarium, nō est auxilium speciale sed habitus. d. 49. p. 6.  
 Lumen intellectus. ibi.

## M.

**M**acedonij error tolerabilior simonia. d. 25. p. 11.  
 Magi reges fuere & tres. d. 18. p. 14.  
 Maioratum institutio licita; eorum confiscatio. d. 13. p. 34.  
 Maleficium esse negantes errauerunt. d. 34. p. 6. quando impedit matrimonium, quomodo dignoscitur: si potest per aliud tolli, ibidem, & d. 6. p. 2.  
 Manassis regis peccatū. dist. 14. p. 11.

Maria virgo youit virginitatem. d. 30. p. 4. nō tamen fuit prima in obseruando illam & uouendo. p. 7. & 8. Eius partum virginalem probarunt patres in concilio Telerfi vnde, ibi. p. 4.  
 Causæ ob quas nupta fuit. p. 10.  
 Maria virgo à Christo baptizata. d. 4. p. 3.  
 Marrani quare dicantur Hispani. d. 13. p. 45. fol. 382.  
 Martyrium iustificat. d. 4. p. 1. & 2. & d. 16. p. 12. ipsius iustæ causæ, & si innocetes pro Christo occisi fuere martyres, ibidem.  
 Matrimonium contractus eius & sacramentum differunt. d. 26. p. 1. quando institutum. p. 2. est in officium & remedium. p. 4. est sacramentum nouæ legis. p. 7. Eius præceptū hodie nullos obligat. p. 5.  
 Matrimonium aliud ratum, aliud consummatū. d. 27. p. 7. Quare dictum matrimonium ea. d. p. 1. Quod dicitur mysterium à Paulo non euacuat illud esse sacramentum ea. d. p. 8.  
 Clandestina annullata, d. 28. p. 1. Eius minister si de necessitate sacramenti fuit semper sacerdos ea, d. p. 2.  
 Contractum metu quando non valet, d. 28. p. 1. Poena cogentiū ad illud ibi, p. 6. Sub cōditione honesta ibi, p. 8.

Con-

# INDEX.

Contractū solo sine habendi hæredes, aut ob pulchritudinem licet. d. 30. p. 11.  
 Matrimonium inter Mariam & Ioseph verum fuit. d. 30. p. 9.  
 Matrimonij bona. d. 31. Qua ætate possit cōtrahi. d. 34. p. 5. Impeditur & dirimitur propter quæ crimina. d. 35. p. 6.  
 Matrimonium infidelium est verū. d. 39. p. 1. & sequentibus. Fidelis cū infideli est nullum de iure Diuino, ibi. p. 8.  
 Mentis bonæ timent culpam ubi non est. d. 19. p. 127. fol. 763.  
 Mentiri non est omnis fictio aut simulatio. d. 3. p. 2. dicto. 2.  
 Meretrix acquirit dominium in mercede meretricij, de qua potest dare eleemosynam, sed non offerre oblationem. d. 16. p. 75.  
 Mereri alteri primam gratiam non potest purus homo. d. 4. p. 8. ad finem.  
 Metus constantis viri. d. 29. p. 1.  
 Mille anni in scriptura quid significant. d. 43. p. 4. arg. 2.  
 Miracula tria requirūt. d. 17. p. 10. Fiunt à sanctis dupliciter. d. 5. p. 4. arg. 2. Facit Deus quadoq; plura pro minori sancto. d. 49. p. 21. corol. 2.  
 Miraculum nō fuit intrare Christum ad discipulos ianuis clausis. dist. 49. prop. 34. in dote subtilitatis.

Missa est actio & non testamentum. dist. 12. p. 7. A quocunque dicatur est meritoria, & satisfactoria. d. 13. p. 2. Valet illi pro quo eam sacerdos offert & non illi pro quo prælatus. d. 13. p. 9.  
 Minus valet oblata pro pluribus, quam pro vno, ibi. p. 10.  
 Ritus eam celebrandi, ibi. p. 13.  
 Missarum stipendia nō sunt propriè eleemosynæ. d. 16. p. 67.  
 Missarum stipendia debita clericis defalcāt curati iniuste similes filijs Heli corripiendi ab episcopis. d. 45. p. 13.  
 Mixtio. dist. 2. prop. 15.  
 Moyses si sacerdos. d. 18. p. 84.  
 Monach⁹ fact⁹ episcop⁹ si tenetur ad opera monachatus, etiam ad vota substantialia ratione monachismi. d. 38. p. 17.  
 Monasteria pauca construenda. d. 25. p. 8. Et in additione. d. 38. p. 11.  
 Monasteria monialium intrantes qua ætate peccant, & qui eos introducunt. dist. 16. p. 52. fol. 510.  
 Moniales raro, aut nunquam excommunicandæ. d. 19. p. 84.  
 Mopsarabes. dist. 13. prop. 49. fol. 382.  
 Mors prima & secunda quæ. dist. 43. p. 4.  
 Motus corporis Christi in Eucharistia. d. 10. p. 18.  
 †††† Moueri

# I N D E X.

Moueri est educi de potentia ad actum, d. 1. p. 10. in. 4. modo.

Musica si expellit dæmones, d. 6. p. 20

.N.

**N**ecessitas sacramenti & ministris quæ, d. 2. p. 1

Necessitas felix quæ, compellit ad meliora, d. 38. p. 11

Necessitas extrema quæ, & si possunt in ea compelli diuites à iudice vt dent superflua, d. 16. p. 71.

Necessitas & utilitas æquiparantur in iure & faciunt licitum quod sine illis non esset, d. 19. p. 22. arg. 1. & d. 29. p. 2

Neophytus quis, d. 13. p. 49

Nicolaus diaconus si gentilis, d. 13. p. 46

Nomina imponebantur in circumcissione, d. 1. p. 13

Nomen Iesus, ibi, p. 14

Notitiam reflexam habent semper beati suæ beatitudinis, d. 49. p. 13

Nuptias quando non licet celebrare, dist. 32. p. 4. Secundæ licent & sunt sacramentum, d. 42. p. 11

.O.

**O**bedientia prælati non obligat cum periculo vitæ.

Obiectum beatificum primum Diuina essentia: persone quasi secundarium, d. 49. p. 20.

Obiectum naturale dicitur dupliciter, d. 49. p. 11

Odium Dei quale est maximum peccatorum, d. 5. p. 3

Obligari pertinet voluntati, dist. 38. p. 8

Obligationi communitatis satisfaciunt aliqui, d. 9. p. 3. & d. 16. p. 62. & d. 26. p. 5

Officia Diuina quæ, d. 19. p. 96

Officio Diuino per horas tenentur ecclesie ministri, & qui sunt illi, d. 16. p. 61. & 62. Poena non recitantium, p. 63. Conditiones obseruandæ in dicendo horas, p. 64. Possunt dici audiendõ Missam, p. 66. Causa excusans ab illis dicendis, p. 65

Opus operatum, d. 1. p. 15

Oratio pertinet ad latræm: quæ ad eam attinent in conditionibus, utilitate, & obligatione, d. 16. a. p. 54

Orare pro excommunicato quomodo & quando licet, d. 19. p. 75. Pro moriẽti in publico peccato: pro se occidenti, d. 45. p. 7. pro damnatis, d. 46. p. 1. ad finem.

Orationẽ Hieremiæ pro populo quare non exaudiuit Deus, d. 13. p. 54. in sol. arg.

Ordo sacramentum nouæ legis, non est ritus eligendi cõcionatorem, neq; electio sacerdotũ & episcoporum pertinet ad populum, d. 24. p. 1

Ordo sacramentum est ipsa ordinatio secundum Scotum & nõ

rela-

# I N D E X.

relatio, vt ei imponit Soto, ibi. prop. 2

Ordines septẽ, p. 3. Si omnes imprimunt characterem, & sunt sacramentum, p. 9

Ordo diaconatus tẽpore apostolorũ, si erat qui est modo, p. 11

Ordinis ad ordinem interuallũ. p. 10. Ordinãs & ordinatus per saltũ peccat mortaliter, ea. p.

Ordinatus ante receptũ sacramentum confirmationis non peccat mortaliter, ea. p. 10

Ordinatus si de necessitate debet tangere materiam sibi ab episcopo oblatam, ea. d. p. 12

Ordinis minister seu ordinationis quis, d. 25. p. 1. Habens licentiã ad sacerdotium habet ibi inclusam ad omnes alios, ibidem.

Ordinari nõ potest foemina, neq; Hermaphroditus, ibi. p. 6

Ordines furtiuẽ recipiens si manet ordinatus, p. 11

Ordo impedit matrimoniũ, d. 37. p.

**P**anis quare vocatur Eucharistia, d. 11. p. 1

Papæ si possũt esse duo simul; d. 19. p. 22

Papa nõ recipit potestatem ab Ecclesia, ibi. p. 24. nullam incurrit excommunicationẽ, d. 13. p. 29. dispensare potest cum sacerdote ad matrimonium, d. 25. p. 9. Non ponit aliquem in dignitate quia talem sic nomi-

nat, d. 19. p. 78. Potest dispensare q̄ consecretur panis sine vino; d. 8. p. 10. & in voto solenni, d. 38. p. 30. Si potest dispensare in matrimonio rato, d. 27. prop. 8. Quo iure successor Petri, d. 24. p. 15. Non est dominus orbis in tẽporalibus, d. 18. p. 10.

Pars quid, d. 16. p. 4

Paruum respectu magni reputatur pro nihilo, d. 1. p. 16. ad. 2. fol. 1

Passio si distinguitur à subiecto, d. 40. p. 22

Patria potestas, d. 4. p. 10. dicto. 2.

Patrimonium quare dictũ, d. 27. prop. 1

Patronatus ex quibus acquiritur patrono egenti succurrit ecclesia, d. 18. p. 15

Paulus iustificatus sine præparatione, d. 17. p. 10. Virgo fuit nõ vxoratus, d. 26. p. 5. Quare contulit Euangeliũ cum apostolis, d. 3. p. 12. Eius stimulus fuit passio de sancta Thecla, d. 13. p. 10. notab. 1

Post raptũ si habuit fidem, d. 49. p. 10. arg. 2

Peccator regulariter nõ dånatur, pro vno solo mortali, d. 16. p. 11

Peccata potest Deus remittere sine infusione gratiæ, d. 15. p. 2

Peccata sunt opera mortifera & mortificant opera facta in gratia, d. 15. p. 5

Penetratio prouenit ex tribus, d. 49. p. 34. in dote subtilitatis.

†††† 2 Penſio

# I N D E X.

- Penſio poteſt redimi. d. 25. p. 11  
 Peregrinatio ſancta ſi expedit  
 monachis. d. 19. p. 56.  
 Periculum peccandi quod, & quā-  
 do peccat quis ei ſe exponens.  
 d. 33. p. 3  
 Periculum mortis & articulus. d.  
 20. p. 2  
 Perſonas duas poteſt idem repre-  
 ſentare. d. 19. p. 55. & p. 119  
 Petrus baptizatus à Chriſto cete-  
 ros apoſtolos baptizauit. d. 4.  
 p. 3. Non peccauit quando re-  
 prehenuſ à Paulo. d. 3. p. 12  
 Pietas & miſericordia differunt.  
 d. 46. p. 2  
 Platonis annus. d. 43. p. 6  
 Plus cui licet, licet quod eſt mi-  
 nus, habet fallentias. d. 25. p. 1  
 Poena & ultio differunt. d. 14. p. 7.  
 arg. 2  
 Poenae peccatorum poſſunt re-  
 mitti vna ſine alia. d. 15. p. 3  
 Poenas mitigandi cauſae. diſt. 13.  
 p. 54  
 Poena aeterna gratis remittitur à  
 Deo. d. 16. p. 36  
 Poenae concilij Lateranenſis ſub  
 Leone ſi ligant. d. 16. p. 63  
 Poenitentia vnde dicta. d. 14. p. 2.  
 & quae ad ipſam pertinent vt  
 eſt virtus, ea. diſt. 14. per to-  
 tam.  
 Poenitentia ſolennis, ibi. p. 13  
 Poenitentia non poteſt fieri de  
 vno peccato ſine alio. d. 15. p. 1.  
 reſtituit opera mortificata. p. 6  
 Atq; in priſtinum gradum ec-  
 cleſiaſticum. p. 7  
 Poenitentia ſacramētum à Chri-  
 ſto inſtitutum. diſt. 16. p. 1. & 2.  
 Eius partes. p. 4. Eius materia,  
 ibidem. Eius forma. p. 5. Delet  
 peccata in ordine ad clauſes, d.  
 17. p. 2. Præparatoria ad illam:  
 d. 14. p. 10. & 11. Eius miniſter  
 ſolus ſacerdos, d. 17. p. 14  
 Poenitētia in extremis quare dif-  
 ficilis, d. 20. p. 2. Ipſam volun-  
 tatiē differens quando peccat,  
 ibidem corol. 2  
 Poenitens ad quantam gratiam  
 reſurgit, d. 22. p. 3  
 Sine poenitentia quomodo dona  
 Dei, d. 4. p. 9  
 Poenitentialia opera non ſunt no-  
 biliffima, neq; qui in illis ſe  
 exercent, d. 14. p. 6  
 Poenitentiæ iniunctæ à iudice in  
 foro exteriori nō delentur per  
 indulgentias, d. 19. p. 42  
 Pontifex digne vocatus Ambro-  
 ſius, d. 13. p. 49. fol. 380  
 Poſtliminium quid, d. 19. p. 127.  
 fol. 772  
 Potentia obediēcialis, diſt. 17,  
 prop. 10  
 Potentiæ actiuæ naturali nō ſem-  
 per correfpondet ſua actiua na-  
 turalis. ibidem.  
 Potestas & potentia differunt. d.  
 19. p. 1  
 Potentiā organica, & non orga-  
 nica, d. 10. p. 18

Pote-

# I N D E X.

- Potestas eccleſiaſtica, & ciuiliſ di-  
 ſtinctæ, d. 18. p. 1. Eccleſiaſtica  
 eſt excellentior, p. 6. Poſſunt  
 eſſe ſimul in eodem, p. 8. Ec-  
 cleſiaſtica non reſidet penes  
 communitatem, p. 25. Ciuiliſ  
 non punit omnia crimina ſit  
 contēta ſuis finibus, d. 4. p. 10.  
 diſt. 2  
 Potestatem conſecrandi habent  
 ſacerdotes in potentia propin-  
 qua, d. 19. p. 18  
 Potestas clauium eſt in potentia  
 remota, p. 19  
 Potestatem habens duplicem po-  
 teſt vtraq; vt ſimul, d. 13. p. 36.  
 Potestas dominiij & iuriſdictionis  
 differunt, d. 19. p. 12  
 Potestas iuriſdictionis non repu-  
 gnat fratri Minori, ibi, & diſt.  
 38. in additione, p. 35  
 Potestatem dominiij non habet  
 rex in bonis vaſſallorum, ibi.  
 Præcepta duo implētur vno actu:  
 d. 16. p. 66  
 Prædicare nullus poteſt niſi miſ-  
 ſus, d. 25. p. 5  
 Prædicatores quid debent prædi-  
 care, d. 14. p. 10  
 Prædicationem ſuam Chriſtus &  
 Ioannes inceperunt à poeniti-  
 entia. ibi.  
 Præputia circunciſionis ſepelie-  
 bant Iudæi, & exiſtimant ſe  
 reſurrecturos ſine illis, d. 1. p. 13.  
 illud Chriſtus reſumpſit in re-  
 ſurrectione, ibidem.  
 Præſumptiones ad iudicia, d. 19.  
 p. 127. a. fol. 773  
 Præſumpcio contra præceptum  
 quæ requirat, d. 23. p. 5  
 Primogenita quæ vendidit Eſau,  
 d. 18. p. 25  
 Princeps quomodo ſubditur legi,  
 d. 13. p. 54  
 Priuilegium eſt ſtricti iuris, d. 19.  
 p. 105  
 Probationum modi, d. 19. p. 127.  
 fol. 770. Semiplenā facit vnus  
 teſtis, fol. 766  
 Profeſſio tacita in religionibus ſi  
 valet poſt concilium Trident.  
 d. 38. p. 14. Si valet ſine anno  
 probationis continuo, ibidem.  
 Promiſſio quomodo, & ex qua  
 virtutē obligat, d. 29. p. 11  
 Pronominis Ego energia, d. 3. p. 2.  
 Prophetiæ tria tempora, & ſit  
 triplici modo, d. 26. p. 2  
 Purgatorium vere eſt, diſt. 20. p. 3.  
 Vbi prop. 4. excedit omnem  
 poenam huius vitæ, p. 5. poenæ  
 ibi à quo infliguntur, prop. 6.  
 Illarum acerbitas, & diuturni-  
 tas quomodo reſpondeat pec-  
 catis, p. 8. ignis eſt eiufdem ra-  
 tionis cum igne inferni, ibi. p.  
 4. & d. 44. p. 18. Non detinen-  
 tur ibi animæ propter debita  
 pecuniaria, d. 20. prop. 9. quo-  
 modo ibi delentur maculæ ve-  
 nialium, diſt. 21. prop. 3. Exi-  
 ſtētes ibi ſi ſatisfacium, diſt. 16.  
 p. 76

†††† 3 Purga-

# INDEX.

Purgatio canonica & vulgaris, d. 29. p. 127. fol. 771

**Q**ualitates infuse si sunt eiusdem generis cum acquisitis, d. 6. p. 16

Qualitates propositionum damnabilium, d. 16. p. 56

Quies in plus quam gaudium & delectatio, d. 49. p. 22

.R.

**R**aptus impedit matrimoniū, d. 42. p. 12

Rata quæ, d. 19. p. 127. fo. 772

Ratio est definitio, d. 1. p. 14. & d. 6. p. 7. ad. 1

Ratio anima legis, d. 3. p. 11. in dicto. 2. Scoti.

Rebecca quare non timuit maledictionem filij, d. 1. p. 11

Recedendum quomodo non est à iure antiquo, d. 17. p. 21. ad. 2. d. 19. p. 81

Religio propriè quæ, d. 38. p. 13

Renouari ad poenitentiam, d. 15. p. 12

Renunciationis effectus, d. 25. p. 2. in fol. 2

Renūtiari potest iuri naturæ Diuino, & humano, d. 16. p. 30. in fol. 2. Iuri communicatis quomodo possit vel nō particularis, d. 21. p. 10

Repudium vxorum, d. 23. p. 5. & 6  
Restitutio obligat, & quomodo, d. 15. a. p. 9

Resurrectionis Christi hora, d. 43. p. 10

Resurrectio mortuorū omnium futura, & simul, d. 43. p. 1. 2. 3. 4. In aliquibus iam est cōpleta: Et si in illis qui cum Christo resurrexerunt ibi, p. 5. Ipsius causæ, p. 6. Eius hora & quæ illā præcedent, p. 8. 9. & 10

Resurget quis in quo loco, d. 48. prop. 6

Reus quomodo interrogandus de se & locijs, d. 19. p. 123. & p. 127. fol. 766. Quando peccat negando veritatem, fol. 768. Interrogatus præter iuris ordinē quomodo respondebit & iurabit, fol. 769

.S.

**S**acerdotes neque sunt pares, neq; omnes Christiani, d. 25. p. 4. & 5

Sacerdotū nomine quare nō sunt vsi apostoli, d. 25. p. 5

A sacerdotio quos arcebat Aristoteles ibi.

Sacerdotium Christi, dist. 25. p. 5. quem in tribus figurauit Melchisedech, ibi.

Sacerdotis officia, ibidem.

Sacerdos effundens primam lotionem calicis peccat mortaliter, d. 12. p. 5

Sacerdotes quos Dauid instituit non fuerunt summi, dist. 19. prop. 22

Sacræ

# INDEX.

Sacramentum quid, & vnde dictum, d. 1. p. 1. Quando & quomodo necessaria, p. 2, & 4. A solo Deo institubilia, p. 6. consistunt in verbis & rebus, p. 8. Differunt sacramenta veteris & nouæ legis, p. 9. quomodo causant gratiam, p. 10. Si fuit aliquod proprium in lege naturæ, p. 17. ibi quare dicuntur sacramenta fidei.

Sacramenta nouæ legis septem habentia virtutem ex passione Christi, d. 2. p. 1. & 2. Non sunt causa immediata gratiæ etiam secundū aduersarios Scoti, d. 1. p. 10. ad finem.

Sacramentalia possunt committi simplicibus sacerdotibus, d. 13. p. 29

Sacrificium iuge, d. 8. p. 3

Sacrificium quæ requirit, dist. 12. prop. 3

Scientia ad ordines minor in monachis quā in clericis, dist. 25. prop. 8

Sæculum quid, d. 13. p. 49

Salamandra pellis non consumitur igne, d. 44. p. 22

Salomon vnigenitus matris suæ, d. 1. p. 13. Iniuste occidit Adoniam, d. 18. p. 127. fol. 776

Saluti propriæ plus tenetur quiuis quā prælatus, d. 16. p. 10

Sanguis duplex, quis verbo Diuino vnitus hypostaticè, d. 10. p. 3

Satisfactio, d. 19. p. 127. fol. 762

Satisfactio quid, d. 16. p. 35. est necessaria, p. 2. Alia placans, alia soluens, p. 3. & d. 21. p. 4. eā homo facit pro se, & pro alio, d. 16. p. 7. & 38. pro se cæteris paribus magis satisfacit. Nō tenetur poenitēs eā à sacerdote impositā acceptare, p. 40. acceptata si nō implet nō peccat mortaliter, p. 42. Quomodo eā debet sacerdos imponere ne erret, p. 43. Sunt imponēda opera poenalia exteriora, p. 45. & 46. Reducuntur ad tria, p. 47. Fit per flagellā immissā à Deo, p. 76. Morienti non est imponenda sed innotescenda, ibi, p. 38. Opera satisfactoria sunt meritoria, ea, d. 16. p. 46

Satisfactio, d. 16. p. 3. & d. 21. p. 4

Schisma, quid, dist. 13. prop. 56. fol. 404

Scriptura non exponenda extra quatuor sensus, d. 1. p. 8

Scripturæ loca per diffinitionem & diuisionem interpretanda, d. 19. p. 111

Secretum omne obligat, dist. 21. p. 5, & confessionis super omnia, ibi, p. 6

Secretæ confessioni renūtiat poenitens vt fiat publicè: non tamen quod eam factam reuelet sacerdos, d. 21. p. 9

Secretum non tenetur poenitens seruare sacerdoti cum inducētē ad malum, ea, d. p. 7

Secur.

# I N D E X.

Securitas si est de essentia beatitudinis, d. 49. p. 13  
 Sententia Christi in iudicio erit vocalis, d. 47. p. 12  
 Sententiam quomodo iudex pronuntiare debet, dist. 19. p. 127. fol. 783  
 Sepulturam quare appetunt infideles, d. 16. p. 68  
 Signum triplex, d. 1. p. 1  
 Simeonis Canticum exponitur, d. 17. p. 7  
 Simonia, d. 25. p. 11  
 Species ad quid ponitur, & si producitur visa essentia Diuina, d. 49. p. 10  
 Spiritus principalis quis, d. 5. p. 4. num. 4  
 Spiritus ubi vult spirat exponitur, d. 6. p. 8. in dubio.  
 Sponsus & sponsa dicuntur dupliciter, d. 27. p. 3  
 Sponsalia quomodo contrahantur & dissoluantur, ibi. prop. 4. & 5  
 Statim illico interuallum temporis admittunt, d. 13. p. 51  
 Status quid, dist. 49. p. 34. in dote subtilitatis.  
 Status monachorum perfectior, quam laicorum contra antistitem Toletanum, distinct. 38. prop. 11  
 Statuta humana quare variantur, d. 13. p. 30  
 Stipulationes, dist. 19. prop. 127. fol. 772

Suburbia quæ, d. 19. p. 91  
 Subsidia quæ & quomodo danda secularibus patronis ab Ecclesia, d. 18. p. 15  
 Succedens loco alterius tenetur ad quæ ille tenebatur, dist. 19. p. 46  
 Sudor Christi sanguineus nõ fuit miraculosus, d. 10. p. 3  
 Suffragia quibus defunctis, & quantum prosint, dist. 45. p. 6. Qui ea desinent peccant.  
 Suspendio, d. 19. p. 106

## .T.

**T** Alionis poena, d. 19. p. 126  
 Tempora distinguenda, vt concordet scriptura, d. 19. fol. 740  
 Tempus longissimum quod, d. 13. p. 49  
 Tenere est possidere, d. 49. ante p. 33  
 Tenebræ in inferno quomodo palpabiles. In Aegypto quomodo factæ, d. 50. p. 10  
 Testis esse non potest peieratus, d. 1. p. 1  
 Testes, d. 19. p. 127. à fol. 777  
 Testimonialibus literis fides habenda ibi fol. 772  
 Timor est in voluntate si passio aut operatio, d. 49. p. 13. & 22. cadens in virum constantē excusat à præceptis humanis, d. 29. p. 1

Tole-

# I N D E X.

Toleratus ab Ecclesia quis, d. 6. prop. 2  
 Toletana ciuitas tradita à Iudæis, d. 4. p. 10. Eius Ecclesiæ statutum contra descendentes à Iudæis sanctum, d. 13. p. 49  
 Tortura necessaria in iudicijs ad eam non sufficit infamia, d. 19. p. 127. fol. 779  
 Torqueri potest clericus, fol. 780  
 Traducere quid contra Tostado, d. 15. p. 12  
 Trajanus si saluus, d. 46. p. 1  
 Transubstantiationis terminus nõ est præsentia etiam secundum Scotum, d. 11. p. 3  
 Transubstantiari potest creatura in creaturam, ibi. in arg.  
 Tribulationes quare Deus immitit & earum utilitas, d. 15. p. 4  
 Tristitiæ species, d. 44. p. 18. Est in voluntate, d. 49. p. 22. Causa eius effectiua quæ, d. 44. p. 18.  
 Turpe lucrum quod, d. 46. p. 13.

## .V.

**V** enialia peccata quomodo remittuntur in hac vita, & in futura, d. 16. p. 77. & d. 21. p. 3. Non egent tanta poenitentia, quanta mortalia, d. 16. p. 78. Quodcumque remittuntur est ibi aliqua poenitentia, p. 81. Ad ea delenda quis dolor requiritur, ea. p. in fol. 3. Remittuntur per plura, & si ex

opere operato, p. 82. Si veniale potest fieri mortale, p. 83. Ad iunctum mortali non punitur æternaliter, d. 21. p. 4. Habens solum veniale cum originali non morietur secundum. S. Bonauent. Venialiter peccans si fruitur aut vititur, d. 16. p. 83. in arg. fol. 2. & d. 49. p. 24. Non impediunt effectum sacramentorum, d. 9. p. 12  
 Veritas quid secundum Cicero-nem, d. 21. p. 5. Præualet præsumptioni, d. 7. p. 10  
 Vermis conscientia, d. 50. p. 11  
 Videri dicitur aliquid quadrupliciter, d. 10. p. 10  
 Viduarum electio, & quæ damnabiles, d. 25. p. 6. & 10  
 Vinum limphatum plus infrigidat, quam aqua pura, ubi penetratio.  
 Vindicatio est pars iustitiæ, d. 19. prop. 126  
 Virginitas quid, d. 30. p. 9. & d. 33. prop. 7  
 Virtus in sacramentis nõ est qualitas, d. 2. p. 5  
 Visio beatifica respondet fidei, d. 49. p. 4. Comprehensoris, & viatoris specie differunt, ibi. est tota merces. Creaturarum in verbo est ipsemet actus beatificus, p. 21  
 Visitare quando, & quomodo obligantur prælati, distinct. 19. prop. 120

++++ Vita

# INDEX.

- Vita æterna quomodo cognoscere Deum. d. 49. p. 22.  
 Vnctio extrema. d. 23. per totam.  
 Vnitās Ecclesiæ ex quibus. d. 18. prop. 4.  
 Vocatio Samaritanæ exemplum nostræ vocationis. d. 16. p. 7.  
 Voluntas productiua, operatiua, & receptiua. d. 49. p. 22.  
 Votum quid. d. 38. & quæ ad illud pertinent in tota illa dist. Eius irritatio. p. 19. & deinceps.  
 Commutatio. p. 25. Dispensatio à. p. 29. habens votum religionis electus episcopus sine dispensatione acceptare potest. p. 28. Quinque vota Papæ reseruantur. p. 26. & 29.
- Vtile non vitiat per inutile. d. 19. p. 58. ad finem.  
 Utilitas operum in mortali. d. 15. p. 5. & 7. Illorum quæ fiunt in gratia. d. 17. p. 12.  
 Utilitas facit licitum sicut necessitas. d. 19. p. 22.  
 Vxor adultera si occiditur licitè à viro. d. 37. p. 3.  
 Vxoridicium impedit matrimonium. d. 37. p. 1. & 4.
- .Z.
- Z**acharias pater Ioannis Baptistæ maluit esse minor sacerdos, quàm summus emendo à Romanis. d. 18. p. 22. fol. 628.

# INDEX

## INDEX TERTIVS Monstrans aliquot loca, in quibus se mutuo iuuabunt & declarabunt quartus hic liber, & alij tres priores.

### IN LIBRO PRIMO.



- I**N Prologo. p. 13. Vide in. 4. d. 49. p. 5.  
 Dist. 1. prop. 7. de frui, ibi, Eadem volitio finis, vide in. 2. d. 38. p. 4.  
 Ea. d. p. 12. de peccate venialiter, in. 4. d. 16. p. 83. in argu. vide & Scotum hac. dist. quest. 2. ante literam. H.  
 D. 17. p. 1. ad medium, ibi, de quo in. 2. vide in. 4. d. 15. p. 2.  
 Ea. d. p. 3. in principio. vide in. 4. d. 16. p. 8. ad finem.  
 Ea. d. de augmento caritatis. p. 4. ad hanc in. 4. d. 16. p. 8.  
 Ibi. p. 5. ad fi. ibi, quolibet actu augeri gratiam. in. 4. d. 21. p. 3.  
 D. 35. p. 8. in initio ibi docetur adde. à Scoto. lib. 2. d. 12. q. 2. liter. G.  
 D. 37. p. 4. in initio Angeli & anima, in. 4. d. 10. p. 8.  
 D. 41. vbi lex non distinguit. cap. Sclitæ de maiori. & obed.  
 Ea. d. p. 9. de Hismacle. ibi. nã in scriptura, in. 4. d. 19. p. 113.  
 Ibi, de Saule, tñ quia Sãson, vide in. 3. d. 40. p. 34. de Eleazaro.  
 D. 42. p. 5. Non erit impossibile. vide in. 4. d. 12. p. 1.  
 D. 43. p. 4. versus finem. Neque propterea, in. 4. dist. 14. p. 12. solut. 2.  
 D. 44. p. 8. versus finem. sicut Tobie. 6. in. 4. d. 6. p. 20.

+++++

IN

# INDEX.

## IN LIBRO SECUNDO.

- D.** 1. p. 5. *Versus finem. Accedit quòd actio.* In. 4. d. 3. prop. 3.
- D. 3. p. 8. *post initium. Paulus in raptu.* In. 4. d. 49. p. 10.
- Ea. d. p. 14. *in initio. De his intellectibus,* in. 4. d. 10. p. 13.
- Ea. d. p. 15. *ibi argumentum primum.* In. 4. d. 49. p. 21.
- D. 4. p. 3. *ad finem: ibi per Catum Papam.* In. 4. d. 24. p. 10.
- D. 7. p. 3. *In initio. ibi, contra Origenem.* Vide in. 4. dist. 44. prop. 13.
- Ea. d. p. 9. *Versus medium. Nam Ocham.* In. 4. d. 49. p. 8.
- D. 8. p. 9. *In initio. Christi in Eucharistia.* In. 4. d. 10. p. 15.
- D. 10. p. 4. *Versus finem. ibi. Quinto dico.* In. 4. d. 10. p. 8.
- D. 12. p. 1. *ibi. Tertia opinio.* Vide in. 4. d. 49. p. 14. ad. 1. arg.
- D. 17. p. 8. *ibi in ultimis verbis.* Vide in. 4. d. 43. p. 7. in corol.
- D. 19. p. 1. *In. 4. d. 44. p. 3.*
- Ea. d. p. 9. *Respondetur valet aeternum.* In. 4. d. 3. p. 11. iam ad finem, & d. 13. p. 49.
- D. 20. p. 5. *Non esset virginitas praelata.* Vide in. 4. dist. 33. prop. 7.
- D. 22. p. 9. *in principio. Hoc est contra Scotum.* Vide in. 4. d. 19. p. 74.
- Ibidem. Ad. 2.* Vide in. 4. d. 49. p. 14. ad. 2.
- D. 23. p. 5. *ad finem. Fundamentum stat.* Vide in. 4. dist. 49. p. 14. ad. 2.
- D. 25. p. 3. *ibi de prefata.* Vide in. 4. d. 12. p. 4.
- D. 32. p. 2. *ad finem. Sed per commutationem.* Vide in. 4. d. 4. p. 9. ad finem.
- Ibidem. p. 4.* Vide in. 4. d. 49. p. 14. in sol. ad. 1.

D. 33.

# INDEX.

- D. 33. p. 1. *Vide in. 4. d. 13. p. 49. & d. 16. p. 76.*
- Ibi. p. 6. De vermi.* in. 4. d. 21. p. 4. in sol. 2.
- D. 27. p. 2. *Vide in. 4. d. 49. p. 8.*
- D. 38. p. 1. *ibi. Actus autem voluntatis.* Vide in. 4. dist. 6. prop. 8.
- Et infra. Est autem hæc differentia.* In. 4. d. 16. p. 22.
- Ea. d. p. 4. *ibi. Aliorum opinio.* Vide lib. 1. d. 1. p. 7. de frui.
- D. 42. p. 6. *ibi. Aliud ex imperfectione.* Vide in. 4. dist. 16. prop. 83.
- Ibidem. p. 8. Mortalia excedunt impropotionabiliter.* Vide in. 4. d. 16. p. 83.
- D. 43. p. 4. *de nullo est desperandum.* Vide in. 4. d. 14. p. 12.

## IN LIBRO TERTIO.

- D.** 1. p. 6. *ibi. Probatur modo conclusio.* Vide in. 4. d. 17. prop. 10.
- D. 3. p. 8. *Imo Sixtus.* Vide in. 4. d. 13. p. 56. de propositi. temeraria.
- Ea. d. p. 13. *ibi. Aliqui alij sancti.* Vide in. 4. dist. 21. p. 2. de S. Francisco.
- D. 4. p. 6. *Facit in eam in lib. 4. d. 30. p. 4.*
- D. 7. p. 8. *Vide ad eam in. 4. d. 5. p. 4. in corol.*
- D. 9. p. 1. *Vide in. 4. d. 25. p. 12. de Melchisedech.*
- Ea. d. p. 6. *ibi. Neque solum viuentes.* Vide in. 4. d. 45. p. 15.
- Ea. d. p. 11. *ad finem. ibi. Subdit Damascenus.* Vide in. 4. d. 6. p. 20. ubi habetur, Oleum.
- D. 10. p. 2. *Ad eam facit in. 4. d. 3. p. 6. in quodam arg.*
- Ea. d. p. 6. *Vide in. 4. d. 2. p. 8.*
- Ibidem. p. 7.* Vide in. 4. d. 5. p. 4. in corol.

††††† 3

D. 13.



# INDEX.

- D. 13. p. 1. Vide in. 4. d. 2. in quadam probatione. 2. autoritatem Ioannis Papæ. 11.
- D. 14. p. 1. ibi. Quorundam positio. Vide in. 4. d. 49. p. 1. in corol.
- Ea. d. p. 5. Vide ad hanc in. 4. d. 49. p. 21.
- Ibidem. p. 9. arg. 3. ex illa Marci. Vide in. 4. d. 43. p. 10.
- Ibidem. p. 10. Vide in. 4. d. 5. p. 4.
- D. 18. p. 3. Vide in. 4. d. 1. p. 14.
- D. 19. p. 7. ibi. Imo dato vno opere Christi. Vide in. 4. dist. 2. prop. 2.
- D. 21. p. 2. In initio. ibi. Cuius modi sunt. Vide in. 4. dist. 10. prop. 3.
- D. 22. p. 5. ibi. Vviclephus, & Rodolphus. Vide in. 4. d. 49. prop. 34. in dote subtilitatis.
- Ibidem, ad medium. Corrupti necesse est vide in. 4. citata. p. de dote claritatis.
- Ea. d. p. 6. in initio. Traditus vide in. 4. d. 2. p. 2. ad. 1. arg.
- D. 24. p. 1. in fine. ibi. Apostolos omnes. Vide in. 4. dist. 13. prop. 19.
- Ea. d. p. 5. iam ad finem. ibi. Tum etiam. Vide in. 4. d. 17. p. 17.
- D. 25. p. 6. ad finem. ibi. Nullus tenetur. Vide in. 4. d. 3. p. 11.
- Ea. d. p. 7. Vide in. 4. d. 4. p. 10. dicto. 5. & d. 19. p. 115. controversia. 3.
- Ibidem. p. 11. Post principium. ibi. Si videat. Vide in. 4. d. 19. p. 116. in prima conditione corripiendi.
- Ea. p. ad finem. ibi. Quod si apostolis. Vide in. 4. d. 18. p. 8.
- In ea. d. p. 20. Ecclesiam incepisse ab Abel. Vide in. 4. d. 19. prop. 2.
- Ea. d. 25. p. 21. ad finem. In. 4. d. 19. p. 22.
- Ibi. p. 22. Vide in. 4. d. 19. p. 25. in corol. 2.

Ea. p.

# INDEX.

- Ea. p. versus finem. ibi. Quod dictum est de Concilio. Vide in 4. d. 19. p. 25. corol. 2.
- Ibi in fine in corol. Vide in. 4. d. 18. p. 4. ad. 1. arg.
- D. 29. p. 6. Ad finem. ibi. De ista elemosyna. In. 4. d. 19. p. 116. ad finem.
- D. 30. p. 3. ibi. Lutherus. Vide in. 4. d. 13. p. 54. ante arg. & dist. 19. p. 126.
- D. 31. p. 1. post principium. ibi. Amittitur autem. Vide in. 4. d. 1. p. 10. in. 5. modo. arg. 2. & 3. & d. 15. p. 2. ad finem.
- Ea. d. p. 6. ibi. Caietanus. Vide in. 4. d. 49. p. 7. & p. 10.
- D. 33. p. 28. Vide de virginitate in. 4. d. 30. p. 9. & dist. 33. p. 7.
- D. 40. p. 33. in sol. arg. ibi. Cum enim ratio. Vide in. 4. d. 3. p. 11. in secundo dicto Scoti.
- Ea. d. p. 35. ibi. Hæc est communis. Vide in. 4. d. 19. p. 125. ibi ante arg. Appellatio. Vide in. 4. d. 19. p. 127. ad finem.
- Ea. d. 40. p. 45. Vide in. 4. d. 16. p. 30. in sol. ad. 1.
- In fine eiusdem. p. Vide in. 4. d. 45. p. 13. latissime.

Alia forsitan poterit loca inuenire lector quæ signabit ipse, nobis satis fuerit hæc illi commonstrasse, quibus præmonitus aduertet cætera.

## FINIS

